

$l = 11$ $h = 2$ $w = 4$

A
3
68

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34

$g = 11, k = 2, w = 4$

1	A
2	3
3	
4	68

1
1-4

ADM. REV. PAT.

ELUCII FERRARIS

BIBLIOTHECA

TOMUS PRIMUS.



R. 2190


BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA &c.

De principalioribus, & fere omnibus, quæ in dies occurrunt, nec penes omnes facile,
ac promte reperiri possunt, ex utroque Jure, Pontificiis Constitutionibus, Conciliis,
Sacrarum Congregationum Decretis, Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus,
ac probatissimis, & selectissimis Auctoribus accurate collecta,
adaucta, Ordine Alphabetico congecta,



AC IN OCTO TOMOS DISTRIBUTA

AB ADM. R. P.

F. LUCIO FERRARIS

*Soler - Alexandrino, Ord. Minor. Regul. Observ. Lectore Jubilato, Exprovinc.,
Examinat. Synodali, ac S. Offic. Consultore.*


EDITIO SECUNDA ROMANA AUCTION;

Cui, præter ea, quæ Auctor in Tertia Editione Veneta in calce Operis adjecerat, nunc fisis locis
inferta, accesserunt ex aliena manu multa tum Theologiam, tum maxime Jus Canonicum
& Civile concernentia, eaque scitu dignissima, & omnibus præsertim Ecclesiasticis
Viris apprime utilia, & necessaria, ac Index rerum locupletissimus.

TOMUS PRIMUS

COMPLECTENS LITERAS

A. B.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

ROMÆ MDCCLXVII.



EX TYPOGRAPHIA CAROLI BARBIELLINI

IN VIA CURSUS

SUPERIORUM FACULTATE.



MONITUM AUCTORIS

BENEVOLE LECTOR.



E mireris, benevole Lector, si post tot illustrium Scriptorum Volumina, & sexcentos Collectorum conatus, toties ab alijs scripta, ex scribere auferrim; satis superque jam prælo submissa, typis ediderim, uno verbo, rem actam egerim. Quamquam ex parte id verum, non penitus tamen supervacaneum fore censueris, si quod Sanctus Augustinus *lib. 1. de Trinit. cap. 3.* scripsit mente revolveris; *Neque enim, ait, omnia, quæ ab omnibus conscribuntur, in omnium manus veniunt; & fieri potest, ut nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent, illos planiores non inveniunt libros, & in istos saltem incidant; Ideoque utile est plures a pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de questionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat; ad alios sic, ad alios autem sic.* Cui jam præverat S. Cyrillus Alexandrinus *præf. in Os. Proph. in init.* sic sibi objicere; *Existimabit fortasse quispiam, otiosum esse quodammodo, & cum temeritate conjunctum, parumque conducibile etiam ante a pluribus disputata, & explicata tantum non refodere, perscrutarique velle, & laboribus aliorum superadditis novos superaddere.* At *ibidem* sibi respondet, quod scripta post alios, & ex alijs, si bona sint, nemini unquam obesse, multis vero prodesse possint. *Nam, inquit, si quidpiam proponatur cognitu præcipuum, ac necessarium, & ita super eo multis, & a multis disseratur, nullum inde damnum ad quempiam, imo fructus maximus ad audientes perveniet.* Non enim omnes uno, sed alio alius delectatur Scriptorum. Alius stylum probat laconicum, improbat alius. Nec omnes omnia scripserunt, ac collegerunt; unde merito *Ecclesiasticis c. 12. num. 12.* dicitur, quod *Faciendi plures libros nullus est finis.*

Hæc, aliaque mihi suggererant, ac in dies suggerebant Viri non pauci omni eruditione clari, & magni nominis, qua voce, qua litteris suadentes, urgentes, ac veluti imperio cogentes, ut publici juris facerem, quæ pro privato meo commodo in promptu collegeram, ac disposueram, ac solvenda, & decidenda dubia tum Canonica, tum Moralia, tum alia promiscua id genus, quæ passim ex diffusis etiam Provinciis, Urbibus, ac Oppidis adventitabant. Flecti me alienis suasionibus, precibus, ac imperiis haud scio, an essem passus, nisi his insuper rationibus ipse me impulsissem.

Sciebam cum *Job cap. 5. num. 7.* quod *homo nascitur ad laborem.* Recogitabam, quod Religiosus nequit Superiorum, ac Majorum imperiis obstitere, cum non habeat velle, ac nolle, ut expresse cavetur in *cap. Si Religiosus 27. de Election. in 6. cap. Religiosus 2. de Testamentis item in 6. & cap. Religiosus 15. de Sepulturis etiam in 6.* Et ut facer eloquitur textus *Proverb. 21. num. 28. Vir obediens loquetur victorias.* Ponderabam, quod ut Seraphica canit Religio de S. P. meo Francisco in 1. *Antiph. ad Laudes ejus Solemnitatis: Sanctus Franciscus prævis orationum studiis quid faciat instructus, non sibi soli vivere, sed & alijs proficere vult, Dei zelo ductus.* Et, ut habet Baldus in *proam. Decretal. in princip. num. 3.* quod laudandus sit Scriptoris cujusque conatus, quoniam levius in addiscendo passurus sit onus, qui collectas in unum materias lætitabit; sicut e converso reprehendendus, qui possit, & nolit posteris studiois quidquam scriptum relinquere.

Hæc mecum reputans, speque percipiens haud infelicem exitum, alienis suasionibus, precibus, ac imperiis, licet invitus, ac non parum reluctans, tandem aliquando acquievi, & moliri opus cœpi, quod suadebant, rogabant, ac imperabant. Quæ igitur sparsim ab alijs, quæque non ab omnibus sunt hinc inde tradita, ac relata, hic ex probatissimis, ac selectissimis Auctoribus fideliter collecta, ac satis adaucta, in unum redacta, & ordine alphabetico congesta extrado, ad promptius præsertim Tyronum commodum, ac aliorum, vel copia librorum, vel voluntate, seu facultate omnes illos perlustrandum carentium, qui maxima facilitate, & promptitudine in hoc uno Opere comperire poterunt, quæ nonnisi longissimo tempore, maximo labore, & dispendio in immensa Voluminum Classe, ac pene integris Bibliothecis eruere potuissent.

Hæc contexere placuit in simplicitate Sermonis; tum quia multum est Legibus amica, ut advertitur in *Institut. de Fideicommissariis hæreditatibus. s. 7.* ibi: *Et nobis in Legibus magis simplicitas, quam difficultas placet.* Tum etiam quia, ut expresse habetur in Canon. *Marcion. 64. caus. 1. quest. 1.* vera doctrina non consistit in verbis, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Unde Apostolus venit non in sublimitate Sermonis, nec in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & veritatis, ut expresse fatetur 1. *ad Corinth. cap. 2. vers. 1. & 4.* ibi: *Et ego cum venissem ad vos, Fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ. . . Et sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & veritatis.* Et ad *Colossenses* scribens *cap. 2. num. 4.* ipsos monet, ne sinant se decipi in sublimitate sermonum; *Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.*

Brevitati, quantum potui, studui, cum sciam, Modernos brevitate gaudere, ut advertit *Glossa l. 1. ff. de eo, quod metus causa.* Tum quia in *l. Tanta 2. s. 16. Cod. de Veteri Jure enucleando,* expresse dicitur, quod *multo utilius est pauca idonee effundere (seu, ut alii legunt, effingere), quam multis inutilibus homines prægravare.* Et Doctoris est non superflua, nec verbosa Commentaria facere, ut habetur in *l. Facturus 1. ff. de origine juris,* ibi: *Non quia velim verbosos Commentarios faceres; cum prolixitas, seu superfluitas confusio-*

Del

D. D. Juan Fran. Co. Carbonel del Rosal
 Sect. de Sta. J. ta. ya de Bara.

nem, & difficultatem soleat generare, ut notatur in *S. Sane Proximi Decretalium Gregorii IX.* ibi: *Propter sui prolixitatem confusionem inducere videbantur.* Et infra: *Resecatis superfluis.* Et frustra fit per plura, quod per pauciora fieri potest, *l. Verba superflua 37. Cod. de donationibus,* ibi; *Verba perflua . . . penitus esse rejicienda.* Eam tamen brevitatem effugi, in quam sic Horatius invehit:

Obscurus fœ, dum brevis esse volo.

Et ea sum usus, quam frequentibus versibus extollit Aufonius in Epistola ad Paulinum;

*Est enim comis brevitatis; Sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert, cum multa loquaces
Ambiguus sererent verbis; contra omnia, solum
Est, respondebat, vel Non; O certa loquendi
Regula; Nam brevius nihil est, aut plenius istis,
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant;
Nemo silens placuit, multi brevitate loquendi.*

In omnibus decisionibus meis, quantum in me fuit, semper cavi, ut nec rigidiores sectarer opiniones, nec tamen in oppositas deflecterem laxitates, probe sciens, quæ Seraphicus meus Doctor Bonaventura *lib. 2. Compend. Theolog. veritat. cap. 12.* recte scribit: *Cavenda est conscientia nimis larga, & nimis stricta: nam prima generat presumptionem: secunda desperationem; prima, sepe salvat damnandum, secunda e contra damnat salvandum.* Ubi Jura aperta suppetebant, semper illis sum usus; ubi Jura non reperiebantur expressa, semper æquitate servata processu juxta id, quod statuitur in *cap. Ex parte tua 2. de Transactionibus,* ibi: *In his vero, super quibus Jus non invenitur expressum, procedas æquitate servata, semper in humaniorem partem declinandum secundum quod Personas, & causas, & loca, & tempora videris postulare.*

Ingenue autem fateor, Amice Lector, hæc collectanea, hancque doctrinam ex libris me desumpsisse alienis; superadditis tamen, ubi defuerant suis propriis locis utriusque Juris Canonici ac Civilis textibus, Pontificiis Constitutionibus, Conciliis, Sacrarum Congregationum Decretis, Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus, Sanctorum Patrum, illustriorumque Doctorum scitis, & placitis. Hinc non fuerim sanna recipiendus, nec censura presumptionis culpandus: solum ad boni animi officium attendas velim. Non semel violatis noctis induciis, irrepentem in oculos somnum studiosa manu deterfi, ut hanc promptam Bibliothecam tibi, posterisque relinquerem. Sicque, ut alii laboribus, ac vigiliis parcerem suis, non peperci ipse meis. Unde pro grati animi argumento tuam omnimodam mereor humanitatem, ac benevolentiam, ac benevolentiam, & eo vel maxime ipsa me dignaberis, si in id, quod scribit Alcuinus *part. 3. Confess. cap. 40.* mentem intenderis, ibi: *Modernos laudo Doctores, & eorum scripta libenter lætito, qui dum aliorum dicta revolvunt, ex multorum lætione radicem veritatis rimando inveniunt. Quanto enim sunt juniores, tanto perspicaciores, & eo magis florent ingenio, quo de pluribus fontibus hausserunt.*

Ac insuper animadverteris cum Plinio, quod sicuti *in ratione conviviorum, quamvis a plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen cœnam laudare solemus, nec ea, quæ stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis, a quibus capitur,* ita nullus sit liber tam malus, ut non aliqua parte prodesse possit, id expresse attestante Plinio Juniore *lib. 3. epist. 5.* Et ut scripsit Varro *lib. 6. de lingua latina,* quod sicuti in *bona segete neque nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquid bonum,* ita possis de magna librorum parte statuere, quod de carminibus suis Martialis *lib. 6.*

*Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis hic; aliter non sit, Avite, liber.*

Quod si nec uni utilis fuero, mihi tamen maxime prodesse indubitanter speraverim, cum hac occupatione detentus, otium malorum omnium, scaturiginem semper abegerim, sequendo aureum illud Sancti Hieronymi consilium relatum in *cap. Nunquam 31. dist. 5. de Consecratione* ibi: *Semper facito aliquid boni operis, ut te semper Diabolus occupatum inveniat . . . Scribantur & libri, & manus operetur cibos, & anima saturetur lætione. In desideriis autem est omnis otiosus.*

Scias, amice Lector, quod, ut scribit dictus S. Hieronymus in *Epist. contra Vigilantium,* *Qui scribit, multos sumit Judices;* hinc suspende judicium, retarda sententiam, donec totum hoc attente illustraveris opus, juxta rectum monitum Sancti Augustini *lib. de mendacio cap. 1.* sic expresse dicentis: *Sane quisquis legis, nihil reprehendas, nisi cum totum legeris, atque ita minus reprehendes.* Accipe igitur grato animo, quod tibi grate exhibeo, & sufficiat mihi cum Ovido dicere.

*Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi, Lector, ero.*

Habes interim quid fenserim; ubi id recte perpendideris, non dubito, quin æqui, bonique sis consulturus. Si quid minus rectum oculis tuis occurrerit, vitio scribentis adscribe; si vero gratum aliquid, aut laudem dignum deprehenderit, soli Deo attribue, qui *aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, Sapient. cap. 10. num. 21.* & a quo *omne datum optimum, & omne donum perfectum, Jacob. 1. num. 17.* Interea omnia in toto hoc Opere contenta S. R. E. judicio humillime subjicio; Et si quid præter intentum in progressu Operis, ex ignorantia, seu inconsideratione humana irreperit, ejusdem S. R. E. Judicio contrarium, id totum ex nunc velim expunctum, annullatum, & pleno animo retractatum, ceu verus Filius ejusdem S. R. E. & Seraphici mei P. Francisci, qui ut Vir Catholicus, & totus Apostolicus Ecclesiæ Romanæ Fidem teneri docuit, ut Minoriticus canit Chorus in *1. Vesperis ejusdem Solemnitatis Antiph. 1.* ibi: *Sanctus Franciscus Vir Catholicus, & totus Apostolicus Ecclesiæ teneri Fidem Romanæ docuit.* Vale, & Deum mihi propitium exora.

FRATRUM BARBIELLINI MONITUM

PRIMÆ ROMANÆ EDITIONI PRÆMISSUM.



PRIMUM vobis exhibemus Volumen BIBLIOTHECÆ CANONICÆ, JURIDICÆ, MORALIS, THEOLOGICÆ &c. Clarissimi LUCII FERRARIS Ordin. Minor. Observ. Quid autem in prima hac Romana editione præstitimus, res ipsa loquitur. Id enim primum nobis curæ fuit, ut quæ ab Auctore in secunda editione Veneta factæ sunt ADDITIONES in octavo Volumine, eæ suis infererentur locis; quod magno sane nobis fuit labori.

Deinde curavimus, ut aliquot Theologi serio perpenderent quæ ad Theologiam præsertim Moralem pertinerent, & ex veris hujus Facultatis principiis corrigerent quidquid corrigendum esset. Id autem, ubi res postulavit, egregie, ni fallimur, factum fuit, vel adnotatis in ipso textu nonnullis, vel ADDITIONIBUS sequenti signo * distinctis, quæ multa quoque habent ad sacram Eruditionem pertinentia.

Eo demum animum intendimus, ut Clarissimus Jurisconsultus ea quæ vel Ecclesiasticum, vel Civile jus concernunt, perpetuis fere Additionibus locupletaret. Hujus generis sunt ADDITIONES illæ, quibus verba hæc præcedunt: NOVÆ ADDITIONES EX ALIENA MANU. Magno autem usui Causidicis, tum ipsis Judicibus ADDITIONES hæc futuras esse confidimus. Mox dictus enim Jurisconsultus id principaliter sibi proposuit, ut vel suppleret quæ ab Auctore, omissa fuerant, vel quæ declaranda erant, declararet, vel confutaret quæ confutari debebant. Interdum vero non destitit jam dicta ab Auctore aliis firmare Auctoritatibus, vel alio modo illustrare.

Præmonitos autem vos volumus, quod ne præfixos sibi limites ADDITIONUM ipse transiliret, consulto noluit quæstiones omnes resolvere, sed contentus nonnunquam fuit Auctores indicare, qui de illis agerent, & quidem ex professo. Quod si materiæ tales erant, ut in utramque partem disputari possent, e re duxit tum AFFIRMANTES, tum NEGANTES Doctores afferre.

Neque ad laudem, & commendationem harum ADDITIONUM non illud etiam esse magnum, & præcipuum arbitramur, allegasse eum ut plurimum Doctores illos, qui acumen theoreticum judicio conjunxerunt practico, sententiasque forenses ex intima Juris ratione potius, quam auctoritate Doctorum, infinitisque citationibus deduxerunt; tum allegasse decisiones supremorum Tribunalium, & cum primis Sacræ Rotæ Romanæ, demum Sacrarum Congregationum Resolutiones. Hactenus de ADDITIONIBUS.

Summaria, quæ ab Auctore præmissa fuere singulis verbis, ad vitandam molestam repetitionem tollenda censuimus, sequuti TUSCUM, SPEIDELLIUM, SABELLIUM, & ut alios missos faciamus, doctissimum ROUSSEAU DE LA COMBE, qui ipsis Summariis usi minime sunt; & jure quidem meritoque; Si enim demantur auctoritates vel Legum, vel Doctorum, vel Tribunalium, quibus conclusiones firmantur, in nihilo differunt id genus scripta a Summariis. Ceterum editis omnibus voluminibus, & quidem cum iisdem ADDITIONIBUS, Indicem dabimus generalem; eumque accuratissimum.

Reliquum est ut subnectamus, nihil detractum nos velle famæ Celeberrimi Auctoris ADDITIONIBUS hinc sive Theologiam, sive Ecclesiasticum & Civile jus concernentibus. Tanti enim Viri diligentiam agnoscimus, laborem admiramur, & suspicimus. Sed validus iste messor reliquit aliis aliquas quas colligerent spicas, sicuti & Auctores ADDITIONUM aliis reliquisse ultro profitentur. Hæc de nostra hujus operis editione habuimus, quæ diceremus. Ceterum valete.

ERUDITO LECTORI CAROLUS BARBIELLINI.



PRODIT secundo e meis prælis BIBLIOTHECA CANONICA, JURIDICA, MORALIS &c. P. LUCII FERRARIS nuper defuncti. Quo consilio hanc alteram editionem exornandam susceperim, tibi, Lector benevole, haud ignotum esse arbitror, cum id Orbi Litterario impressis Schedulis jam patefecerim. Quo autem studio, qua Characterum elegantia, chartæque nitore id præstiterim, legenti tibi constabit. Id unum mihi cordi fuisse, fautor, ut hæc editio ceteris, quæ factæ hæctenus sunt, præstantior evadat. Quapropter, si illud ad trutinam revocetur, quod ipsum veluti operis nucleum attingens, nostræ huic editioni præ ceteris aliis accessit, hanc sane illis maxime præferendam esse, ingenue fateberis. Nam ut illud omittam, quod, cum ADDITIONES EX ALIENA MANU, tum ROMANI THEOLOGI NOTÆ, quæ in Veneta postrema Editione non sine gravi Lectoris labore ad uniuscujusque Tomi calcem translata, suo respective titulo restitutæ sunt: insuper ADDITIONES ILLÆ AUCTORIS in priori nostra editione haud insertæ, tum NOVÆ ADDITIONES CELEBERRIMI JURISPERITI ROMANI, quæ in octavo Tomo editionis ejusdem junctæ legebantur cum nonnullis aliis Auctoris additionibus, suis locis inseruimus. Neque hic substitimus. In prima nostra editione ex absentia hujus, cujus modo meminimus, Romani Jurisconsulti Clarissimi omiffæ fuerit additiones Articulis: EMPHITHEUSIS: EMPTIO: EPISCOPUS: EREMITA. Hæc autem in hac editione exaratas reperies. Et ne quid huic editioni desiderandum superesset, hoc nobis quoque curæ fuit, ut Viri Eruditi, iique non inferioris notæ Theologi Operam suam impenderent notis universam Bibliothecam, ubi opportunum videbatur, illustrantes; qui etiam, re ita efflagitante, eam animadversionibus suis locupletarunt. Cumque nonnulla occurrerent, quæ nimium benigniori Ethicæ patrocinari, pii, doctique Viri merito querebantur, ut ea ad sanam tutamque morum regulam castigarentur, sedulo incubuere. Hæc illa sunt, de quibus te admonitum volebam, Ceterum vale.

NOMINA AUCTORUM

QUI IN HOC OPERE REFERUNTUR,

ET DECLARATIO

Siglarum, quæ in eorum Citatione brevitate causa adhibentur.

A

- | | | | |
|-----------------------------|---|--------------------------|--|
| <i>Abb.</i> | N icolaus de Tudeschis Benedictinus <i>Abbas</i> Monacensis, Archiepiscopus <i>Panormitanus</i> , qui utroque nomine citatur. Scripsit Commentaria in libros Decretalium. Consilia. Quæstiones. Practica &c. | <i>Ambros.</i> | S. Ambrosius Romanus, Archiepiscopus Mediolanensis, Doctor Ecclesiæ. Plura scripsit studio Monachorum S. Mauri collecta, & typis data. |
| <i>Abbaud.</i> | Abbaudus <i>Abbas</i> . De fractione Corporis Christi Exst. inter Analect. Mabiloni. | <i>Amendol.</i> | S. Thomas Amendolia Ordin. Prædicatorum. Opera Moralia de septem Sacramentis. |
| <i>Abell.</i> | Ludovicus Abbelly Episcopus Ruthenensis. Medulla Theologica. | <i>Amen</i> | Ludovicus de Ameno, Ordin. Minor. Practica criminalis de delictis, & pœnis. |
| <i>ab Insul.</i> | Petrus ad Insula Ordin. Minor. <i>Doctor Notabilis</i> . Commentar. in Psalmos Davidis, in 4. libros Sententiarum &c. | <i>Amejd.</i> | Theodorus Amejden, alias Amejdenius, Advocatus Romanus. De officio, & jurisdictione Datararii, necnon de Stylo Datararii. |
| <i>a Borg.</i> | Ludovicus a Borgia. Propugnaculum Theolog. pro Conceptione B. M. V. | <i>Ammon.</i> | Ammonius Christianus Philosophus, Originis & Plotini Aegyptii Magister. Scripsit de consonantia Matris. & Jesu; Item Canones Evangelicos. Franciscus a Mostazo J. U. D. De causis piis in genere, & in specie. |
| <i>Abul.</i> | Alphonius Tolstus Episcopus <i>Abulensis</i> , quo nomine solet citari. Commentaria in Sacram Scripturam. <i>Hic supor est mundi, qui scibile discutit omne.</i> Acta Ecclesiæ Mediolanensis. Sunt septem Concilia Provincialis novissimæ Bergomi impressa. | <i>a Mostaz.</i> | Franciscus a Mostazo J. U. D. De causis piis in genere, & in specie. |
| <i>act. Eccl. Mediolan.</i> | Aegidius Romanus e Columnensium familia, Ordinis S. Augustini Prior Generalis, Archiepiscopus Bituricensis, S. Thomæ Aquinatis quondam Auditor, <i>Doctor Fundatissimus</i> . In primum, & secundum Sentent. in Canticum, in Epistolam ad Roman. &c. | <i>S. Anast.</i> | S. Anastasius Sinaita, Episcopus Antiochenus. Scripsit Anagogicas contemplatione in Hexameron. |
| <i>Egid. Roman.</i> | Aegidius Romanus e Columnensium familia, Ordinis S. Augustini Prior Generalis, Archiepiscopus Bituricensis, S. Thomæ Aquinatis quondam Auditor, <i>Doctor Fundatissimus</i> . In primum, & secundum Sentent. in Canticum, in Epistolam ad Roman. &c. | <i>Anastot. Bibliot.</i> | Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. Historia Ecclesiastica de vitis Romanorum Pontificum. |
| <i>Alban.</i> | Cardinalis Albanus. Tractat. de potestate Papæ &c. | <i>Ancharan.</i> | Petrus de Ancharano Jurisconsultus. Scripsit in Decretales, & Clementinas. |
| <i>Albert. Magn.</i> | Albertus ob singularem sapientiam cognomento <i>Magnus</i> , natione Suevus, Ordin. S. P. Dominici, Episcopus Ratisbonensis. Scripsit Summam Theolog. & in Magistrum, & alia pene innumera, quæ Trithemius recenset. | <i>Andr.</i> | Joannes Andreas Jurisconsul. Super Decretales Glossæ ad Ius Canonicum. |
| <i>Albert.</i> | Albertus de Albertis Societat. Jes. Paradoxa moralia de ornatu mulierum. | <i>Andres.</i> | Antonius Andres, seu Andreas Hispanus, Ordin. Minor <i>Doctor Dulcissimus</i> . In 4. libros Sententiarum &c. |
| <i>Alciat.</i> | Andreas Alciatus, Jurisperitus maximus. Scripsit in Jus Civile, & de multis aliis. | <i>Angelom.</i> | Angelomus Gallus Lexoviensis Monachus S. Benedicti. Scripsit in 4. lib. Regum, & in Canticum. |
| <i>Aldan. Alemanic.</i> | Aldanus. Compendium Canoniarum Resolutionum. Alexander Alemanicus, Ordin. Minor. <i>Doctor illibat.</i> Commentar. in Apocalyp. in 4. lib. Sent. | <i>Angel. a Clavas.</i> | Angelus a Clavasio Ordin. S. P. Francisci; Summa Angelica. |
| <i>Ales.</i> | Alexander de Ales, seu <i>Alesis</i> , Ordin. S. P. Francisci, <i>Doctor Irrefragabilis</i> , S. Bonaventuræ, Scoti, ac, secundum multos, etiam Divi Thomæ Præceptor; Hinc dictus <i>Doctor Doctorum</i> . Scripsit in Magistrum, & in varios libros Sacræ Scripturæ. | <i>Angles.</i> | Joseph Angles Ordin. Minor. Flores Theologicarum Quæstionum. |
| <i>Alex. ab Alexand.</i> | Alexander ab Alexandria Minister Generalis totius Ordinis Minorum. Scripsit in Magistrum Sentent., Summam Quæstionum S. Bonaventuræ, in 4. libros sentent., Tractatum de Uiribus, Postillam in Ecclesiasticum, Isaiam, Tobiam, in Evangelium Joannis, in Epistolâ Sancti Pauli, & multa alia. | <i>Annat.</i> | Petrus Annatus. Apparatus Methodicus ad Theologiam positivam. |
| <i>Alox.</i> | Joannes de Aloza Societ. Jesu. Flores Summarum, sive Alphabetum Morale casuum Conscientiæ. Lælius Altogradus Jurisconsult. Consilia. | <i>S. Ansel.</i> | S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, natione Italus ex Ordine S. Benedicti. Commentaria in Mattheum, Meditationes, Orationes &c. |
| <i>Altogr. Alvar.</i> | Didacus Alvarez Dominicanus, Archiepiscopus <i>Tranensis</i> . Commentarium in Isaiam &c. | <i>Antonell.</i> | Joannes Carolus Antonellus I. U. D. Episcopus Ferrentinus. De Juribus & oneribus Clericorum, de Regimine Ecclesiæ, de tempore Legati, de loco Legati &c. |
| <i>Alvar. Pel.</i> | Alvarus Pelagius Ordin. S. P. Francisci, Episcopus Sylvensis. De planctu Ecclesiæ: In 4. libros Sententiarum &c. | <i>S. Anton.</i> | S. Antonius Florentinus ex Ord. Præd. Florentiæ Archiepiscopus. Summa Teologica. Summa Historialis &c. |
| <i>Alvis.</i> | Vincentius Alviset Benedictinus. Murenulæ sacræ vestis. | <i>S. Anton. Pad.</i> | S. Antonius de Padua Ordin. Minor. natione Lusitanus. Scripsit Expositionem Mysticam in omnes ferme Sacræ Scripturæ libros Concordantias S. Scripturæ, & multa alia typis impressa Lugduni, & novissime Pedeponti una cum operibus S. P. Francisci duobus voluminibus comprehensa. |
| <i>Amalar.</i> | Fortunatus Amalarius, Episcop. Trevirensis, Alcuini discipulus. Scripsit in 4. libros de Divinis Officiis. de Mysteriis Missæ &c. | <i>Anton. a Venet.</i> | Antonius a Venetiis Ord. Minor. Ecclesia Jesu Christi contra Piceinum, <i>Italice</i> . |
| | | <i>Anton. Guev.</i> | Antonius Guevara ex Ord. Min. Episc. Mondrensis, Concionator, Chronographus, & a Consiliis, Caroli V. Imper. Scripsit Montem Calvariæ, & Horologium Principum, & Libros Epistolarum &c. |
| | | <i>Archid.</i> | Guido Bosius Archidiaconus Bononiensis. Edidit Commentarium in Decretum Gratiani <i>Rosarium</i> inscriptum. Est & alter Archidiaconus Bonodiensis. Joannes de Anania dictus, qui edidit Commentaria in Decretales, & Volumen unum Consiliorum. |
| | | <i>Arud.</i> | Petrus Arcudius. De concordia Ecclesiæ occidentalis, |

ius, & orientalis in septem Sacramentorum administratione.
Aretin. Angelus Gambellinus ab Aretio sua patria sic dictus. Edidit Commentarium in Instituta, Consilia & Franciscus Aretinus Ord. Min. Scripsit in libros Sententiar. Practic. Criminal. &c.
Armilla. Bartolomæus Fumus Ord. Prædicator. Armilla aurea, quo etiam nomine citatur.
Arnald. Antonius Arnaldus de frequenti Communione &c.
Arnaud. Claudius Arnaudus Thesauri Sac. Rituum Epitome.
Arias. Franciscus Arias. Tractatus de Bello, & ejus iustitia.
Aristot. Aristoteles Stagiritæ Nicomachi filius, Platonis discipulus, Alexandri Magni Præceptor; natus ante Christum ann. 372. scripsit penè innumera.
Arriaga. Rodericus Arriaga Societ. Jesu. Disputationes Theologicae in Divum Thomam.
Arrib. Franciscus Arriba Ord. Minor. De concordia liberi arbitrii, Prædestinationis, & Gratiae.
Arzd. Ricardus Arzdekin Societ. Jesu. Theologia Polemica, Practica, Sacra.
Artur. Arturus a Monasterio, Ord. Minor. Martyrologium Franciscanum.
Asculan. Franciscus Asculanus, Ord. Minor. *Doctor Succinctus*. Scripsit in 4. lib. Sentent. Reportata &c.
Astenianus. Ord. Minor. Summa Astenensis.
S. Athanas. S. Athanasius Episcopus Alexandrinus. Opera multa Græca, Latine verâ, aucta, & illustrata a Benedictinis S. Mauri.
Averfa. Raphael Averfa a S. Severino Cleric. Regul. Minor. De Eucharistia &c.
S. Augustin. S. Augustinus Aurelius Hypponenfis Episcopus. Opera cum notis Benedictinorum Congregatione S. Mauri.
Avicen. Avicenna Hispalensis Arabs Medicus celeberrimus, Plurima scripsit de re Medica Alchimia, Logica, Metaphysica &c.
Aurcol. Petrus Aureolus Franciscanus Card., & Aquens. Archiepisc. *Doctor Facundus*, & *Elegans* Commentaria in universam Sac. Scripturam; in quatuor libros Sententiarum &c.
Auctor Operis Imperfecti. Auctor operis imperfecti in Matthæum, qui non est Chrysolomus; & licet Homiliae illæ 54. Operibus Chrysolomi inferantur, scitent tamen hæresibus, ut patet Homiliis 49. &c.
Azor. Joannes Azorius Societ. Jesu. Institutiones Morales &c.

B

Babenst. Ludovicus Babenstueber, Ord. S. Benedicti. Cursus Theologiae, & Philosophiae Thomisticae.
Bacchin. Benedictus Bacchinus Ord. S. Benedicti. De Eccles. Hierarchia originibus.
Baccon. Rugerius Bacconius Ord. Minor. *Doctor Mirabilis*, eruditus in omni scientiar. genere. Scripsit Commentar. in 4. lib. Sentent., de potestate mirabili artis, & naturæ, & fere de omni Scientia, & arte.
Bacchon. Joannes de Baccho, seu Bacehonius Ord. Carmelit. *Doctor Resolutus*. Scripsit in 4. lib. Sententiarum &c.
Bacci. Andreas Baccius Elpidianus. De duodecim gemmis S. Scripturæ. De Theriis &c.
Baer. Didacus Baeza Soc. Jesu. Comment. Allegorici, & Morales de Christo figurato in veter. Testament. in Evangelia &c.
Bail. Ludovicus Bail Doctor Theolog. Summa omnium Conciliorum.
Baling. Antoninus Balingen Soc. Jesu. in pomeridiana Colloquia, & ex Scriptura indicem moralem.
Baldel. Nicolaus Baldellus Soc. Jesu. Disputationes ex Theologia Morali.
Bald. Petrus Baldus de Ubaldis J. C. Perusinus, discipulus Bartholi. In Jus Civile, & Canonicum &c.
Bancel. Ludovicus Bancelius, Ord. Præd. Cursus Theologiae Moralis & Scholasticae.
Band. Joannes Bandoltzer, Soc. Jesu. De Ethica Christiana, seu Regula morum.
 Dominicus Bannes, Ord. Præd. Commentaria Scholastica in primam partem, & secundam secundæ D. Thomæ &c.
 Augustinus Barbofa, Episc. Uxentinus In Jus Civile, Canonicum, de Jure Eccles. de Offic. Episcop. & Parochi &c.
 Petrus Barbofa J. C. De præscriptionibus, & amplificationibus, de Angelis.
 Bonaventura Baro Ord. Minor. Scotus defensus, & Carlar Baronius, Congregationis Oratorii Card. Annales Ecclesiastici &c.
 Bartholus, celeberrimus J. C. Commentar. in Jus Civile, & Canonicum etc.
 Bartholomæus a S. Fausto, Cisterciensis, Thesaurus Religiosor. Speculum Confessarior. & Penitentium.
 Hieronymus Barufaldus. Commentaria ad Rituale Remanum.
 S. Basilius Magnus Cæsareæ Episc. Eccles. Doctor. Opera multa Græca, Latine verâ cum Notis Benedictinor. S. Mauri.
 Clemens Bassettus, Ord. Minor. Viridarium Scoticum.
 Eligius Bassens, Capuccinus. Flores Theologiae practicae.
 Joannes Bassolius Ord. Minor. *Doctor Ordinatissimus*. In 4. lib. Sentent. Miscellan. Philosophica, & Medica, &c.
 Marcus Battaglini, Episc. Noceræ Historia universalis omnium Conciliorum, &c. *Italice*.
 Michael Bauldry, Ord. S. Benedicti. Manuale Sacrar. Cæremoniarum.
 Sthephanus Baunes Soc. Jesu. Summa Casuum Conscientiæ.
 Martinus Becanus, Soc. Jesu. Summa Theol. Scholasticae, Analogia veter. & novi Test., de iustitia & Jure &c.
 Suicardus Bech, Ord. Minor. Conciones morales de gravitate peccati.
 Beda Anglo-Saxo Giruvicensis Ord. S. Benedicti, dictus *Venerabilis*. Commentar. in Sac. Scripturam, &c.
 Ludovicus de Beja, Augustinianus. Responsiones Casuum Conscientiæ.
 Egidius Bellamera, Canonista. Scripsit Commentarium in Decretum Gratiani, &c.
 Joannes Bellarinus, Cleric. Regul. Doctrina Concilii Trid. explicata.
 Ven. Robertus Bellarminus, Soc. Jesu. Card. & Archiepisc. Capuanus. Controversiæ, & alia opera Theologica &c.
 Franciscus Bellegambe, Societ. Jesu. *De Jubileo*, &c.
 Joannes Maria Bellettus. Disquisitio Clericalis, &c.
 Beltrandus a Turri, Ord. Minor. Card. *Doctor Famofus*. Scripsit in Evangelia, & Epistolæ, & in 4. libros Sententiarum, &c.
 Benedictus XIII. Ursinus Ord. Præd. Opuscula Liturgica, Concilium Romanum, &c.
 Benedictus XIV. Bononienfis de Lambertinis. De Servorum Dei Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, &c.
 Cæsar Benvenuti Canon. Regul. Lateranensis. Instructio pro Sacerdote celebrante in Missa privata, & Solemni, de vita communi Clericorum &c.
 Rutilius Benzoni. Speculum Episcoporum &c.
 Petrus Berchorius, Ord. S. Benedicti. Repertorium Morale utriusque Testamenti.
 Franciscus Berlendi, Cleric. Regular. De obligationibus ad Altare.
 Augustinus Bernal, Soc. Jesu. De Sacrament. in genere, de Eucharistia, & Ordine.
 S. Bernardus Abbas Claravallensis, *Doctor Mellifluus*. Opera multa studio Hortii 6. tom. in fol. impressa.
 S. Bernardinus Senen. Ord. S. P. Francisci. Opera multa quinq. tom. in fol. Parisiis impressa.
 Dominicus Berninus, Historia omnium hæresum *italice*.

Augu-

Bero. Augustinus Bero. In Jus Canonicum. Consilia &c.
Bertachin. Jannes Bertachinus. Tractatus de Gabellis, &c.
Berteau. Bartholus Berteau. Regula prudentis, & pii Confessarii.
Besut. Innocentius Besutius, Presbyter Brixienfis, Docteur Theologiae. Anatome conversationis amatoriae pro disciplina juvenum conjugia quærentium.
Beyerlin. Laurentius Beyerlinch, Theologus, & Archipresbyter Anquerpensis. Theatrum vitæ humanæ.
Biblioth. Bibliotheca maxima veterum Patrum, & antiquorum Scriptorum Ecclesiasticor. tom. 27. Lugduni impressa.
Binsf. Petrus Binsfeldius, Suffraganeus Trevirensis. De Confessionibus Maleficorum, & Sagarum: Pastorale de usibus.
Biff. Bernardus Biffus, Benedictinus. Hierurgia, sive rei Divinae peractio.
Binar. Franciscus Birarius, Ord. Cisterc. Sententiæ Ss. Patrum, de Immaculata Conceptione, de veteri Monachatu, & Regulis Monasticis.
Bizozer. Joannes Baptista Bizozerius. Summa Casuum Conscientiæ.
Blanchin. Josephus Blanchinius, Presbyter Congreg. Orator. Enarratio Pseudo-Athanasiana in Symbolum.
Blondel. Franciscus Blondellus. Historia Calendarii Romani.
Bosquill. Lazarus Andr. Bosquillotius. Tractatus Historicus de Liturgia Sacra.
Boich. Henricus Boice, J. U. D. Commentar. in libros Decretalium &c.
Boethius. Boethius prænomine Manlius Torquatus Severinus, Consul Romanus, sapientia, eloquentia, & pietate illustris a Theodorico Rege Gothorum unacum Symmacho Socero suo interfectus. Scripsit de Consolatione Philosophiæ, de Trinitate &c.
Boileau. Jacobus Boileau. De Corpora, & Sanguine Domini, Historia Flagellantium &c.
Boldet. Marcus Antonius Boldettus. Observatione ad Cæmeteria Sacra.
Bolland. Joannes Bollandus, & alii Patres Soc. Jesu. Acta Sanctor. a mensè Januar. ad Aug. &c.
Bona. Joannes Bona, Cisterciensis Cardin. De Sacrificio Missæ, Manuductio ad Cælum &c.
Bonacin. Martinus Bonacina, Doctor utriusque Juris. Opera Moralia.
Bonagrat. Bonagratia Habensis, Cappuccinus. Summa Quæstionum Regularium.
Bonal. Franciscus Bonal, Ord. Minor. Christianus hujus temporis.
Bonan. Philippus Bonanni, Soc. Jesu. De omnibus Ordin. Regularib. & Militarib. sub propriis Habitibus, & Insigniis.
Bonart. Oliverius Bonartius, Soc. Jesu. De Horis Canonicis &c.
Bonæspei. Franciscus Bonæspei, Carmelita. Commentarii tres in Theol. Scholasticam. Eliæ visio. De Immaculata Conceptione B. M. V.
S. Bonav. S. Bonaventura totius Ord. Minor. Octavus Generalis, *Doctos Seraphicus*, & *Cherubinus* Card. Episc. Albanensis. Commentar. in Sac. Scripturam, in 4. Sentent., & alia plurima opera septem tomis in fol. comprehensa.
Bonett. Nicolaus Bonettus, Ord. Min. *Doctor Proficius*. Scripsit Postillam in Genes. Commentar. in 4. libros Sententiarum.
Bonfad. Julius Bonfadinus. Thesaurus Ecclesiasticarum decisionum.
Bonfrer. Jacobus Bonfrerius, Soc. Jesu. Commentar. in varios Sac. Scripturæ libros.
Bordon. Franciscus Bordonus, Tertii Ord. S. P. Francisci. Propugnaculum humanæ libertatis, & multa alia opera.
Bosco. Joannes a Bosco, Ord. Minor. Theologia Sacramentalis.
Bosquier. Philippus Bosquieri, Ord. Minor. Echo Concionum, de rebus in carcere gestis a S. Joanne Baptista, & alia opera tribus tomis in fol. impressa.
Boss. Jannes Angelus Bossius, Barnabita. De triplici jubileo, de scrupulis &c.

Jacobus Benignus Bossuet. De potestate Ecclesiastica, & de multis aliis.
 Antonius Boucato, Ord. S. Francisci de Paula. Theologia Patrum Dogmatica, scholastica, Positiva.
 Michael Boudevvius. Ventilabrum Medico-Theologicum.
 Zacharias Boverius, Ord. Minor. Censura in 4. libros de Republica Ecclesiastica Antonii de Dominis. De Symbolo veræ, & falsæ Religionis, Consultatio de ratione veræ Fidei.
 Joannes Gabriel Boyvin, Ord. Minor. Theologia Scholastica, & Moralis ad mentem Scoti &c.
 Georgius Branden, Canonic. Augustan. Collectanea super Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germaniæ.
 Joannes Baptista Braschius. De libertate Ecclesiæ in conferendis Beneficiis.
 Carolus Franciscus a Breno, Ord. Minor. Manuale Missionariorum Orientalium.
 Ignatius Brentanus, Ord. S. Benedicti. Cronologia Mundi Christiani a Christo nascente ad ann. 1726.
 Gualterius Brinkellius, Ord. Minor. *Doctor Bonus*. Scripsit in 4. lib. Sentent. Distinctiones Scholasticas.
 Candidus Brognolus Ord. Minor. Manuale Exorcistarum, ac Parochorum, &c.
 S. Bruno, vulgo Astenfis, patria Solerinus, Ord. S. Benedicti, Episc. Signinus. Scripsit Commentar. in S. Scripturam, Homilias in Evangelia, de Sacramentis, & Ecclesiasticis ritibus &c.
 Bullarium Romanum in fol. in plures tomos distributum.
 Adamus Burghaber, Societ. Jesu. Tres Centuriæ Casuum.
 Simon Buongiovanni, Ord. Minor. Sylva Sacrarum Cæremoniar. Monita pro Ministris inferioribus Sacri Altaris.
 Guillelmus Burius. Romanorum Pontificum brevis notitia.
 Hermanus Buffembau, Soc. Jesu. Medulla Theologiae Moralis.
 Antonius de Butrio, Bononien. J. C. Commentar. in Decretales, & in Sextum.
 Abrahamus Bzovius Ord. Præd. Continuatio Annalium Baronii.

C

Joannes Cabassutius, Congr. Oratorii, Praxis, & Theoria juris Canonici. Notitia Ecclesiastica, & Historica Concilior. & Canonum.
Joseph Cabrinus. Directorium Ordinandorum in forma Catechismi.
Joannes Cacheranus, Clericor. Regular. Theologia Assertiva.
Cæremoniale Papale, seu Sacrar. Cærem. & Rit. Ecclesiastic. S. R. E., editum a Christophoro Marcello Corcyren. Episcopo.
Cæremoniale Episcoporum novissime impressum.
Thomas de Vio, vel Vius, Ord. Prædic. Card. Scripsit in Summam Theologicam S. Thomæ Aquino, in Sacram Scripturam, & plura alia.
Joannes Calderinus, Juris Consultus. Commentar. in Decretales &c.
Ambrosius Calepinus. Dictionarium linguæ Latinae.
Augustinus Calmet, Ord. S. Benedicti. Comment. in Sac. Script., Dictionar. Biblicum, &c.
Joannes Calvinus, alias Chauvin, J. U. D. Magnum Lexicon Juridicum.
Ignatius dr Camargo, Doct. Salmanticens. Societ. Jesu. Regula honestatis Moralis.
Francisc. Maria Campionus Lucensis. Cong. Matris Dei. Instructio pro se præparandis ad audiendas Confessiones.
Jacobus Cancercius J. C. Variæ Resolutiones.
Antonius a Candelari, Ord. Min. Opuscul. Casuum Conscientiæ. Supplement. &c.

b 2

Henri-

Canif. Henricus Canifius . Lectiones antiquæ cum observationibus Jacobi Balnagii .
P. Canif. Petrus Canifius , Soc. Jef. De Sacramentis , & peccatis .
Can. Melchior Canus . Ord. Prædic. Episcopus Canarienf. Loci communes Theologici .
Cantel. Petrus Josephus Cantelius . Historia Metropolitanarum Sedium .
Capell. Marcus Antonius Capellus . Ordin. Minor. De Summo Pontificatu Petri , de Successione Episcopi Romani in eundem Pontificatum , & de Appellatione . Eccl. African .
Capifuc. Raymondus Capifuccus . Ord. Prædic. Card. Quæstione morales , & Dogmaticæ &c .
Carac. Landulfus Caracciolus . Ord. Minor. Archiep. Amalphitan. *Doct. Collectivus* . Scriptit in 4. Evangelia , & in 4. Libros Sententiarum &c .
Caram. Joannes Caramuel Cisterc. Episc. Vigevan. Theologia fundamentalis , Moralis , Theolog. Regular. &c .
Caranz. Bartholomæus Caranza , Ord. Prædicat. Summa Conciliorum .
Carden. Joannes de Cardenas ; Soc. Jef. Prima Crifis Theologica . Secunda Crifis Theologica circa propositiones ab Innocentio XI. damnatas &c .
Carcl. Hieronymus Carcllus , Ord. Minor. Doctrina Sacror. Rit. super Rubricas Breviarii Romani ad ulum Monialium ad modum Dialogi . *italice* .
Caren. Cælar Carena J. U. D. officio Inquisitorum .
Caron. Raymondus Caron , Ord. Minor. Controversiæ Fidei contra Judæos , & Hæreticos .
Carthag. Joannes a Carthageña , Ord. Minor. Homiliæ Sacre .
Casarub. Aphonsus Casarubios , Ordin. Min. Compendium Privilegiorum .
Caspens. Ludovicus Caspensis Capuccinus . Theologia Sacra .
Castranf. Paulus Castranf. , Juris confultus . Confilia , &c .
De Castro. Alphonfus de Castro , Ord. Min. De Hæresibus &c .
Castron. Hugo de Ca. tronovo , Ord. Minor. *Doct. Scholasticus* . Scriptit in 4. libros Sententiarum , Reportata , de finali judicio &c .
Castropal. Ferdinandus de Castropalao , Societ. Jef. Opera Moralia .
Catharin. Ambrosius Catharinus , Ord. Præd. Scriptit in Cajetanum &c .
Cavalier. Joannes Michael Cavalieri , Ord. Eremit. S. Augustini . Commentar. ad Decreta Sacre Congreg. Rit. &c .
Ceccoper. Franciscus Ceccoperius . Lucubrationes Canonice .
Cened. Petrus Ceneda . Practicæ , & Canonice Quæstiones , Collectanea juris Canonici &c .
Chapeaurv. Joannes Chapeauville , Pro - Vicarius Leodiensis . Theſaurus Caſuum reſervatorum .
Chaffan. Bartholom. Chaffaneus , J. U. D. Catalogus gloriæ mundi .
Chaff. Bruno Caffaing , vel Caffainus , Ord. Minor. De Privilegiis Regularium .
Cherubin. Flavius Cherubinus . Compendium Bullarum .
Er. Chok. Eraſmus a Chokier , J. C. De juridiçion. Ordinarii .
Jo. Chok. Joannes a Chokier , Leodiensis Canonici . In regulis Cancellariæ , de commutationibus Beneficiorum &c .
S. Chryſologus. S. Petrus Chryſologus , Archiepiſcopus Ravenn. Sermones aurei . Sermones in Evangelia . Opera varia .
S. Chryſoſtomus. S. Joannes Chryſoſtomus , Archiep. Conſtantinopolitanus . Opera varia græca , latine verſa , & in XI. Tomos diſtributa cura Monachorum S. Mauri .
Ciaccon. Alphonfus Ciacconius , Ord. Præd. Vitæ & res geſtæ Pontificum Romanorum , & Cardinalium .
Cienfueg. Alvarus Cienfuegos , Societat. Jef. Card. Ænigma Theologicum .
Clarus . Julius Clarus , Alexandrinus , Celebris Jurifconful. Practica Criminalis . Opera juridica , Receptarum Sententiarum opera omnia .
Clericat. Joannes Clericatus , Præpoſitus Patavinus . Decifiones Canonice & Sacramentales , de Sacrificio Miſſæ , &c .
Collegium Salmant. Collegium Salmanticense . Curſus Theologicus , Scholaſticus , Dogmaticus , & Moralis , &c .

Paulus Comitulus , Soc. Jef. Confilia , feu Reſponſa Comit. Moralia .
 Joannes Baptiſta Confeçtus *Juris Canonici Doct. Confeçt.* Collectio Privilegior. Ordin. Mendicantium , & non Mendicantium .
 Ægidius de Coninch , feu Conning , aut Konning , *Coninch.* Soc. Jef. De actibus humanis , Fide , Spe , Charitate , Sacramentis , Cenſuris &c .
 Antonius de Corduba , feu Cordubenfis , Ord. Minor. Scriptit Opera Moralia , & in Regul. Fratrum Minor. *Cordub.*
 Jacobus Corenus , Ord. Minor. Clypeus patientiæ . *Coren.*
 Franciſcus Longus a Coriolano , Capuccin. De Caſibus reſervatis ; Summa Conciliorum . *Coriolan.*
 Corpus Juris Canonici - *Cor. J. Can.*
 Corpus Juris Civilis . *Cor. J. Civ.*
 Pyrrhus Corradus , Canonici Neapolitanus . Praxis Diſpenſationum . Praxis Beneficaria . *Corrad.*
 Robertus Cottonius , Ord. Minor. *Doct. Amoenus.* Cotton. Scriptit in libros Sententiarum . Abbreviationes ſuper eaſdem Sententias . Diſceptationes Magiſtrales , &c .
 Didacus Covarruvias , J. C. inſignis . Commentarium in V. & VI. Decretal. In Clementinas , de Regul. Juris . Varias Reſolutiones &c . *Covar.*
 Laurentius Cozza , Generalius totius Ord. Minor. Card. Historia Polemica de Græcorum ſchiſmate , Vinlicia Areopagite . Commentarii in Librum S. Auguſtini de hæreſibus , &c . *Cozza.*
 Ludovicus Creſpinus a Borgia , Episc. Oriolenſis . *Creſp.* Quæſtiones Selectæ Morales .
 Claudius La Croix , Soc. Jef. Theologia Moralis . *Croix.*
 Chronologia Seraphica Michaelis Angeli a Neapoli , & Julii a Venetiis Ord. Minor. *Chronolog. Seraph.*
 Joannes de la Cruz , Ord. Præd. Directorium conſcientiæ , de Statu Religionis , & de Privilegiis . *Cruz.*
 Jacobus Cujacius , J. C. Multa juris opera conſecit *Cujac.* decem voluminibus Pariſiſ impreſſa .
 Joannes Alphonſus Curiel , *Doct. Salmaticenſis* in Cruel. ſecundam ſecundæ Divi Thomæ .
 S. Cyprianus . Opera per Joannem Dodvvelum , S. Cypriani collecta . *S. Cyprianus.*
 S. Cyrillus Alexandrinus Episc. Opera græca ; latine edita a Joanne Auberto . *S. Cyrill. Alex.*
 S. Cyrillus Hieroſolymitanus Episc. Opera cum notis , & diſſertationibus Antonii Auguſtini Tontcæ . *S. Cyrill. Hier.*

D

Lucas Dacherius , Cong. S. Mauri . Spicilegium , *Dacher.* five collectio veterum aliquot ſcriptorum . Regula Solitariorum , ſeu exercitia pietatis .
 Joannes Dallæus . De jejunii , & Quadrageſima , *Dallæus.* de confeſſione auriculari .
 S. Joannes Damascenus . Opera varia græca , latine edita cum notis le Quien . Ord. Præd. *Damaſc.*
 Stephanus Daoix , Canonici Regul. S. Auguſtini . *Daoix.* Lexicon juris Civilis , & Canonici , &c .
 Cajetanus de Alexandris , Clericus Regularis . Conſilia Monialium . *De Alex.*
 Simon de Caſſia . Commentar. in Evangelia . *De Caſſia.*
 Tiberius Decianus : Jurifconfultus . Reſponſa &c . *Decian.*
 Philippus Decius , Jurifconfultus Mediolanenſis . *Dec.* In Decretales &c .
 Gratianus , Ord. S. Benedicți Decretum . *Decret.*
 Jacobus de Graſſis , Congreg. Caſſinen. Decifiones aureæ . *De Graſſ.*
 Vincentius de Juſtis , nobilis Lucenſis . De impedimentis , & diſpenſationibus Matrimonialibus . *De Juſt.*
 Thomas Delbene , Cleric. Regular. De immunitate Eccleſ. & de locis Theologicis , &c . *Del bene .*
 Joannes de Lugo , Soc. Jef. Card. De juſtitia , & jure , De Sacramentis , De Incarnatione , Reſponſa Moralia , &c . *De Lugo.*
 Angelus Del Pas . Ord. Min. Comment. in Marcum . *Del Pas.*
 Martinus Antonius Delrio , Soc. Jef. Diſquiſitiones Magicæ , Commentar. in Cantica , &c . *Delrio .*

Deſch. Stephanus Deſchamps ; Soc. Jef. Quæſtio facti circa opiniones probabiles .
Dian. Antoninus Diana , Clericus Regularis , Reſolutiones Morales &c .
Diaz. Joannes Bernardus Diaz . Calaris Archiepiſc. Practica criminalis Canonica .
S. Dionyſ. Areop. S. Dionyſius Areopagita . Opera cum Scholis S. Maximi , & paraphraſi Pachymeræ græce , & latine .
S. Dionyſ. Cart. S. Dionyſius Carthufianus . De quatuor hominis noſſimis , De Immaculata Conceptione , &c .
Donat. Hyacinthus Donatus , Ord. Præd. Praxis rerum Regularium , &c .
Dript. Laurentius Dript , Ord. S. Benedicți Anti-Decalogus . Theologus politicus , &c .
DuHamel. Baptiſta Du Hamel , Profeſſor , Pariſienſis . Theologia Speculatrix , & practica .
Dupaſq. Sebaltianus Dupaſquier , Ord. Minor. Philoſophia , & Theologia Scholaſtica .
Dupin. Ludovicus Elies Dupinius , *Doct. Sorbonicus.* Nova Bibliotheca Auctorum Eccleſiaſticorum cum Tractatu de antiqua Eccleſiæ diſciplina , &c .
Durand. Bartholomæus Durandus , Ord. Minor. Clypeus Theologiæ Scholaſticæ , Fides vindicata , &c .
Guil. Durand. Guillelmus Durandus , J. C. Speculum juris tripartitum , ob id dictus *Speculator* .
Jo. Steph. Durand. Joannes Stephanus Durandus . De Ritibus Eccleſiæ Catholicæ .
Duval. Andreas Duvallius , Regius in Sorbona Profeſſor . In S. Thomam . De poteſtate Pontificis .

E

Ehventr. **A**Damus Ehventreich . Soc. Jef. Principiorum de uti probabilis opinionis declaratio .
Eliz. Michael de Elizalde , Societ. Jef. Recta doctrinæ morum .
Engel. Ludovicus Engel , Ord. S. Benedicți . Collegium univerſi juris Canonici .
Engelgr. Henricus Engelgrave , Soc. Jef. Lux Evangelica , Meditationes ſacre , Cælum Empyreum , &c .
S. Epiphanius. S. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus . Panarium contra hæreſes , Anchoratum Fidei , de ponderibus , & menſuris , de vita Prophetarum &c .
Eſcob. Antonius de Eſcobar & Mendoza Soc. Jef. Univerſa Theologia Moralis .
Eſparſ. Eug. Martinus de Eſparſa , Soc. Jef. Curſus Theologicus . Eugenius Lombardus , ideſt Cardinalis Sfondratus , Ord. S. Benedicți , Regale Sacerdotium .


F

A. Faber. **A**ntonius Faber , Iuriſperitus celeberrimus , Sabaudiæ Senatus Proto-Præſes ; plurima de jure egregie ſcripſit 4. tomis in fol. impreſſa , &c .
M. Fabr. Mathias Faber , Soc. Jef. Concionum tripartitum : Una Fides .
Ph. Faber Philippus Faber , Ord. Minor. Scriptit in 4. libros Sententiarum .
X. Faber. Gaverius Faber , Ord. Minor. Compendium de caſibus reſervatis .
Fagnan. Proſper Fagnanus , Jurifconful. Romanus . In libros Decretalium .
Fagund. Stephanus Fagundez , Soc. Jef. In præcepta Eccleſiæ , & Decalogi , de juſtitia , & contractibus .
Fargna. Farin. Franciſcus de Fargna , J. U. D. De jurepatronatus . Proſper Farinacius . J. C. Romanus . Decifiones Rotæ Romanæ , Theoria criminalis , Confilia , &c .
Felin. Felinus Sandæus , Rotæ cauſarum Auditor , Commentarii in libros Decretalium .
Fenech. Joannes Lucas Fenech , J. U. D. Romæ Parochus . Flores caſuum conſcientiæ .
Fewardent. Filarg. Franciſcus Fewardentius , Ord. Minorum . Theumachia Calvinitica , Historia Jobi , Homiliæ , &c . Petrus Filargus Ord. Minor. *Doct. Reſidgidus* , deinde Summus Pontifex ſub nomine Alexandri V. Scriptit Commentar. in 4. libros Sententiar. Quodlibeta. , Regulas Cancellariæ , &c .

Vincentius Filiucius , Soc. Jef. Moralium qq. curſus *Fil.* Appendix poſthuma de ſtatu Clericor. Beneficiorum , &c .
 Michael Antonius Frances de Urrutigoiti , Archidiaconus . *M. Frances.* De Eccleſiis Cathedralibus .
 Thomas Frances de Urritigoiti , Ord. Min. Sancto- *Th. Frances.* rale Apoſtolicum , & Seraphicum , de Conceptione B. M. V .
 S. P. Franciſcus Aſſiſiatus Patriarcha Minorum . *S. Pat. Franciſ.* Scriptit Opuscu la varia , Orationes diverſas , Epitolas , Collationes Monaſticæ , Apophtegmata , Familiaria Colloquia , Prophetias , Parabolas , Oracula , & Sententias , ac varia alia typis impreſſa Lugduni , & noſſime Pedeponti una cum Operibus S. Antonii de Padua duobus tomis in fol .
 Franciſcus a Mar ca , Ord. Minor. *Doct. Illuſtratus.* Franciſ. Scriptit in 4. Evangeliſtas , in 4. libros Sentent. &c . *a Marc.*
 Franciſcus de Candia , ord. Minor. *Doct. Fertiliſ.* Franciſc. Scriptit in 4. libros Sententiar. & alia multa . *De Cand.*
 Balthazar Francolinus , Soc. Jef. Tyrocinium Theologicum , Diſciplina Pœnitentiæ , &c . *Francolin.*
 Philippus Francus J. C. Comment. in Decretales . &c . *Franc.*
 Claudius Fraſen , Ord. Minor. Scotus Academicus . *Fraſſ.* Diſquiſitiones Biblicæ , &c .
 Paulus Fraxinellus . De Sacerdotum obligationibus *Fraxinel.* ad Miſſas pro aliis ex juſtitia celebrandas , &c .
 Vincentius Fuga , Hiſtoricæ , & Geographiæ in Seminario Patavino Lector . Notitiæ Orbis ſacri , & profani . *Fug.*
 S. Fulgentius Episc. Ruſp. Opera Theologica . *S. Fulgen.*
 Bartholomæus Fumus . Vide *Armilla . Fumus.*

G

Gabriel Biel , Tubingæ Profeſſor . In 4. libros Sententiar. , & Expoſitio Canonis Miſſæ .
 Andreas Galius . Practicæ obſervationes . *Gail.*
 Petrus Galatinus , Ord. Minor. De arcanis Catholicæ veritatis adverſus Judæos , in Apocalypſum , &c . *Galatin.*
 Galfridus de Fontibus , Ord. Minor. *Doct. Venerandus .* In 4. libros Sentent. Quodlibeta . &c . *Galfrid.*
 Franciſcus Galli , J. C. Brixianus . De contractibus . *Galli.*
 Henricus Gandavenſis *Doct. Solemnis .* Scriptit in *Gandav.* libr. Sent. Catalogum Scriptur. Eccleſiaſticor. &c .
 Nicolaus Garcias , Canonici Abulenſis . De Beneficiorum , de Diſpenſationibus , &c . *Garc.*
 Bartholomæus Gavantus . Cler. Regul. Sancti Pauli . *Gavant:* Theſaurus Sacror. Rit. in Rubricis Miſſal. & Breviar. Manuale Episcop. Praxis Diœceſanæ Synodi . Viſitationis Episcopalis . Octavarium Romanum .
 Gaudentius , Capuccinus . Theologia Scholaſtica ad mentem S. Bonaventuræ . *Gaudent.*
 Victor Gelen Ord. Minor. Summa practica Theologia myſtica . *Gelen.*
 Marcus Antonius Genuenſis . Praxis Archiepiſcopalis Curie Neapolitanæ . *Genuen.*
 Joannes Gerſon , cognomento Cancellarius , ex Ordine Celeftinorum , & ipſe Cancellarius Pariſienſis . Plurima ſcripſit 4. tomis diſtinçta . *Gerſon.*
 Hieronymus Gigas , Iuriſperitus . De penſionibus Eccleſiaſticis , de crimine lætæ Majeſtatis &c . *Gigas.*
 Giuniparus , Ord. Minor. Deſenſio juris Pontificii . *Giunip.*
 Georgius Gobat , Soc. Jef. Experimentiæ Sacramentalis . Quinarium Tractatum , &c . *Gobat.*
 Dionyſius Gothofredus , J. C. Scriptit originem juris , Praxim Civilem , Annotationes in Jus , Joannes Baptiſta Gonet , Ord. Prædic. Clypeus Theologiæ Thomiſticæ , de Legibus , &c . *Gothofred.*
 Franciſcus Gonzaga , Generalis totius Ord. Minor. Episc. Papien. deinde Mantuanus . De origine Religionis Franciſcanæ . *Gonet.*
 Emmanuel Tellez Gonzalez *Canonista celeberrimus . E. Gonzal* Commentar. in Decretales .
 Hieronymus Gonzalez . Gloſſema ad Regul. VIII. Cancellariæ . De reſervatione menſium , & alternativa Episcoporum . *H. Gonzal*
 Thyriſus



T. Gonzal. Thyrius Gonzalez, Soc. Jef. Fundamenta Theologiae moralis, &c.

Gorm. Joannes Baptista Gormaz, Soc. Jef. Cursus Theologicus.

Gotti. Vincentius Gotti, Ord. Præd. Card. Colloquia Theologico-Polemica. Theologia Scholastico-Polemica, Veritas Religionis Christianæ, &c.

Goudin. Antonius Goudin, Ord. Prædic. Theologia, & Philosophia Tomistica.

Graff. Jacobus de Graffis. Vide de Graffis.

Granat. Ludovicus Granatenensis, Ord. Præd. Philosophia Christiana. Vita Christi, de Oratione, & Meditatione, &c.

Grancol. Joannes Grancolas. Antiquæ Liturgiæ, vetus Ecclesiæ Sacramentarium, Tract. de Missa, & Officio Divino, &c.

Gratian. Gratianus, Ord. S. Benedicti. Compiler Decretorum, seu primæ partis juris Canonici.

Graveson. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson, Ord. Præd. Tract. de Scriptura Sacra, de Mysteriis & annis Christi, Historia Ecclesiastica, &c.

S. Gregor. S. Gregorius Magnus Papa. Opera multo studio Benedictinorum S. Mauri 4. tomis in fol. impressa.

S. Gregor. Nazian. S. Gregorius Nazianzenus Episc. S. Hieronymi Præceptor cognomento Theologus. Orationes in dies Festos, Apologetici libri quatuor, Carmina de virginitate, &c.

S. Gregor. Neocæs. S. Gregorius Neocæsariensis in Ponto Episc. cognomento Thaumaturgus, Auditor Origenis, cui inscripsit Panegyricum Eucharistiæ; item brevem Fidei Confessionem, &c.

S. Gregor. Nyssen. S. Gregorius Nyssenus Episc. S. Basilii frater. De SS. Trinitate, de Resurrectione, de octo Beatitudinibus, de vera Virginitate, &c.

Guallen. Joannes Guallenis, Ord. Minor. Tractatus Ascetici de Pœnitentiâ.

Guazin. Sebastianus Guazinus, J. C. Tractatus ad defensionem Reorum, & condemnatorum.

Gubern. Dominicus Gubernatis, Ord. Minor. Orbis Seraphicus, &c.

Guevara. Guevara. Vide Antonius Guevara,

H

Habert. Ludovicus Habert, Doctor Sorbonicus, Praxis Pœnitentiæ, Opus Theologiæ integrum, de Legibus, &c.

Hallen. Alexander Hallensis, Ord. Minor. Commentar. in Apocalypsim, &c.

G. Henno. Gabriel Henno, Soc. Jef. De scientia media, de Eucharistiâ.

F. Henno. Franciscus Henno, Ord. Minor. Theologia Dogmatica, Moralis, Scholastica.

Henric. Henricus a S. Ignazio, Carmelita. Ethica amoris.

Henriq. Henricus Henriquez, Soc. Jef. Summa Theologiæ Moralis.

Herincx. Guilielmus Herincx, Ord. Minor. Theologia Scholastica, & Moralis.

Herr. Franciscus de Herrera, Ord. Minor. Manuale Theologicum Parochorum, &c.

S. Hier. S. Hieronymus Ecclesiæ Doctor. Opera plurimum studio Monachorum S. Mauri quinque tom. in fol. impressa.

S. Hilar. S. Hilarus Pictaviensis Episc. Opera varia cum notis Monachorum S. Mauri.

Hojed. Alphonsus Hojeda. De impossibilitate Beneficiorum, &c.

Homobon. Homobonus de Bonis, Ord. Clericorum. Regul. S. Pauli. Theologia Moralis.

Hofstiens. Henricus de Segusia Card. & Episc. Hofstien. quo nomine communiter appellatur. Summa aurea, Commentar. in Decretales, &c.

Hug. Car. Hugo Carensis Card. Ord. Præd. Commentar. in universam S. Scrip. Concordantiæ Biblior. Speculum Sacerdotum, &c.

Hugo de S. Viçt. Hugo de S. Viçt. Canonic. Regul. S. Augustini. Commentar. in Pentateuchum, libr. Reg. Psalm. &c.

Gaspar Hurtado, Soc. Jef. de Sacramentis, &c. *G. Hurt.*

Petrus Hurtatus de Mendoza, Soc. Jef. De Fide, Spe, & Charitate, Justitia, actibus humanis &c. *P. Hurt.*

Thomas Hurtado, Clericus Regularis Minorum. De residentia &c. *Th. Hurt.*

I

Joseph Jankovinch a Valcovarino, Ord. Minor. Promptuarium Commisarii Visitatoris. *Jankov.*

Leonardus Janfen, Soc. Jef. Theologia Moralis. *Janfen.*

Cristophorus Javellus Ord. Præd. Epitome in universam Moralem. *Javel.*

Jacobus Illiung, Soc. Jef. Theologia practica univ. *Illjung.*

Alexander Tertagnus, Imolensis J. C. Consilia, &c. *Imolens.*

Joannes Andreas. Vide Andreas Joannes. *Jo. Andr.*

S. Joannes de Capistrano, Ord. Minor. De auctoritate Papæ, in Extravagant. &c. *S. Joan de Capist.*

Jordanus Pax. Opera varia de rebus sacris, Episcopis, ac Beneficiis, *Jord. Pax.*

S. Irenæus Episcop. Lugdunens. Opera multa cum notis Benedictinorum græc. & latin. *S. Iren.*

S. Isidorus Episc. Hispal. Enarrationes in S. Script. liber Etymologiarum, &c. *S. Isidor.*

Julius Claver. Vide Claver. *Jul. Clav.*

Gaspar Juvenius, Presbyter Oratorii. Commentar. Historicus, & dogmaticus de Sacramentis, Institutiones Theologicæ. Compendium Theologiæ. Adrepanus Juniperus, Ord. Minor. De casibus refervatis. *Juven.*

S. Justinus Martyr. Opera varia græca, & latina cum notis variorum edita. *S. Just. M.*

K

Kilianus Kazemberger, Ord. Minor. Supplementum Theolog. Moral. P. Patricii Sporer. *Kazemb.*

Ludovicus Kellen, Ord. Minor. Medulla Cedri, seu Conciones Dominicæ &c. *Kellen.*

Thomas a Kempis. Opera multa edita a Sommalo. *Kempis.*

Simon Kerchm, Soc. Jef. Dissertatio de actibus humanis. In quartum Decretalium. *Kerchm.*

Haudentius Kerchove, Ord. Minor. Commentar. in statuta S. P. Francisci. *Kerchove.*

Mathias Keul, Ord. Min. Rosetum Seraphicum, seu Compendium operum S. Bonaventuræ, &c. *Keul.*

Ferdinandus Krimer Soc. Jef. Quæstion. Canonic. in quinque libros Decretalium. *Krimer.*

Crescentius Krisper, ord. min. Nubila Jansenismi, & Quænellianismi, &c. *Krisper.*

Joannes Kugler, Soc. Jef. Tractat. Theologic. Canonicus, de Sponsalibus, & Matrimonio. *Kugler.*

L

Lhilippus Labbe, Soc. Jef. Ampla collectio Conciliorum. 18. Voluminibus in fol. impressa. Bibliotheca Bibliothecarum. Concordia Chronologica, &c. *Labbe.*

Claudius la Croix. Vide Croix. *La Croix.*

Joannes La Haye, ord. min. In tot. Sac. Scripturam cum versionibus, &c. *La Haye.*

Joannes Lallemandet, ord. min. Cursus Theologicus. Proiper Lambertini. Vide Benedictus XIV. *Lallem.*

Hieronymus Llamas Doctor Theol. Summa Ecclesiæ sive Instructio Confessur. Methodus curandi animas. Thomas Llamazavez, ord. minor. Theologia Scholastica. *Llamas.*

Joannes Paulus Lancellottus, Jurisperitus celeberr. Institutiones juris Canonici cum doctissimis notis. *Lancell.*

Carolus Lanterius, ord. minor. Disputationes in libros Sententiarum, &c. *Lanter.*

Angelus a Lantulca, ord. minor. Theatrum Regularium, &c. *Lantulca.*

Cornelius a Lapide, Soc. Jef. Commentar. in sacram Scripturam. *a Lapide.*

Zacharias la Selve, ord. min. Annus Apostolicus. *La Selve.*

Lauren. Laurentius Brancatius de Lauræa, ord. minor. Card. Polianthea Sacror. Can. coordinat. a Joanne Paulo Paravicino.

Lauren. Augustinus Laurentius, Soc. Jef. Syntagma Theologica.

Layman. Paulus Layman, Soc. Jef. Theologia Moralis. In libros Decretales.

Leander. Leander a SS. Sacramento, ord. SS. Trinit. Quæstiones Morales Theologicæ.

B. Ledef. Bartholomæus Ledefina, Dominicanus Episc. Antequirensis. De Sacramentis.

P. Ledef. Ledrov. Petrus Ledefina, Ord. Præd. Theologia Moralis. Petrus Lambertus Ledrov, Ord. Eremit. S. Aug. Episc. Porphyriensis. De contritione, & attritione.

Legnano. S. Leo M. Joannes de Legnano, J. C. In Decretales &c. S. Leo Magnus I. Papa. Opera varia duobus tomis in fol. edita.

Leo. Joannes Franciscus Leo Episc. Telesin. Thesaurus fori Ecclesiastici.

Leitan. Franciscus Leitan; Soc. Jef. Clypeus Pontificiæ Dignitatis.

Lessius. Leonardus Lessius, Soc. Jef. De justitia, & jure, Auctarium, &c.

Leurenus. Petrus Leurenus, Soc. Jef. Forum Ecclesiasticum, Forum Beneficiale, De Vicario Episcopi.

Lezana. Joannes Baptista de Lezana Carmelita. Summa quæst. Regularium. Consulta moralia, &c.

Lichettus. Franciscus Lichettus Ord. Minor. In libros Sententiarum, Quodlibet &c.

Lira. Nicolaus de Lira, dictus communiter Liranus, Ord. Minor. Scripsit Postillas, & Commentarios in universam Bibliam, in 4. libros Sententiarum, in Epistolas, & Evangelia, &c.

Lohner. Tobias Lohner, Soc. Jef. Institutiones pro Confessariis, de Missa, Divino Officio, &c.

Lombard. Lopez. Petrus Lombardus. Vide Magister Sententiarum. Ludovicus Lopez, Ord. Præd. Instructorium Conscientiæ. De contractibus &c.

Lorinus. Joannes Lorinus, Soc. Jef. Comment. in varios Sacra Scripturæ libros.

Loth. Ludovicus Bertrandus Loth, Ord. Præd. Resolutiones Theologicæ.

Lotterius. Luca. Melchior Lotterius J. C. De re Beneficiaria, &c. Joannes Baptista de Luca Card. Opera plurima Canonica, & Civilia, &c.

Lugo. Joannes de Lugo Card. Soc. Jef. De justitia, & jure, de Sacramentis, Responsa Moralia, &c.

Lugo. Franciscus Lugo, Soc. Jef. frater Joannis. De Sacramentis.

Lullus. Raymundus Lullus, Ord. Minor. Scripsit in 4. libros Sentent. Lib. de virtutibus, & peccatis, & innumera alia opera cuiuslibet generis.

Lupus. Christianus Lupus Ord. S. Augustini. Opera varia in 13. tom. in fol. comprehensa.

M

Mabilion. Joannes Mabilionius Cong. S. Mauri. De re Diplomatica, de Liturgia Gallicana, Iter Italic. &c.

Macedo. Franciscus Macedo Ord. Min. Collationes Scoti cum D. Thoma. Medulla Historiæ Ecclesiasticæ, &c.

Magister Sent. Petrus Lombardus Episc. Parisien. dictus Magister Sententiarum, quia Theologiam redegit in sententias in 4. libros distributas, quas sequentes Theologi explicarunt, & ampliarunt.

Major. Joannes Major, Professor Parisiensis. In 4. libros Sententiar. in Matthæum, &c.

Mairon. Franciscus Mairon, Ord. Minor. Doctor Illuminatus, Discipulus Scoti. Fuit inventor maximi actus Sorbonici, in quo Laureandus duodecim continuis horis solvit difficultates sexaginta Arguentium; in cujus memoriam, seu præmium semper unus Franciscanus actus Sorbonicos aperit, & Dominicanus alter claudit; unde in Gallia hoc currit adagium, Franciscanus aperit, Dominicanus claudit. Scripsit in 4. libros Sentent. in S. Script. & plurima alia opera.

Joannes Malderus Episc. Antuerpien. Scripsit in primam S. Thomæ. Comment. in Cantic. Cantico-rum, &c. *Malderus.*

Joannes Maldonatus, Soc. Jef. Commentar. in præcipuos veteris Testamenti libros. *Maldona.*

Valentinus Mangionus. Soc. Jef. De Religiosa paupertate. *Mangion.*

Joannes Henricus Maniard. Praxis Pastoralis, seu Manipulus Theologiæ Moralis. *Manigia.*

Aloysius Mansi J. C. Consultationes. *Mansi.*

Franciscus Mantica Card. De conjecturis ultim. voluntat. *Mantica.*

Carolus Maranta. Speculum aureum. *Maranta.*

Petrus de Marca Archiepiscopus Parisien. Concordia Sacerdotii, & Imperii, &c. *de Marca.*

Jacobus Marchantius, Decanus Convenis. Resolutiones Patorales. *J. March.*

Petrus Marchantius Ord. Minor. Tribunal Sacramentale, &c. *P. March.*

Adamus de Marfca, Ord. Min. Episc. Eliensis, Doctor Illustratus. Commentar. in 4. libros Sent. Elucidarium Sacra Scripturæ, &c. *Marfca.*

Doctor Marta, J. C. Summa totius Successionis legalis. *Marta.*

Silvester Marulus. Oceanus Religionum. *Marulus.*

Josephus Mascardus J. C. De probationibus. *Mascard.*

Joannes Antonius Maffobrius, Archipresbyter Cathedralis Alexandria, J. U. D. Praxis habendi concursus, &c. *Maffobr.*

Bartholomæus Mastro, Ord. Minor. Theologia Moralis, Philosophia, & Theologia Scholastica. *Mastro.*

Augustinus Matthæucci, Ord. Minor. Opus Dogmaticum Officialis Curia, Cautela Confessarii, &c. *Matthæu.*

Silvester Maurus, Soc. Jef. Quæstiones Theologicæ. *Maurus.*

Carolus de Mean, J. C. Definitiones ad Jus Civile. *Mean.*

Ricardus de Mediavilla, Ord. Minor. Doctor Solidus Copiosus. Scripsit in univers. S. Script., in 4. lib. Sentent. &c. *Mediavil.*

Bartholomæus de Medina, Ord. Præd. Expositio-nes in 1. 2. S. Thomæ. *B. Medin.*

Joannes Medina, Theologus Complutensis. De restitutione, de contractibus, de Pœnitentiâ, &c. *J. Medin.*

Michael Medina, Ord. Minor. De Pœnitentiâ salutari, de Purgatorio, de recta Fide in Deum, &c. *M. Medi.*

Andreas Menda, Soc. Jef. Statera Opinionum benignarum in Controversi. Moralibus circa Sacramenta, ac Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ. Epitome Opinionum Moralium. *Mendi.*

Franciscus Menenius. Scripsit de origine Ord. Militar. &c. *Menen.*

Hieronymus Mengo, Ord. Minor. Flagellum Demonum. *Mengo.*

Jacobus Menochius, J. C. Papien. De præsumptionibus, de arbitrariis Judic. quæstionibus, &c. *Menoch.*

Cajetanus Maria Merati, Cleric. Regul. Observatio-nes, & additiones ad Gavantum. *Merati.*

Julius Mercorus, Ord. Præd. Basis Theologiæ Moralis. *Mercorus.*

Mercurialis Merlinus J. U. D. De Legitima, de Pignoribus. *Merlinus.*

Martinus Meurisse, Ord. Minor. Tractatus de SS. Trinitate, &c. *Meurisse.*

Ludovicus Miranda, Ord. Minor. Manuale Prælatorum Regularium, &c. *Miranda.*

Rubertus Miræus, Decanus Antuerpiensis. Bibliotheca Ecclesiæ. Origines Equestrum Ordinum. Chronica Cisterciensium, Premonstraten. &c. *Miræus.*

Raymundus Missorius, Ord. Minor. Disputationes Criticæ de non iterando Baptismo. *Missorius.*

Andreas Molfesius, Theatinus. Promptuarium triplicis Juris Divini, Canonici, & Civilis, seu Summa Moralis Theologiæ. *Molfesius.*

Ludovicus Molina, Soc. Jef. De justitia, & jure, &c. *Molina.*

Evangelista Mornigno, Ord. Minor. Directorium Superior. Regular., & Ecclesiasticorum. *Mornigno.*

Franciscus Monacellus. Formularium Legale practicum fori Ecclesiastici. *Monacell.*

Monach. Joannes Monachus Card. Glossam composuit in sextum, & in Extravagantes communes.

Montanus. Petrus Montanus, Ord. Minor. Enarratio Passionis Dominicae, &c.

de Monte Lauduno. Guillelmus de Monte Lauduno Juris peritus, Repertorium in aliquot titulos juris Civilis, Commentar. in Clementinas, & Extravagantes, &c.

Monroya. Lucas de Montoya Ord. Minor. Chronica Min.

Morand. Joannes Morandus, Clericus Regularis. Theologia Moralis speculativa.

Morevi. Ludovicus Morevi, Gallus. Dictionarium Historicum, &c.

Murator. Ludovicus Antonius Muratorius Doctor Collegii Ambrosiani. Anecdota notis, & Disquisitionibus aucta. Philophia Moralis. Historia rerum Italianarum, &c.

Morigia. Paulus Morigia. Scripsit de Origine Religionum.

Morinus. Joannes Morinus, Cong. Oratorii. De Penitentia.

Maronus. Illuminatus Moronus, Ord. minor. Centum Responsa, &c.

Moya. Matthaeus de Moya, Soc. Jes. Quaestiones selectae Morales.

Munieffa. Thomas Munieffa, Societ. Jes. Stimulus Conscientiae.

Murga. Petrus Murga, Ord. S. Benedicti. Opera Canonica, & Moralia.

N

Nat Alex. Natalis Alexander, Ord. Praed. Opera multa novissime Lucæ impressa.

Natta. Marcus Antonius Natta. Consilia, &c.

M. Nav. Martinus Navarr. Doct. Hispanus, Canonic. Regul. Commentarii in Jus Canonic. Enchiridion, sive manuale.

P. Nav. Petrus Navarra, seu Navarrus Doct. Hisp. De damnis illatis redintegrandis, & restitutione in foro Conscientiae.

de Narb. Didacus de Narbona. Tractatus de aetate ad omnes actus humanos requisita, &c.

Navat. Tiburtius Navat, Ord. minor. manufactio ad praxim executionis Literarum Penitentiarum.

Neudeche. Sigismundus Neudeche, Ord. minor. Schola Religiosa.

de Nevo. Alexander de Nevo, J. C. Commentar. in Libros Decretalium, &c.

Neusser. Bruno Neusser, Ord. minor. Absolutissima Polyanthea Theologico-moralis Canonica.

Nicolius. Hieronymus Nicolius J. U. D. Romanus, deinde Ord. Eremit. S. Augustini. Scripsit Lucubrations utriusque juris, Floresculos, seu Notabilia, &c.

Nicolartz. Laurentius Nicolartz. Compendiosa praxis Beneficentiae ex Concordatis Germaniae.

Novarin. Ludovicus Novarinus, Cleric. Regul. Anima omnium scientiarum in novum Testamentum, &c.

Noris. Henricus Noris, Ord. Eremitar. S. August. Card. Opera varia 4. tomis impressa.

Nugnus. Didacus Nugnus, Ord. Praed. Commentar. in III. partem S. Thomae. De Sacramentis, &c.

O

Odonus. Gerardus Odonus, Ord. minor. Patriarcha Antiochenus, Doct. Moralis. Scripsit in 4. Libros Sentent. in varios Libros S. Script., Officium de Stigmatibus S. P. Francisci, quod hodie a Minoritis recitatur.

Okamus. Guillelmus Okamus, Ord. min. Princeps Nominatum. Scripsit in 4. libros Sententiarum. Compendium Theologiae. De Sacramento Altaris, & plurima alia eximia opera.

Oldradus. Oldradus cognominatus de Laude. Opus juris eruditione plenum edidit sub titulo Consiliorum, &c.

Oliva. Joannes Paulus Oliva, Soc. Jes. Stromata, sive Commentarium in Sacra Script. Conciones habitae in Palatio Apostolico.

Onnate. Petrus de Onnate, Soc. Jes. De contractibus.

Origenes. Origenes Alexandrinus ob infatigabile studium co-

gnominatus Adamantius, Clementis Alexandrini discipulus. Scripsit, teste Epiphano, sex millia libror. & pene in totam S. Script. Exempla graeca, & latina.

Joseph Augustinus Orfi, Ord. Praed. M. S. P. Dissertationes Historicae de Capitalium criminum absolutione. Dissertatio Theologica de invocatione Spiritus Sancti in Liturgiis Graecorum, & Orientalium, &c.

Hieronymus Osorius Episcopus. Commentarius in Ecclesiasten. & Cantica, &c.

Joannes Osorius, Soc. Jes. Conciones in Dominicis, & Festa totius anni. De Gloria, & Nobilitate Civili, & Christiana.

Joannes Ovando, Ord. Minor. Discursus praedicabiles de mysteriis Fidei.

Casimirus Oudin, Ordin. Praemonstraten. Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis. Supplementum de Scriptoribus Ecclesiasticis a Bellarmino omissis, &c.

Ovidius Naso, Italus, Sulmonensis Poeta clarissimus. Scripsit metamorphoseon libros 15, de arte amandi, de Fastis, Tristibus, & Ponto, in quam ab Augusto Caesare relegatus fuit, & obiit anno Christi 19.

Franciscus Oviedo, Societ. Jes. De Fide, Spe, & Charitate.

P

Antonius Pagius, Ord. Minorum. Critica Historico-Chronologica in Annales Card. Baronii.

Franciscus Pagius, Ord. Minorum. Breviarium Historico-Chronologico-Criticum Romanor. Pontific. gesta complectens &c.

Storzia Pallavicinus Romanus, Societ. Jes. Card. De universa Theologia Assertiones, Historia Concilii Trid., &c.

Petrus a Palude, Dominicanus. Commentar. in Libros Sententiarum.

Marinus Panger, Ord. Minor. Theologia Scholastica ad mentem Scoti.

Caesar Panimolle J. U. D. Decisiones Civiles, Morales, & Criminales.

Abbas Panormit. Vide Abbas.

Joannes Paulus Paravicinus, Clericus Regul. S. Pauli. Polyanthea SS. Canonum, Flaminius Parisius Advocat. Romanus. De Resignatione Beneficiorum, &c.

Thomas Pascucius. Compendium ad Consultationes Canonicas Jacobi Pignatelli.

Zacharias Pasqualigus, Cleric. Regul. De Sacrificio novae Legis. Variar. Quaestion. Moral. & Canoniar. Centuria, &c.

Petrus Maria Passerinus, Ord. Praed. De electione Canonica. De hominum statibus, & Officiis, &c.

Engelbertus Pauch, Ord. Min. Tertia vinea Seraphica, seu Tertius Ordo a S. P. Francisco institutus.

Pax Jordanus, vide Jordanus Pax.

Franciscus Pegna Rotae Decanus. Directorium Inquisitorum.

Pelagius, vide Alvarus Pelagius.

Carolus Pellegrinus. Praxis Vicariorum.

Franciscus Pellizarius, Soc. Jes. Manuale Regularium. Tractatus de Monialibus.

S. Raymundus de Pennafort, Ord. Praed. Summa cum notis Joannis, & cum integro Textu Sacror. Canonum.

Gabriel Pennottus, Canonic. Regul. Later. Historia tripartita de origine Canonicor. Regularium. Propugnaculum libertatis humanae.

Marcus Antonius Peregrinus. De jure Filii, &c.

Antonius Perez, Ord. S. Benedicti. Elucidatio 4. Evangelistarum, &c.

Antonius Perez, Ord. Minor. In primum Librum Sententiarum, &c.

A. Pagius.

F. Pagius.

Pallavic.

Paludan.

Panger.

Panimol.

Panormit.

Paravic.

Parisius.

Pascucius.

Pasqualig.

Passerin.

Pauch.

Pax Jord.

Pegna.

Pelagius.

Pellegrin.

Pellizar.

Pennafort.

Pennottus.

Peregrin.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

An. Perez.

de Rosin. Paulus Rosner, Soc. Jes. De actibus humanis, de justitia, & jure: de Pœnitentia.

Rota Rom. Rota Romana, & ejus Compendium Mediolani quinque Voluminibus impressum.

Rot. ar. Thomas Franciscus Rotarius, Clericus Regularis S. Pauli. Theologia Moralis Regular.

Rox. Franciscus Roxas, Ord. min. Catena aurea Ecclesiæ Doctorum in Historiam Evangelicam.

Rubens. Paulus Rubens, Jurisconsultus. Annotationes ad decisiones Rotæ Romanæ, &c.

Rubion. Guillelmus Rubionus, Ord. Minor. Commentar. in 4. libros Sententiarum.

S

Sa. vel Saa. Emmanuel Sa, Soc. Jes. Aphorismi Confessoriorum.

Sabin. Franciscus Sabinus Bononiensis, Ord. Minor. Lux Moralis.

Salam. Alexius Salamanca, Ord. Minor. de Republica Christi.

Salas. Joannes de Salas, Soc. Jes. In 2. 2. S. Thomæ. De Contractibus, &c.

Salm. Carmelitæ Disceps Collegii Salmanticensis. Cursus Theologicus &c.

Salon. Michael de Salon, sive Salonius, Augustinianus. De justitia, & jure, &c.

S. Sal. S. Salvianus, Episcopus Massiliensis. Opera varia cum notis Baluzii Pedeponti novissime impressa.

Salut. Bartholomæus de Salutis, Ord. Minor. Porta salutis anime pœnitenti patefacta, &c.

Samuel. Franciscus Maria Samuelus, Ord. Prædic. Praxis observanda in Ecclesiasticis sepulturis, &c.

J. Sanch. Joannes Sanchez, Jur. U. D. Disputationes selectæ.

T. Sanch. Thomas Sanchez, Soc. Jes. Opus morale in Decalogum. De Matrimonio. Consilia, sive Opuscula, &c.

Sanctor. Sanctorius de Melphi, Ord. Minor. Commentar. super statuta Generalia Ord. Seraphici, &c.

Sarav. Ludovicus a Saravia, Juris Pontificii Interpres, Canonicus, & Vicarius Generalis Cæsaraugustæ. Tractatus de jurisdictione Adjutorum.

Sayr. Gregorius Sayrus, Ord. S. Benedicti. Clavis Regia. Theaurus casuum Conscientiæ. De Cœnitibus, &c.

Sbog. Joannes Maria Sbogar Cleric. Regul. S. Pauli. Theologia Radicalis.

Sbroc. Jacobus Sbrocius, seu Sbrozzius. De Vicario Episcopi.

Scacc. Sigismundus Scaccia. De Appellationibus, de judiciis, &c.

Scarfant. Joannes Jacobus Scarfantionius. Animadversiones ad Lucubrations Canonicas Francisci Ceccoperii.

Scher. Gregorius Scherius, Ord. min. De Deo uno, & trino.

Schiar. Antonius Thomas Schiara, Cleric. Regular. Theologia bellica.

Schild. Ludovicus de Schildete, Soc. Jes. De principiis formandæ conscientiæ.

Schmel. Libonius Schmelinch, Ord. Minor. Galea salutis.

Scort. Joannes Baptista Scortia. In selectas Pontificum Constitutiones.

Scot. Joannes Duns, natione Scotus, Scotistarum Parens, & Magister. *Doct. Subtilis*, & *Marianus*. Opera Plurima tomis 16. in fol. Lugduni impressa.

Scribon. Joannes Maria Scribonius, Ord. Minor. Pantalithia, seu summa totius veritatis Theologicæ &c.

Sel. Sellius. De Selectis Canonicis &c.

Selvo. Franciscus Selva. De Beneficiis &c.

Sessa. Joseph Sessa, J. U. D. Tractatus de Judæis.

Silwest. Silvester Mazzolini de Prierio, Ord. Prædicat. Magister Sac. Pal. Summa Silvestrina.

Simanc. Jacobus Simanchus Pacensis Episc. De Catholicis Institutionibus.

Sixt. Sen. Sixtus Senensis Ord. Prædic. Scripsit libros Bibliothecæ Sanctæ &c.

B. Soccin. Bartholomæus Soccinus, J. C. Consilia &c.

Marianus Soccinus prioris nepos, I. C. In Libros *M. Soccin.* Decretalium &c.

Hieronymus de Sorbo, Capuccinus. Compendium *de Sorb.* Privilegiorum &c.

Dominicus Sotus, Ord. Præd. In libros Sententiarum, *D. Sot.* de justitia, & jure &c.

Petrus de Soto, Ord. Præd. De natura, & gratia, *Manuale Clericorum*, seu de Institutione Sacerdotum.

Franciscus Spe, Soc. Jes. Cautio Criminalis, seu de Processibus circa Sagas.

Alexander Spereillus Episcopus Eugubinus. Decisiones Fori Ecclesiastici, &c.

Henricus Spondanus Episcopus. Continuatio *Annalium Ecclesiasticorum* Card. Baronii.

Patritius Sporer, Ord. Minor. Theologia Moralis super Decalogum, & sacramentalis. Tyrocinium sacramentale practicum.

Statuta Ord. Minorum Michaelis Archangeli a Sambuca ejusdem Ordinis.

Stephanus a S. Paulo Carmelita. Theologia Moralis.

Stephanus Gratianus J. U. D. Romanus. Disceptationes forenses.

Didacus Stella, Ord. Minor. Commentaria in *Luceam*. Meditationes de amore Dei.

Matthæus Stoz, Soc. Jes. Tribunal Pœnitentiale.

Samuel Strychius J. C. De cautelis Contractuum, de successione hereditatis, de actionibus, & præscriptione.

Franciscus Suarez, Soc. Jes. *Doct. Eximius*. De Auxiliis & libero Arbitrio, de Angelis, de Religione, &c.

Sylva Sacrarum Cereemoniarum. Vide *Buongiovanni*.

Joannes Sylveira, Carmelita. Commentar. in Sacram Scripturam.

Franciscus Sylvius Duacensis Professor, & Decanus. Commentar. in Divum Thomam. Variæ Resolutiones Casuum, &c.

T

Joannes Baptista Taberna, Societ. Jes. Synopsis Theologicæ practicæ.

Joannes Tagnatius de Tabia, seu Tabiena, Ord. Præd. Summa Tabiena, seu Summa Summarum

Afcianus Tamburinus, Congregationis Vallumbrosæ. De jure Abbatum, & Abbatiarum, &c.

Thomas Tamburinus, Soc. Jes. In Decalogum, de Confessione, Communionem, Sacrificio Sacramentis. Contractibus, &c.

Vincentius Tancredus, Soc. Jes. Quæstiones Morales, de Matrimonio, de Virtute Religionis.

Adamus Tannerus, Soc. Jes. De verbo Dei scripto, & non scripto, de judice Controversiarum Fidei, &c.

Petrus Tataretus, doctrinæ Ord. Minor. addictissimus. Commentar. in 4. libros Sententiarum, &c.

Vide *Imolensis*.

Quintus Septimius Tertullianus Carthaginensis. Opera varia curante Jacobo Pamelio tomis quinque in fol. Rotomagi impressa.

Tertullianus Prædicans Michaelis Vivien. Ord. Min.

Antoninus Therillus Soc. Jes. Fundamentum Theologicæ Moralis, seu de conscientia probabili.

Emanuel Thefaurus Comes Patritius Taurinensis. Jus regnandi Apostolicum.

Bonaventura Theul, Ord. Min. Theologia Moralis Scoti.

S. Thomas Aquinas, Thomistarum Parens, & Magister, Ord. Præd. *Doct. Angelicus*. Summa Theologicæ. In libros Sententiarum. In Libros Aristotelis. In Sac. Scripturam &c.

Ludovicus Thomafinus, Congregationis Oratorii. Vetus, & nova Ecclesiastica disciplina circa Beneficia, & Beneficiarios. Theologia dogmatica. Dissertationes in Concilia Generalia, & particularia.

Tiburcius Navar, Ord. Minor. Manuctio ad praxim executionis Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ.

An-

Tiraq. Andreas Tiraquellus J. C. Parisiensis. De privilegiis Episcopi causæ &c.

Tirin. Jacobus Tirinus, Soc. Jesu. Commentar. in vetus, & novum Testamentum.

Titelm. Franciscus Titelmannus, Ord. Min. Commentar. in Matth. & Joannem, in omnes Epistol. Canonic. &c.

Tolet. Franciscus Toletu, Soc. Jes. Card. Commentar. in Evangel. Joanni. Summa Theologiæ, seu Instructio sacerdotum.

Tombol. Tombolini Felix Tombolini J. C. Firmanus. De Officio Notarii, ac de ejus origine, dignitate, & præstantia: ac de Notarii requisitis, &c.

Tome. Petrus Tome, Ord. Min. *Doct. invincibilis*. Commentar. in 4. libros Sententiarum. De Conceptione B. M. V. &c.

Tondut. Petrus Franciscus de Tondutis. Quæstiones, & Resolutiones Canonice, & Civiles.

Tonel. Hippolytus Tonelius. Sacrum Enchiridion, ea, quæ ad sacrificium Missæ spectant, ob oculos ponens.

Tournel. Honoratus Tournely, *Doct. Sorbonicus*. De sacramentis. De suffragiis. Indulgentiis, Legibus, Censuris, & de universa Theologia &c.

Toftat. Vide *Abulensis*.

Trovam. Joannes Baptista de Trovamala, Ord. Min. Edidit summam, dictam *Rossela*.

Trull. Joannes Egvdius Trullenchus, Doct. Theologiæ. Praxis Sacramentorum.

Turrecrem. Joannes de Turrecremata, Ord. Præd. Card. Episcopus Sabinen. Disputatio de Azimo, & Fermentato, & de Transubstantiatione, &c.

Turr. Aloysius Turriaus, Soc. Jes. Summa Theologiæ Moralis. De Fide, Spe, & Charitate, de justitia. Opuscula Theologica, &c.

Tusch. Dominicus Tuschus Card. Practicæ conclusiones juris.

V

Valasc. Thomas Valascus, Advocatus Lusitanus. Allegationes super varias materias.

Valens. Franciscus Valens, seu Valente, Soc. Jes. Concordia juris Pontificii eum Cæsareo.

Valent. Gregorius de Valentia. Soc. Jes. Commentar. in totam summam Divi Thomæ. Controvers. Fidei &c.

Valer. Joannes Valerius, Carthusianus. Differentia inter Forum Conscientiæ, & Judiciale.

Van Esp. Zoerius Bernardus Van-Espen. In jus Ecclesiasticum universum, de Simonia circa Beneficia &c.

Varr. Guillelmus Varro, Ord. Minor. *Doct. Fundatus*, Præceptor Scoti. Scripsit in 5. libros Sententiarum, in Aristotelem, Quodlibeticas Quæstiones, &c.

Vasq. Gabriel Valquez, Soc. Jes. In I. primæ S. Thomæ, & in 2. secundæ, & in 3. primæ. De Incarnatione, de cultu Adorationis, &c.

Veg. Andreas Vega, Dominicanus. De Justificatione, de Gratia, Fide, Operibus, & meritis.

Venan. Felix Venanus. In jus Canonicum.

Ventrigl. Joannes Baptista Ventriglia, Episcopus Casertanus. Praxis rerum notabilium, præsertim Fori Ecclesiastici.

Verricel. Angelus Maria Verricellus Cler. Regular. Quæstiones Morales & Legales, &c.

Ughel. Ferdinandus Ughellus Ord. Cisterciensis. Italia Sacra, sive de Episcopis Italiæ, & Insularum adjacentium.

Ugolini. Bartholomæus Ugolinus, Ord. Eremitar. S. Augustini.

X

*M*aximus Xanthorus. Divinum Theatrum. *Xanthor.*

Y

*Y*vo Carnutenis, Ord. Canonicorum Regularium S. Augustini. Scripsit Volumen Decretorum de Divinis, & Ecclesiasticis Officiis &c. *Yvo Carn.*

Z

*Z*abarella Card. Commentar. in Decretales, & Clementinas, In Vetus, & novum Testamentum. Volumen Consiliorum, &c.

Adrianus Zacharia. De Expositione SS. Sacramenti. *Zachar.*

Paulus Zacchias Medicus Romanus. Quæstiones Medicæ - Legales. *Zacch.*

Melchior Zambranus Pastor Segobienis. Auræ decisiones Casuum Conscientiæ. *Zambr.*

Lælius Zecchius seu Cecchinus, J. C. Canonicus Brixiensis. De republica Ecclesiastica, &c.

Thomas Zerola Episcopus Minoricensis. Praxis Episc. *Zerola.*

Henricus Zoefius J. U. D. Lovanii. In jus Canonicum universum. *Zoef.*

Franciscus Zypæus J. C. Vicarius Generalis Antwerpiz. Responsa de Jure Canonico. De jurisdictione Ecclesiastica. Jus Pontificum novum. *Zypp.*



Prætermittuntur hic brevitate gratia alii multi citati Auctores, ex quo eorum nomina, licet in citationibus abbreviata, de se satis pateant. Et hac ipsa de ratione omittitur Index Auctorum allegator, in Additionibus, nam facile quisque potest eos intelligere.

ERRATA, quæ in notis contingere, SIC CORRIGENDA,

Pag. 20.	lin.1. col.1. in notis	hæc Auctoris sententia	hanc Auctoris Sententiam
Ib.	lin.2. col.2.	auctoritatem	Auctoritate
30.	lin.3. col.1. in notis	Canonistar.	Canonistæ
33.	lin.1. col.1. in notis	pro oculis	præ oculis
Ib.	lin.2.	t. 6. opusc. Collect. 307.	T. 6. Operum, pag. 307.
Ib.	lin.8.	theoricam	theoriam
Ib.	lin.1. col.2.	Quid si	Quod si •
Ib.	lin.2.	num mentiri	cum mentiri
Ib.	lin.3.	Et quando quidem	Et quandoquidem
131.	lin.3. col.1. in notis	occurrerit,	occurrerit,)
165.	lin.1. col.2. in notis	derogatione	evagatione
181.	lin.3. col.2. in notis	non esse infliciantur	esse infliciantur
184.	lin.2. col.1. in notis	uti	ubi
187.	lin.1. col.1. in notis	enphatica	afferre
Ib.	lin.2. col.2.	juxti	justi
188.	lin.3. col.1. in notis	titul. 15.	Tom. 15.
191.	lin.4. col.1. in notis	Grothius	Grotius
Ib.	lin.11.	Affert Romanorum	Affert veterum Romanorum
Ib.	lin.8. col.2.	ditior.	tutior.
270.	lin. col.1. in notis	D	&

Hæc sunt graviora Errata, quæ irreperunt, Cetera, benignus Lector, tum in Additionibus, tum in corpore corriget,

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

D. Archiepiscopus Nicomediæ Vicesgerens.

APPROBATIONES.

Occasione alterius editionis Operis, cui titulus: BIBLIOTHECA CL. LUCII FERRARIS: mandatum habui a Reverendissimo P. Thomæ Augustino Ricchinio S. Palatii Apostolici Magistro iterum ad examen revocandi auctoris textum. Legi, ut iussus eram, & si quid nota dignum judicaveram, emendatum cognovi id additionibus. Nævi etiam, quantum patitur humana sollicitudo, deleti sunt, qui operæ in tanto diligentiam unius, alteriusque effugerant. Quæ quum ita sint, puto editionem romanam permitti posse.

Datum Romæ ex Collegio Clementino die 20. Septembris 1766.

D. Joseph Bettoni C.R.S. Consultor S.R. Congreg.

Cum priorem Tomum *Promptæ Bibliothecæ &c. admodum R.P. Lucii Ferraris* in Urbe reimprimendæ jussu Reverendissimi P. Thomæ Augustini Ricchini Sac. Palatii Apostolici Magistri ad trutinam revocarim, atque in ea novis notis, & animadversionibus illustrata, & castigata nihil a recta Fide aberrans, aut a salubri morum Regula declinans repererim: Ideo novis typis edi posse cenfeo.

Dabam ex ædibus Congregationis S. Jo. Baptistæ VI. Kalendas Septembris MDCCLXVI.

Paulus Marcellus Del Mare Congregationis S. Jo. Baptistæ Presbyter, ac S. Theologiæ Lector.

Jussu Reverendissimi P. Thomæ Augustini Ricchini S. Palatii Apostolici Magistri legi addita, quæ novissime huic Tomi primi *Promptæ Bibliothecæ* accesserunt, cumque nihil in iis animadverterim, quod Catholicæ Fidei, bonisque moribus contrarium sit, luce publica digna cenfeo.

Datum ex Collegio Ecclesiastico de Urbe Kalend. Novemb. MDCCLXVI.

Ubaldo Giraldi a S. Cajetano Cl. Reg. Scholarum Piaram Apostolicus Romani Cleri Examinator.


Jubente Reverendissimo P. Magistro Sac. Palatii Apostolici accurate legi Tomum primum *Bibliothecæ R. P. Lucii Ferraris* cum novis etiam additamentis illustratum recudendum: Et cum in eo nihil invenerim aut alienum a Catholicæ Ecclesiæ doctrina, aut bonis moribus contrarium, dignum esse arbitror, qui iterum in publicam lucem edatur.

Romæ 13. Novembris 1766.

Felix Antonius Tombolini J.U.D.

REIMPRIMATUR.

Fr. Thom. Augustin. Ricchinus Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.



I N D E X

Titulorum, seu Materiarum, quæ in hoc
Primo Tomo continentur.

A	
ABBAS.	Pag. 1
Abatiffa.	8
Abbreviatores.	11
Abigeatus.	11
Abjurantes.	12
Abortus.	12
Absens.	16
Abfolvere, Abfolutio	18
Abftinentia	25
Abufus	26
Acceptio personarum	26
Accessio, seu Adjunctio	27
Accessorium	27
Accufare qui poffint, vel non?	27
Accufari qui poffint, vel non?	28
Accufator ad quid te- neatur?	29
Accufatus	29
Acedia	33
Acolythus	34
Actor	34
Adjuncti	35
Adminiftratio, Admi- niftrator	36
Adoptatio.	38
Adoratio.	38
Advenæ.	38
Adulterium	38
Advocatus	44
Advocati Confiftoria- les	47
Æquivocatio.	47
Ætas	47
Affectio	49
Affiliatio Religiofo- rum	49
Affinitas	51
Agnus Dei	53
Aggressor.	53
Alchimia, Alchimiftæ	55
Alienare, Alienatio	57
Alimenta	65
Alluvio	73
Altare	73
Altare Privilegiatum	76
Alternativa	80
Amphibologia.	84
Alternativa	83
Anima	84
Anniverfarium	86
Annunciatio B. M.V.	88
Annulus	88
Annus.	89
Annus Probationis, seu Novitiatus	89
Annus Sanctus	92
Antiquata	93
Apocripha propositio	93
Apoftafia, Apoftata	93
Apoftolus	97
Apoftoli, ideft Litteræ Mifforiæ.	103
Appellatio	104
Applicatio Miffæ	122
Approbatio pro Confef- fionibus excipien- dis.	122
Aqua Benedicta.	131
Arbiter, Arbitrator.	132
Arbor confanguinitatis, & affinitatis.	139
Archidiaconus.	139
Archiepifcopus.	141
Archimandrita.	148
Archiprefbyter.	149
Arctatus ratione Bene- ficii.	151
Arma.	151
Arma, seu Insignia.	153
Aromataria, Aroma- tarii.	154
Arrha.	155
Asperforium,	156
Assaffinium, Assaffinus	157
Affecuratio, Affecura- tor.	157
Affiftentia, Affiftere.	161
Aftrologia, Aftrolo- gus.	162
Afylum.	164
Attentio.	164
Attritio.	166
Avaritia.	166
Auditor, Auditores.	167
Augurium.	171
Auspiciam.	171
Aurora.	171
B	
BACCHANALIA	171
Baculus	172
Baldachinum.	172
Bannitus, Bannum.	174
Baptifmus.	176
Barbitonfores.	190
Beatificatio, Beatus	190
Bellum.	190
Benedicere, Benedi- ctio.	196
Benedictio Epifcopalis in via	197
Beneficium, Benefi- cia.	203
Beneficiatus.	251
Beneplicium Apofto- licum.	251
Bestialitas,	261
Biblia Sacra,	261
Bigamia, Bigamus	261
Birretum.	268
Blafphemia	269
Bona Ecclefiaftica	271
Bona Laicalia.	283
Breve, Bulla,	287
Bulla Cruciatæ.	288

ABBAS




ADMODUM REVERENDI

P. F. LUCII FERRARIS

P R O M P T A B I B L I O T H E C A

Canonica, Juridico - Moralis, Theologica &c.



A B B A S.

- A**BBAS in Hebræo, seu Syro vocabulo, idem est, & significat, quod in latino Pater: cap. final. de Regularibus, Gloss. in Clementin. 1. de rescript., S. Augustin. epist. 177. S. Hieron. & S. Thomas in epist. ad Galatas c. 4. Lyranus in ead. epist. & eod. capite, & passim alii. Abbates autem alii sunt Sæculares, & alii sunt Regulares, ut in cap. Transmissa, ubi Gloss. verb. Abbates, de renunc., & in cap. Cum ad Monasterium de statu Monachorum. Abbates sæculares sunt illi, qui habent Beneficia Ecclesiastica cum titulo Abbatia: cap. cum de beneficio, ubi Gloss. in fin. de Præbendis in 6., & isti sunt in quadruplici differentia. Quidam sunt, qui non solum Jurisdictionem habent in subditos, sed etiam Pontificalia insignia gerunt quasi Episcopi. Quidam sunt, qui licet Abbatialem dignitatem habeant, non habent tamen Episcopalem Jurisdictionem, nec utuntur insigniis Episcopalibus. Quidam sunt, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis in Choro, & Comitibus digniorem locum obtinent; ex quo suppressis, vel destructis Collegialibus, aut Conventualibus Ecclesiis, quibus præerant, tanquam primæ dignitates, in Cathedralibus transferunt cum titulo Abbatum, & privilegio præcedentiæ in Choro, & Comitibus. Quidam ultimo sunt, qui solum habent Abbatias in Commendam, & non in titulum, & nec isti Abbates Commendatarii possunt uti habitu, & insigniis Episcopalibus ex decreto Sacre Congregat. 1593. 27. Octobris, exceptis Commendatariis B. Mariæ Farfensis, & S. Salvatoris ex concessione Urbani VIII. Constitut. incipient. Romanus Pontifex die 18. Novemb. 1628.
- Abbates Regulares, qui sunt vere Prælati, & appellatione Prælatorum in sacris Canonibus veniunt, ut colligitur ex cap. Decernimus de judiciis, & cap. presentis de officio Ordinarii in 6. & cap. ut Apostolica de privilegiis in 6. sunt in triplici differentia. Quidam sunt, qui nedum habent sub se Regulares subditos, sed insuper habent Territorium proprium, in quo Episcopalem Jurisdictionem, & aliquando etiam temporalem exercent, ut sunt Abbates Cassinenses, Abbates S. Mariæ Tremitanæ Insulæ Congregationis Lateranensis, & alii hujusmodi. Quidam sunt, qui sub se habent tantummodo Regulares subditos, quibus præsent, juxta textum in cap. Cum ad Monasterium vers. Abbas vero, & in singulis de stat. Monach. ut sunt Abbates Lateranenses, S. Benedicti, & alii, qui ex Privilegio utuntur Pontificalibus Insigniis. Quidam tandem sunt Abbates solo nomine, seu Titulares, qui actu nullos subditos habent, vel quia fortasse Monachi locum reliquerunt, vel quia Monasterium est aliò translatum, vel quia est alicui fæ-
- culari Clerico in Commendam traditum, ut advertit Abbas consil. 101. in quest. n. 1. vers. Nam Papa, lib. 1. Cardinal. Tusch. tom. 1. litt. A. conclus. 3. num. 21, Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 3. quest. 1, & alii.
- Abbates alii sunt benedicti, & alii non benedicti. Abbates, qui petunt benedicti, debent recipere benedictionem ab Episcopo, non autem ab aliis Abbatibus alias benedictis: Sac. Ritu Cong. in una Cambracensi 6. Decembris 1631. Et Abbates femel benedicti cum usu bireti, si transferantur ad aliam Abbatiam cum usu Mitræ, non indigent alia benedictione: ead. Cong. in una Bituntina 25. Febr. 1606.
- Ista autem benedictio non est de essentia, nec simpliciter necessaria ad hoc ut Abbates ea, quæ sunt Ordinis, & sui officii; exercere possint, sed potius videtur esse de solemnitate, cum etiam Abbates Regulares non benedicti possint libere, & licite facere, & exercere omnia, quæ possunt Abbates benedicti, ut constat ex pluribus concessionibus Pontificiis; & præcipue Eugenii IV. pro Abbatibus Congregationis Sanctæ Justinae de Padua in sua Constit. edita 1436. pridie Kalendas Julii anno 6. Pontificatus sub his verbis *Volens insuper, quod Prælati Congregationis præfate, licet benedictionis munus non acciperint, perinde tamen Monasteria ipsius Congregationis regere, & administrare, ac omnes actus in ipsis valeant exercere, & insignia deferre, ac si munus hujusmodi fuissent consecuti.* Et Pii V. pro Abbatibus Canonice Regularium 1566. 17. Kal. Febr. anno I. sui Pontificatus his præcisus verbis: *Nec non singulis ipsorum Monasteriorum Abbatibus pro tempore existentibus (tametsi munus benedictionis non susceperint) quod omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, indulgentiis, indultis, quibus tam Ordinis, & Congregationis prædictorum, quam aliorum Monasteriorum, & Ordinum Abbates in Generalibus, & Provincialibus Conciliis utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant, quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere libere, ac licite possint, & valeant.* Et Julii II. pro Olivetanis 1507. pridie Kal. Junii anno IV. sui Pontificatus, præcisus his verbis: *Præfatisque sic electi, seu nominati abique alicujus dictæ Sedis, vel alterius provisionis, vel dispensationis adminiculo, etiam præter hoc, quod eis munus benedictionis impendatur, ipsis Monasteriis, & Prioratibus, ad quæ sic electi vel nominati fuerint, præesse, ac illa in spiritualibus, & temporalibus regere, ac omnes actus ibidem exercere, & insignia deferre, ac si munus hujusmodi suscepissent.* Et pro Basilianis extant privilegia Eugenii IV. Pauli III. Gregorii XIII. & Pauli V. & expresse declaravit

Sacr. Congreg. Concil. 16. Febr. 1619. quod Abbates Regulares de jure conferre possint Ordines Minores suis subditis, licet non sint benedicti, quod etiam confirmavit *ead. Sac. Cong. in una Panormitana die 16. Martii 1647.* Vide tamen infra *n. 31.* Decretum per extensum adductum Sacre Rituum Congreg. coram Alexandro VII. editum 27. Septembris 1659. & sequentem novissimam Constitutionem Benedicti XIII. 6. Maji 1724. (a)

BENEDICTUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Communi, &c. Cum itaque, sicut accepimus, Abbates Regulares perpetui, non quidem ratione Tituli, quia ad triennium, vel sexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, sed ratione administrationis, quia ab unius Monasterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Episcopis, in quorum Diocesis sita sunt Monasteria, benedictionem obtinere, immo & petere negligant; Hinc est quod Nos gravi ejusmodi abusu pro Pastoralis officii debito opportune consulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot insuper Romanæ Curie Prælatorum super hoc a Nobis specialiter deputatorum consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati in præfenti Sacro Concilio congregatis; nec non Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione injungimus, præcipimus, & districte mandamus omnibus, & singulis Abbatibus Regularibus, licet perpetuis solummodo ratione administrationis, ut præfertur, qui Monasteriis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti de cætero præficiantur, ut infra annum a die eorum electionis computandum solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum Diocesis Monasteria consistunt, juxta ritum in Pontificali Romano præscriptum, omnino suscipiant, vel saltem eam ter ab ipsis humiliter postulent, servata forma sancita in *cap. Statuimus, de supplend. neglig. Prælator.* Quod si secus fecerint, ab officio per annum sint ipso jure suspensi. Volumus autem, & expresse declaramus, quod ipsimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia munia Abbatialis libere, ac licite exercere possint, & valeant; Quodque Abbas semel benedictus iterum benedictionem petere, vel obtinere non teneatur, tametsi ad gubernium diversorum Monasteriorum, aliarum etiam Diocesium, translatus extiterit.

Quoniam vero nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apostolicis, ut asseritur, muniti sunt privilegiis, quibus ampla ipsis tribuitur facultas suscipiendi benedictionem a quocumque, quem maluerint, Catholico Antifite gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente; Nos justis, & rationabilibus adductis rationibus, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, itauimus, atque decernimus, ut hujusmodi Abbates in poiterum non a quocumque Antifite, sed a Diocetano tantum Episcopo, vel a Metropolitanano, infra prædictum terminum, benedictionem omnino suscipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertio humiliter requisitus ipsi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat casu, eandem benedictionem a quocumque Catholico Antifite Abbas libere suscipere possit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique servari volumus, & mandamus.

Caterum ejusmodi Indulta exemptiva ab obligatione suscipiendi benedictionem a proprio Episcopo illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apostolica Sede directe concessa fuerant juxta modum supra expressum, suffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantum Privilegio alii Ordinis, Congregationis, vel Instituti concessorum communicatione sibi competere prætendunt, minime suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.

Quo vero ad Abbates, quibus a Romanis Pontificibus Præ-

decessoribus Nostris indultum fuit, ut a suis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælati delegatis, benedictionem sumere possint: vel etiam per Ipecciale Indultum Apostolicum concessum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipso Summo Pontifice, nihil omnino innovandum esse sancimus, & Apostolica, quibus gaudent, privilegia ubique inconcusse observari præcipimus, & mandamus.

Univerfos denum Episcopos, atque etiam Archiepiscopos, a quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales, Assistentes, & Ministros quoscumque in Domino hortamur, ac admonemus, ut occasione similium benedictionum excutiant, ac prorsus emundent manus suas ab omni munere; quin etiam prædictis Præfatis sub pœna interditi ab usu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quam post easdem benedictiones, earumque intuitu, cujuscumque generis, aut speciei, etiam belliariorum, & comestibilium, munera, vel xenia a quoquam recipere audeant; Illisque præterea districte injungimus, ut ab omni abstineant solempni pompa, quæ sumptus, quantumvis modicos, etiam prandii secum ferant; Cum ejusmodi sacræ functiones ab interna, solidaque potius Benedictentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quam ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

Decernentes præfentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet præterentes, cujusvis itatus, gradus, Ordinis, Congregationis, ac Instituti existant, seu alias speciali nota digni, illis non consentiant, & ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas præfentes emanarunt, adductæ, & sufficienter justificatæ non fuerint, sive ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, & privilegiata causâ, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, ac enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci posse; Sed semper firma, & efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum, Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quavis præeminentia, dignitate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac auctoritate, judicari; & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum Monasteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis itatutis, usibus, itylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis quibuscumque Ordinibus, Congregationibus, ac Instituti prædictis, eorumque Monasteriis, & Abbatibus sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam Motu proprio, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc

(a) Non omnibus promiscue Abbatibus regularibus non benedictis jus competere minores ordines suis subditis conferendi, docent verba sequentia Bened. XIV. l. 2. de Syn. c. 11., *Et autem inquit, hac ipsa, qua nunc unice fruuntur, potestate ut valeant, non solum debent esse in Presbyteratus ordine constituti, sed debent insuper benedictionem obtinuisse ab Episcopo, nisi*

Episcopo, tertio cum humilitate ac devotione, sicut convenit, requisitus, eos benedicere forte reuerit, juxta textum in C. Statuimus de supplend. neglig. Prælat., aut nisi alio suscipiantur privilegio, quo eis potestas fiat, non recepto benedictionis munere, omnia peragendi, quæ Abbatibus competunt; Episcopi benedictione quodammodo sacratis.

hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præfatis pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectively habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præfentes litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curieque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arcere, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præfentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præfentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ Voluntatis, Sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, pridie nonas Maji, Pontificatus nostri anno primo.

P. M. Cardin. Prodatur.

F. Cardin. Oliverius.

Visa de Curia S. C. Archiepiscopus Amasenus.

Loco * Plumbi.

L. Martinettus.

20 Abbates Ecclesiæ secularis, & ab Ordinario exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectæ utum Mitre habentes, dum in sua Abbatiali Ecclesia sibi pleno jure subiecta divinis solemniter intersunt, possunt absente Episcopo suos Canonicos assumere ad sibi assistendum, & eandem in eos jurisdictionem exercere, quam Episcopus exercet in suos. *Sacr. Congr. Rituum in una Alexandrina S. Petri in Bergolio 7. Februarii 1604.*

21 Abbates, & alii quicumque quantumvis exempti intra fines alicujus Diocesis existentes, etiam si Nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur, non possunt amplius cuquam, qui Regulari sibi subditis non sit, Tonsuram, & Minores Ordines conferre. *Expresse Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10. (a)*

22 Nec etiam si alii Regulares non subditi, & Clerici faculares afferant dimissorias tuorum respectively Superiorum; ut rescriptis Episcopo Eugubino *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. 3. Novemb. 1593.* & expresse declaravit *Sacr. Congreg. Concilii 13. Novembris 1641. Sacra Congr. Eminentiss. Cardinalium Concilii Trident. Interpretum utraque parte informante, re, & scriptis, ac rationibus hinc inde deductis mature examinationis in hærendo decisioni Rotæ Romanæ sub die 27. April. 1582. coram bon. mem. Cardinali Seraphino de ordine fel. rec. Clementis Papæ VIII. factæ, necnon declarationibus ejusdem Sac. Congregationis dictæ decisionis conformibus, subsecutis, censuit improbatâ opinione contraria Abbates Regulares Benedictinos ejusdem Congregationis, vel ordinis, aut Instituti, Ferrar. Biblioth. Tom. 1.*

(a) Verum per hanc Tridentini dispositionem facultas nequaquam sublata est Apostolicæ Sedi indulgendi Abbatibus quibusdam, ut Tonsuram minoreseque ordines suis non subditis, conferant, ut recte animadvertit Bened. XIV. lib. 2. de Synod. cap. 11. harum concessionum exempla producens. *Concilium, inquit, præcedentia privilegia abrogavit; sed ab iisdem impostum concedendis non potuit Apostolicam Sedem impedire; ut ad rem ponderat Fagnan. in cap. Statuimus de suppl. neglig. Prælat. Ejusmodi privileg., ut alia exempla prætermittamus, ab Alex. VIII. die 8. April. 1690. concessum fuit Primitiverio S. Marci Venetiarum quoad personas eidem inservientes Ecclesiæ.*

(b) At contrarium asserit Bened. XIV. loc. cit. Cujus hæc sunt verba: *Quod autem ad alteram pertinet questionem de ordinationis validitate, jam perique Doctores sustineri docuerant primam tonsuram minoreseque ordines a prædictis Abbatibus*

habentes etiam jura Episcopalia usumque Mitre, & Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam Tonsuram, & Minores Ordines conferendi, non posse dictam Tonsuram, vel Minores Ordines, nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Instituti, & etiam si habeant litteras dimissorias superiorum suorum Regularium, & consensum Ordinariorum, intra quorum Diocesim fines ipsi Regulares ordinandi existunt; Et multo minus personis secularibus etiam habentibus Litteras dimissorias a suis Ordinariis. Ac propterea inhibet Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælati inferioribus tam secularibus, quam Regularibus, ut in futurum concedere non audeant supradictas Litteras dimissorias hujusmodi Abbatibus directas, nec ab istis recipi. Quod si secus fiat, tam concedentes, quam Ordinantes a collatione Ordinum suspensi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejusdem Sac. Congregationis reservatas. Quam declarationem fel. rec. Urbanus VIII. die 17. Januarii 1642. ad se delatam approbavit, & inviolabiliter observari jussit. Immo talis ordinatio Abbatum conferentium Ordines minores sibi non subditis, licet cum dimissoriis sui Superioris, esset irrita, & invalida, ut Eminentissimo Card. Giptio referente decrevit *Sac. Congr. Episcop. & Regul. die 27. Junii 1631*, in qua fuit resolutum, *Thomam Narducium Camplen. promotum ab Abbate de Carrapoli Ordinis Cælestinor. cum litteris dimissorialibus Vicarii Generalis Camplen eidem Abbati directis, esse male promotum, atque ideo indigere nova promotione, ut testatur Sellius in select. Canon. cap. 19. num. 8, Novarius in Lucerna Regular. verb. Ord. num. 2. & cum multis aliis tenet Barboza de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 3. num. 11, & in Concil. Trident. sess. 23. num. 5. & in Collectan. Decision. Apostol. verb. Abbas num. 17, Fignatell. tom. 1. consult. 356. num. 2. & 3. & tom. 4. consult. 188. num. 4. & sic etiam alias decreverat Sacra Congr. Concil. in una Gravines. die 26. Augusti 1616. (b)*

Abbates licet in Parochos, & Parochianos Jurisdictionem habeant quasi Episcopalem private ad Episcopos, nequeunt suis subditis secularibus Litteras dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere: *Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 10. ubi expresse habet: Nec ipsi Abbates, & alii exempti, aut Collegia, vel Capitula quacumque etiam Ecclesiarum Cathedralium Litteras dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinantur, concedant, sed horum omnium Ordinatio, servatis omnibus, quæ in hujus Sacrosanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum Diocesis fines existant, pertineat; non obstantibus quibusvis privilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus; & sic pluries decrevit Sacra Congregatio Concilii, & potissimum, dum Cardinalis Farnesius obtinens in Commendam Abbatias S. Zeni, & Farfæ, in quibus habet jura Episcopalia, dubitavit, an posset dimissorias ad Ordines concedere, Sacra Congregatio respondit, non posse, licet die 26. Januarii 1635. hæc facultas fuerit concessa Cardinali Barberino, sicut etiam facultas faciendi concursus, ut habetur in registis Sacre Congregationis Episcoporum 26. Aprilis 1641. Vide verb. Ordo art. 3. num. 49.* Imo proposito dubio, *An Episcopus, cui commendatum est Monasterium exemptum, possit sibi secularibus subditis ratione dicti Monasterii ordinare non obstante Capite 10. sess. 23. Conc. S. C. censuit non posse, quia ordinaret eos subditos tamquam Abbas, & non tamquam Episcopus.* Et hoc ipsum sæpius declaravit etiam S. Congr. Episc. & Regul. quæ censuit subditis secularibus nullius Diocesis non posse concedi litteras dimissorias a Præfato loci, vel ejus Vicario; imo neque a Vicario Apostolico, sed ab Episcopo viciniore, ut in *Putiniacensi 16. Januarii*

bus collatos aut regularibus sibi non subiectis, aut secularibus in suis Privilegiis non comprehensis. Ita quippe asseruerunt Suarez de Relig. Tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. Fagnan. in cap. Statuimus de suppl. neglig. Prælat. Hinc vero sententiæ calculum subinde adjecit S. C. Concilii, quæ illicitam quidem habuit, sed validam semper pronuntiavit ordinationem, de qua differimus; addidit tamen, Promotos ab illis indigere abolitione (a tul- pensione) & rehabilitatione a Sanctissimo obtinenda: ut habetur l. 18. & 19. decret. ac in Theaur. resolut. T. 3. pag. 288 & 296. Quare ut, quam versamus controversiam; paucis absolvamus; aut Abbas nullo fruatur Privilegio conferendi recensita, aut privilegio potitur eadem conferendi certo personarum generi. Si primum, nec licite, nec valide potest, quemquam ad primam tonsuram minoreseque ordines promovere; si alterum, illicite profecto, attamen valide confert etiam aliis &c.

usarii 1596, in Nullius Capensis 15. Decemb. 1603. & 22. Novemb. 1604. & 14. Junii 1606. & in Nullius Altamura 9. Augusti 1604. Vide verb. Ordo. art. 3. num. 10.

27 Abbates, & alii Prælati habentes jura quasi Episcopalia, si non habent jus congregandi Synodum, & in ea Examinatores eligendi, non possunt facere, & indicere concurtum pro Ecclesiis Parochialibus vacantibus; colligitur ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. & ex Constitut. S. Pii V. incip. In conferendis Beneficiis, ex declaratione Sac. Congreg. Concil. tradita Episcopo Palentino die 24. Octobris 1673. & ex alia Salamantina, Veronen., & Ravennatenfi, in qua sic dicitur: *Commendatarius Abbatia exemptæ existentis intra fines alicujus Diocesis, & habens jura quasi Episcopalia non potest facere concursum Beneficiorum Curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum, in cujus Diocesi est Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundem ad Commendatarium.*

28 Si vero tales Abbates, & alii Prælati habeant Jus congregandi Synodum, & Examinatores eligendi pro proprio Territorio omnimode exempto, possunt pro Parochialibus sibi omnimode subiectis concurtum instituire, ut declaravit Sacra Congregatio in cap. 18. Concilii Tridentini his verbis: *Ex hoc verbo (Ordinarius) colligitur, hoc decretum locum habere in inferioribus Prælatibus; Unde inferior Episcopo, qui omnimodam jurisdictionem habet Episcopalem, nec alicui subditur, sed est immediate subiectus Sedi Apostolicæ, nullius Diocesis proprium Territorium habens, si habet Jus congregandi Synodum, & legitime constat illam congregasse, & elegisse Examinatores, poterit concursum instituire, examinare, & approbare, ac Economos, & Vicarios deputare: Denique omnia alia, quæ super hoc decretum permittuntur, præstare.* Ita cum aliis referret Garcias de Benef. part. 2. cap. 2. num. 130. qui testatur, idem tenuisse Rotam ex sententia Sacræ Congregationis in una Forosempronienfi. Parochialis 15. Januarii 1593. & 7. Maji ejusdem anni coram D. Mantica & in una Tarvisiana jurisdictionis 17. Februarii 1595. coram D. Litta. Vide verb. *Concursus art. 1. num. 8.* An Abbates, & alii Prælati Jura Episcopalia habentes gaudeant facultate dispensandi, & absolvendi concilia Episcopis a Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. vide verb. *Irregularitas, & quo ad ejus dissolutionem, & dispensationem Art. 3. num. 13. & seq.*

30 Abbates & alii Prælati Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, quo ad usum Pontificalium, & quo ad benedictiones, indulgentia, & alia, tenentur servare formam præscriptam in Decreto generali Sacræ Congregationis Rituum ab Alexandro VII. approbato 1659. die 27. Septembris, & declarationes emanatas super eodem Decreto anno 1660. die 20. Julii. Et ad hoc, ut quisque præ oculis habeat quid circa illa possit, vel non possit, heic ad litteram subnectuntur.

DECRETUM

Circa usum Pontificalium Prælatibus Episcopo inferioribus concessorum a Sacra Rituum Congregatione ordinaria habita coram Sanctissimo Alexandro VII. emanatum die 27. Septembris 1659.

31 **S**acrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Ecclesiasticos Ritus, qui irreperunt, abusibus sedulo intenta, post Episcoporum Cæremionale evulgatum (quo quidquid ad ipsos in Sacris Cæremoniis pertinet abunde præscripsit), idem quo ad inferiores Prælatos, qui Pontificalium usum fruuntur, præstandum curare necessarium existimavit, ut excessus abolerentur, uniformisque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præsertim tempore, quo privilegia ipsi perperam interpretantes, obtendentisque, parum obliqui student decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in rem evulgatis, aut ipsa ignorare prætentunt. Quam obrem omnia simul, ut unico conspiciantur obtutu, cogere, perque capita digerere constituit, quo facilius observentur.

I. Super Altari, in quo sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, seu sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodo Pontificaliter celebrare est eis permittum, mobili Sede, seu Cathedra utantur, quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitate congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, sive basilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere supra sedem poterunt non pre-

tiosum, aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari superimponitur, materia, & opere inferior. Ad ipsam autem per duos tantum gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur.

IV. Non abacum alium præter parvam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Prope vero mensam eandem parieti harena Baculus pastoralis aptetur.

V. Dies vero, quibus solemniter ipsis celebrare conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii, in quibus ipsis Pontificaliter celebrare Festivitate ratio exigat, nempe Patroni Loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ. Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usum in Officiis, & Missis Defunctorum quocumque die, etiam festivo, & de præcepto.

VI. Ad Ecclesiam accedentes licet Pontificaliter Divina peracturi, iidemque absolutis ab altari recessuri a suis Canonicis, vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant.

VII. Præter duos sacrificii Ministros, Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epistolæ, duo alii tantum Diaconi cum Dalmaticis, & unicus Presbyter cum Pluviali eis assistant. Duo insuper Cappellani, qui de Mitra, & baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris interviant; Præterea sex alii Canonici, vel Monachi, duo scilicet Pluvialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus, seu stallis choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo cooperitis situ congruo accommodatis, moxque illinc removendis confideant.

VIII. Mitram pretiosam, nisi illis expresse a S. Sede indulgentiam non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum pastorem albo velo appenso deferant, ab iisque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra Ecclesias sibi subiectas prorsus abstineant, & neque in Processionibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, Insignis prædictis utantur, vel penes se præferri faciant.

IX. Regulares Rocchetum non deferant, nisi ex tali ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat.

X. Invitati ad Ecclesiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint privilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

XI. Sacras vestes ex Altari non sumant, nisi pontificaliter Divinis vacaturi.

XII. Indulgentias impertiri, vel publicare non audeant, absque expresso Sanctæ Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Missis tantum Pontificalibus, necnon Vesperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere sibi tantum, meminerint. Privatim vero Populis, quamvis pleno jure subiectis, nisi expresse ipsis permittum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non præsumant (*).

XIV. Præsertim Episcopo sine speciali Sedis Apostolicæ permittum, etiam Pontificaliter celebrantes, a benedictionibus cessent.

XV. Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Evangelii uno saltem gradu eminentior Abbatiali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu Epistolæ collocetur. A latere Episcopi Canonici Cathedralis, prope Abbatem Canonici, vel Monachi Monasterii, & Abbatialis Ecclesiæ confideant. Confessionem cum celebrante Episcopo faciat, iisque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, & populo solemniter (quamvis Abbas ipse Pontificaliter celebret) benedicat. Episcopus præterea trino ductu, & immediate Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ unico tantum ductu thurificentur.

XVI. Abstineant tamen Episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, a frequenti hujusmodi accessu ad Ecclesias ex-

(*). Idem etiam innuitur Constitutione incipiente *Exemplis a Benedicto XIV. Tom. II. Bullar. pag. 426.* ubi formam benedictionis præscribit, de qua infra Verb. *Benedictio art. 5. num. 32.*

emptas in similibus actibus, ut liberius Abbates veleant suis uti privilegiis.

XVII. In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, necnon in vestitionibus Monialium, & emissione professionis earundem, etiam pleno sibi jure subiectarum, in benedictionibus sacræ supellectilis, cæterisque actibus (Missarum, Vesperarum, & Matutinorum solemnibus ter tantum in anno, ut præfertur, & exceptis) neque in Ecclesiis, Oratoris, aliisque locis tam publicis, quam privatis quantumvis exemptis, eisdemque Abbatibus pleno jure subiectis Mitram, Baculum, & quævis alia Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicæ concessione adhibeant.

XVIII. Ecclesiasticam Supellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subiecta vel pro servitio alienæ Ecclesiæ, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta Campanarum benedictiones, Calicum, & similia, in quibus adhibetur unctio; necnon Minorum Ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum subditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem largiri non præsumant, sed Episcopis, quibus hujusmodi Jus privative competit, omnino dimittant.

XXI. In Missis privatis, quoad indumenta, Cæremonas, Ministros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem a simplici Sacerdote non discrepent, deinde sacras vestes induant in Sacrificia, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti Ministro, aquam cum pelvi, & urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, dualque tantum candelas super altari adhibeant.

His autem Sanctissimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Brancaccium accurate perlectis, mature discussis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimoda eorundem observatione typis mandavit imprimi, ad valvas affigi, & publicari, ut elapso termino sex mensium a die publicationis eorundem omnes, & singulos usu Pontificalium gaudentes, tum sæculares, tum Regulares quantumvis exemptos, & speciales expressione indigentibus afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seu notificata fuissent. Indulsetque præterea locorum Ordinaris, ut auctoritate Sedis Apostolicæ possint, immo debeant, præfatos, etiam per censuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatibus proprium habere possint territorium, juraque Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis, qui eos coercere, si exceiserint, valeant, eo casu a Sedis Apostolicæ Nunciis, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subiectis, intra, vel prope, quorum Diocesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tanquam a Sancta Sede Delegatis ad hujusmodi Decretorum observationem prædicti omnino cogantur.

Die XXVII. Septembris 1659.

J. Episc. Sabin. Card. Sacchetti.

Loco ✱ Sigilli.

Franciscus Maria Phebus Sac. Rit. Cong. Secr.

Declaratio Decreti Sac. Rit. Congr. emanati die 27. Septembris 1659. circa usum Pontificalium pro Congregat.

Cassinensium.

Procurator Generalis Congregat. Cassinensium Sanctissimo humiliter supplicavit, ut dignaretur præcipere Congregationi Sacrorum Rituum, ut quæ Abbatibus Cassinensibus particulari Apostolica Sedis Indulto ex vetitis, ac præter expressa in Decreto novissime super usu Pontificalium edito adhibere liceat, prævia discussione declaret. Sanctissimus autem Oratoris preces ad eandem Congregationem transmisit, rescriptisque per Eminentiss. D. Cardin. Franciottum notulam dubiorum supplici libello subnexam in ipsa Congregatione referri, quæ

Ad §. quartum Decreti, quo prohibetur usus præterquam unius abaci, asserentibus Monachis hætenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere consuevisse secundum Abacum ad pelves, & urceolos exponendos, censuit servandum esse Decretum.

Ad §. quintum, quo tribus diebus tantum de præcepto &c. Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachis ta-

xativam hujusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine Baldachino, ac propterea ex Indulto Alexandri II. sibi competere usum Pontificalium in exequis nobilium virorum; Sacra Congreg. censuit hujusmodi privilegium tantummodo suffragari Monasterio Cavenfi, nec ad alia Monasteria extendi.

Ad §. sextum, quo in accessu Abbatibus Divina peracturi, & recessu ejusdem post Divina absoluti, prohibetur associari more Episcoporum, asserentibus Monachis, se ab immemorabili tempore simili associatione usos esse, atque indecorum videri, ut Abbas Pontificaliter peracturus divina, solus Ecclesiam petat; Sacra Congregatio censuit annuendum esse petitis, modo non extra, sed intra septa Monasterii, sese ad Ecclesiam conferant.

Ad §. septimum, quo taxatur numerus Ministrorum, exponentibus Monachis, Abbatem indigere Ministris ad libitum ad candelam, ad intortitia elevationis, & ad candelabra Evangelii, ad Mitram, & baculum; Sacra Congregatio censuit indulgendos fore alios quatuor Ministros Cotta indutos præter expressos in Decreto.

Ad §. octavum, quo usus Mitræ pretiosæ, & Baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus Monachis, Mitram pretiosam ipsis de jure competere, velum quoque nunquam eos consuevisse baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantum; Sacra Congregatio censuit quo ad Mitram, servandam esse dispositionem c. ut Apostolicæ de privil. in 6. quo ad baculum vero servandum esse Decretum.

Ad §. decimum, quo prohibetur usus Pontificalium in aliena Ecclesia, licet exempta, quamvis Abbas ad ipsam fuerit invitatus, exponentibus Monachis, eos inibi Pontificalibus Insignis hætenus usos esse, idque a Jure ipsis permittum præsumere; Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. undecimum, quo sacras vestes ex Altari sumere Abbates privatim celebraturi prohibentur, asserentibus Monachis, se hætenus tali privilegio gavisos esse; Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. decimum tertium, quo disponitur, ne Abbates extra Pontificalia, Pontificali more; ac trina Crucis productione, nec non privatim occurrente populo, tum Pontificaliter induti, etiam per Ecclesiam incedentes benedicant; asserentibus Monachis, Abbates in Missis privatis hætenus Episcopalis more benedixisse, & Pontificalibus præsertim indutos, per Ecclesiam transeuntes occurrenti populo benedictionem largiri consuevisse; Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. decimum quartum, quo in præsentia Episcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi solemniter, etiam in Pontificalibus; asserentibus Monachis ex privilegio ipsis, etiam præsertim Episcopo benedictiones hujusmodi competere; Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. decimum quintum, quo traditur ordo inferioribus Prælatibus Divina Pontificaliter peragendi, præsertim Episcopo Loci Ordinario, exponentibus Monachis, Episcopo vetitum reperi ingressum in eorum Ecclesias ipsis invitatis; Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. decimum sextimum, quo usus Mitræ, & reliquorum Insignium Pontificalium, præterquam tribus anni diebus, abrogatus est, suggerentibus Monachis, indecorum videri, ut in Ordinibus conferendis, in consecrationibus, in receptionibus, & professione Monachorum, & Monialium Abbates Mitram non adhibeant; Sacra Congregatio censuit indulgendum fore, ut ea tantum utantur in actibus Ordinationum, & benedictionum cum sacro oleo.

Ad §. decimum octavum, quo vetita est Abbatibus benedictio sacræ supellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum, asserentibus Monachis, etiam pro aliena Ecclesia ex Apostolico indulto eis licitum esse Ecclesiasticam supellectilem benedicere; Sacra Congregatio mandavit exhiberi indultum authenticum ex Archivio Apostolico desumptum, ac interim abstineri.

Ad §. vigesimum primum, quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus, & prærogativa ad Episcopos private spectantes, exponentibus Monachis, Abbates Cassinenses hætenus in Missis privatis adhibuisse quatuor Candelas, Ministros ad lotionem manuum, & duos Assistentes cum Cotta &c. Sacra Congr. censuit servandum esse Decretum, præsertimque declarationis Decretum Typis imprimi posse concessit die 12. Junii 1660.

Prædictis autem Sanctissimo relatis, Sanctitas Sua ea approbavit, & Decretum editum die 27. Septembris 1659. omnino exequi, & servari mandavit. Verum quoad §. quintum, sextum, septimum, octavum, & decimum septimum, ad limites tantum præsentis declarationis, & non alias, salva qua-

vis contraria verbaliter expressa dispensatione privilegiorum particularibus Monasteriis Congregationis Cassinensium concessorum. Die 20. Julii 1660.

J. Episcopus Sabinen. Card. Sacchetti, Loco Sigilli. Franc. Maria Phebus Sac. Cong. Rit. Secret.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi 1660. indictione 13. die vero 3. Februarii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Patris VII. anno ejus quinto, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris est, & per me Andream Caltruceum Apost. Cur.

Laurentius Barbigionus Curforum Magister.

- 32 Abbas exemptus non potest ab Episcopo excommunicari ex ejus ordinaria auctoritate: Sacr. Congr. Episc. in Nullius Burgi S. Sepulchri 25. Febr. 1712. Ponente Card. Colloredo, ut refert Urfaya tom. 3. part. 1. discept. 15. Abbati Regulari non habenti Jurisdictionem quasi Episcopalem, nec Territorium separatum, concedi non solet indultum consecrandi Ecclesias noviter edificatas: Sac. Congr. Rit. in Pragensei præfensi Indulti 31. Augusti 1715, ut refert Urfaya tom. 1. part. 1. discept. 10.
34 Abbas, & Abbatia S. Eliæ Terræ Carbonis non est Nullius, nec habet Territorium separatum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem: Sacr. Congr. Concil. in Anglonen. 27. Novem. 1714. ut refert Urfaya tom. 2. part. 1. discept. 9.

* Additio ex Auctoris. II. Edit.

35 Clemens IV. in decretali Ut Apostolica, de Privileg. in 6. decrevit, ut Abbates, & alii exempti, quibus usus Pontificalium est a Sede Apostolica concessus, in Provincialibus Conciliis, & Episcopaliibus Synodis uti possint Mitris tantummodo auro frustatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentibus: Prælati autem non exempti, sed qui usum Pontificalium habent, in iisdem sacris conventibus, Mitris puris dumtaxat, & simplicibus, alois, & planis uterentur. BENED. XIV. Constit. incipien. Casuarum Tom. 2. Bullarii, pag. 350.

37 Abbates inter Monachos Ruthenos Ord. S. Basilii, in actibus Monasticis præcedere non debent Proto-Archimandritas; extra vero actus Monasticos, solum ferveri debet, ita ut ubi usus invaluit, ut Abbas præcedat Proto-Archimandritam, in postero etiam eadem præcedentia ad Abbates pertineat. BENEDICT. XIV. Constit. incipien. Inter Plures Tom. 1. Bullarii §. 16. quo sensu ab Auctore dicitur in appendice, simplices Abbates aliquando Superioribus Generalibus præcedere.

38 Abbates habentes jus Mitræ & Baculi etiam Titulares & Commendatarii sint, sive Sæculares, sive Regulares, præcedunt in Synodo Canonice etiam Cathedralis capitulariter, non intervenientibus: BENEDICTUS XIV. de Synodo Diocæsana lib. 3. cap. 10. n. 5. & Ceremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 31. Inter Abbates vero præcedit, qui dignitatem prior sit affectus: Idem Pontifex loc. cit. n. 6. & cap. final. dist. 17. & cap. 2. 15. & 16. de Majoritate & obedientia.

39 Habentes jurisdictionem quasi Episcopalem habent suffragium in Concilio Provinciali, ac subscribunt, & jus etiam habent interveniendi Conciliis Generalibus: Idem lib. 8. cap. 2. num. 5.

40 Abbatum aliorumque Prælatorum Regularium jurisdictionem temporalem, & spiritualem in subditos Sæculares habentium Residentiæ exemptæ sunt a visitatione, & correctione Episcoporum, etiam quoad curam animarum: hoc est, nullum Episcopi exercere possunt jurisdictionis actum in Parochos, & Parochianos, in quos Abbates, & alii Superiores Regulares dictam jurisdictionem habeant, nisi tamen Episcopi alia de causa & titulo sint in quasi possessione majoris juris. BENED. XIV. Constit. incipien. Firmandis Tom. 1. Bull. numer. 12. & seq.

41 Inter Abbatem Commendatarium Cryptæ Ferratæ & Episcopum Tusculanum linterminatur a BENEDICTO XIV. per constitutionem incipientem: Inter multa, Tom. 1. Bull. ac decernitur, Monasterium, & Monachos exemptione passiva gaudere; in Territorio vero ejusdem Cryptæ Ferratæ ex immemorabili consuetudine Tusculanum Episcopum jurisdictionem exercere, ideoque ad eum jus in Clerum, & Populum

illius Abbatie pertinere. Abbati præterea nonnulla privilegia de novo concedit, scilicet conferendi Sacramentum Confirmationis semel in anno, approbandi Confessarios pro secularibus in perpetuum; recipiendi examina testium pro statu libero; concedendi licentias publicationum Matrimonii; cognoscendi prima instantia causas civiles mentis Abbatialis etiam ad forum Ecclesiasticum spectantes.

Abbatia Fartensis singularibus privilegiis ab Urbano VIII. cumulata fuerat; cum vero ex ampla nimis jurisdictione lites, & alia sequerentur incommoda, Benedictus XIV. Constit. incipien. Dum universi, Tom. 2. Bull. Abbatis jurisdictionem, restrinxit, ab illa dismembrando varias Ecclesias, Oppida, Monasteria, & Loca pia in variis Diocæsibus existentia; reservat tamen Abbati jure Patronatus Ecclesiastico in Ecclesiis, & Beneficiis dismembrata.

Abbatibus, Priores, alique, qui spirituali jurisdictione quasi Episcopali in suis Monasteriis, & Ecclesiis, eorumque Territoris ab omni alia Episcoporum Diocæsi omnimode separatis potiuntur, Limina Apostolorum visitare, & Ecclesiarum suarum statum exponere debent. Qui in Italia sunt, & Insulis adjacentibus, tertio anno, reliqui vero quinto, ita ut illi tertio quoque anno, illi vero quinto redeunte idem institutum repetere debeant, quæ annorum supputatio a tempore captæ possessionis, & suscepti Monasteriorum, & Ecclesiarum regiminis & curæ incipiat. Qui vero neglexerint, eos ab ingressu Ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quam temporalium, nec non a perceptione fructuum suorum Monasteriorum tandiu suspendantur, donec a contumacia resipiscentes relaxationem hujusmodi a Sede prædicta meruerint obtinere; Benedict. XIV. Constit. incipien. Quod Sancta Tom. 1. Bull.

Abbatibus hujusmodi si Romæ sint, coram S. R. E. Diacono Card. Priori, si vero extra Urbem, vel coram Nuntio Apostolico, vel coram Catholico Episcopo tamquam delegato Sedis Apostolicæ jurare debent, se sacras Beatorum Apostolorum Petri & Pauli memorias personaliter ac per seipso visitaturos; formula autem juramenti ibidem præscripta recensetur infra verb. Juramentum art. 3. n. 37. Nota: Additiones ab Auctore factæ collatæ fuerunt cum Apostolicis Constitutionibus, & ad eam normam emendatæ, atque auctæ.

Supplementa Auctoris e III. Editione.

Abbatia Generali Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italica Indultum conceditur interveniendi Capellis Pontificiis, locuti cum aliis Abbatibus Generalibus eisdem assignatur in consueto scanno, immediate post alios modernos & pro tempore existentes Ordinum Monasticorum Abbates Generales, & cum habitu Prælatitio ipsi alias a Sede Apostolica concessis, seu juxta ritum cum Pontificalibus indumentis; Benedict. XIV. Constit. incip. Romanorum Pontificum.

Abbatia Fuldensis in Episcopatum erigitur, cum omnibus juribus, & prærogativis, preservato tamen statu Regulari: ita ut idem Episcopus, & Abbas Fuldensis sit, & nuncupetur. Benedictus XIV. in Tom. 4. sui Bullarii Constit. incip. In Apostolicæ Dignitatis apice. Fuldensis vero Diocæsis, & Episcopatus, Moguntinæ Archiepiscopali Ecclesiæ jure Metropolitanico declaratur subiectus ab eodem Benedicto XIV. Constit. incip. Saluberrimum.

Pactiones, Capitulationes, seu concordata ante electionem, seu postulationem inita cum eligenda Abbatissa, vel Priorissa, sive Monasterium, & Capitulum ex solis fræminis, sive utriusque sexus personis consistit, Innocentiana Constitutione abrogantur. Benedict. XIV. Constit. incip. Pastoralis regiminis, in qua confirmatur Decretum Congregationis Consultoralis, quo fuit declaratum sub Constitutione Innocentii XII. super Capitularibus Sede vacante initis, comprehendi etiam Monasteria, & Collegia utriusque sexus, nec non eadem Constitutione prohiberi quascumque pactiones, & Capitulationes, etiam per se honestas, & licitas.

Novæ Additiones ex aliena manu.

DE Abbatibus exemptis parce differit Auctor. Dignitas vero materiæ exigit, ut de ipsis paullo latius differatur. II triplicis sunt speciei. Alii, primæ speciei dicti, qui principaliter cum certis locis ab Episcoporum jurisdictione eximuntur,

munantur, & non nisi per consequentiam aliqua donantur jurisdictione non in Populum & Clerum, sed in Personas eorum locorum. Alii, nuncupati secundæ speciei, qui, nonnullis exceptis, quæ nominatim prohibentur, obtinent, quæ ad Episcopos pertinere dicuntur Lege jurisdictionis, in Populum & Clerum aliquorum Oppidorum, remanentibus tamen oppidis illis in Diocæsibus suorum Episcoporum, & sic Episcopis competentibus cunctis, quæ adeos jure Ordinis & Lege Diocæsana pertinent, quæ vetita sunt ipsis Abbatibus secundæ speciei vocati, qui plenius obtinent quæ ad Episcopos lege jurisdictionis pertinent, in Populum & Clerum certorum Oppidorum, iis a Diocæsibus suorum Episcoporum separatis, adeoque Episcopis minime competentibus, quæ ad ipsos pertinent jure Ordinis, Legeque Diocæsana, sed tantum quæ delegata ipsis sunt in Loca Nullius. Confer. Cardin. Petr. in comment. ad Constit. Apostol. Constit. 6. Alexand. III. sect. 1. num. 1. & plur. sequent. & Constit. 4. Callisti. III. sect. 1. num. 6. & plur. sequent. Clement. in sua Concord. Pastoral. par. 1. cap. 4. a num. 64. ad fin.

Num dari queant Abbates exempti exemptione, ut ajunt, nativa, consule Clement. in sua concord. Pastoral. part. 1. cap. 5. a num. 18. ad fin. Regulariter vero Abbates evadunt exempti vel privilegio Pontificio, vel præscriptione, seu quod idem est vel exemptione dativa, vel exemptione præscriptiva.

Quod attinet ad privilegium Pontificum, quum nulla in re magis peccatum sit, quam in falsandis id genus privilegiis Pontificiis, ut sunt antiquæ querelæ Petri Blesensis in Epitola 68. nomine Richardi Archiepiscopi Cantuariensis scripta ad Alexandrum III., & dolet Hericour. in Legib. Eccles. suo ordin. restitut. part. 1. cap. 11. §. 11. Prudenti proinde consilio in jure canonico statutum est, ut in controversiis de exemptione non nisi exhibitis Authographis judicium ferri possit, ut jamdudum præscripsit Alexand. III. in cap. Accipimus de Fid. Instrument. & Bonifac. VIII. in cap. Quam Persona de Privileg. in 6. Quinimo examinanda sunt Authographa juxta rigidas illas artis criticæ Regulas, quas ad detegendum utrum ea vera sint an falsa circa qualitatem chartæ, formam scripturæ, adjunctionem filii, & alia id genus proposuit Innocentius III. in cap. Licet, & in cap. Quam gravi de crimine falsi. Conferendus de hisce Regulis omnino est Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verb. Exemptio sect. 8. distinct. 5. per tot.

Privilegium Pontificum, ut importet exemptionem vel primæ, vel secundæ, vel tertiæ speciei, debet esse clarissimum, nam in quovis dubio contra exemptionem utpote Episcopis præjudicalem & sic odiosam respondendum est. Zypæus consil. canon. 1. num. 1. tit. de Privileg. Vanespen. Jur. Eccles. univers. part. 3. tit. 12. cap. 5. num. 3. & sequent. Antiquitus non consuevisse Romanos Pontifices concedere hoc privilegium nisi requisito consensu Episcopi, cujus jurisdictioni præjudicium irrogabatur, demonstrat Thomassin. de veter. ac nov. Eccles. disciplin. tom. 1. lib. 3. cap. 38. per tot. Hericour in Legib. Eccles. suo ordin. restitutis par. 1. cap. 11. §. 7. Quibus vero verborum formulis tributa nec ne censerit debeat exemptio primæ speciei, quibus exemptio secundæ speciei, & quibus demum exemptio tertiæ speciei longum est iter tradere. Vide Cardinal. Petr. in commentar. ad Constit. Apostol. Constit. 6. Alexand. III. sect. 1. fer. per tot. Clement. in sua concord. Pastoral. part. 1. cap. 6. pariter scire per tot. & potissime Decretales a Summo Pontifice BENEDICT. XIV. feliciter regnante editas in Spiren. jurisdictionis, in Conversana jurisdictionis, tum in Tusculana jurisdictionis. Quod si cupias interpretationem hujusmodi Privilegiorum pro exemptione tertiæ speciei consule Decisiones Rotæ in Marsicen. seu Nullius Jurisd. super bono jure 7. Junii 1700. coram bon. mem. Muto, & in Bricinorien. seu Nullius Foropompilien. Jurisd. 28. Apr. 1725. cor. bon. mem. Cerr.

Quod vero concernit præscriptionem, si de exemptione vel primæ vel secundæ speciei agatur, sufficit immemorabilis, vel centenaria, vel quadragenaria cum titulo colorato. At si quaestio sit de exemptione tertiæ speciei, non nisi immemorabilis efficax est, uti definitum fuit in reformationem antiquæ sententiæ alias a Rota amplexæ in celebri decreto Congregationis particularis exarato a R. P. D. Prospero Lambertini nunc S. D. N. feliciter regnante, & approbato a S. M. Clemente XI. die 14. Januarii 1721. Censuitque Rota in S. Angeli Lombardorum jurisdictionis 3. Februarii 1756. §. 19. cor. Rmo P. D. Buffio, mox dictum decretum non esse Legem novam, sed Legis ve-

teris declarationem, atque hinc locum habere etiam si agatur de casu ante ipsum jam per rem judicatam definito, qui in gradu restitutionis in integrum revideatur. Sublatam vero ab hoc decreto non fuisse observantiam in linea interpretativa Privilegii Pontificii patet ex ipso decreto.

Ex quibus actibus præscriptione acquiratur exemptio primæ speciei, tradunt Frances. de Eccles. Cathedral. cap. 30. n. 156. Rot. in recent. decis. 76. n. 11. part. 10. cor. Molin. decis. 76. n. 18. & decis. 846. n. 109. optime in Osnaburgen. Jurisd. 29. Januarii 1725. fer. per tot. cor. bon. mem. Cerr. At facile haud est dignoscere quibus ex actibus præscriptione acquiratur exemptio secundæ speciei, tum exemptio tertiæ speciei Vicinitas enim, quæ intercedit Potestatem Abbatis secundæ speciei inter, & potestatem Abbatis tertiæ speciei, sæpe in causa est, ut qui actus sufficiunt ad præscriptionem exemptionis secundæ speciei, ii per errorem trahantur ad præscriptionem exemptionis tertiæ speciei, ut conqueritur Clement. in sua concordia Pastoral. part. 1. cap. 4. num. 89. Ad vitandum errorem hunc oportet unam ab altera potestate distinguere, limitetque uniuscujusque statuere ut dignosci inde possit, quinam actus proprii sint unius, & quinam alterius præscriptionis.

Abbatia secundæ speciei, exceptis literis dimissoriis, & excommunicationibus, quæ, monitionibus præmissis ad finem revelandi pro rebus subtractis aut deperditis, feruntur, & si agatur de Abbate non regulari, sed seculari, cognitione causarum matrimonialium & criminalium, tum approbatione Confessoriorum, & Concionatorum, cætera fere competunt, quæ ad Episcopos pertinent lege jurisdictionis, tum voluntaria, ut iunt collatio Beneficiorum, Institutio Clericorum a Patronis præsentatorum, destinatio officialium, & quæcumque nullo judiciali strepitu peraguntur, tum contentiose, ut iunt potestas jus dicendi in causis Ecclesiasticis, & delicta puniendi prænis Ecclesiæ, ut post alios tradunt Clement. in sua Concord. Pastoral. part. 1. cap. 4. num. 85. ad num. 98. P. Guaudent. a Janua de Visitat. tom. 1. cap. 3. dub. 9. sect. 2. num. 4. Et ut recte monet Clement. loco mox citato num. 94. exercere solet Abbas secundæ speciei actus jurisdictionis vel cumulative cum Episcopo (sunt ejus verba), vel privative ad eum juxta formam privilegii vel præscriptionis: Utroque tamen casu retinet Episcopus ea, quæ sunt Ordinis, ut sunt ordinatio Clericorum, administratio Chrismatum, distributio olei sancti, & alia id genus, quæ sunt legis Diocæsanae, ut sunt visitatio, exactio cathedralici &c. quæ vetita esse ipsi Abbati secundæ speciei modo dictum est, & quæ Episcopis in Loca exempta sunt delegata, ut præter mox adductos firmat Cardinal. de Luc. de Jurisd. discurs. 1. num. 9.

Aliter vero se res habet quoad Abbatem tertiæ speciei. Huic enim, demptis literis dimissoriis cum excommunicationibus, quæ feruntur præmissis monitionibus, ad finem revelationis pro subtractis aut deperditis rebus, omnia competunt, quæ sunt tum voluntaria, tum contentiosæ jurisdictionis, & quidem exclusivè semper Episcopo. Quinimo Episcopus nec retinet, quæ sunt Legis Diocæsanae, imo nec quæ sunt ordinis, quum possit Abbas tertiæ speciei pro iis adire quemlibet Episcopum, ut firmant Cardinal. Petra in Commentar. ad Constit. Apostol. Constit. 5. Innocentii IV. sect. unic. num. 29. & duobus sequent., & rurlus Constit. 14. ejusdem Pontificis num. 52. & demum Constit. 4. Callisti III. sect. 2. num. 90. Pignatell. consil. Canon. tom. 7. consil. 8. num. 89. 90. & 102. Rot. cor. Zaratt. decis. 10. num. 20. & plur. sequent. in Marsicen. seu Nullius jurisdictionis super bono jure 7. Junii 1700. §. Insuper, & §. Istaque cor. bon. mem. Mur. & in Bricinorien. seu Nullius Foropompilien. jurisdictionis 28. Aprilis 1725. §. Hanc vero cor. bon. mem. Cerr. Solumque Episcopus ea exercere valet, quæ ipecciatim delegata sunt in Loca Nullius.

Patet ex his, quod ad acquirendam præscriptionem exemptionis secundæ speciei satis est docere de exercitio actuum voluntariae, & contentiosæ jurisdictionis in Clerum & Populum alicujus Loci, vel privative ad Episcopum, vel cumulative cum ipso Episcopo.

Ad acquirendam vero præscriptionem exemptionem tertiæ speciei minime sufficit probare exercitos fuisse in Clerum, & Populum alicujus oppidi actus jurisdictionis voluntariae, & contentiosæ, Abbati secundæ speciei permittos, sed docere omnino oportet de exercitio itidem eorum actuum jurisdictionis voluntariae & contentiosæ, qui mox dicto Abbati secundæ speciei sunt prohibiti, tum & maxime de exclusione Episcopi non modo ab iis, sed & ab actibus Legis Diocæsanae, & Ordinis,

nis, ut firmavit Rot. in Burgun. jurisdictionis S. Joannis super territorio separato 10. Decemb. 1725. §. 2. & 21. Junii 1726. §. 1. & 2. & 9. Januarii 1728. §. 8. cor. bon. mem. Ratt. inter imprels. decis. 163. num. 4. & 28. Martii 1735. §. 5. & 20. Januarii 1736. §. 2. cor. Rmo P. D. Bussio, & 16. Maji 1738. §. 5. cor. clar. mem. Calcagnin.

25 Silentio omittendum haud est, dari Abbates tertiae speciei per quamdam fictionem. Hi sunt, quibus non est territorium cum Clero, & Populo, & non nisi Privilegio Pontificio, eoque specialissimo & clarissimo dari possunt. Contulit de ipsis Cardinal. de Luc. de jurisdic. discurs. 18. num. 7. Cardinal. Petr. in comment. ad Constitut. Apostol. Constit. 6. Alex. III. num. 6. & plur. sequent. Clement. in sua Concord. Pastoral. part. 1. cap. 6. a n. 35. ad plur. sequent. Rot. in Burgun. jurisdictionis S. Joannis super territorio separato 26. Mart. 1735. §. 18. & 20. Januarii 1736. §. cor. Rmo P. D. Bussio & 11. Maji 1738. §. 7. cor. clar. mem. Calcagnin.

26 De modis quibus Abbates exemptionem amittere possunt plene agit Cokier de jurisdic. in excmpt. part. 3. per tot. Id unum inculcandum est, quod si Abbas exemptus sit simul immediate S. Sedi subiectus, ad amissionem exemptionis minime efficax est quadragenaria, sed omnino requiritur centenaria. idque ratione prejudicii, quod inde obvenit Ecclesiae Romanae, ut ex tex. in cap. Quum dilecta §. 4. de confirmat. util. vel inutil. post antiquos firmant Loter. de re Benefic. lib. 1. quest. 24. num. 244. & sequent. mox. laudatus Cokier. de jurisdic. in excmpt. part. 3. quest. 12. a numer. 4. ad plur. sequent.

A B B A T I S S A.

1 Nulla Monialis potest eligi in Abbatissam, seu Priorissam, quae non habeat annos quadraginta aetatis, & annos octo saltem Professionis Regularis, ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regular. & Monialibus. Et annus quadragimus debet esse completus, ex Sacra Congr. Concil. in una Neapolitana die 24. Septemb. 1678. Si vero non reperitur in Monasterio Monialis quadragenaria, possit eligi, quae annos triginta excesserit, & quinque saltem annis post Professionem recte vixerit, ex eodem Conc. ibid.

4 Et quo ad hanc aetatem neque Episcopus, neque Nuncius, vel alius Superior potest dispensare; nemo enim Summo Pontifice inferior potest dispensare in lege Conciliari. Et si aliqua eligatur non habens talem aetatem a Concilio requisitam, electio ipso jure esset nulla, ut declaravit Sacra Congregat. in una Viterbiensis 16. Maji 1623.

6 Et dato, quod in Monasterio reperiretur una sola habens aetatem requisitam a Concilio, ipsa deberet eligi, nisi esset penitus inhabilis ex alio capite; Non enim potest eligi alia, quae deficiat a dicta aetate, aut tempore etiam per solum mentem, licet sit habiliior illa, quae habet requisitam aetatem, & tempus; ex Sacra Congregatione. in una Viterbiensis. S. Rosa 25. Martii 1623.

8 Non potest in Abbatissam eligi illegitima; ejus enim electio facta sine Apostolica dispensatione est nulla: ex Sac. Congr. Concil. in una Nullius 27. April. 1630. Neque corrupta, ex Sacra Congreg. 25. Martii 1616. Neque quae fuit publice poenitentia, licet ex gratia poenae remissionem obtinisset, nisi poenitentia fuisset tantum salutaris, ex Sacra Congregat. in una Vicentina 1603. 3. Octobris, & in una Januarii 1636.

11 14. Martii. Neque vidua, sine dispensatione Apostolica, ex Sacra Congreg. Episc. & Regul. in una Cassanen. 29. Januarii 1585. & in alia sub die 15. Julii 1616. Neque caeca, ex cap. Hinc etiam, §. Caecus, dist. 49. Neque surda, ex c. Constitutionem, de verbor. significat. in 6.

14 Neque tertia Soror viventibus aliis duabus Sororibus, quia absque dispensatione ipsis adhuc viventibus caret voce activa, & passiva, ex Sac. Congr. 26. Augusti 1616. Non prohibetur tamen a jure communi, quin Soror possit succedere immediate Sorori in officio Abbatissatus: ex Sac. Congr. Episc. & Regul. in una Vlixiponens. 19. Apr. 1616. & in una Messanen. 17. Jan. 1642. Si vero alicubi per statutum contrarium prohiberetur, esset tale statutum observandum, nec ibi Soror possit immediate ad Sororem eligi in Abbatissam, seu Priorissam, ex Sac. Congr. in una Mediolanen. 21. Julii 1600. & 11. Aprilis 1645. in una Portuens. 23. Nov. 1640. & in una Messanen. 26. Apr. 1652.

18 Electio Abbatissae debet fieri per vota secreta: ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de Regul. & Monial. & proinde electio

est nulla, si vota non sint secreta, ex eodem Conc. ibid. & ex Sac. Congr. in una Melphitens. electionis Abbatissae 3. Augusti 1696. Immo etiam ex ignorantia vota non exhibeantur secreta, adhuc electio est nulla, ex Sac. Congr. Concilii, quae, ut refert Sperell. decis. 191. num. 34. decrevit sic: Electio Abbatissae, facta per vota non secreta per ignorantiam hujus Decreti (nempe cap. 6. sess. 25. de Reg. & Monial.) non valet, nec Episcopus potest dispensare; ut valeat. Sanctissimus tamen dispensat consideratis circumstantiis. Per hoc tamen, quod Praes electionis accipiat vota oretenus exhibita praesentibus duobus, vel tribus probatis viris, qui vota audiant, & notent, non tollitur secretum, & talis electio est Canonica ex decreto Sac. Congregat. Concilii relato a Garzia de Beneficiis par. 5. cap. 4. num. 190. Per disjunctivam audiat, vel accipiat, qua utitur Concilium loco citato, datur libertas, ut electio Abbatissae fiat per schedulas, ut videtur signari per ly verbum audiat, & sic declaravit Sac. Congr. ut referunt plures Doctores cum Donato prax. rer. Regul. tom. 4. tr. 6.

In electione Abbatissae de jure communi habent vocem activam omnes Moniales Chorales professae ejusdem Monasterii; cap. Indemnitatibus, de elect. in 6. In aliquibus tamen Religionibus, & Monasteriis de jure speciali suarum Constitutionum vocem non habent nisi post aliquos annos Professionis; unde semper attendenda sunt statuta, Constitutiones, & Consuetudines Monasteriorum, quas servare jubet Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regul. & Monial.

Et si reperiretur aliqua Monialis infirma, quae nollet renunciare juri suo, possit Praes mittere ad ipsam duas prudentes Moniales, quae ab ipsa diligenter votum exquirent, aut possit ipsa mittere scriptum, & sigillo munitum suum votum. Non enim infirmam debent contemni, cum jus habeant ad electionem, non minus quam certae. Vide verb. Electio art. 7. n. 37. ubi citantur Doctores, & adducitur ratio.

Si vero in aliquibus Monasteriis vigeret consuetudo, quod etiam Conversae in tali electione votarent, essent manuteneandae in sua possessione votandi, ut decrevit Sac. Congr. Episc. & Regul. in Barchinonens. 18. April. 1698. & in Illerd. 4. Decembr. 1669. Si electio Abbatissae fiat per schedulas, & in aperitione scrutinii reperiantur plures schedulae, quam sint vocales, adhuc electio erit valida, si, demptis superfluis, remanet major pars; Sac. Congr. Episc. & Regul. 17. Nov. 1628. & Sac. Congr. Concilii in Aquinaten. 23. Aug. 1692. Unde valida & canonica est electio, quoties major pars Capituli Monialium concurrat in una, ut statuit Nicolaus V. 9. Martii 1447. Constit. incip. Digna redduntur, & Sac. Congr. Episc. in Balcoregien. 15. Sept. & 24. Nov. 1690. exceptis tamen electionibus Abbatissarum Ordinis Cassinensium, pro quibus, ut Canonica dicitur electio, duae ex tribus partibus vocalium debent concurrere, ut decrevit Sac. Congr. Episc. & Regul. 3. Dec. 1676. & 20. Junii 1698.

Nec Episcopus, nec alius Superior potest ferre suffragium in electione Abbatissae, quamvis vota Monialium essent paria, & Moniales in electione non concordarent; Sac. Congr. Episc. & Regul. 5. Martii 1619. & Sac. Congreg. Conc. 23. Maji 1621. Sed in casu quo Moniales non essent concordantes eligenda Abbatissa, quia Monasterium non debet manere sine capite, Episcopus, sive alius Superior debet praefigere illis certum tempus, in quo concordarent, quod si eo elapso non convenissent in eligenda, tunc Superior deberet ipse nominare eam, quam judicaret magis idoneam, & deputare in Abbatissam, ut decrevit Sac. Congr. in una Cremonens. 22. Octob. 1592. & in una Assisien. 20. Nov. 1595. & in una Melphiten. 3. Aug. 1696.

Praelati Regulares tenentur significare Ordinario diem electionis Abbatissarum sibi subiectarum, ut per se, vel per alium possit intervenire si velit, & ipsum expectare, si expresse declaraverit velle vel per se, vel per alium intervenire; alioquin si ante tempus significatum ad electionem proccederent, possunt ab ipso puniri ex Constit. Gregorii XV. incip. Inscrutabili, & Sac. Congr. Concilii in responsione ad dubia eidem super tali Constitut. proposita: Vide verb. Electio art. 4. n. 100. & 102.

Si autem vocatus, & admonitus de tempore electionis, noluerit intervenire neque per se, neque per alium, tunc superior Regularis possit procedere ad electionem, quae esset canonica, & valida, ex declaratione Sac. Congr. Conc. die 4. Maji 1675. alias, ut perdoctus defendit Pignatell. t. 8. conf. 120. electio penderet omnino ab ejus voluntate. Episco-

Episcopus, seu Vicarius non potest secum ducere ad interessendum etiam Notarium, ex d. declaratione Sac. Congr. Concil. 4. Maji 1675. Neque exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa debent exquiri, & accipi a Superiore Regulari, deciente tamen, & audiente eodem Episcopo, ut expresse declaravit Sac. Congr. Conc. 10. Febr. 1650. Neque potest Moniales ante actum electionis personaliter audire, & interrogare in materia ad electionem spectante, ut Sac. Congr. rescripsit Episcopo Anconitano 4. Octob. 1638. Neque potest per se, vel per alium adnotare vota Monialium, ex Sac. Congr. Episc. & Regul. 10. Junii 1671.

Neque jus habet confirmandi Abbatissas electas, ex Sac. Congr. Conc. apud Fagnan. de Privileg. cap. Cum Cappella, ad dubium 5. eidem occasione Bullae propositum, ad quod expresse respondit: Jus confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per Constitutionem attributum, sed publicanda, & confirmandae sunt a Praelato Regulari, utpote Superiore immediato eorum. Neque potest intervenire per se, vel per alium Confirmationibus annualibus ipsarum Abbatissarum, quae penes quosdam Regulares quotannis fiunt, ex Sac. Congr. Episc. & Regul. 15. Maji 1671.

Electio Abbatissae debet publicari statim ac est secuta, significando quot suffragia habuerit ipsa, & quot aliae Moniales; ex cap. Quia propter 42. de election. ibi; mox publicentur. Suarez de Religio. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 5. n. 22. Pellizarius de Monial. cap. 10. num. 108. & alii passim. Et si facta publicatione Abbatissae, Moniales statim opponant se elegisse non illam, quae fuit publicata, sed aliam; Latorius ex variis lucubracionibus tit. 4. cap. 24. num. 56. & ex ipso Tambur. de jure Abbatiss. disp. 28. q. 10. num. 3. Pellizarius de Monial. cap. 10. num. 109. & alii dicunt Sac. Congr. in una Licien. declarasse in tali casu Moniales omnes iterum audiri debere per personam non suspectam, ut sic de veritate constet, & electio censetur canonica.

Nec Moniales possunt electionem Abbatissae in Episcopum, vel alium Superiorem, vel Praelatum compromittere. Sic expresse tenet Donatus tom. 4. prax. Regul. tract. 6. quest. 15. num. 4. ubi dicit sic tenere communiter novissimos Doctores. Vide verb. Elect. art. 4. num. 29. ubi ex plurimis Clarissimis Doctoribus, & pluribus Sacrae Congregationis declarationibus concludimus electionem quorumcumque Superiorum Regularium non posse fieri per viam compromissi, aut inspirationis, sed solum per vota secreta, ut statuit Concilium Trid. sess. 25. cap. 6. de Regularib. Nec potest Monialis concurrens cum alia ad Abbatissatum cedere votum suum Superiori Praefidenti electioni, ut illud eimetipsum redonet ad superandam, & aemulam in votis, quia cum ex dictis supra num. 29. nec Episcopus, nec alius Superior possit ferre suffragium in electione Abbatissae, nec possit ab alio delegari ad seipsum eligendum, sicuti nec ad seipsum in Beneficio instituendum ex cap. Cum ad nostram 7. de institutionibus; ibi: Custodiam ipsam recipere non potuit a seipso, cum inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis; sed nec ab alio, cum jus conferendi alius non haberet; hoc esset revera seipsam eligere, quod nullatenus potest ex dictis art. 1. de elect. num. 23. & art. 2. num. 6. Juribus, & Doctoribus ibi adductis; Ut enim dicit Glossa in cap. Cumana 50. de elect. in fine casus: Vox electi non auget numerum, quod repetit infir. verb. Ad majorem partem, ibi: Persona electi non auget numerum eligentium.

Electio enim ut sit valida requirit, ut in ipsam concurrat saltem major pars Capituli, ita ut si sint 40. vocales, requiritur ut electa habeat ad minus vota 21. c. Cumana 50. de elect. & c. Sicut 23. eod. in 6. quod non verificaretur; si inter ipsa vota 21. computaretur etiam votum, seu vox electae. Sufficit autem quicumque excessus ultra medietatem, quamvis esset solum unius medii voti, ut si essent 39. vocales, 20. vota sufficerent. Cum enim Jura nullibi dicant excessum ultra medietatem debere esse unius integri voti, sed solum indistincte dicant, quod ad hoc ut sit valida, debet esse facta a majori parte Capituli, debet sufficere qualicumque excessus, quia ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, cap. Quia circa 22. de privileg. & l. de pretio 8. ff. de publiciana in rem action. & expresse tenent Abbas in cit. cap. Cumana 9. Card. de Luca de Parochis disc. 1. num. 18. Reiffensuel lib. 1. decret. tit. 6. n. 139. Sannigh ibid. cap. 4. n. 9. Passerin. de elect. c. 19. n. 18. cum aliis, & docet praxis.

Electio autem ut sit valida nedum debet esse facta a majori parte Capituli, sed etiam a saniori, ita ut debeat esse facta Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

copulative, & a majori, & a saniori parte Capituli. Communis, textu expresso in cit. cap. Quia propter 42. de elect. ibi In quem omnes, vel major, & sanior pars Capituli consentit. In omnibus Universitatibus, Communitatibus, & Collegiis non valet nisi quod gestum est simul & a majori, & saniori parte Capituli, ut cap. 1. de his quae sunt a majori parte Capituli, cum similibus.

Unde ad validitatem electionis non sufficit quod Abbatissa (idem dic de aliis) sit electa a majori parte Capituli, nisi ea major pars sit etiam sanior, ut clare habetur in cap. Ecclesia vestra 57. de elect. & notat ibi Glossa, & communis Doctorum. Sic etiam ad validitatem electionis, non sufficit quod Abbatissa (idem dic de aliis) sit electa a saniori parte Capituli, nisi ea sanior pars sit etiam major, ut clare habetur in cap. Cumana 50. de elect. & notat ibi communis Doctorum teste Reiffensuel loc. cit. num. 146. Vide verb. Electio art. 4. n. 44. Dummodo tamen major pars non elegerit scienter indignam (vel indignum) quia in tali casu major pars pro illa vice privata existeret jure eligendi, & sic valida esset, & remaneret electio de digna (vel de digno) facta a saniori, licet minori parte, etiam ex eodem scrutinio, textu expresso in cap. Congregato 53. de elect. in cuius summario sic praecise habetur; Si major pars Capituli scienter eligit indignum, valet electio de digno a minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. Persona autem indigna est illa, quam sacri Canones, Constitutiones Pontificiae, & statuta Ordinis inhabilem declarant, ut notat Sanctorus in compendio, verb. Electio num. 15. Vide verb. Electio art. 4. num. 40. & seq.

Electio facta a minori parte Capituli, non solum invalida est, sed insuper per sublequentem consensum aliarum (seu aliorum) ratificari non potest, ut expresse habetur in cap. Audistis 29. de elect. ibi. Cum tamen ex post facto nequiverit convalescere, quod ab initio non valebat, quoniam electio, quae fuerat irrita ipso jure, per sublequentem consensum non poterat esse rata, & in ejus summario sic praecise dicitur: Electio per minorem partem Capituli facta non tenet; nec per sublequentem consensum ratificari potest. Tum quia electio debet celebrari omnibus vocalibus in unum collegialiter, seu capitulariter congregatis, & non singulariter tantum ex dictis sub verb. Electio art. 4. num. 14. adductis ibi juribus, & Doctoribus.

In dubio an major, vel minor pars sit sanior, praesumitur sanior major pars numero, ut habetur expresse in cit. cap. Ecclesia vestra 57. de elect. ibi; cum ubi major numerus est, zelus melior praesumatur cum similibus, & tenet communis Doctorum cum Fagnano, in cap. Cum in cunctis num. 4. de his, quae sunt a majori parte Capituli. Et in specie valere electionem Abbatissae a majori parte factam traditur in cap. Indemnitatibus 44. §. si vero de elect. in 6. & resolvit Reiffensuel lib. 1. decretal. tit. 6. num. 150. Hinc praesumptio stat in favorem, habentis plura vota, quae eo ipso, quod sint plura, etiam saniora esse, atque respectum ad digniorem habuisse, censenda sunt, nisi aperte constet de opposito, ut si habens plura vota juxta Sacros Canones, Constitutiones Pontificias, aut statuta Ordinis esset inhabilis, V. G. quia constaret, quod pro consequendo Abbatissatu (idem dic de aliis dignitatibus) dedisset aliquod temporale munus, vel a manu, vel a lingua, vel ab obsequio, vel constaret electrices sic pacto convenisse, si tu eliges me in Abbatissam, ego te eligam in Vicariam; si tu dederis mihi, vel meae Amicae tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amicae tuae; si tu in hac electione suffragata fueris pro meis dependentibus, ego in alia suffragium feram pro tuis, & hujusmodi. Vid. ad rem verb. Electio art. 4. per tot. & signanter num. 36. 59. & 64.

Quaenam autem pars Capituli debeat dici sanior? variant Doctores: Multi enim cum Glossa cap. in Genesi 55. vers. ad Zelum de elect. dicunt, quod illa censetur sanior, quae est justior, & majori ratione nititur, & auctoritate; Alii autem dicunt, quod illa est pars sanior, quae constat personis dignitate, aetate, ac tempore Officii, nec non & prudentia, pietateque magis conspicuis; nam praecellentes in praedictis habent voces ponderosas, ut loquitur Abbas in cap. Ecclesia vestra 57. de electione num. 15. Praesumitur tamen sanior major pars numero juxta dicta num. antecedenti.

Abbatissae non possunt durare in officio Abbatissatus ultra triennium, & eo elapso debent vacare per integrum triennium a die finiti regiminis, & administrationis inchoandum. Gregor. XIII. 1. Januarii 1583. Constituit. incip. Exposcit debium. Unde si intra triennium moriatur Abbatissa, aut alio modo vacet

55 cet officium, non poterit eligi in Abbatisiam, quæ immediate præcessit in officio, quia non vacavit per triennium. Neque eligi poterit in Vicariam, quæ gubernet Monasterium in capite per aliquod considerabile tempus; imo neque in Vicariam novæ Abbatisiæ, nam Pontifex in cit. Bulla præcipit, ut elapso triennio careant omni prorsus auctoritate, ac a regimine, & administratione Monasterii per triennium abstineant; quæ verba prohibent eam eligi ante elapsum triennium, etiam Vicariam, cum Vicaria non careat omni prorsus auctoritate, regimine, & administratione Monasterii; ipsa enim debet vicēs Abbatisiæ supplere, cum Abbatisia est infirma, vel quando non est præsens in actibus Communitatis, cum ad hoc eligatur. Praxis tamen videtur esse contraria.

56 Nec Abbatisia confirmata pro secundo triennio ex dispensatione Sacræ Congregationis, potest iterum eligi a Monialibus ad tertium triennium sine nova dispensatione, quia gratia, & privilegium concedit quidem id, quod de jure non potest haberi, sed non alterat naturam rei concessæ; & ideo cum officium Abbatisiarum de jure requirit, quod expleto triennio, vacet per aliud integrum triennium juxta citatam Gregorianam, dum conceditur pro tempore, in quo non potest conferri, censetur concessum absque alteratione suæ naturæ, & ideo cum fuerit expletum, requirit, quod subsequatur triennialis vacatio; & sic decrevit Sacra Congregatio deputata ab Innocentio XII. pro causis Congregationis Cassinensium.

57 26. Febr. 1694. in responsione ad quintum dubium. Imo expleto triennio, officium Abbatisiæ non potest ab Episcopo prorogari, nec eam sub nomine Vicariæ, vel alterius tituli præficere gubernio usque ad novam electionem, quia elapso triennio debet ex citata Constitutione Gregorii XIII. statim carere omni prorsus auctoritate, regimine, & administratione Monasterii per aliud triennium a die finitæ administrationis inchoandum, & sic declaravit Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Audien. 20. Febr. 1615. & in Mazariens. 28. Martii 1700.

58 Abbatisia propter juramentum fidelitatis præstandum Domino seculari causa Feudi sui Monasterii potest licite exire, si tale juramentum per Procuratorem præstare nequeat; & tunc potest tecum ducere honestam societatem, dummodo accedat licentia Superioris, & statim præstito juramento revertatur; ut colligitur ex cap. 1. §. verum de stat. Regul. in 6. & tenet Tamburrin de jure Abbatisiæ disput. 20. q. 2. num. 5. Sanchez, & multi cum Barbof. de jur. Ecclesiast. l. 1. cap. 44. num. 79. Secus tamen post Bullam S. Pii V. incipient. Decori.

59 Abbatisia quamvis non habeat facultatem commutandi, ac dispensandi in votis suarum Monialium, cum hoc pertineat ad spirituales jurisdictionem, cujus ipsa est incapax, tamen facultatem habet irritandi vota ipsarum, cum hoc spectet ad potestatem dominativam, quæ competit Abbatisiæ in Monialibus subiectas, magis quam competat parentibus in filios. Monialium enim voluntas ratione voti obedientiæ translata est in voluntatem Abbatisiæ, unde si de communi possunt parentes ratione potestatis dominativæ vota filiorum irritare, a fortiori poterit Abbatisia irritare vota suarum Monialium subditarum. Sic Doctores communiter.

60 Abbatisia potest præcipere Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & in conscientia obligare, non potestate jurisdictionis, quam non obtinet, sed potestate dominativa spirituali, quam ex vi voti ei tradunt Moniales, quæ ideo eidem obedire tenentur, cum votum obedientiæ obliget Moniales tamquam subditas ad obediendum Abbatisiæ tamquam legitimæ Superiori; Sic Doctores magis communiter.

61 Abbatisia potest instituire Beneficia, & Cappellanas conferre, ut deducitur ex cap. Delicta de Majorit. & obedient. & Rota part. 10. decis. 44. num. 13. quia hoc præstat Abbatisia quo ad titulum, & possessionem tantum, non autem quo ad potestatem, quam habet Beneficiarius, quo ad jurisdictionem fori externi, nam hoc accipit ab Episcopo, seu Prelato, qui admittit, & auctorizat collationem, & institutionem, & tota Abbatisiæ institutio, & collatio in nominatione consistit; juxta cap. 1. de Monach.

62 Et sic Abbatisia est capax conferendi Parochiales, & Parochum nominandi, & instituendi, quem Ordinarius ad regimen animarum idoneum approbaverit, ut declaravit Sacra Cong. Concilii in una Mediolanensi 17. Decembris 1701.

63 Potest etiam Abbatisia cum legitima causa privare Clericos sibi subiectos Beneficiis jam illis collatis, auferendo scilicet, quod illis dedit, nempe titulum, & possessionem, nam posita hac ablatione censetur Pontifex auferre jus spirituale; quia si cuti Beneficium confertur dependenter a designatione Abba-

tissæ, & collatione tituli, & possessionis, ita etiam censetur conservari jurisdictione a Summo Pontifice dependenter ab iisdem, quibus sublati, etiam reliqua alia tolluntur. Rota part. 9. tom. 2. decis. 429. num. 19. & 20. Non potest tamen Abbatisia ipsos Clericos suspendere, prout suspensio est censura Ecclesiastica, sicuti neque interdicere, aut excommunicare, quia caret spirituali jurisdictione, ut colligitur ex cap. Dilecta de Majorit. & obed. & Rota dicta part. 9. tom. 2. decis. 429. num. 17. & 18.

64 Aboatiis non potest cum suis Monialibus proprie dispensare in observantiis Regularibus, & Ecclesiasticis, quia hoc proprie spectat ad jurisdictionem spirituales, cujus femina est incapax. Communis. Et si aliquando videatur in ipsis dispensare, solum facit ministerialiter ex commissione sui Prælati; vel solum declarando, quod hic, & nunc jejuniu V. G. præceptum recitandi officium, seu aliquod aliud præceptum cesset obligare; & sic intelligenda sunt privilegia, quæ videntur concedere Abbatisiæ facultatem dispensandi. Communis. Neque potest suis Monialibus publice benedicere, sed solum eo modo, quo parentes solent benedicere propriis filiis, cum munus benedictionis proveniat ex potestate clavium, quæ non competit feminis Communis. Neque potest prædicare nisi hortando Moniales in Capitulo; nam mulier quamvis sit docta, & sancta, non debet docere ex cap. Mulier. de consecr. dist. 4.

Supplementa novissima Auctoris.

Abbatisiarum nomine donantur Prioriis Monialium Ordinis Prædicatorum; ex Bullario Ordinis Prædicatorum; tom. 8. in indice rerum notabil. ex Constit. Pauli II. incip. Apostolicæ sollicitudinis allata in ejusdem Bullar. tom. 4. pag. 375.

Novæ Additones ex aliena manu.

Varia fuit disciplina Ecclesiæ circa ætatem quæ in Abbatisia concurrere debet. Leo I. in cap. Nemo 78. distinct. præscripsit ætatem quadraginta annorum. Gregorius I. in cap. Innocentius 38. quæst. 1. ætatem requisivit sexaginta annorum. Innocentius IV. in cap. Indemnitatibus 43. de Elect. in 6. contentus fuit ætate triginta annorum completorum. Hodie vero ex dispositione Concilii Tridentini sess. 25. cap. 7. de Regular. necessaria est ætas 40. annorum, eorumque completorum, ut, relatis pluribus resolutionibus S. Congregationis Concilii Interpretum, firmant Garz. de Benefic. part. 7. cap. 4. num. 71. Matthæus. in official. Curia cap. 1. num. 4. Quinimo secundum Concilium Tridentinum loco mox citato, necesse insuper est, uti Abbatisia octo post professionem annis in eodem Monasterio vixerit.

65 Electionem Abbatisiæ, quæ utraque, vel alterutra mox dicta qualitate careat, irritam, & quidem ipso jure, esse tenent Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 45. num. 19. Tamburrin. de jur. Abbatisiæ. disp. 28. quæst. 2. num. 7. At eam non ipso jure irritam, sed irritandam esse firmat Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 2. subsect. 1. num. 92.

66 Quod si inter Moniales Monasterii nulla sit hæc qualitas prædita, & Superior electioni præsidens judicaverit non expedire quod eligatur Abbatisia ex alio Monasterio, eligi tunc poterit aliqua Monialis ejusdem Monasterii, quæ annum trigessimum exceiserit, & quinque saltem post professionem annis in eo recte vixerit, Episcopo tamen, aut Superiore Monialium consentiente: Concilium Tridentinum ubi supra.

67 Si duæ Moniales ad Abbatisiatum concurrant, quarum altera sit ætatis quadraginta annorum, sed nec octo nec quinque post professionem annis eo in Monasterio vixerit, altera tamen quinquæ vel octo annis post professionem vixerit in illo Monasterio, ætatem tamen habet quadraginta annorum, primam esse præferendam censet Suarez de Religion. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 10. Remittendum vero esse negotium hoc arbitrio superioris, qui pensatis aliis qualitatibus eam præferat quam magis idoneam existimaverit, tenet Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 2. subsect. 1. num. 93.

68 Num in Electione Abbatisiæ perpetuæ locum habeat forma cap. Quia propter de elect. negat Passerin. de elect. cap. 40. num. 23. affirmat vero cum aliis Scarfanton. ad Ceccoper. tom. 3. addit. 12. num. 3. Ad hæc videtur Rota Passerin. in Leodien. Priorissatus 12. Maji 1747. cor. R. P. D. Canilliac. dum §. Eademque censuit necesse haud esse quod Scrutatores sint de gremio, si ita videatur; Superiori, qui electioni præsidet.

69 Plura specialia in electione Abbatisiæ sancita sunt ab Inno-

centio IV. in cap. Indemnitatibus de elect. in 6. de quibus vide Schmier in jurisprudent. Canon civil. lib. 1. tract. 3. cap. 1. §. 3. num. 787. & plur. sequent. Omittendum vero haud est quod Rot. in Leodien. Abbatisiatus impress. post Tambur. de jur. Abbat. decis. 17. num. 5. & sequent. censuit speciale & hoc esse in electione Abbatisiæ, quod non sufficiat major pars, sed requirantur duæ ex tribus partibus, nec jus eligentium inabilem consolidetur in eligentibus habilem. At idem sacrum Tribunal mutavit postmodum sententiam, definiitque sufficere ad electionem Abbatisiæ majorem partem, & jus eligentium inabilem consolidari in eligentibus habilem, ut videre est in Colonien. Abbatisiatus cor. Carillo decis. 252. num. 6. & sequent. Et in hoc postremo sensu stetit etiam novissime in Leodien. Priorissatus 12. Maji 1747. §. 3. cor. R. P. D. Canilliac.

70 Quod ait Auctor num. 53. & sequent. de triennio a Gregorio XIII. præfinito Abbatisiatui, id intelligendum est de Monasteriis intra, non item extra Italiam existentibus. Roder. quæstion. Regular. tom. 1. quæst. 16. artic. 2. Tamburin. de jur. Abbatisiæ. disput. 31. quæst. 1. num. 12. Quinimo in ipsa Italia in Collegiis, seu Universitatibus Mulierum oblatarum, quæ tria vota non emittunt, locum haud habere Gregorianam Constitutionem præter mox adductos monet Castellan. de elect. canon. cap. 5. num. 33.

71 De potestate ordinaria Abbatisiæ consule Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 2. subsect. 2. per tot. Num Abbatisia capax esse possit exemptionis tertiæ speciei, de qua dictum est in antecedenti additione affirmant Cardinal. Petr. in comment. ad Const. Apostol. Constit. 7. Urban. IV. num. 37. P. Gaudem. a janua de visit. tom. 2. cap. 7. dub. 21. sect. 4. num. 6. Verumtamen ut monent mox laudati Auctores, ea per Vicarium exercere teneatur illa, quæ conditioni muliebri haud congruunt. Inter Abbatisiæ, quæ possent hac tertiæ speciei exemptionem, referri solet Abbatisia Monasterii S. Benedicti Civitatis Cuperfani. At agitata causa in Rota, succubuit Abbatisia, ut patet ex Decisionibus in Conversana jurisdictionis super territorio separato 27. Novembris 1750. & 14. Junii 1751. cor. bon. mem. de Vais.

72 Si Abbatisia citra qualitatem exemptionis secundæ, vel tertiæ speciei jus habeat conferendi Beneficia, minime jus habet delituendi, & multandi Clericos & Beneficiatos Cardinal. Petr. in Comment. ad Constit. Apost. Constit. 7. Urban. IV. n. 48.

ABBREVIATORES.

Abbreviatores de Parco Majori.

73 **A**bbreviatores (sic appellati, quia, ipsi brevi compendio concipiunt impetrata a Summo Pontifice in supplicationibus, & postea latius in litteris extendunt) nihil ultra taxam recipere possunt; Et si exceiserint, subjacent variis pœnis: Martin. V. Constit. 3. incip. In Apostolica. Abbreviatores admittuntur per gradus a minori ad majorem Partem, eorum officia sunt compatibilia cum aliis Curia officiis, sunt resignabilia, aliqua conferunt Vicecancellarius, reliqua Summus Pontifex: Sixtus IV. Constit. 26. incip. Divina. Abbreviatores de Parco majori gaudent Privilegiis Referendariorum utriusque Signaturæ, eisque conceditur portio panis, & vini in Palatio Apostolico: Paulus V. Constit. 2. incip. Romani Pontificis. Eorum beneficia vacant in Curia, licet decedant extra Urbem: Extrav. commun. cap. Ex debito III.

74 Abbreviatores sunt Papæ familiares, & commensales, nobiles, Comites Palatini, possunt creare Doctores cum privilegio Universitatis, & etiam creare Notarios. Possunt declarare nobiles tres personas. Et creare Milites auratos, & multa alia privilegia eis concessit Leo X. Constit. incip. Summi (a)

Supplementa Auctoris e II. Editione.

75 Abbreviatoribus de Parco majori conceditur usus Redimiculi galeri, vulgo Cordone coloris violacei, etiam dimisso officio; Benedictus XIV. tom. 1. Constit. 3. incip. Maximo.

Novæ additiones ex altera manu.

76 **D**E Abbreviatorum institutione, numero, & officio late disserunt Cobell. in nor. Card. cap. 22. Ciampinus de Abbreviat. de parc. major. cap. 1. & seqq. Van-Espen in jus Eccles. Univ. part. 1. tit. 23. cap. 1. num. 9. & seqq., alique quos Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

(a) Addit Auctoris vide verb. Insignia num. 32.

77 recenset Rigant. in Comment. ad Regul. 1. Cancell. §. 4. n. 149. Alii sunt de majori, alii de minori Parco, ita appellati a loco Cancellariæ, in quem conveniunt, qui vulgo Parcus nuncupatur. Prælati de majori Parco quoddam quasi Tribunal constitunt, & decidunt dubia, quæ oriri contingit super litterarum formulis, vel clausulis, & decretis in eis adjiciendis, ac etiam super emolumentorum solutionibus, aliisque emergentibus, Cardin. de Luca in relar. Cur. Roman. discurs. 44. n. 5. Van-Espen in jus Eccles. Univ. part. 1. tit. 23. cap. 1. n. 12. Prælati de minori parco, id tantum curant, ut Bullæ ferantur, & tradantur Prælati de majori Parco. Minuta confecta per Prælatum seu Abbreviatorem de Parco majori ad quem spectat de turno, mittitur postea ad alium Abbreviatorem, ut reveideat, & revisa traditur Scriptori Bullarum.

78 In collegio Abbreviatorum de Parco majori septem antiquiores majora percipiunt emolumenta. Antianitatem ad effectum hujusmodi pinguioris participationis competere illi, qui primò inter Abbreviatores admissus fuit, licet non exercuerit nequaquam vero illi, qui postea admissus, prius tamen officii sui munus expleverit, definit Rota in Romana emolumentorum Abbreviatoratus 26. Novemb. 1692. coram Ursino.

79 Optime scribit Auctor num. 5. eorum beneficia vacare in Curia, licet decedant extra Urbem, nam Abbreviatorum omnium beneficia sunt reservata reservatione personali, Rigant. in Comment. ad Regul. 1. Cancell. §. 4. num. 150, 216, & 245. qua de re alia concurrente coequali personali reservatione, nec etiam eorum beneficia veniunt sub indulto Cardinalium, Rigant. ad dictam Reg. 1. dicto §. 4. num. 207. & seqq. & dicto num. 216.

80 De præcedentia Abbreviatorum cum alio officiali Cancellariæ, qui Correttor dicitur, vide S. Rotæ decisionem coram Seraph. decis. 716.

ABIGEATUS.

ABIGEATUS. Vide verb. Furtum num. 14. & 15.

Novæ additiones ex aliena manu.

81 **A**bigei, qui etiam Abigatores a Collatore Legg. Mosai-car. & Roman. tit. xi, & abactores a Paulo lib. 5. sent. tit. 18, & ab Imp. in L. 8. C. de Repud. a Græcis vero ἀπαγωγῆς nuncupantur, proprie sunt, qui pecora ex pascuis, vel stabulis subrahunt, & quodammodo deprædantur, abigendæ studium, quasi artem exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes L. 1. §. 1. de abig. Justin. Novell. 22. Non omnes abigei censentur qui pecus abigunt, sed potius pro numero, & conditione abactorum animalium, vel fures, vel Abigei sunt. Abigei, si decem oves, vel capras quatuor, aut quinque fures, unum equum, vel bovem abegerint, sive præfinitum numerum una vice, sive pluribus abegerint, & numerum illum adimpleverint: L. ult. §. 1. & §. 2. ff. h. tit. L. aut facta 16. §. quantitas 7. ff. de penis. Circa numerum non omnes in unam abierunt sententiam: liquet enim Paulum lib. 5. sent. tit. 18. §. 1. in alia omnia abiisse dum ait: abactores sunt qui unam equam, duas equas, totidem boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint. Sic quoque abactorem describit Papinianus Respon. lib. 4. fin. Cujacius ad d. loc. Pauli, textum emendat, & Rittershusius in contextum redegit Cujacii emendationem, notatur tamen a Schullingio in ver. inscript. ante iust. ad dictum locum Pauli num. 3. Quid de Asinis & Mulis majoribus ne a minoribus animalibus sint accensendi vide Ant. Matthæum de crimin. lib. 47. tit. 8. cap. 1. num. 4. Abigeos autem a Juribus quantitate, seu numero discerni traditum est: nam qui ovem unam, suem unam furripuerit, ut fur coercetur: L. Quantitas 16. ff. de penis. Si quis oves, vel boves aberrantes, aut equos in solitudine relictos abduxerit, fur potius quam abigenus dicendus est. L. 1. §. 1. in fin. ff. hoc tit. Qui pecora abegerit, de quorum proprietate controversiam faciebat, & vere putaverit sua esse, nec abigeis accensendus, sed potius ad civilem tantum examinationem remittendus dicta L. 1. §. ult. ff. h. tit.

82 Non sola quantitate, sed ex animo etiam atque studio, & arte abigendi, hoc discernitur, ut Cujacius lib. 1. obs. cap. 20. ostendit. Loco etiam, nam qui non ex pascuo, sed stabulo, aut alio loco, non ex armento, abigit, fur est, non abigenus, L. 1. §. 1. ff. de abig. Ut fures tenentur civili actione in du-

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, aut aliis legibus aliter forsan circa præmissa disponentibus, aut in casibus præfatis distinguendis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem &c.

§. 12. Nulli ergo &c.

Dat. Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Domini 1588. 4. Kal. Nov. Pont. nostri anno quarto.

Gregorius tamen XIV. hanc rigidissimam Sixti V. Constitutionem in aliquibus moderavit, quæ pariter, ut in quibus consistat ejus moderatio, omnibus pateat, hic per extensum subnectitur.

Gregorius Episcopus &c.

Sedes Apostolica pia Mater assidue sentiens ponderis sibi incumbentis in procuranda salute animarum, pretioso Christi Domini sanguine redemptarum, gravitatem, & magnitudinem, in re tanti momenti, ut par est, magis in dies sollicita, eundemque optimum finem semper ante oculos propositum habens, nihil unquam intentatum prætermittit eorum, quæ ad Fidelium animas in viam salutis dirigendas judicat pertinere. Quare nemini mirum videri debet, si interdum quidem contumacium fidelium audaciam pœnarum severitate deterret. Rursus eisdem, si ad cor redire velint, & peccati veniam humiliter exposcere, matrem aperit sinum, viamque ad penitentiam sternit facilitorem, ac mansuetudine congrua rigorem temperat, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Sixtus Papa V. Prædecessor noster, justitiæ Zelo accensus, contra procurantes abortum foetus tam animati, quam inanimi, ejusque gravissimi sceleris participes, & adjuvatores, nec non contra eos, qui mulierum fecunditatem impedirent, & sterilitatis potiones, seu venena præberent, Constitutionem edidit, sub dato 4. Novembris Pontificatus sui anno 4, per quam ultra diversas spirituales, & temporales pœnas, etiam inter alia Excommunicationis sententiam contra eos promulgavit, sibi que, & Successoribus suis tantum absolvendi facultatem reservavit, prout in eadem Constituit. plenius continetur.

§. 2. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex remedio hujusmodi non, quæ sperabatur, utilitatem, & fructum provenisse, verum potius multis Satanae malitia ad peccandum inductis difficiliori ob solâ Sedi Apostolicæ reservatam absolvendi facultatem, reddito ad penitentiam aditu, eos a nefariis hujusmodi flagitiis perpetrands non solum non retraxisse, sed etiam plurimorum sacrilegiorum, gravissimorumque peccatorum, & scelerum occasione dedisse. Nos propterea animadvertentes, gladium Ecclesiasticæ Disciplinæ, præsertim quoad Censuras, & pœnas spirituales, ita exercendum esse, ut ad medicinam tendat, non ad perniciem animarum, æternumque Pastorem, cujus vices in terris gerimus, quantum (divina ejus gratia adjutrice) possumus, imitari volentes, qui venit animas hominum salvare, non perdere, neminique quantumcumque graviter, & enormiter deliquerit, viam salutis præcludit, quin potius ad eam assequendam copiosa remedia adhibuit, ac nobis reliquit, & simul utilius cœnentes, ubi nec de homicidio, nec de animato foetu agitur, pœnas non imponere duriores, illis, quæ per Sacros Canones, & leges profanas sunt inflictæ, habita super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Card. super negotiis, & consultantibus Episcoporum deputatis, matura deliberatione, de eorum Consilio Constitutionem prædictam sic duximus moderandam, ut a peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quoad eos, qui hætenus deliquerunt, quam quoad illos, qui post nostram Constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet Presbyter, tam secularis, quam cujusvis Ordinis Regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus plenam, & liberam in foro conscientia tantum, absolvendi habeat facultatem, eandem prorsus, quam idem Sixtus V. Prædecessor noster, sibi ac suis Successoribus reservavit.

§. 3. Quo vero ad pœnas procurantium Abortum foetus inanimi, aut exhibitum mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel consilium, eis dantium, in prædicta Constitutione contentas, Constitutionem præfatam in ea parte, ubi de his agit ad terminos juris communis, ac SS. Canonum & Conc. Trid. dispositionem, au-

toritate Apostolica tenore præsentium, tam quoad præterita, quam quoad futura, perpetuo reducimus perinde ac si eadem Constitutio in hujusmodi parte numquam emanasset.

§. 4. Non obstantibus eadem Prædecessoris nostri Constitutione, quam quoad reliqua omnia, præter contenta in hac nostra Constitutione, in suo robore omnino permanere volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, &c. Nulli ergo &c.

Datum Romæ in Monte Quirinali An. Incarn. Domini. 1591. prid. Kal. Junii Pontificatus nostri anno 1.

Unde ex hac Gregorii XIV. Constitutione aperte colligitur, quod illa Sixti V. solum sit moderata in duobus, quantum, scilicet ad abolitionem ab excommunicatione, quæ per Sixtum reservabatur Summo Pontifici; & nunc per Gregorium potest absolvi ab Episcopo, & a quolibet Confessario per ipsum specialiter deputato, & quantum ad pœnas procurantium abortum foetus adhuc inanimati, vel præbentium mulieribus, seu sumentium venena sterilitatis, quas Gregorius reduxit ad terminos juris communis, auferendo illas rigidas pœnas a Sixto in hac sua peculiari Constitutione inflictas, puta excommunicationem, irregularitatem, privationem omnis privilegii Clericalis, inhabilitationem ad omnia officia, & beneficia, privationem ipsorum officiorum, & beneficiorum jam obtentorum, & degradationem cum traditione Curiaæ sacrali talis degradati. Quæ tamen omnes una cum pœnis ab utro-

que jure contra homicidas voluntarios statutis remanent in suo robore, & adhuc hodie incurruntur a procurantibus abortum foetus jam animati quocumque modo sive per se, sive per alium, sive directe, sive indirecte, sive contulendo, sive auxilium, aut favorem præstando, ut clare patet legenti ipsas duas Constitutiones ad hunc finem per extensum relatas. Ab omnibus autem supradictis pœnis, excommunicatione excepta, nemo dispensare, & abolere potest, nisi Summus Pontifex, cum Sixtus V. dispensandi, & absolvendi ab illis facultatem sibi, & successoribus suis expresse reservaverit præcisè his verbis in fine §. 8. contentis: *Ac tam absolvendi, quam dispensandi facultatem hujusmodi, etiam quoad forum conscientie in casibus superius expressis Nobis, & Successoribus nostris dumtaxat reservamus*; Et Gregorius XIV. solum moderavit quantum ad abolitionem a peccato, & excommunicatione; quia itatuit, quod non obitante strictissima reservatione Sixti, possit nunc in foro conscientia abolere Episcopus, & quilibet Confessarius sive secularis, sive Regularis ab Episcopo specialiter deputatus, ut patet in fine §. secundæ. *Quilibet Presbyter... specialiter per loci Ordinarium deputatus, plenam, & liberam in foro conscientia tantum absolvendi habeat facultatem, eandem prorsus, quam idem Sixtus V. Prædecessor noster sibi, ac suis Successoribus reservavit.*

Approbantur, seu ratum habentes abortum suo nomine factum omnes supra recensitas pœnas incurrunt, si ratum habeant, aut approbent ante factum; Minime vero si solum postquam sciverint factum, quia in priori casu sunt causa influxus, non autem in secundo, & omnes quomodocumque concurrentes, seu influxum habentes ad abortum foetus animati dictas pœnas incurrunt ex Constitutione Sixti V. incip. *Effrenatam*, & non moderatam quoad illas per Constitutionem Gregorii incip. *Sedes Apostolica*.

Procurantes abortum foetus evadunt irregulares etiam in dubio, an foetus sit animatus, sicut evadit irregularis, & ut talis est habendus, qui dubitat an aliquem occiderit, ut colligitur ex cap. *Ad audientiam* 12. & cap. *Significasti* 18. de homicidio. Et hæc irregularitas pro abortu foetus animati est reservata Pontifici, nec potest dispensari ab alio, quam ab ipso, ex citata Constitutione *Effrenatam*.

Imo procurantes abortum malis medicamentis non gaudent immunitate Ecclesiastica: Sac. *Congregatio Concilii* 3. *Decembris* 1632. In hac materia abortus duæ sunt damnatae propositiones ab Innocentio XI. Prima 34. in ordine est ista: *Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur*. Secunda 35. in ordine est hæc: *Videtur probabile, omnem foetum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere cum paritur, ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi*. Sic in *Dec.* edito 2. *Martii* 1679.

Novæ additiones ex aliena manu.

Abortus, vel abortum, vel abortio idem significant L. 30. §. quod dicitur 2. ff. de Acq. hered. L. 38. §. qui abortionis

tionis ff. de pen. Effluxiones quæ a Grecis *εμβρυος* appellantur, improprie abortus a Physicis dicuntur, & intra septimum diem a conceptione ut plurimum contingunt: Hippocr. in lib. *de sept. part.*, & Aristotel. lib. 7. de hist. animal. cap. 3. *Abortus* vero, & abortus distinguuntur a Nonio Marcello de propriis. *Sermon. cap. 5.* ut sit abortus, qui primis mensibus cum conceptione facta est: Abortus, prope tempus pariendi. Dicitur autem fieri abortum, cum mulier non tempestive foetum in lucem protulit vel ob aliquas sine dolo malo obvencientes causas, de quibus egerunt Hippocrates Aphor. 12. lib. 3., & in libro de nat. puer., Galenus in Com. ad Aphor. Hipp. lib. 5. Aphor. 30, 31, 34, 45, & 55, & lib. 3. de facult. nat., Aristotel. Sect. 1. probl. 9., Plinius lib. 14. cap. 18. & alibi passim, A. Gellius Noct. Artic. lib. 3. cap. 16, & ex Jurisperitis Menochius consil. 248. num. 11. lib. 3., & lib. 6. præsumt. 52. a n. 22. Peregrin. Consil. 11. num. 4. lib. 3., Marius Giurba in Consuetud. Senat. Messanen. cap. 10. glos. 1. num. 6. vel ob vim ventrem dixit Paulus lib. 4. Sent. tit. 9. §. 6.: foetum venenis, & medicamentis ejectum, abortus partus, Optatus Afer; unde abigere partum, venenis, & medicamentis expellere, & enecare significat, in L. 4. ff. de extraor. crimin. L. 8. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. 39. ff. de poen., apud Cicer. pro Cluentio, & Suetonium in Domitian. cap. penul.

Apud cultiores Gentes tale facinus severis legibus coercitum fuit, observante Alphonso a Caranza de part. cap. 16. nu. 1. §. unic. de abort. procurat., & ejuspen. Romanis diversam itentisse sententiam quoad liberos in utero clausos, pro comperto est. Eorum expulsionem violentam nequidem ad infanticidii crimen referebant, eadem autem infantum jam natorum plectendam judicabant. Diversitatem enim inter editos, & edendos constituebant, in illos dumtaxat crimen infanticidii cadere, non æque in hos, idque ex principiis Philosophorum, & maxime Stoicorum. Stoici enim, & Philosophorum nonnulli foetum in utero matris portionem viscerum esse putabant, non animal, Plutarch. lib. 5. de plac. Philos. cap. 15. cap. 26., & peripatetici. L. Sen. in Epist. ad Lycias in orat. peripatet. Theophrastus c. 2. progym. & Galen. in lib. de foetu peripatetico. Eodem modo Jcti Romani, qui ut plurimum Stoicæ Philosophiæ ad dicti erant; vide Merillium Obj. lib. 1. cap. 8., & seqq., Schletterum in manu. Philos. moral. cap. 1. §. 5. & seq. Bohemerum Exercit. ad Pandect. exercit. 2. de Stoica Ictorum Philosophia; supponebant, foetum nondum editum, nec hominem, nec in rebus humanis esse, ut in L. 10. §. 1. ff. de vul. et pupill. subst. L. 7. de ventr. in poss. mitten. L. penul. de his que pro non script. L. 164. de V. S. Talem foetum hominem speratum dicebant L. 14. Cod. de fiduc. libert. Anx al vero esse negabant L. 1. §. 8. ff. unde cognat. idem omnino Papinianus in L. 9. ff. ad Leg. Falcid. Ulpianus in L. 1. §. 1. de ventr. inspic. Tripho ninus in L. Cicero ff. de pen. Marcellus non animal, sed ipem animantem esse scribit L. 2. ff. de mort. infer. Ideoque levio rem pœnam abortus partus posuerunt L. 4. ff. de extraor. crim. L. si mulierem ff. ad Leg. Corn. de Sicar.

His jactis fundamentis inferebant, matrem foetum expellentem homicidii, aut infanticidii supplicio haud esse coerendam, vide Jo. Franc. Ramos de pen. parricid. lib. 7. pag. 257. Punita tamen erat extra ordinem, si aliis injuriam hoc ipso intulerat, ut marito, cujus intererat foetum servari L. 1. §. 3. ff. de inspic. ventr., etiam post divortium vel mortem mariti L. 4. ff. de extr. crim. L. 39. ff. de pen. L. 8. ff. ad L. Cornel. de Sicar: hac de causa post divortium marito integrum erat, uxori etiam neganti, se gravidam esse, facta inspectione ventris, custodes apponere.

Major potestas patri concessa erat in necandis in ventre infantibus, & abigendo ab uxore foetu, cum etiam occidendorum liberorum jam natorum suo modo potestatem haberet L. 11. de lib. & posthum. quo respicit etiam formula adoptionis tradita a Gellio lib. 5. Noct. Artic. cap. 1.

Christiani primi fuere, qui id in Gentilibus notarunt Tertullianus in Apolog. cap. 9., Minutius Felix in Octavio c. 30. & foetum asseruerunt esse animal, Lactantius de opific. Dei cap. 17, Tertullianus loc. cit. neque esse partem matris, D. Augustinus contr. Julian. lib. 6. cap. 5. in can. si ad matris de consecrat. distinct. 4. Vide Kortholtum de pagan. obtrect. lib. 3. cap. 9. §. 43. & seqq.

Unde damnata statim a Christianis fuere abactiones partuum Romanis usitatae, prout ultra mox laudatos innuit D. Augustinus lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 17, relatus a Gratiano in cap. 7. C. 32. q. 2., dum utrumque improbat, tum perdere in utero foetum, antequam vivat, tum etiam postquam vivere coepit.

Quo factum est, ut gravio rem pœnam abortus partus antequam Canones definierint. Eam vero deinceps alii mitigarunt, Can. 21. Concil. Ancyran. & Photius Nomocan. tit. 13. cap. 10.

Maxime in Jure Canonico obtinuit ea distinctio, qua usi sunt Tertullianus de anim. cap. 37., D. Augustinus in cap. quod vero 8. in cap. Moyses 9. 32. quest. 2., & quam approbavit Innocentius III. in cap. sicut ex litterarum 20. de homic. inter foetum animatum. & nondum animatum, ut primo casu delinquens tanquam homicida puniatur, cap. si aliquis 5. de homic. cap. consulisti in fin. 2. quest. 5.; secundo vero casu mitius agendum sit, & ita quidem, ut nec irregularitatem incurrat Clericus, dicto cap. sicut ex litterarum, Glossa in dicto cap. si aliquis. Hanc vero distinctionem a cap. 21. Exod. recte deduxerunt, quidquid obganiant L' Empereur de Leg. Hebraeor. forens. cap. 8. §. 2. & Bohemerus in jus Eccles. Protestant. lib. 5. tit. 10. §. 26., & seqq., ut post alios probant Sancta Cruz de Hippocr. Philos. super text. 66. & a Caranza de part. cap. 1. §. 2. num. 12.

Succesit Constitutio Sixti V, quæ refertur ab auctore, & est tom. 2. bullar. magn. pag. 648., ex qua eruitur:

I. Clericos, tale quid perpetrantes, indistincte irregulares esse, Laicos vero inhabiles ad ordines suscipiendos.

II. Foro Ecclesiastico subiectos degradandos, & Curiaæ Sæculari tradendos, ut ultimo supplicio afficiantur.

III. Eandem pœnas exercendas contra eos, qui sterilitatis potiones, & venena potionibus propinaverint, & quominus foetum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda, & exequenda curaverint contra mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, & scienter sumserint.

IV. Omnes in hoc reatu deprehensos, ipso facto excommunicatos judicandos esse.

V. Hanc cœnuram a solo Pontifice, & quidem speciali dispensatione solvendam esse, nec censeri remissam per quamcumque indulgentiam, aut Jubilæa &c.

Subsecuta postea est Constitutio Gregorii XIV., adducta ab Auctore, & relata in Bullar. Magn. tom. 2. p. 709, qui in nonnullis capitibus Sixtinam correxit Bullam, ut apposite observat Auctor.

Qua vero pœna puniatur is, qui abortionis poculum dedit, abortu non sequuto, non una est DD. sententia. Nonnulli, relati a Farinacio quest. 122. par. 5. num. 69., voluerunt, eandem pœnam infligendam esse ei, qui tentavit occidere infantem, & sic abortum facere, ac si occidisset. Contrarium tenet ipse loc. cit. num. 97., quia conatus non punitur eadem pœna, effectum non sequuto, ac si effectum sequatur. Ideo infligendam esse putat pœnam mitiorem, ut puta relegationis.

Tandem observandum est, etiam a jure communi varias in præterites abortionis causas statutas esse pœnas, quæ pro varietate casuum vel augentur, vel minuuntur. Vide a Caranza de part. c. 16. §. 2.

A quo tempore verò pro vitali habendus sit foetus, non una est Philosophorum, & Jctorum sententia. Vide Gregor. Lopez in L. 8. tit. 8. part. 7. glos. 2., Ant. Thesaurum decif. 2. num. 2., Gothofred. ad L. 2. §. fin. ff. de suis & legit. hered. ad L. Cicero ff. de pen. Paul. Zachiam in quest. med. legal. tit. 2. quest. 9. et 10., Lelium Zachiam de casib. reservat. super casu 9., August. Barbosa de offic. et potest. Episc. part. 3. alleg. 51. cas. 9. num. 137., et Alphonsum a Caranza, qui rem totam arbitrio judicis remittit de part. cap. 1. §. 2. num. 35. Multi ex auctoritate Glossæ in eam abierunt sententiam, post diem XL. in matriculis, LXXX. in fœminis intrare animam in foetum conceptum, eumque ab hoc tempore animatum censeri Farinac. in oper. criminal. quest. 122. p. 6. num. 143., Martin. Azpilcuet. ad tit. 10. de homic. consil. 46. n. 2.

Illud non omittendum est; Si mulier, quæ foetum in utero habeat, morbo aliquo labore, cui non nisi cum interfectione embryonis medicina fieri posset, & Medicum abortionis poculum dederit, quo foetus abactus sit, hoc impune licere, & extra pœnam pronunciat Medicum Mar. Socin. in cap. si aliqui n. 8.

num. 8. de homicid. ubi sex affert rationes, licet postea cum Felino primo vers. quod autem de muliere dict. titul. rem in medio relinquat.

- 18 Menochius de arb. jud. quest. cas. 357. num. 19. distinguit, utrum impetrata prius facultate a Magistratu, poculum abortionis dederit, nec ne? Si prius, tutum esse, in quam sententiam discessit Thesaur. decis. Pedem. dec. 12. num. 10, Viv. decis. 82. num. 11, Farinat. oper. crimin. par. 5. quest. 122. numer. 124. Si posterius, extraordinariam pœnam vix effugere Medicum, docet.
19 Distingunt quoque D. D. inter fœtum animatum, & inanimatum: Illo casu extra culpam esse, negant, hoc fœcus; & si probabile sit utrique imminere mortem, tenent sine culpa remedium matri adhiberi posse. Sed id etiam publica auctoritate fieri debere volunt Covarriv. ad Clement. Furiosus §. 3. num. 1. Zoef. ad titul. decretal. homic. num. 38, vide Saich. de matr. tom. 2. disput. 20. lib. 9. num. 7, et seqq., Franc. Ranchin. in Comment. ad jusjur. Hippocrat. leg. 5. quest. 1, Stry. dissert. jurid. tom. 9. disput. 11. cap. 2. §. 25.

A B S E N S.

ARTICULUS I.

Absens quoad electionem.

- 1 Absens vocari debet ad electionem, vel per nuncium, vel per epistolam, ubi locus est certus: ubi locus est incertus, debet vocari per edictum: alioquin quod in ejus absentia fieri contigerit, eo instante, irritari debet: cap. Cum in Ecclesiis de prœbendis in 6. cap. Coram dilecto de election. cap. Quod sicut 28. de election. cap. Bonæ memoriæ 36. de election. in 6. Rota part. 18. tom. 1. decis. 5. num. 8. Absens, ut expectari debeat, parum refert, an sit intra, vel extra Provinciam, quando commode vocari potest: Gloss. in cap. Cum in Ecclesiis 33. verb. si commode de prœbendis. in 6. Abbas in cap. Coram dilecto de election. Rota part. 18. tom. 1. decis. 5. num. 7. Absens non potest suffragium suum dare per litteras; cap. Si quis iusto 46. de election. in 6., etiamsi nullus de Collegio velit esse procurator ejusdem, nec ipse, nolente Capitulo, extraneum valeat deputare, quia votum non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secreto sigillatim tantummodo exprimendum, cap. Si quis §. fin. de elect. in 6.
2 Absens legitime impeditus de jure communi potest suffragium dare per procuratorem; cap. Quia propter 42. §. Illud autem, de election. in 6. cap. Si quis iusto 46. eodem titulo.
3 Et procurator potest constitui ne dum de Collegio, sed etiam extraneus, cum hac tamen differentia, quod si procurator sit de gremio Collegii, tenetur Capitulum illum admittere; cap. Quia propter 42. §. Illud autem de elect. in 6.
4 Si autem procurator non sit de gremio Capituli, sed extraneus, poterit Capitulum illum acceptare si velit, sed non tenetur acceptare si nolit, cum non teneatur extraneum admittere, ut colligitur ex capitulo Si quis iusto 46. §. absens de election. in 6., & clare explicat Gloss. ibi verb. Nolente Capitulo, & expresse habetur in citat. cap. Quia propter 42. ubi dicitur, & tunc si noluerit, uni committat de Collegio vicem suam.
5 Quod vero possit Capitulum admittere extraneum, nulli est dubium, cum Capitulum possit cedere favori suo, & extraneum admittere ad eligendum, ut colligitur ex cap. Scripsum est 40. de election. in 6. & cap. Cum Eccles. 3. de caus. Possess.
6 Dixi autem notanter de jure communi posse absentem constituere procuratorem ad suo nomine suffragandum, quia de jure particulari, maxime penes Regulares, attendendæ, & observandæ sunt speciales consuetudines, & propriæ Constitutiones cujuslibet Religionis, Capituli, seu Conventus, ut recte cum multis aliis notat Passerinus cap. 10. de election. numer. 32.
7 In ordine enim Fratrum Minorum per statuta Generalia, cap. 8. §. 3. n. 20. expresse cavetur, quod absentium vota suppleri non possint, nec alicui suum votum committere, aut per Procuratorem suffragari in Capitulis, vel Congregationibus liceat. Alia vide verb. Electio.

Nova additiones ex aliena manu.

Quod dicitur de vocatione Absentium ad electionem, id locum sibi vindicat, si agatur de electione illa, in qua servanda est forma cap. Quia propter de elect., ut est electio Prælati, ex cujus obitu viduata remansit Ecclesia.

Cæterum quod attinet ad electionem Dignitatum Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum potest impune omitti vocatione Absentium, quum hæc Beneficia jure extraordinario, puta vel statuto, vel diuturna consuetudine, sint electiva, quinimo in plerisque Ecclesiis sint collativa: Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verbo Absens section. 1. numer. 4.

Ad electionem vero in qua servari debet forma cap. Quia propter de elect. vocandi sunt Absentes, qui sunt eo in loco, unde intra statutum electionis tempus commode venire possunt. Quumque definitum in jure haud sit, quinam cenferi debeant locus ille, unde quis commode venire valeat, dicendum est in primis, commoditatem illam referendam esse non ad Electores, sed ad Ecclesiam. Probeque advertit Louvrex dissert. canon. 4. num. 51. & sequent. determinandum id esse a conditione temporum & personarum, & signanter an subsit aliqua necessitas accelerandi electionem, verb. grat. ob periculum infractionis, vel abusum sæcularis potestatis, similive cause. Hoc autem periculo secluso locus ille pro commodo habendus, ubi possint Absentes intra electionis tempus adesse, & præsentem nimum non coarctentur, nec ad ultimam temporis extremitatem redigantur, nulla facta distinctione an sit intra vel extra Provinciam aut Diœcesim. Vis enim haud stat in qualitate Locorum, sed in distantia, quum contingere possit, ut existens in Provincia vel Diœcesi magis distet a loco electionis, quam existens extra illam.

Electorem, qui absurus est, posse aliquem de Capitulo constituere, ut contingente postea vocatione suffragium nomine ipsius ferat, tenet Louvrex dicta dissert. canon. 4. n. 36. cum hac tamen conditione, ut Canonicis tempore vacationis vel saltem electionis in eo existat loco, unde commode intra electionis tempus venire possit, & nihilominus ibidem aliquo impedimento detineatur. Alia ad materiam vide apud eundem Louvrex dicta dissert. canon. 4. a n. 33. ad num. 54.

ARTICULUS II.

Absens quo ad Chorum.

Absens Beneficiatus, ut fructus & distributiones lucretur, duo requiruntur, scilicet iusta causa absentie, & licentia Ordinarii, non autem Capituli; Gloss. in cap. Relatum in verbo Prælatorum, & ibi Abbas in 4. notabili, de Clericis non residentibus, & Rota par. 1. dec. 608. num. 1. in Calagurit Frituum, & distribut. 26. Maji 1614. Causa autem iusta absentie est quælibet vera infirmitas, cap. 1. De Clerico non residente lib. 6. Pro qua venit etiam cæcitas ex declaratione Sac. Cong. Episc. & Regul. 11. Aug. 1618. & Sac. Cong. Concil. 20. Julii 1629. Non vero surditas, quia surdus ut distributiones lucretur debet præsentiam præstare in Choro, ex Sacra Cong. Episc. & Regul. in una Lauden. 24. Novem. 1617. Et pro quolibet officio, & munere ad hoc a Summo Pontifice privilegiato; Communis; cap. Proposuit 4. de Concess. prœbendis. Distributiones a Canonicis absentibus amittæ debentur Canonicis interessentibus, ex S. Cong. Conc. in S. Severini 16. Julii 1695. & in Cathanen. 18. Julii 1699. Quæ distributiones, & fallentia Canonorum absentium debentur etiam Canonicis Jubilatis vigore Indulti, etiamsi Choro non intersint, quatenus eis non obstat statutum, vel consuetudo contraria Ecclesie, ex Sac. Cong. Concil. in Romana 19. April. 1692. & in Aquipendii 23. Martii 1697. Etiamsi distributiones essent autæ post obtentam Jubilationem, ut ead. Sac. Cong. bis declaravit in Bononien. 16. Julii 1696. & 20. April. 1697. Et istæ fallentia Canonorum absentium debentur etiam Canonicis, qui Papæ, vel Cardinalibus inserviunt cum indulto percipiendi distributiones pro diebus, & horis, quibus actualiter in tali servitute occupantur. Sac. Cong. Concil. in Romana 27. Jan. 1691.

Alia

Alia vid. verb. Beneficiatus, verb. Canonicus, verb. Distributiones, verb. Residentia.

Nova additiones ex aliena manu.

Episcopus, qui simul sit Canonicus, tamen si choro non interlit, nihil amittit vel fructuum, vel distributionum, eo quia abesse semper censetur ex legitima causa, Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verb. Absen. sect. 3. distinct. 1.

Absentes a choro ratione servitii, quod præstant Episcopo habentur pro præsentibus juxta cap. de cetero, & cap. Ad audientiam de Cleric. non resident. De his autem strictim agit Auditor in verb. Canonicatus artic. 5. num. 38. & 39. At frequens adeo est hæc materia, ut abs re haud sit plura de ea verba facere. De quatuor vero differendum est ad plenam materiae tractationem. Primo de servitio, quod efficit, ut Absentes a choro habeantur pro præsentibus. Secundo de Personis, quas assumere valet Episcopus pro sui servitio, tum earum numero. Tertio de effectibus, ad quos habentur pro præsentibus. Et quarto demum videndum est an idem jus competat Prælati inferioribus.

Ad primum quod attinet, illud servitium, secundum verba & mentem mox indicatorum textuum, efficere valet, ut Absentes pro præsentibus habeantur, quod præstat Episcopo quæ Episcopo, & sic in necessitatem, vel utilitatem suæ Ecclesie: Fagnan in d. cap. de cetero num. 13. Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 11. n. 21. At res eo processit, ut qualecumque servitium, quod præstat Episcopo, idem operetur. Refertur enim a Barbarosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53. sub num. 143. Resolutio Sac. Congregationis Concilii interpretis, qua dictum fuit servitium Præfecti cubiculi hujus efficaciam esse. Altera, eaque recentior, habetur apud Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 11. num. 18. resolutio ejusdem Sacre Congregationis, qua eadem efficaciam tributa est servitio Secretarii.

Quod concernit secundum, si standum sit verbis utriusque textus, solum assumere potest Episcopus pro sui servitio Canonicos. An autem assumere valeat Canonicum Doctoralem, vel Magistralem? Affirmat Barbof. de Canonic. cap. 25 sub num. 7. De dignitatibus controvertitur, an eas itidem assumere queat. Vide Rousseaud. de la Combe in sua Jurisprudencia Canon. verb. Absens sect. 3. distinct. 2. artic. 1. n. 1. & 2. Major est controversia, an possit Beneficiarios assumere. Negat cum aliis Monet. de distribut. quotid. part. 2. quest. 8. num. 8. At Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 11. num. 20. refert resolutionem d. Sac. Congregationis, qua permittitur Episcopo assumere etiam Beneficiarios. Illud tamen inter omnes convenit, non solum ab Ecclesia Cathedrali, sed & a quibusvis Ecclesiis Collegiatis, posse Episcopum personas, de quibus differitur, assumere. Vid. Fagnan. in d. cap. de cetero num. 14. Louvrex dissert. canon. 23. num. 43. Non potest tamen assumere nisi duas. Atque hinc est, quod si in Diœcesi existant plures Collegiata, assumere valeat vel duos Canonicos, vel duos Beneficiarios ex Ecclesia Collegiata sibi benefisa, nequaquam vero duos ex unaquaque Collegiata Ecclesia ipsius Diœcesis, Louvrex d. dissert. canon. 23. d. num. 43.

Quoad tertium, non dubitatur haberi pro præsentibus ad effectum perceptionis fructuum præbendarum. De distributionibus vero res non est adeo expedita. Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canon. verb. Absens sect. 3. dist. 2. artic. 1. sub num. 7. tenet, percipere debere distributiones quotidianas, quæ ex ipsis fructibus præbendarum proveniunt, non item distributiones Manuales dictas, quæ scilicet ex particularibus fundationibus originem ducunt. At hanc distinctionem rejicere cum aliis videtur Louvrex d. dissert. canon. 23. n. 41. In casu vero, quo omnes fructus consistunt in distributionibus, percipere possunt duas ex tribus partibus, Fagnan. in d. cap. de cetero num. 29. & sequent. Scarfant. ad Ceccoper lib. 2. tit. 11. num. 15. Censet tamen Louvrex d. dissert. canon. 23. num. 42. quod Canonici, qui ab Episcopo principaliter assumpti sunt in utilitatem Ecclesie, ut si vocati fuerint ad statuum de iis, quæ pertinent ad Ecclesie officia, vel Ministros, vel si a Capitulo destinati sint ad dandum Episcopo consilium, vel assensum in casibus, in quibus Episcopus petere tenetur, distributiones percipere debeant.

Reliquum est, ut de quarto differatur. Eatenus vero Prælati inferioribus licitum est assumere itidem duos vel Canonicos, vel Beneficiarios, quatenus accedat consensus Capituli, Biblioth. Ferrar. Tom. 1.

& simul concurrat utilitas Ecclesie. Consule Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 11. n. 14.

ARTICULUS III.

Absens quoad Judicia.

Absens nemo potest judicari, nec condemnari, nisi contumax, c. Absens caus. 3. q. 9.; unde omnia acta, quæ sunt absente reo non contumaci, sunt nulla, cap. Omnia caus. 3. q. 9. Si vero absens legitime citatus contumax fuerit, ac cessante legitimo impedimento noluerit comparere, tunc potest judicari, & condemnari, cap. Cum Bertoldus 18. de sententia, & re judicata. Legitime enim citati, & contumaciter absentes habentur pro præsentibus l. Proferendum §. si autem reus, juncta glossa vers. Dei presentia cap. De judiciis. Unde absente parte contumaci, etiam lite non contestata, potest etiam causa terminari, cap. Veritatis de dolo, & contumacia.

Nova additiones ex aliena manu.

Quando Absentes criminum rei condemnari de jure civili nequiverint? Quando Absentes citandi edictis fuerint, & bona eorum adnotanda? quando ob contumacem, absentiam Fisco cedant, quando non? Vide Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 48. tit. 17. num. 1.

ARTICULUS IV.

Absens quoad absolutionem a peccatis & censuris.

Absens non potest confiteri per Nuncium, & per litteras, & ejusque confessio, & absolutio sic a Confessario absente obtenta, est nulla, & invalida, quia pœnitente absente non potest verificari forma essentialis absolutionis, in qua dicitur, absolvo te, quæ particula Te ex genere suo est demonstrativa personæ præsentis, supra quam cadere debet absolutio: & colligitur ex cap. Quem pœnitet 88. de pœnitentia dist. 1. & expresse ex Clementis VIII. Constitut. incip. Sanctissimus Dominus noster Clemens, emanat. 20. Julii 1602. in qua contrariam opinionem, & assertionem damnavit, ut falsam, temerariam, & scandalosam, & sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ prohibuit eam doceri, & in praxim deduci.

Sic etiam invalida esset absolutio, si Confessarius pœnitentem præsentem audiret, & postea per litteras eum absentem absolveret, quia Clemens VIII. damnavit nedum absentis confessionem, sed etiam absentis absolutionem disjunctive; damnavit enim propositionem dicentem, Licere per litteras, seu intermedium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; neque enim in hoc etiam casu verificaretur forma substantialis absolutionis, cum non haberetur præsens persona demonstrata ut præsens per illam particulam Te. Sic communiter Doctores.

Valida autem est confessio, si per litteras pœnitens mitta peccata Confessario absenti, qui ea legat, & huic factus præsens dicat, accuso me de peccatis illis, quæ scripsi, & peto absolvi. Sicuti etiam si præsens peccata scripta det Confessario legenda, & postea dicat, de istis peccatis hic scriptis me accuso, & peto absolvi; quia sic implet præceptum Confessionis vocalis dum voce confitetur, peccata ibi scripta esse sua, & de illis habet dolorem requisitum, & sistitur in præsentia Confessarii, ut verificetur forma substantialis Confessionis per illam particulam absolvo te demonstrativam personæ præsentis, ut superius dicebatur, adeoque valida erit absolutio. Est fere communis inter Doctores cum la Croix lib. 6. par. 2. num. 1106. Gobat. Lugo Arriaga, & aliis passim, qui tamen recte monent, hoc non esse faciendum absque rationabili causa, cum sit contra communem praxim Ecclesie. Imo multi apud la Croix loc. cit. num. 1197. volunt, hoc extracatum necessitatis esse illicitum, & colligunt ex Benedic. XI. Extravagant. Inter cunctos de privileg. ubi sic habet, Nisi articulus necessitatis occurrat, Sacerdoti facienda est oris confessio, prout scriptum est, corde ad justitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem, & c. Quem pen. 88. de Pen. dist. 1. ubi sic habet; Præcepit Dominus mundandis, ut ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali presentia consistenda peccata, non per nuncium, non

non per scriptum manifesta, quia si per vos peccatis, per vos erubescatis; erubescencia enim ipsa partem habet remissionis.

- 5 Absens etiam invitus extra Confessionem Sacramentalem potest absolvi a Censuris, quia cum valeant censurae ab absentes latae, a fortiori valebit eorum absolutio absentibus data. Est communis cum Pirin. in jus Canon. lib. 5. tit. 39. num. 164. Anaclat. lib. 5. decret. tit. 39. §. 8. n. 267. Pac. Jordan. elucubr. lib. 14. tit. 2. num. 180. Sic etiam absens potest dispensari ab irregularitate, ut Sac. Congr. Conc. die 28. Februarii 1666. in una Andegavensi dispensationis respondit, Absentiam huiusmodi non obstare.

ABSOLVERE, ABSOLUTIO.

ARTICULUS I.

Absolutio a quibus, & de quibus dari possit, vel non possit?

- 1 Episcopi non possunt absolvere a casibus, & Censuris publicis reservatis Summo Pontifici ex cap. Cum inferior de majorit. & obed. Neque a casibus, & Censuris occultis in Bulla Cœnæ contentis, & maxime Hæresi, ut clare deducitur ex verbis ipsius Bullæ Cœnæ §. 21., ubi expresse Episcopis est adempta facultas absolvendi a casibus in ipsa Bulla reservatis quomodocumque, etiam si per cuiuscumque Concilii decreta prius concessa. Ceterum, dicit Bulla, a prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesie mandatis, et satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, et indultorum quibuscumque personis secularibus, et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, et Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, et aliis locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, et alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, et dictam Sedem, ac cuiusvis Concilii decreta verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, et innovatorum, aut concedendorum, et innovandorum.
- 3 Unde cum nullum Concilium nisi Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 6. concesserit Episcopis facultatem absolvendi a reservatis occultis, manifeste patet, quod Bulla Cœnæ quantum ad casus in ipsa contentos revocavit, & revocat facultatem Episcopis a Concilio concessam, alias superflua essent illa ver-

* Miror doctum Auctorem ex supra relatis Benedicti XI. verbis non agnovisse extra necessitatem validam esse non posse Confessionem scripto factam Sacerdoti præfenti, cum generali illa expressione tantum, Accuso me de peccatis illis, quæ scripsi. Nam si Pontifex Maximus, extra articulum necessitatis, Sacerdoti confessionem oris faciendam esse decernit, & jubet; ergo præceptum adest de confitendis ore peccatis. Quod quidem præceptum Florentina Synodus satis aperte designavit, cum dixit Sacramentum Pœnitentiæ oris confessione perfici; & Sanctus Thomas asseruit lib. 1. q. 6. ar. 2, dum scripsit: ex Ecclesie institutione tenetur homo, qui potest, ut verbo confiteatur, non solum propter hoc, ut ore confitens magis erubescat, & qui ore peccavit, ore purgetur, sed etiam quia semper in omnibus Sacramentis accipitur id cuius est communio sensus. Unde et in manifestatione peccatorum convenit uti verbis quibus homines communis et expressius suos conceptus significare consueverint. Si præceptum hoc adest, confessio per litteras facta valida haberi non potest; neque enim conversus, & absolutus in Pœnitentiæ Sacramento existimari potest, qui dum Clavium potestati peccata exhibet contra Ecclesie præceptum agit. Imo peccat mortaliter, inquit Alphonsus de Ligorio lib. 6. num. 493, qui extra necessitatem, totam confessionem scripto, vel mutuo facit, ac consequenter non absolvitur. Itaque opinio supra ab Auctore exposita ut improbabilis rejicienda est. Caveant itaque Confessarii, ne facile confessiones scriptas admittant, ut soli ipsi legant, & Pœnitentes nihil dicant, nisi fortasse dum Confessarius peccata scripta legat, pœnitens interrogatus, ea se commississe fateatur, ad singula respondendo; ut monet Auctor Theol. Petrocoriensis.

verba Bullæ; Ac cuiuscumque Concilii decreta; & sic teste Barbosa de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 40. n. 24. Pignatell. tom. 1. consil. 291. Pegna, Piatec., Fagnan., & aliis, declaratum est a Pio V. Gregorio XIII., & Clem. VIII., & pluries a Sac. Congr. Concil. præsertim die 21. Augusti. 1609. die 7. Julii 1617. die 5. Novem. 1644., & ut refert Delbene præcis his verbis; Congregatio censuit huic Decreto Concilii Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. non tantum in crimine hæresis, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pii V. esse derogatum, Et clarissime ultimo constat ex decreto Alexandri VII. de anno 1665. 24. Septemb. damnantis hanc propositionem tertiam in ordine: Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Junii in Consistorio Sac. Cong. Eminentiss. Card. visa & tolerata est.

Postunt tamen Episcopi absolvere a casibus occultis reservatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. ubi habentur præcis hæc verba: Liceat Episcopis. . . in quibuscumque casibus occultis etiam Apostolicæ Sedi reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie, gratis absolvere.

Et impeditos personaliter adire Pontificem, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, possunt Episcopi directe absolvere pro utroque foro etiam ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ, a jure, aut ab homine, etiam hæresis, & in Bulla Cœnæ contentis: cap. Mulieres, cap. Ea noscitur, cap. De cætero, cap. de Monialibus tit. 39. de sentent. excommuni. Est tamen advertendum, quod si impedimentum est perpetuum, absolventur sine ullo onere comparandi. Si tamen impedimentum est solum ad tempus, debent absolvi cum onere adeundi Pontificem cessante impedimento, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sint directe, & plene absoluti, sed ad obediendum mandato Papæ, cap. Ea noscitur, cap. quamvis 58. de sent. excomm. alias non comparando elapso impedimento reincedunt in aliam similem excommunicationem ex cap. Eos, qui de sent. excomm. in 6. cap. De cætero tit. 39. de sentent. excommunic.

Quinam autem censentur in jure legitime impediti adire Pontificem istis sequentibus quatuor versiculis pro faciliiori omnium captu, ostenditur.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, Officialis, Delitiosus, inops, ægerque, Senexque, Sodalis, Janitor, adstrictus, dubius, causa, levis ictus, Debilis, absolvi sine summa Sede merentur.

Per ly Regula, intelliguntur Regulares, qui possunt absolvi a suis Prælati Generalibus, & Provincialibus ex variis Summorum Pontificum Constitutionibus, & præcipue ex Constitutione Sixti IV. incipien. Regimini; Pauli III. incipien. Licet debitum, & S. Pii V. incipien. Romani Pontificis, & alia ejusdem incip. Dum ad Cong. Per ly Mors., intelliguntur constituti in mortis articulo: cap. Quamvis 58. de sent. excomm. Per ly Sexus, intelliguntur mulieres, quæ ob fragilitatem sexus sunt specialiter dispensatæ, cap. 13. Ea noscitur, & cap. Mulieres de sent. excomm. Per ly Hostis intelliguntur, qui propter inimicorum capitales insidias nequeant sine periculo occisionis, aut alterius gravis damni iter assumere, cap. de cætero, & cap. Quamvis de sent. excomm. Per ly Puer intelliguntur pueri, qui ratione suæ puerilis ætatis non sunt capaces longi itineris, cap. Pueri de sent. excomm. Per ly Officialis intelliguntur illi, qui ex officio turbam arcendo Clericos percutiunt etiam aliquater culpabiliter, cap. Veniens 16., & cap. Cum voluntate 54. de sent. excomm. Per ly Delitiosus, intelliguntur illi, qui sunt ita delicatæ complexionis, ut laborem adeundi Sedem Apostolicam nequeant sustinere, cap. Mulieres, de sent. excomm. Per ly Inops intelliguntur qui sunt tam pauperes, ut sua inopia impediti nequeant Pontificem adire: cap. Quamvis de sent. excomm. Per ly Æger, intelliguntur infirmi, & valetudinarii, cap. Ea noscitur, & cap. Quamvis de sent. excomm. Per ly Senex intelliguntur omnes, qui ratione senilis ætatis laboriosum iter nequeunt sustinere, cap. Ea noscitur, & cap. Quamvis, de sent. excomm. Per ly Sodalis intelliguntur Clerici viventes in communi in eodem Collegio, qui si se mutuo percutiant, possunt ab Episcopis suis absolvi, nisi forte ratione enormitatis delicti gravior pena eis debeatur, ut colligitur ex cap. Quoniam de vita & honest. Clericorum.

Per ly Janitor, intelliguntur ostiarii, qui prætextu, & causa sui Officii Clericos male percutiunt; cap. Veniens 16. & cap.

- 21 cap. Cum voluntate 54. de sent. excomm. Per ly Adstrictus, intelliguntur qui non sunt sui juris, sed subjacent alterius potestati, ut servi & filii familias, qui invitati Dominis, & parentibus nequeunt adire Pontificem, ex cap. Mulieres, & capitibus nequeunt adire Pontificem, Per ly Dubius intelliguntur, qui dubitant, an revera Clericos percusserint, & nequeunt se certificare, licet ab aliis pro talibus censeantur, cap. Cum destitueris §. 2. de sent. excomm. Per ly Levis ictus intelliguntur qui leviter Clericos percutiunt: isti enim possunt a suis Episcopis respective absolvi ex cap. Pervenit de sent. excomm. 24 Per ly Debilis, intelliguntur, qui ratione debilitatis virium labores itineris sustinere non valent, cap. Quamvis 58. de sent. excomm. Per ly Causa, intelliguntur omnes illi, qui habent aliquam justam causam, propter quam rationabiliter censeantur non posse adire Pontificem cap. de cætero, & cap. Ea noscitur de sent. excomm.
- 26 Impediti personaliter adire Pontificem non tenentur mittere Procuratorem, vel scribere ad sacram Pœnitentiariam pro obtinenda absolutione a casibus, & censuris Papæ reservatis, quia jura præscribunt solum, ut rei personaliter adeant Pontificem, & ubi lex non aggravat, neque nos aggravare debemus Pœnitentes ultra id, quod a jure exigitur. Sic comm. Doctor. cum Barbosa par. 2. de offic. & potest. Episc. allegat. 41. n. 7. Et si impediti adire Pontificem, sint etiam impediti adire Episcopum, probabilius non possunt a casibus publicis reservatis Papæ absolvi in foro conscientie a Parocho, aut a Confessario: Sicuti etiam impediti adire Episcopum pro casibus Diocesanis sibi reservatis publicis non possunt absolvi ab inferiori extra casum necessitatis, quia jura in dictis impedimentis pro casibus Papæ reservatis concedunt recursum ad solum Episcopum, & pro casibus reservatis Episcopo ad nullum alium inferiorem reperitur concessus pro absolutione recursum, cum non sit tam difficilis personalis accessus ad ipsum, uti communis tenent Doctores cum Leandro de censuris tract. 2. disp. 17. qu. 62., Suarez disp. 30. de poenit. sect. 3. Felic. Potest. tom. 1. p. 4. n. 352. & seq., Valquez, Bonacina, Navar., Maffio, Lugo, & alii teste, Patre Viva ad propos. 3. Alexand. VII. sub. n. 7. ubi dicit in praxi non esse recedendum ab hac nostra sententia, quamvis probabilem censeat contrariam opinionem, quam tenent Reinsensuel lib. 1. decr. tit. 7. n. 397. Perest, Diacastili. Bofius, Palaus, Tambur., & alii.
- 29 Prælati Regulares, uti Generales, & Provinciales possunt absolvere suos subditos ab omnibus casibus, a quibus possunt Episcopi absolvere suos Diocesanos, cap. Abbates de privil. in 6. & Constit. S. Pii V. incip. Romani Pontificis. Imo possunt absolvere suos subditos etiam ab omnibus casibus in Bulla Cœnæ contentis, quinque solum exceptis, scilicet Schismate, Hæresi cum relapsu, Falsificatione Litterarum Apostolicar., Delatione prohibitor. ad infideles, & Conspiratione in Roman. Pontificem, ex Constit. Sixti IV. incip. Regimini, Julii II. incip. Exponi nobis fecisti, Pauli III. incip. Licet debitum, & S. Pii V. incip. Dum ad Congreg. Cassinensium. Quæ S. Pii V. Constitutio pro Cassinensibus, cum quibus communicant ceteri alii Regulares, amplissimam facultatem concedit Prælati Regularibus in suos subditos, cum, ut ea legenti patet, complectatur etiam casus publicos pro utroque foro, & nullum alium casum excipiat, nisi homicidium voluntarium injustum, & mutilationem committam post ingressum in Religionem; Adeoque majorem, & ampliohem facultatem absolvendi, & dispensandi habent Prælati Regulares in suos subditos, quam Prælati seculares in suos Diocesanos, ut refert Sanctorius de poenit. cap. 18. q. 3. in tomo typis dato Romæ 1649. ex responsio habito a Domino Coccino Rotæ Decano, & Sacra Pœnitentiariæ Regente, cum supra quibusdam casibus sibi a diversis commissis ipsum consulisset, Miror, respondit ei Decanus, & Regens, miror quod vos ad sacram Pœnitentiariam confugiatis, cum in vestris privilegiis majorem Pœnitentiariæ facultatem habeatis.
- 33 Nec potest dici, quod ista tam ampla privilegia Prælatorum Regularium sint revocata, quia sunt solum revocata quoad facultatem absolvendi seculares, non autem quoad suos subditos, ut patebit percurrenti exacte omnes Bullas derogativas privilegiorum Regularium, quarum nulla revocat supradictam eis concessam pro absolutione; & dispensatione suorum subditorum; Motivum enim, quo Summi Pontifices concesserunt Regularibus hanc amplissimam facultatem fuit, ut patet ex suis præcis verbis, ut dicti Ordinis Professoribus omnis vanguardandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur pro posse necessitas &c. quod motivum semper Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

subsistit, & a Summis Pontificibus semper intenditur, eo vel maxime cum sit desumptum ex jure communi Canonico, cap. Cum singula de præbend. in 6. cap. Ut periculosa, Ne Clerici, vel Monachi in 6. & cap. Cum illorum de sent. excomm. §. Si Clausuales.

Imo Julius II. die 27. Febr. 1510. in sua Const. incip. In- lins II. Thomæ de Vio &c. Exponi nobis fecisti, de claravit expresse, quod non obstant Bulla Cœnæ, quæ singulis annis renovatur, & legitur, possint Prælati Regulares juxta sua privilegia absolvere licite perpetuis temporibus ab omnibus casibus in ea contentis, exceptis quinque supra recensitis, ac si prædicta Bulla in Cœna Domini non esset facta, nec fieret. Et ut ex Peregrino, & Naldo refert Peyrinus in Constit. 6. Julii II. num. 21. Sacra Cong. Episc. & Regul. facto verbo cum Sanctiss. Clement. VIII. absolute decrevit, quod omnes Bullæ, & decreta derogatoria privilegiorum Regularium quantum ad facultatem absolvendi a casibus Papæ reservatis, sunt intelligenda solum in ordine ad seculares, non autem in ordine ad suos subditos Regulares. Vide verb. Prælati Regularis n. 22. ad 29.

Nec officit, quod de stylo Curia, seu Sacra Pœnitentiariæ soleant quandoque Regulares recurrentes ab ipsa absolvi, & dispensari super aliquos ex casibus Papæ reservatis, quia ut perdocte ait Donatus tom. 1. part. 1. tract. 13. q. 17. n. 26. vel id fit ad uberiorem cautelam, vel quia recurrentes facultatem suorum Prælatorum ignorant. Nec per hoc, quod Sacra Pœnitentiaria absolvat, & dispenset Regulares, si qui ad ipsam recurrant, sequitur, quod non sit in Prælati Regularibus potestas pro hujusmodi absolutionibus, & dispensationibus in suos subditos. Sicuti nec id sequeretur, si aliquis Regularis facultatem sui Prælati ignorans, recurreret ad Episcopum, & Episcopus ipsum absolveret, & dispensaret; unumquodque enim utitur jure suo, ut notavit Felix Potestas tom. 1. part. 4. cap. 5. num. 3422. & Tortellus verb. Dispensare numer. 28. Viva tamen ad propos. 4. Alexand. VII. num. 7. refert ex Mendo S. Congr. Card. 17. Nov. 1628. declarasse non posse Prælatos Regulares absolvere ab hæresi occulta suos subditos. Unde vide verb. Prælati Regularis n. 30. & tene sicut ibi, & verb. Irregularitas art. 3. a num. 17. ad 20.

Confessarii Regulares possunt in foro conscientie absolvere seculares ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papæ ex Constitutione Pauli III. incipient. Cum inter cunctas de anno 1545. 3. Julii, exceptis tamen contentis in Bulla Cœnæ, ut expresse excipit dicta Constitutio his verbis: Exceptis conventis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi. Exceptis etiam casibus reservatis Episcopis in iis respective Diocesis ex Decreto Sac. Congr. Concil. 10. Septembris 1577. ex Constit. Clementis X. incipient: Superna, & Alexan. VII. damnante sub die 24. Septem. 1665. hanc propositionem: Non Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopo reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate: ex Sac. Cong. Concil. in Andrien. 24. Novem. 1710. in eadem 24. Januarii 1711. in Colonien. 16. Novem. 1720. Et denique etiam exceptis intra Italiam, & extra Urbem aliis sex dictis Clementinis, ex quo de mandato expresso Clementis VIII. fuerint reservati a Sacra Congr. Episc. & Regul. in declaratione sui Decreti editi die 9. Januarii 1601. facta per aliud Decretum editum anno immediate sequenti 1602. 26. Novembris, quod est ut sequitur.

Cum autem dubia quedam, ac difficultates circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem emerissent, eadem Sacra Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitati locus relinquatur, & clarius appareat, in quibus casibus, vigore ejusdem Decreti, reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem S. D. N. Clementis Papæ VIII. similiter viva vocis oraculo super ea re habito ipsum Decretum ita moderatur, & declarat, videlicet sub ejusdem prohibitione illos tantum imposteriorum comprehendere casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueverunt contineri.

Ac præterea Violationis immunitatis Ecclesiastica in terminis Constitutionis fel. rec. Gregorii XIV. quæ incipit: Cum alias nonnulli; Violationis clausura Monialium ad malum finem; Provocantium, et Pugnantium in duello juxta Decret. Concil. Trident. et Constit. Gregorii XIII. incip. Ad tollendum. injiciendum violentas manus in Clericos juxta Canonem: Si quis suadente Diabolo 17. q. 4. ac juris dispositionem: Simonia realis scienter contracta: Atque etiam confidente beneficiis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel imposteriorum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dum-

taxat, sublata etiam pena inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, et mandat dictum Decretum in sua firmitate, et pristino robore permanere; ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, et facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulsi fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulta, et facultates, usu ante idem Decretum receptas, et quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, et non alias absolvere a casibus in præsentis declaratione non comprehensis, aliis vero Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus nihil de novo concedi; hæc sunt verba præcisa Decreti quantum ad nostrum propositum.

45 Unde cum Sacra Congregatio de speciali mandato Clementis VIII. in hoc Decreto excipiat solum a facultate absolventi casus contentos in Bulla Cœnæ; casus reservatos Episcopis, & alios recensitos sex intra Italiam, & extra Urbem, & quo ad omnes alios positive, & expresse confirmet facultatem omnimodam absolventi, quam Regulares, & alii privilegiati habebant ante Decretum incipiens Sacra Congr. emanatum de mandato ipsius Clementis VIII. die 9. Januarii 1601. evidentissime sequitur posse Regulares (ex dispositione hujus Decreti, quæ attente est perpendenda) absolvere ab omnibus aliis casibus Papæ reservatis, quia revera libere & sine contradictione hanc facultatem in usu habebant ante dictum Decretum ex Const. Pauli III. emanata 3. Junii 1545. incip. Cum inter cunctos; adeoque nullus remanet ambigendi locus de hac Regularium facultate.

47 Hic juvat adducere Decretum Clem. XI. quo omnibus Confessariis etiam Pœnitentiariis Basilicarum Urbis, & aliis privilegiatis interdicitur, ne pœnitentes a quibusdam censuris, & casibus Apoftolicæ Sedi reservatis absolvant, & abolutiones, si forte obtenta fuerint, nullæ, ac irritæ declarantur.

Quoniam sanctissimus Dominus noster Clemens XI. pro pastoralis in commissum sibi Gregem zelo, et pro Ecclesiastica disciplina recta ratione conservanda deputavit Congregat. particularem Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Sancti Clementis, Paulini Majoris Pœnitentiarii, et Fabroni, nec non RR. PP. Corradini Sanctitatis sue Auditoris, mei infra scripti Sacre Congregat. Concil. et hujus deputatæ Secretarii, ac RR. PP. Damasceni Consultoris Sancti Officii, et Alfari Consultoris Theologi sacre Pœnitentiariæ; Eadem Congregatio considerata reformatione facultatis officii Sacre Pœnitentiariæ a fel. record. Innoc. XII. in ejus Constitutione edita 3. Sept. 1692. censuit, si Sanctissimo placuerit, præcipiendum esse omnibus, & quibuscumque Presbyteris tam sæcularibus, quam Regularibus in Urbe ad Confessiones audiendas deputatis, ut ne in posterum etiam in foro conscientie absolvant extra mortis articulum quoscumque pœnitentes tam incolæ Urbis, quam ad eam confluentes ab infra scriptis casibus, nempe a casu publico violatæ Clausuræ Monialium ad malum, seu in honestam finem, a Presbyterico publico, et a casu publico violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XV. incip. Cum alias nonnulli; et etiam in casu occulto dictæ violatæ immunitatis, si scribit secuta auctoritate publica, idque omnino servari ab omnibus, et quibuscumque Confessariis in Urbe degentibus, cujuscumque Religionis, instituti, etiam Societatis Jesu, ac Congregationis quacumque speciali nota explicandis, prout explicati latius fuerint in Decreto sacre Congregat. Episcoporum, et Regularium die 9. Mensis Januarii 1602. sub fel. record. Clem. VIII. ac illius confirmatoris, et innovatoris sub. fel. record. Paulo V. die 7. Januarii 1617. Urbano VIII. die 7. Novembris 1628. editis. Ac sub præsentis prohibitione comprehendendi etiam Pœnitentiarios Basilicarum Urbis, et ab omnibus Confessariis prædictis eam observari sub iisdem pœnit. et censuris, eo ipso; et absque ulla alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis Decretis. Noverintque Pœnitentes abolutionem, si quam in posterum obtinuerint a præfatis casibus in præsentis Decreto expressis, esse nullam, nulliusque roboris, et momenti, eaque omnia observari, non obstantibus quibuscumque privilegiis absolventi a prædictis casibus, sub quibuscumque tenoribus, tam ante, quam post dicta Decreta, tam particularibus personis, quam ratione Religionis, Societatis, vel instituti obtentis, & juxta latam derogationis formam in iisdem Decretis contentam, quæ in præsentis repetita censeatur, & non

obstantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. voluerunt non obflare. Rursus declarando, prout declaratum fuit in præfatis Decretis, quod circa alios casus Sanctæ Sedi Apoftolicæ reservatos, non expressos in præsentis Decreto (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cœnæ Domini legi consueta) ita intelligatur præservata facultas absolventi Confessariis privilegiatis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimis privilegiis, non revocatis, & in usu existentibus, ac juxta eorum tenorem tantum exequendis. Aliis vero in Urbe Confessariis privilegiis non habentibus, nihil de novo, sicuti per præfata Decreta, ita per præfens censeatur concessum.

Facta per me infra scriptum hac die decima tertia Mensis Maji 1711. relatione prædictæ resolutionis Sanctissimo Domino Nostro, Sauctitatis sue eam, omniaque, & singula in ea contenta cum omnibus clausulis derogatoriis benigne probavit, ac inviolabiliter in posterum servari præcepit ab omnibus ut supra expressis, præfatusque Decretum in forma solita publicari jussit, aique mandavit. Vincentius Petra Secretarius.

In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos non approbatus, quamvis sit Excommunicatus, Degradatus, Irregularis, Apollata &c. si non alius Confessarius, potest quolibet fideles a quibusvis casibus, & Censuris etiam quomodocumque reservatis absolvere, quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Tridentinum sess. 14. cap. 7. nullum excipit Sacerdotem, sed amplissime loquitur his verbis: Verumtamen pie admotum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt. Vide tamen verò. Sacerdos num. 38. Quæ ampla potestas extenditur etiam ad probabile periculum mortis, ut tenet communior Doctorum cum Barbosa part. 2. de offic. & potest. Episc. alleg. 25. num. 81. In jure enim quo ad rem pro eodem tumuntur periculum, & articulus mortis: Cap. 29. Si quis suadente 17. q. 4. cap. Eos qui de sent. Excomm. in 6.

Si in periculo, & articulo mortis adsit Confessarius approbatus, qui promptus sit ad Confessionem excipiendam, non potest simplex Sacerdos absolvere, ut communius sentiunt Doctores, quia tota ratio, propter quam conceditur simplici Sacerdoti facultas tunc absolventi, est, ut dicit Trid. cit. ne hac ipsa occasione aliquis pereat, scilicet inconfessus propter defectum Confessarii; ergo cessante tali motivo, & necessitate propter præsentiam prompti Confessarii approbati, cessat facultas in Sacerdote non approbato juxta regulam quam tradit Abbas in cap. Cum venerabilis, de consuetudine in fine. Cum aliquid conceditur propter necessitatem durat concessio, quatenus urget necessitas. Et deducitur etiam ex Concil. Cartag. III. relato in cap. Presbyter 14. Can. 26. q. 6. Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliat pœnitentem, nisi, absente Episcopo, ultima necessitas cogat: adeoque Episcopo præsentem non sufficit necessitas pro danda abolutione a Presbytero, & in nostro casu a simplici Sacerdote in præsentia Confessarii approbati. Et confirmatur ex cap. Excommunicamus, de sent. excomm. inter extravagant., ubi sic statuitur: Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum absque speciali mandato nostro absolventis beneficium valeat obtinere, nisi forsan ad Nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus. Unde cum in nostro casu habeatur accessus, imo promptus sit præfens Confessarius approbatus, sequitur, quod abolutio non possit impendi a simplici Sacerdote, & sic declaravit Sacra Congreg. Concil. ut refert Pignatell. tom. 10. Consult. 162. n. 15. Sicque respondit Gregorius XIII. apud Molinam tract. 3. de iustit. disp. 63. num. 14. & apud Lavman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 14. ubi ex aliis testatur de communi. Vid. verb. Complex peccati.

Aboluti in articulo, seu periculo mortis a casibus reservatis, qui habent annexam Censuram, si convalescant, tenentur Papæ, vel Episcopo respective se præsentare, mandata ipsius humiliter suscipiendi; & parti læse prout Justitia suaverit, satisfacturi; cap. De cetero cap. ea noscitur, cap. Quamvis, ex cap. Quo de his de sent. excomm. ex expresse ex Bulla Cœnæ, Clariorumque Theologorum, ac præcipue S. Thomæ auctoritatem, adducto etiam genuino Tridentini Decreti sensu, firmat Sacerdotes hæreticos, Schismaticos, notorios & manifestos, ac excommunicatos denunciatos non posse pœnitentem absolvere in articulo mortis.

(a) Quamquam hæc Auctoris sententia multos sibi Patrones vindicare distentur nemo; contrariam tamen solidioribus fundamentis inniti, & quidem magis ad mentem Concilii, omnino constat. Consultè Eminentissimi Capitucchi Quæstiones Morales, quæst. 1. ubi sacrorum Canonum, tanctorum Pa-

Cœnæ his verbis: Nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolvi possit, quia non nisi sub hoc onere absolvi possunt. Quod si, elapso mortis periculo cum commode possint, non se præsentare Papæ, vel Episcopo respective, & parti læse renuant, in quantum possunt satisfacere, reincident in Excommunicationem, ex cap. Eos qui, de sentent. excomm. in 6. & ex Decreto Sac. Congr. Episc. & Regul. 7. Dec. 1746.

Abolutio vero in ta periculo, vel articulo mortis a casibus reservatis, qui nullam habent annexam censuram, si convalescant, non tenentur se præsentare Superiori, quia onus se præsentandi, quod supracitata Jura in illo articulo imponunt, est solum pro casibus reservatis habentibus annexam censuram, & exceptio firmat regulam in contrarium. Et ratio disparitatis est, quia a peccatis reservatis non habentibus annexam Censuram in articulo, seu periculo mortis absolventur directe, & pro utroque Foro sine ulla alia obligatione. A peccatis vero reservatis habentibus annexam Censuram absolventur in articulo, seu periculo mortis tantum pro Foro interno conscientie, cum obligatione adhuc se præsentandi Superiori pro Foro externo, ut mandata ejus accipiant, & se obedientes, & obsequentes ostendant Ecclesiæ, vel Superioribus, quibus fuerint contumaces, quod non evenit in habentibus casus simpliciter reservatos sine annexa Censura. Imo sic aboluti, licet non indigeant nova abolutione, ex quo prior fuerit valida, possunt tamen adhuc urgeri a Superiori, qui potest contra eos procedere, donec etiam pro Foro externo abolutionem obtineant, ut pluries declaravit Sacra Congregat. in Compens. 14. Junii 1619. in Oppiden. 8. Junii 1621. & in Militen. 30. Septembris 1622. Vide verb. Excommunicatio quo ad abolutionem pro Foro Conscientie &c. art. 7. num. 4.

Abolutio non potest dari extra articulum mortis a Sacerdote non approbato, non habente jurisdictionem, alias est nulla, cap. Omnis utriusque 12. de pœnit. & remiss. cap. Si Episcopus 2. cod. tit. in 6. & Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat. Et a fortiori nequit dari a Laico lib. 3. Const. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trident. sess. 14. cap. 6. & Can. 10. Unde sacramentaliter absolvens eum non sit Sacerdos, sit suspectus de heresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio sæculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. Constit. 81. incip. Esi alias, & Urban. VIII. Constit. 79. incip. Apostolatus officium. Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: De offic. & potest. Judicis Delegati cap. & §. fin.

Abolutio non potest dari a simplici Sacerdote non approbato, neque pro solis peccatis mortalibus dubiis, cum nullam habeat jurisdictionem. Imo simplex Sacerdos non est permitendus, quod absolvat neque a solis peccatis venialibus, ut decrevit Innoc. XI. 12. Februar. 1679. in decreto de communione quotidiana, in cuius fine habentur præcisa hæc verba: Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, seu Ordinario. (Et nulla quoque declaratur a Benedicto XIV. Constit. incipien. Apollolica.)

Quid importent abolutiones Generales, quas Prælati Regulares in fine Visitationis, & in quibusdam anni Solemnitatibus dare consueverunt suis subditis Religiosis? Et quid abolutiones in articulo mortis dari solitæ moribundis? Et quid abolutiones, quæ dantur a Prælati, seu Præsidibus, ante electiones Capitulares? Vide verb. Prælati Regularis 12. num. 67. ad 73.

Abolutio non potest dari extra articulum mortis a Sacerdote non approbato, non habente jurisdictionem, alias est nulla, cap. Omnis utriusque 12. de pœnit. & remiss. cap. Si Episcopus 2. cod. tit. in 6. & Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat. Et a fortiori nequit dari a Laico lib. 3. Const. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trident. sess. 14. cap. 6. & Can. 10. Unde sacramentaliter absolvens eum non sit Sacerdos, sit suspectus de heresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio sæculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. Constit. 81. incip. Esi alias, & Urban. VIII. Constit. 79. incip. Apostolatus officium. Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: De offic. & potest. Judicis Delegati cap. & §. fin.

Abolutio non potest dari a simplici Sacerdote non approbato, neque pro solis peccatis mortalibus dubiis, cum nullam habeat jurisdictionem. Imo simplex Sacerdos non est permitendus, quod absolvat neque a solis peccatis venialibus, ut decrevit Innoc. XI. 12. Februar. 1679. in decreto de communione quotidiana, in cuius fine habentur præcisa hæc verba: Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, seu Ordinario. (Et nulla quoque declaratur a Benedicto XIV. Constit. incipien. Apollolica.)

Quid importent abolutiones Generales, quas Prælati Regulares in fine Visitationis, & in quibusdam anni Solemnitatibus dare consueverunt suis subditis Religiosis? Et quid abolutiones in articulo mortis dari solitæ moribundis? Et quid abolutiones, quæ dantur a Prælati, seu Præsidibus, ante electiones Capitulares? Vide verb. Prælati Regularis 12. num. 67. ad 73.

ARTICULUS II.

Abolutio quibus dari possit vel non?

Abolutio dari potest moribundo, qui petiit Confessarium, licet ipso adveniente jam obmutuerit, & nulla dare possit signa pœnitentiæ. Habetur ex Conc. Araucano I. can. 12. ex Concil. Carthaginen. III. cap. Agrotantes 75. de consecrat. distinct. 4. & ex Concil. Carthaginen. IV. can. 76. his verbis: Is, qui pœnitentiam in infirmitate petiit, si casu dum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conversus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Id ita expresse statuitur a S. Leone Papa c. his qui, Causa 26. q. 6. his verbis: Quod si aliqua agri tudine fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant sub præsentia Sacerdotis significare non valeant, testimo-

nia eis fidelium, & circumstantium prodesse debent, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur. Sic etiam habetur ex Rituali Romano, auctoritate, & mandato Pauli V. edito, quod titul. de Sacram. Pœnit. sic ordinavit: Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquela ægro deficiat, nutibus, & signis conetur Sacerdos, quo ad ejus locum poterit, peccata pœnitentis cognoscere, quibus utcumque, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est. Ubi ly absolvendus est, intelligendum est de abolutione Sacramentali absolute impertienda, & non tantum sub conditione, nisi forte de aliquo prædictorum signorum, certo non constet, sed dubium sit; tunc enim erit danda abolutio solum sub conditione, ne exponeretur Sacramentum periculo nullitatis.

Abolutio probabilis dari potest sub conditione etiam moribundo, qui nullum pœnitentiæ signum dedit, nec dare potest, si ipse prius probe, & christiane vixit, & Sacramenta frequentavit. Sic tenet expresse Barbosa in Collect. ad Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. pœnit. cap. 5. num. 2. citans pro hac sententia Vivaldum, Antonium de Litteratis, Homobonum de Bonis, Molfesum, Carolum de Baucio, & Bartholomæum de S. Paulo. Idem docent Marcantius, Herincx Pontius, Bolco, Bassæus, Anacletus, Felix Potestas Schilder tract. 6. num. 39. citans Gregorium XV. in suo Memoriali Confessariorum, quod ediderat, quando erat adhuc Archiepiscopus Bononiensis, S. Antoninum, & Sacerdotale Romanum pag. 264. dicens, Possit absolvi moribundum assuetum frequentare Confessionem, quamvis repente casu oppressus sacramentum non petierit. Hanc sententiam vocat nunc communem Moya q. 4. pro qua refert sexdecim Auctores, qui eam absolute tenent, & alios longe plures, qui defendunt ut probabilem, & ex præcepto charitatis in praxi tenendam, ad quos accedunt Gobat, Tambur., Escobar, Cardinal. Averlæ, Quarti, Ardech., Sporer, Bonagratia, Gormaz, & alii. Et probatur ratione, quia vita Christiana atque Catholica hæcenus probe, & publice perfecta in hujusmodi casu, ac extrema necessitate talis moribundi, est sufficiens accusatio sui, & confessio, cum alia major fieri nequeat, adeoque potest sub conditione absolvi. Antecedens probatur, quia ille, qui petiit confessionem vel saltem dedit signa pœnitentiæ, potest in mortis articulo absolvi, sed homo christianus, & catholice vivens hoc ipso petiit, deditque signa Confessionis pro mortis articulo petitiæ, adeoque &c. Minor probatur, quia per decursum totius vite Christianæ sapius, ac præsertim frequentando Sacramenta Ecclesiæ, vel ifaciendo conluevit examinem conscientie, imo & devote pluries orando, Pater noster, & Ave Maria, per ly dimitte nobis debita nostra, vel ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ, fatentur se peccatores, petuntque omnia pro felici hora mortis necessaria, & opportuna; sed inter hæc est præcipue Confessio, & abolutio Sacramentalis in mortis articulo obtinenda; ergo &c. Tum quia de tali viro probò in articulo mortis constituto prudenter dubitari potest, an prius Confessionem petierit: & non fuerit auditus, aut aliquid signum externum dederit, quod non fuerit visum; imò dubitari potest, an etiam de facto aliquod signum externum det, quod propter ejus virium imbecillitatem non videatur, aut non percipiatur, adeoque poterit sub conditione absolvi, eo quod ob probe antea perfectam vitam præsumi, ac sperari possit, ipsum hic, & nunc petere confiteri, & sacramentaliter absolvi. Tum, etiam, quia in dubiis, aut opinionibus circa necessaria ad salutem, tutior pars est amplectenda, sed in casu agitur de re necessaria ad salutem, & adest dubium, aut opinio pro utraque parte; adeoque est sub conditione absolvendus, cum hoc tutius sit pro ejus æterna salute. Nihil enim mali fit in conferenda tali abolutione conditionata; eo enim ipso quod opponatur conditio, si es capax, ego te absolvo &c. & vitatur omne periculum sacrilegii, & irreverentiæ Sacramenti, & consulitur salutem æternam moribundi, quæ in tali extrema necessitate est ab omnibus ex caritate procuranda. Sicut enim Sacramentum Baptismi in casu extrema necessitatis potest conferri sub conditione in materia dubia: ut in lixivio, aqua rosacea, vel nivali, vel etiam in parte dubia: ut in digito, manu &c. cum in tali casu tutius consulatur salutem animæ infantis, quam nullo modo eum baptizando: sic a pari in casu nostro potest sub conditione dari abolutio sacramentalis tali moribundo extreme indigenti cum tutius consulatur salutem æternam danda ei abolutionem conditionatam, quam nullo modo eum absol-

abolvendo. Sacramenta enim cum fuerint a Christo instituta in salutem fidelium, in casu extreme necessitatis de mente Legislatoris cedunt juri suo, ne exponantur periculo nullitatis, ut fideles non exponantur periculo damnationis; eo vel maxime quod talis conditio, ut jam dictum est, salvat reverentiam Sacramenti, quia si moribundus non sit capax absolutio- nis, non fit Sacramentum.*

8 Absolutio dari potest ei, qui est in occasione proxima involuntaria, nec est in sui potestate eam removere, dummodo tamen vitare conetur periculum formale peccandi per actus proprios, scilicet primo per verum, & firmum dolorem de præteritis; secundo si sit occasio luxuriæ, per intentum, & solidum propositum solum cum sola non loquendi, & totis viribus mulieris aspectum, & illecebras vitandi; tertio per verum propositum, & promissionem separationis cum primum erit possibilis physice, vel moraliter; quarto per fervidam orationem, & petitionem divini auxilii, & frequentiam Sacramentorum, maxime Confessionis cum eodem prudenti Confessorio. Et ratio est quia occasio peccandi in se non est peccatum, nisi sit voluntaria, & qui in ea est, potius dicitur eam pati, quam ei se exponere, positus enim dictis propriis actibus censetur pro quanto in se est, eam absolute, & efficaciter nolle, ut tradit D. Basilii in *constitut. Monast. cap. 4. fol. 489.* ubi dicit, *in hujusmodi casibus hominem non amare periculum, sed illud invitum subire.* Talis occasio involuntaria contingere potest in filiofamilias cum familia Domini, interfratres, sorores, filios, & filias ejusdem familiae, & alios similes conjunctos, qui non sunt sui juris habitantes in eadem domo sub cura ejusdem Domini seu Parentis. Sic tenent communiter Doctores, qui tamen monent Confessarios, ut cum istis se gerant sicuti cum recidivis, differendo aliquando absolute, & difficiles se ostendendo ad eos absolvendos, ut sic perterriti facilius emendentur, & supradictos proprios actus efficacius eliciant, sine quibus nequirent absolvi, cum deficerent in adimplendis, quæ sunt in sua potestate, & tenentur omnes adimplere nulla iussufragante excusatione ad vitandum peccatum mortale.

* P. Danieli Concina, qui in animadversionibus ad Pontasium, Auctoris nostri opinionem, quæ communior est, probaverat, in Theol. Christiana, quæ ibidem scripserat, retrahit, ne eorum præjudicium afferret opinioni, qui confessionem necessariam hujus Sacramenti materiam existimantes, negant omnino eum absolvi posse, qui confessionis signa sensibilia non dederit; quia deficientibus actibus poenitentis, necessaria materia desideratur, sine qua perfici Sacramentum nequit. Sed certum omnino non est actus poenitentis materiam hujus Sacramenti esse: Cum Tridentina Synodus non Sacramenti materiam, sed quasi materiam dixerit; cumque Theologi bene multi non materiam, ex qua Sacramentum, sed circa quam Sacramentum veretur, actus illos constituent. Dum vero in poenitente ea præcesserint, quæ Auctor commemoravit, satis verisimile est, & confessionis desiderium per antea factam vitam significatum, & alios actus in illo reperiri, qui ad impediendam absolute dubiam saltem materiam suppeditent: ergo sub conditione absolvi poterit; eo vel magis, quia iis, qui antea confessionem petiere, si saltem per testes id Sacerdoti sit notum, absolute concedenda est. ut liquet ex allatis ab auctore monumentis, & etiam ex decreto Urbani VIII., qui 24. Februarii 1632, rogatus ab Inquisitore Lusitanæ, *num valide absolvi possit agrotus, qui coram uno teste signa contritionis dedit, superveniente autem Confessorio nullo extremo signo confitendi voluntatem ostendit, respondit, huic agroti posse impertiri absolute, nec id repugnare decreto Clementis VIII. cum diverfam contineat rationem.* Ita- que si absolvendi sunt, qui antea petiere confessionem, quia actus illi præcedentes veluti præsentibus haberi possunt; cur ii absolvendi non erunt, quorum vivendi ratio prudentem Confessarium certum facit, voluisse in mortis articulo sacramenta recipere, ac prudenter etiam dubitare permittit, confessionem antea petiisse, licet a nemine fuerit auditus? Nec audiendus Concina est, dum ait, Deum, quando vult alicujus salutem, velle etiam eadem voluntate media a Christo præscripta pro salute obtinenda. Nam absolute hanc medium esse præscriptum dicimus, & occurrentem Sacerdotem, qui probo Christiano, quem confessionem petiisse præsumimus, Sacerdotalem absolute impertiat, beneficium quoddam esse putamus divinæ misericordiæ, quo Deus illi opitulari decrevit.

Absolutio tamen dari non potest ei, qui est in occasione proxima voluntaria, nec vult eam, cum possit, desistere, licet sub prætextu cujuscumque utilitatis, commodi, vel boni spiritualis vel temporalis sui, vel proximi. Clare condit ex pluribus propositionibus damnatis, ut ex 41. in ordine damnata ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. his verbis: *Non est obligandus concubinaris ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinari, vulgo Regalo, dum deficiente illa nimis agre ageret vitam, et alia cupula tadio magno concubinarium afficerent; et alia famula nimis difficile inveniretur;* & ex 61. in ordine damnata ab Innocentio XI. 2. Martii 1679. *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, et non vult omittere, quum imo directe, et ex proposito querit, aut ei se ingerit,* & ex alia ejusdem Pontificis 62. in ordine: *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit,* & ex altera ejusdem 63. in ordine: *Licitum est quæere directe occasione proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali, nostro, vel proximi.* Et ostenditur ratione, quia ut quis non teneatur desistere occasione proximam peccandi mortaliter, nulla causa est iustificans, nisi sola impotentia physica, vel moralis deterrere illum occasione proximam, nam quoties potest quis eam derelinquere, tenetur, quia quilibet, si potest, tenetur vitare proximum periculum summi mali, quale est peccatum mortale, juxta illud Matthæi 18., *Si manus tua, vel pes tuus scandalizate, abscinde eum, et projice abs te;* aliter non esset dispositus ad obtinendam absolute ratione evidenti periculi, adeoque non absolvendus, ut concludit Sanctus Carolus Borromeus *part. 4. actor. Eccles. Mediol. instruct. Confess. circa medium, Sciant denique (Confessarii) se non posse us impendere beneficium absolute, qui peccati mortalis occasionem omnem fugere serio non proposuerint.* Et Sanctus Thomas de Villanova *Concione in feria 6. post Dom. 4. Quinquagesime,* ait: *Vadat, et concubinam e domo pellat, pecuniam alienam restituat etc. et tunc ad Confessarium redeat, et absolvatur, hic rebus est ordo, hunc Ordinem non transgrediaris.*

(Accedit etiam, poenitentem, ut sit rite dispositus, debere affectum peccati excludere, & peccatum detestari; ergo detestari quoque debet peccandi occasionem. Quomodo vero eam detestabitur, qui non vult illam desistere?)

Absolutio dari non potest consuetudinaria, & recidivo, qui semper labitur in istis peccatis sine ulla spe emendationis, nec facit quantum in se est juxta monita prudentis Confessarii pro tali consuetudine peccaminosa desistenda; adhibendo scilicet serium conatum, quo tentationibus, ac occasionibus resistat, sed potius cupiditatis suis semper frena relaxat; constat clare ex propositione damnata ab Innocentio XI. 2. Martii 1679. in ordine 60. *Poenitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, et si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolute, dummodo ore proferat se dolere, et proponere emendationem.* Et ratio est, quia cum in isto nullum appareat verum signum doloris, aut propositum emendandæ vitæ, ex quo nullum serium conatum adhibeat ad resistendum tentationibus, & peccandi occasionibus, sed potius voluntarie suis cupiditatibus semper frena relaxat, absolute nedum non ipsum solveret, sed & cum ipso etiam Confessarium ligaret, ut docet S. Ambrosius *lib. 2. de poenit. cap. 9.* his verbis: *Nonnulli ideo poscunt poenitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint, hi non tam se solvere cupiunt, quam Sacerdotem ligare; suam enim conscientiam non exiunt, et Sacerdotis induunt, cui præceptum est, nolite dare Sanctum canibus.* Et quod similibus consuetudinariis, seu recidivis non sit danda absolute, donec emendentur, aperte insinuat S. Carolus Borromeus *part. 4. actor. Eccles. Mediol. tit. Instructio Confessorum* his verbis: *Proroganda est adhuc absolute his, qui licet se peccatum dimissuros polliceantur, ab illo tamen non separandos Confessor suspicatur, ut sunt ii, & præsertim juvenes otiosi, qui solent majoris temporis parte aleis, crapulis, amoribus, peccatis carnalibus, blasphemis, inobsequiis conversationibus, dissensionibus, odiis, & detractionibus vacare, ut qui a multis annis in eisdem peccatis perseverant, nec ut emendentur laborant.*

Si vero consuetudinarius, seu recidivus post ultimam suam Confessionem, se emendavit, nec tot peccata, ut ordinarie solitus erat, commisit, & conatum ad se emendandum adhibuit, debet absolvi, cum sic ostendat se habere verum dolorem, & firmum propositum se emendandi, quod sufficit ad

ad veram poenitentiam, licet aliquoties sit iterum relapsus; siquidem ejusmodi aliquis relapsus non est signum falsæ poenitentiae, sed potius fragilitatis humanæ; plurimi enim etiam probitate conspicui relabuntur interdum, & contra bona proposita firmiter concepta, denuo peccant. Cum enim recidive posita firmiter concepta, ad fragilitate intrinseca, uti fit in mollitie, peccata sunt ex sola fragilitate intrinseca, uti fit in mollitie, delectationibus morosis, odiis, blasphemis, & similibus, decent communiter Doctores ordinarie posse poenitentem toties absolvi, quoties Confessarius judicat eum serio dolere, & proponere in posterum se emendare, quia est rite dispositus, ut maxime liquet in illo, qui post ultimam Confessionem, ut maxime peccata commisit, uti antea solitus erat; unde & nem non peccata commisit, uti antea solitus erat; unde & Matthæi 18. Petro interroganti: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, usque septies? dixit Jesus, Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies,* hoc est toties, quoties vere doluerit, signa emendationis dederit, veniamque rogaverit, juxta quod S. Hieronymus relatus *cap. Septies dist. 3. de poenit.* ait: *Non solum septies, sed usque septuagies septies delinquenti, si convertatur ad poenitentiam, peccata condonantur.*

19 Major difficultas est, sintne absolvendi, necne illi consuetudinarii, seu recidivi, qui in aliqua Confessione minor assenserunt peccata, & in alia majora, & sic vicissim longo tempore sua peccata continuant, aliquoties se vincendo, & alioquoties iterum relabendo, ac numerum peccatorum augendo? Cum istis dicerem, quod a Confessariis non sit procedendum nec per nimiam severitatem, nec per nimiam clementiam, ut nec nimia severitas terreat, nec nimia clementia palpet. Hæc enim non pauca luctuosa exempla, quod nimia severitas Confessorum fuerit potius poenitentibus occasio ruinæ spiritualis, ac desperationis, quam salutis, cum sic deterritis sit eis odiosa confessio, & plurimi a poenitentia totaliter recesserint, & per hoc S. Leo Epist. 91. omnes sic admonet Confessarios: *In dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas, gemitusque negligere, cum ipsam poenitentem affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam.* Nec minor habemus exempla, quod nimia Confessorum clementia non paucos cum se ipsis perdidit poenitentes: cum nimia clementia potius foveat peccata, quam minuat, juxta id, quod observat Bellarminus *Concion. 8. in Dominica 4. Adventus* dicens, *Nec enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non esset etiam tanta facilitas absolvendi, & ideo nimia hæc indulgentia reprobatur in Synodo Gebennensi part. 4. tit. 9. c. 5.* sub motivo, quod per hanc nimiam facilitatem absolvendi pereat, tum Presbyterorum, tum poenitentium multitudo infinita. Unde cum similibus poenitentibus magna est necessaria prudentia, & discretio in Confessariis, ut hinc per graviora exhortationum motiva eos deterreant a relapsu, & a peccatis, & illinc dulciora divinæ gratiæ, passionis Dominicæ, & invocationis Sanctorum linimenta proponendo, erigant in fiduciam, & spem christianam, atque iteratam peccatorum detestationem, & firmius emendationis propositum, sicque cum Evangelico Samaritano sciunt opportune vulneribus sauciatorum oleum, ac vinum infundere: ut S. August. & S. Thomas 3. part. q. 80. art. 10. ad 2. ajunt, *Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum.*

20 Absolute dari non debet, sed differenda, iis, qui propria culpa, & negligentia ignorant principalia Myteria Fidei, & alia scitu necessaria ad salutem; habetur expresse de mente Innocent. XI. damnantis sub die 2. Martii 1679. hanc propositionem in ordine 64: *Absolutionis capax est homo, quamvis laboraret ignorantia Myterior. Fid., etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.* Et clare traditur etiam a Sancto Carolo Borromeo *part. 4. actor. Eccles. Mediol. Instruct. Confessorum circa med. præcisus* his verbis: *Quicumque rationis usum attigerit, sub reatu peccati mortalis omnes symboli Apostolici, quo Ecclesia vitur, articulos scire tenetur, saltem quo ad substantiam; Item Dei & Ecclesiæ præcepta, quæ sub mortali peccato observanda sunt, quæque solent in scholis Doctrinæ Christianæ comparari. Vbi ergo poenitens hæc ignoravit, si quam primum ad ea discendum non acquirerit absolvi non debet. Imo si ad ea discendum se dispositum significaverit, interrogandum, num alias de ea negligentia a Confessore pro modulo diligentiam ad hoc non adhibuerit, tandiu illi absolute differatur, donec huic officio poenitus satisfecerit. Quod si nondum admonitus fuerit, absolvatur quidem; sed de supra dictis, ut poterit, instruat.*

(Adest hæc de re Constitut. BENEDICTI XIV. incip. *Et si*, qua decernitur ignorantibus Myteria Fidei, tenenda necessitate mediæ, denegandam esse absolute; ignorantibus vero sua culpa necessaria necessitate præcepti rejiciendam in aliud tempus absolute; quandoque tamen absolvi posse, si poenitens dolens de sua culpabili vincibili ignorantia, serio promittat Confessario, operam se impense daturum, qua divinæ gratiæ præsidio discat etiam necessaria necessitate præcepti.)

Absolute dari nequit a Confessario suo complici in peccato carnis; Et si detur, est nulla, & Confessarius audens eum absolute, incurrit Excommunicationem Papæ reservatam. (Est etiam reservata Summo Pontifici absolute calumniatorum quoad sollicitationem in confessione; atque absolute censuris in eos latis, qui mercimonium exercent super elemosynis Misarum, ut constat ex Const. 20. & 22. ejusdem Pontificis.) Vide verb. *Complex peccati a n. 1. ad 3.*

An absolute nequeat dari etiam complici in quocumque alio peccato mortali, non carnali? Vide *ibid. n. 4.*

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Absolute deneganda est ignorantibus Myteria Fidei tenenda necessitate mediæ. Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 42. incip. *Et si* §. 12. Ignorantibus autem sua culpa necessaria necessitate est absolute rejicienda in aliquid tempus. Quandoque tamen potest talis poenitens absolvi, si dolens de sua culpabili vincibili ignorantia, serio promittat Confessario operam se impense daturum, qua divinæ gratiæ præsidio discat etiam necessaria necessitate præcepti. Idem *loc. cit.*

Absolvendi facultas a casibus reservatis, & censuris conceditur Cancellario Militiæ S. Januarii. Idem tom. 1. Const. 24. incip. *Romanæ Ecclesiæ* §. 3. Eadem facultas tribuitur Confessariis in vim Bullæ Cruciatæ concessæ Militibus S. Joannis Hierosolymitani, ejusque Militiæ subditis. Idem t. 1. Const. 76. incip. *Quoniam* §. 8.

Absolvere non potest Abbas, seu Superior Regularis Monachos sibi subiectos a percussione Clerici Regularis, ut expresse respondit S. Cong. Concil. in Mediolanen. *Censurarium* 2. Decembr. 1719. ad 5. dubium. Vide verb. *Excommunicationis*.

Alia ad rem, vide verb. *Confessarius art. 1. a n. 87.*

ARTICULUS III.

Absolute quomodo, & sub qua forma dari possit, & debeat, vel non?

Absolute Sacramentalis verba necessaria, & sufficientia sunt: *Absolve te a peccatis tuis*, vel alia æquipollentia actum judiciale sententiæ absolventis sufficienter exprimentia: habetur ex Concil. Florent. in Decreto unionis, ubi dicit: *Forma hujus Sacramenti est: Ego te absolvo &c.* & ex Trident. sess. 14. cap. 3. ubi dicit: *Docet præterea Sancta Synodus Sacramenti Poenitentiae formam, in qua præcipua ejus vis sita est, in illis Ministri verbis positam esse: Ego te absolvo &c. quibus quidem de Ecclesiæ Sanctæ more præces quadam laudabiliter adjunguntur, ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria.* Licet autem ex prædictis sola illa duo verba *Absolve te*, vel *æquivalentia*, sint de essentia formæ absolute, ac necessario exprimenda necessitate Sacramenti, maxime speculative loquendo, ut sufficienter D. Th. 3. part. quest. 84. art. 3. in corp., Scotus in 4. dist. 14. q. 4. §. ex hoc sequitur, Suarez, Lugo, Gonet., Coninch., Amicus, & aliis magis communiter.

In praxi tamen tutius tenendum est, requiri tamquam de essentia formæ sacramentalis etiam illa verba *a peccatis tuis*, vel saltem *a peccatis*, quia in institutione Sacramenti Poenitentiae facta est a Christo expressa mentio peccatorum; *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*, Joan. 20. ergo si quia in Sacramento Baptismi institutione dictum est: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, invocatio Trinitatis dicitur essentialis, ita quia in institutione Sacramenti Poenitentiae dictum est, *quorum remiseritis peccata*, expressio eorumdem peccatorum erit essentialis; adeoque tutius addenda sunt illa verba *a peccatis tuis*, vel saltem *a peccatis*. Eo vel maxime, quod absolute a peccatis debet

debet determinate significare remissionem peccati, quia non plus...

4 Aliter Confessarius peccaret mortaliter, & exponeret Sacramentum...

5 Absolutio est valida, sed illicita, si detur aliis verbis, quæ...

8 Absolutio autem data his verbis, Ego te mundo a peccatis...

9 Pro digna autem, & practica usuali administratione Sacramenti...

10 Absolutio non est valida si proferatur modo deprecativo, V. G....

te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis in nomine Patris, et Filii...

Absolutionis verba non præcise, & nude indicant, & declarant...

Absolutio non est valida si proferatur modo deprecativo, V. G....

Absolutio nequit dari absenti per nuncium, vel per litteras; est communis...

* Non adeo facile pronuntiandum est, validam non esse absolutionem...

Sacerdoti, et erubescantiam vincit timore offensi sit venia criminis. Et habetur expresse ex Clem. VIII. constit. incip. Sanctissimus...

15 Absolutio potest dari ab uno pluribus simul, uti de facto ab eodem Confessario...

16 Lugo disp. 13. sect. 6. num. 141, Coninch, Azor., Averf., & alii passim...

17 Imo potest dari casus, in quibus nedom esset valida, sed etiam licita...

18 Imo, ut volunt Card. de Lugo disp. 13. de Sacramento Poenit. sect. 7. n. 166...

19 Absolutio potest dari ab uno pluribus simul, uti de facto ab eodem Confessario...

ABSTINENTIA.

1 Abstinentia a carnibus est præcepta pro omnibus diebus Veneris, & Sabbati...

ubi supra, Concil. Oxoniens. cap. 1., & Concil. Mediolan. I. part. 2. tit. de jejun. Item pro Vigilis Natalis Domini, Pentecostes...

Si Vigilæ incidant in die Dominica non fit in ipsa abstinentia, sed anticipatur in Sabbato...

Si Nativitas Domini N. J. C. accidat in die Veneris, dispensantur omnes ab abstinentia carnis, exceptis iis, qui tenentur voto...

* Idem etiam statuendum, si præfata Nativitas Domini incidat in Sabbato...

Tempore Quadragesimæ adest præceptum abstinentiæ, nempe a carnibus, sed etiam ab ovis, & lacticiis...

Abstinentia nimia a cibo, vel potu, vel somno, impediens aliquem, ne postea suis possit fungi officiis, est mala, & peccaminosa...

Abstinentia ab omni cibo, & potu ultra terminum naturalem septem, aut novem, aut ad summum undecim dierum in iis, qui vitæ sanctimonia excellunt...

alimento, ideoque nutritionem in vivente numquam cessare, neque hominem secundum naturam a nutritione vacare possit vita salva, adeoque ut lethalis sit inedia, quæ septimum diem excesserit ex sententia Hippocratis lib. 1. de princip. seu de carnibus num. 21. Macrobi. de somn. Scipion. lib. 1. cap. 6. Turbellanc. in Epitom. delict. lib. 2. cap. 21. num. 2. Zachia quest. 7. num. 2., Marc. 2., Marion., Aulus Gell., Sennert., & alii, ex relatione Plinii Hist. nat. lib. 2. cap. ultim. licet non censetur lethalis usque ad septimum diem tantum, est tamen

12 lethalis inedia, si undecimum diem excesserit.

Et revera quod talis abstinentia in vitæ sanctimonia excellentibus sit supernaturalis, & miraculosa, deducitur ex variis exemplis Scripturæ Sacræ, & aliis de multis Sanctis virtute conspicuis, qui sola Eucharistiæ sumptione, divinarumque rerum contemplatione longam abstinentiam servarunt absque omni alio cibo, & potu. De Moyse enim habetur Exod. 34. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit: Et Deuter. 9. verl. 6. Et perseveravit in monte 40. diebus, & 40. noctibus panem non comedens, & aquam non bibens: ubi ab Expositoribus communiter panis pro omni genere ciborum, & aqua pro omni genere potus accipitur; sicuti etiam accipitur abstinentia Eliæ pergens ad montem Dei Oreb. 3. Regum c. 19. Qui cum senex esset, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius 40. diebus & 40. noctibus, usque ad montem Dei Oreb. Et prætermissa abstinentia quadraginta dierum, & quadraginta noctium Christi Domini Matth. 14. & Luc. cap. 4. de Joanne Baptista habetur Matth. cap. 11. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens.

13 Et sic habetur de multis Sanctis, ut de Sancta Catharina Senens. declaravit Pius II. in Constitut. ipsius Canonizationis his verbis: Summa hujus Virginis abstinentia fuit. Inventa est aliquando a die Cinerum usque ad Ascensionem Domini jejunium perdurasse sola Eucharistiæ communione contenta. Sic certo constat de S. Ludovico Pio Gallie Rege, qui ultimis quadraginta diebus vitæ suæ post sumptam Sacram Eucharistiæ ab omni cibo, & potu abstinuit. Sic de illo Sacerdote, qui totidem dies absque omni alimento Romæ vixit sub Leone X. Sic de Palumba Interamensis tempore Innocentii VIII. Sic de plurimis aliis, quorum diuturna abstinentia post Sacram Communionem cum certa vitæ sanctimonia conjuncta vere supernaturalis, & miraculosa est censenda, ut solide docet Daniel Sennertus t. 2. præf. lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 2. ad differentiam abstinentiæ eorum, qui sanctitate non claruerunt, nec clarent, quam dicit esse naturalem. Et circa istas abstinentias, quæ interdum prædicantur, & adstruntur in quibusdam Sanctitate minus illustribus est bene cavendum, ne etiam fictitiæ, & fraudolentiæ sint vel ope Demonis, ut non pauca sunt habita, & in dies adhuc habentur exempla.

14 Abstinentia diuturna ab omni cibo, & potu potest dari naturaliter sine miraculo, ut pluribus exemplis, & auctoritatibus probat Pignatell. tom. 4. consult. 43. adducens aliquos sic vixisse nedum ad 40. annos, sed etiam ad ducentos; adducens insuper unum, qui nunquam manducavit, neque dormivit, & Puellam, quæ nullo præter aerem cibo ad decimum ætatis annum pervenit, & grandior facta nupsit, & prolem suscepit, Vide ibi ipsum ubi 28. causas adducit.

ABUSUS.

1 Abusus præsupponit usum, & abuti proprie est ad alium alium re uti, quam in quem ea comparata est, l. 19. & 34. 2 §. 2. de usufruct. Privilegium omnino meretur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate l. 1. q. 4. cap. privilegium. Unde abusus nullus sunt effectus. Rota Rom. part. 9. tom. 2. de c. 400. num. 44. Abusus est facere processionem cum Sanctissimo Sacramento de nocte feria quinta, & sexta majoris hebdomadæ, & ideo prohibendum est ne fiat, Sac. Congreg. 4 Rit. in Mantuana 8. Augusti 1606. Abusus est, ut Superior Monasterii, licet habeat jurisdictionem spirituales, & temporalem, faciat ante se deferri Crucem more Archiepiscoporum, Sac. Cong. Rit. in Coropoliten. Nullius 4. Marti 1606. 5 Abusus est, ut Canonicus, Clericus, vel Subdiaconus antiquior præferatur Canonico Presbytero moderniori, Sac. Cong. Rit. in Trop. 17. Junii 1606. Abusus antiqui in Processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur, Sac. Cong. Rit. 13. Maji 1603.

Abusus, seu abusiones secularium sunt duodecim. 1. Sapiens sine operibus. 2. Senex sine Religione. 3. Adolescens sine obedientia. 4. Dives sine elemosyna. 5. Fœmina sine pudicitia. 6. Dominus sine virtute. 7. Frater contentiosus. 8. Pauper superbus. 9. Rex iniquus. 10. Episcopus negligens. 11. Plebs sine disciplina. 12. Populus sine lege. Sic Glossa in Clementina, Ne in agro, de statu Monachorum verb. Curias Principum circa finem, ubi dicit quod Sanctus Cyprianus librum fecit de his duodecim abusionibus sæculi. Abusus, seu abusiones Religionum, vel Clausuralium, quibus tota Religio machina corrumpitur, sunt etiam duodecim. 1. Prælati negligens. 2. Discipulus inobediens. 3. Juvenis otiosus. 4. Senex obstinatus. 5. Monachus Curialis. 6. Monachus Causidicus. 7. Habitus pretiosus. 8. Cibis exquisitus. 9. Rumor in Claustro. 10. Lis in Capitulo. 11. Dissolutio in Choro. 12. Irreverentia circa Altare. Sic Glossa loc. cit. verb. Curias Principum. in principio, ubi dicit, quod tales enumerat Hugo lib. 2. de anima Claustro.

Abusus in Baptismo, in Confessione, in Eucharistia, in Matrimonio, in Ordine, & in Sacra Scriptura, poenæ quæ sint? Vide verb. Poena art. 2. a num. 31. ad 49.

ACCEPTIO PERSONARUM.

Acceptio personarum est vitium justitiæ distributiæ oppositum, quo sive in jure dicendo, sive in bonorum communium, aut honorum distributione, id quod alicui ex debito justitiæ est conferendum, datur, & attribuitur alteri, non ob justam causam, & meritum ejus ad ipsam rem, sed potius ob conditionem, & qualitatem ipsius Personæ ad talem rem non pertinentem; sic sentiunt Doctores communiter. Unde qui in iudiciis, concursibus, communium bonorum, & honorum distributionibus, seu beneficiorum collationibus, personam divitem, potentem, nobilem, parentem, amicam, & commendatitiam munitam anteposit personæ pauperi commendatitii, & dictis conditionibus deservit, conferendo illi ob tales conditiones, & qualitates id, quod illi pauperi ex merito justitiæ debetur, committit gravem peccatum acceptiois personarum contra expressam prohibitionem Levit. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores viduam potentis, re te iudicis proximo tuo. In iudiciis enim, & causis non est habenda acceptio personarum: de regulis juris in 6. regula 12. juxta id quod habetur expressè Ecclesiastic. 42. Ne accipias personam, ut delinquas, & Jacobi 2. explicite declaratur: Si accipitis personam, peccatum operamini. Unde S. Augustinus relatus a Divo Thoma 2. 2. q. 63. art. 2. in corpore dicit: Nec sane quantum arbitror putandum est leve esse peccatum in personarum acceptioe habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi, ac standi ad honores Ecclesiasticos referamus: Quis enim ferat eligi divitem ad Sedem honoris Ecclesie contempto paupere instructiore, atque sanctiore?

Ad peccatum autem acceptiois personarum necessarium est, quod res uni potius, quam alteri debeatur qualicumque justitiæ debito: Si enim neutri nullo modo debeatur, sed mere liberaliter donetur, etiam spectata Charitatis obligatione, tunc nullum committitur peccatum acceptiois personarum juxta illud Matthæi 20. An non licet mihi quod volo facere? Et circa hoc docet D. Thomas 2. 2. q. 63. art. 1. in corpore, quod duplex est datus; una quidem pertinet ad justitiam, qua scilicet aliquis dat alicui, quod ei debetur, & circa tales dationes attenditur personarum acceptio; alia est datio ad liberalitatem pertinet, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei non debetur, & in hac datione non habet locum personarum acceptio, qua quilibet absque injustitia potest de suo dare quantum vult, & cui vult. Et sic etiam docet S. Antoninus 2. par. Summa Theolog. tit. 1. cap. 20. in his, quæ dantur mere ex liberalitate, non ex debito, non habet locum acceptio personarum, si datur magis uni personæ, quam alteri, quia summum est quod datur, & in re sua unusquisque est moderator, & vindex.

Novæ Additiones ex aliena manu.

Acceptio personarum brevius definitur ab Espenio Jur. Eccles. Univ. part. 2. tit. 31. cap. 1. num. 1. Injustitia, qua præfertur persona personæ propter causam indebitam. Contra acceptioes personarum in beneficiis Ecclesiasticis conferendis, extant querelæ Bracharensis Archiepiscopi coram Patribus Concilii Tridentini, apud Pallavicinum in hist. Concilii Trid. lib. 23. cap. 7. num. 7.

3 Omnia Jura clamant, ut meliores, & sanctiores eligantur, & ideo peccant contra justitiam distributivam, qui omisso digniore eligunt dignum, ut notant DD. in cap. constitutus decret. de appell. Covarruv. in relect. cap. peccatum de R. 1. in 6. §. 7. num. 4., Fagnan. in cap. cum dilectus decretal. de consuet. num. 19.

4 Patroni etiam laici eligere tenentur digniorem, ut contra Lambertinum probat Covarruv. loc. cit. num. 5. sed ad evitandas lites, & discordias præsentatio Patroni de digno, omisso digniore in Foro externo irritari nequit: ut notant Canonistæ ad cap. 3. decret. de Jur. Patron.

5 Unde defumenda major capacitas: & quomodo de ea inquirendum; & quam grave delictum sit accipere personam in collatione beneficiorum, consule Espenium in Jus Ecclesiast. Univ. part. 2. tit. 31. cap. 3., & 4.

ACCESSIO seu, ADIUNCTIO.

Vid. verb. Dominum art. 3. a. n. 13. ad 69.

ACCESSORIUM.

1 Accessorium naturam sequi congruit Principalis; de regulis juris in 6. regul. 42. Accessorii idem est iudicium quod principalis: Rota Roman. par. 2. decis. 97. num. 2. Non alterat principalem dispositionem, sed illi omnino famulatur: 2 Rota par. 11. decis. 147. n. 15. & 16. Videtur concessum cui est concessum principale; Rota par. 5. t. 2. dec. 432. num. 3. 3 Accessorium non tenet, si non tenet principale, ad quod sequitur; de fide instrumentor. c. inter dilectos in fine. Corruit principali deficiente: Rota par. 7. dec. 261. num. 10. & 11.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 In argumento Principalis, & Accessorii illud in primis spectare oportet, quodnam principalis, quodnam alterius accessorii loco habendum sit. Generatim autem nihil certi in jure definitum est; cum sæpe eadem res modo pro principali, modo pro accessoria accepta reperitur. Sic quandoque fundus Villæ accessio est; licet regulariter Villa pro fundi accessione habeatur l. 8. & 10. in princ. ff. quib. mod. usuf. amitt.

2 In universum sic habetur: Pro Principali non quod pretiosius est, sed quod prævaleret æstimandum erit. Sæpe namque id, quod spectato ejus pretio minus est, pro principali habetur: hinc habere pro principali oportet aurum, non gemmam illo inclusam, l. cum aurum 12. §. 13. de aur. argen. & c. legat.: vestimentum, non substitutum, l. tigni 7. §. 2. ad exhiben., & §. 26. lib. 2. tit. 1. instit. 1. solum, non ædificium, d. lib. 7. §. 10., & 12.

3 Verum & hoc perpetuum neque esse videtur; cum, ut cetera taceam, in l. 20. ff. de aur. arg. & c. legat.: disterte sancitur, aurum inclusis gemmis cedere debere. At ibi non aurum, sed gemmæ sunt Principale.

4 In dubio vero rei prævalentia æstimanda est, vel ex usu rei, vel ex consuetudine patris familias, aut etiam ex rei visibili aspectu, l. 26., l. 28., & l. 32. §. 5. eod. tit.

5 Porro circa hoc idem argumentum, Accessorii scilicet, & Principalis, dux occurrit regulæ in tit. ff. de reg. jur. puta regula, cxxix, & cxxxviii, quæ iidem prolixè conceptæ sunt verbis; nisi quod in posteriori lege voce plerumque temperatur quod in priori generaliter fuerat prolatum.

6 At his in regulis, quid pro principali, quid pro accessorio habendum sit, magna cura non est; cum inibi pro principali æstimetur causa illa, quæ princeps est, primumque, ut ita dicam, mobile in aliquo negotio, quod principaliter instituitur, agiturve; ut monet sac. Gothofred. in comm. ad dd. ll. Accessoria vero dicuntur ea, quæ licet a præfato principali causa secreta, ac divisa sunt, eandem tamen tanquam partium, live ex natura negotii, live ex consuetudine.

7 Definitur autem in dd. regulis, quod ea omnia, quæ accessionum locum obtinent, omnino extinguantur, ubi principalis causa vel ab initio, vel ex post facto non consistit. Quod ut planum faciam, unum, aut alterum in medium afferam exemplum; est ob materiæ vastitatem plures fingi possint species, de quibus consule Pet. Fabr. in comm. ad tit. de reg. jur. dd. ll. 120., & 178., & citat. Jacob. Gothof. eod.

8 Ab initio igitur si principale non consistit, nec accessorium locum habere potest: sic dos esse non potest, & nuptiæ con-

stingere nequeant, l. 3. ff. de jur. dot. nihil sine hæredis institutione in testamento scriptum valet, ut pupillaris substitutio, l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupill. §. 5. Institut. de pupill. substit. Ex postfacto pariter si principalis causa extinguitur, neque is, quæ sequuntur locus esse potest, Ita debitore liberato per consequentia fidejussor quoque dimititur, l. 47. l. 69. in fin. l. 38. ff. de fidejussor.: insuper crediti obligatione deficiente, pignorum quoque persecutio preempta est l. 6. ff. de nat. fanor.

At hæ eadem regulæ non ita perpetuè censeri debent, ut nullam recipere queant limitationem. Quandoque enim est principale infirmetur, accessorium nihilominus consistit. Sic in re testamentaria, inducta hæredis institutione, quæ testamenti fundamentum est, libertates tamen, & cetera legata nonnunquam valent, l. proxime 3. in fin. ff. de his que in test. delent.; Et hodie, quando ex præteritionis causa hæredis institutio infirmatur, legata ceteraque in testamento scripta consistere indulget Justinus Aut. ex causa 6. de lib. præf. In materia pariter pignoris, personali obligatione submotâ, pignoris vincula durare dicuntur l. 2. C. de luit. pignor.: & si quis pro parte hæres exstitit, nisi totum debitum exolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest, l. 1. C. eod. tit. Ceteras exceptiones ad alias materias pertinentes vide apud citatos auctores.

De aliis vero regulis ad materiam Principalis, & Accessorii spectantibus consule Tulden. de jurisprud. extemp. lib. 1. cap. 16. per tot.

ACCUSARE QUI POSSINT, VEL NON?

Omnes accusare possunt criminaliter in causis propriis caus. 4 q. 6. cap. omnibus, ubi expressè dicitur: Omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda. In defendendis injuriis sibi illatis, & morte suorum propinquorum, caus. 2. q. 1. cap. prohibente, ubi habetur: Hi tamen omnes si suam injuriam exequantur, mortemque propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. In crimine hæresis cap. in fidei 5. de hæret. in 6. In crimine sacrilegii cap. in primis §. de persona Januarii 2. q. 1. & cap. Si quis suadente 17. q. 4. §. qui autem. In crimine Veneficii, seu Magiæ, arg. l. ultim. cap. de maleficiis. In crimine Astissini, & Graflationis per vias publicas, l. Divus Adrianus ff. de custodia reor. argum. l. 2. non ideo minus C. de accusat. In crimine falsæ monetæ l. 2. Cod. de falsa monetâ. In crimine Simoniac. sane 15. quest. 3. In crimine læsæ Majestatis, & aliis similibus criminibus atrocissimis arg. l. 7. & 8. ff. ad leg. Jul. Majest. cap. de accusat. & cap. Veniens 15. quest. 3. Excipiuntur tamen, ut neque in supradictis accusare possint: I, Mente capri, & furiosi, quia non intelligunt, quæ geruntur l. dummodo 2. §. 1. ff. de procurat. II, Excommunicati cap. 1. de exceptis, & hoc, ut suæ contumaciæ vitium reprimatur. III, Capitales inimici, cap. 2. caus. 3. quest. 5. quia ut advertit Decianus præf. Crim. l. 3. cap. 25. num. 7. & 8: si capitales inimici ad accusandum inimicum in præfatis criminibus admittentur, plures injuste, & innocenter condemnarentur propter rationem adductam in mox laudato cap. 2. caus. 3. q. 5. Ne irati nocere cupiant, aut læsi se ulcisci velint. IV, Clerici, & Religiosi, præsertim si esset intelligenda poena sanguinis cap. Sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi. Si tamen pro arcenda sua, & suorum injuria, vel pro utilitate, & defensione suæ Ecclesiæ, esset necessaria accusatio, deberent expressè se protestari contra poenam sanguinis ad evadendam irregularitatem, cap. 2. de homicid. in 6.

In aliis causis, & criminibus accusare non possunt, Primo Excommunicati cap. Omnes 7. caus. 3. q. 4. cap. 1. & 2. caus. 4. q. 1. Secundo Infames, viles, & criminosi cap. infames 17. caus. 6. q. 1. cap. Alieni caus. 2. q. 7. c. Constitutum caus. 3. quest. 5. Tertio Pagani, Hæretici, & Judæi non possunt Christianos accusare, cap. Pagani 24. caus. 2. q. 7. Quarto inimici capitales, & graves cap. 2. caus. 3. q. 5. ne irat., ut dicit ibi textus, nocere cupiant, aut læsi se ulcisci velint. Et propter eandem rationem repelluntur ab accusatione etiam cohabitantes, & frequenter verantes cum inimicis accusati, quia amici accusatoris censentur esse inimici accusati, cap. 1. dist. 93. Quinto omnes illi, qui subornati alias falsum testimonium dixerunt, vel pecuniam ad accusandum, vel non accusandum acceperunt; sicuti etiam pauperes, qui minus quam quinquaginta aureos in suis bonis habent, ut expressè habetur c. Prohibentur caus. 2. q. 1. nisi tamen isti pauperes essent tam bonæ famæ, ut ab omni suspitione merito liberi Judicis judicio censerentur.

- 21 ferentur, cap. Si quis cap. querendum 18. caus. 2. q. 1. Sexto jam accusati de aliquo delicto, isti enim nequeunt alium accusare, nec reaccusare suum accusatorem, nisi prius se purgaverint, & se probaverint innocentes, cap. 1. & 3. caus. 3. q. 11. cap. fin. de test. Septimo Liberi accusare non possunt parentes, Novell. 215. cap. 3. §. 3. Nec e contra parentes liberos arg. l. 3. Cod. de patria potest. Nec Fratres, aut Sorores ad invicem l. si magnum 13. Cod. de his, qui accusare non possunt, nisi crimen sit leve. l. Si Sororem 18. Cod. eod. Nec liberi patronum, aut ejus heredem l. qui accusare 8. ff. hoc tit. Octavo Clerici, & Religiosi cap. Sacerdotes 51. caus. 2. q. 7. cap. Sicut caus. 2. q. 7. Et maxime si esset infligenda poena sanguinis cap. sententiam 9. Ne Clerici, vel Monachi; alias sine protestatione fierent irregulares, cap. 1. de homicid. in 6. Possunt tamen Religiosi accusare suum Praelatum, quia inter est Monasterii, ne habeat malum Praelatum, cap. Ex part. 11. de accusation. Nono furiosi, & mente capti, quia quae geruntur, non intelligunt l. dummodo 2. §. 1. ff. de procurat. & mortuis equiparantur l. qui ad certam ff. locati. Et surdi, & muti a natura arg. l. 1. §. 3. ff. de postulando. Decimo impubes, seu pupilli, & mulieres, cap. prohibentur caus. 2. q. 1. ubi expresse habetur: prohibentur accusare alii propter sexum, vel aetatem, ut mulier, & pupillus. Undecimo Milites, & Magistratus, ne illi avocentur a Castris, & isti ab officio occasione accusationis l. 8. ff. de accusat. cap. prohibentur caus. 2. quest. 1. Duodecimo, Laici non admittuntur ad accusandum Clericos propter reverentiam Clericis debitam cap. 1. & 2. caus. 2. q. 7. & quod praesumantur esse infelici Clericis, sicut dicit Pontifex in cap. 3. de immunit. Decles. in 6. Nisi tamen laicus injuriam sibi, & suis a Clericis illatam persequatur cap. de cetero 14. de testibus. Parochiani quoque, & Patronus Ecclesiae de crimine civiliter agere possunt contra Rectorem Parochiae, vel Beneficii, ut amoveatur a Beneficio; quia ipsorum interest habere bonum Parochum. Denique omnes, qui accusare non possunt in lege civili, nec etiam accusare possunt in Canonica, c. Nos sequent. caus. 6. q. 1.

Novae additiones ex aliena manu.

- 1 Accusationum eleganter describit Antonius Matthaei ad lib. 48. ff. tit. 13. cap. 1. num. 1. his verbis: Accusatio nihil aliud, quam criminis ad iudicem delatio atque executio vindictae publicae causa facta: Sin autem ejus etymon inquiras, eam dictam esse a causa non a cudo vel cudo contra Priscianum sentit Hotomannus.
- 2 Inter eos qui accusare haud possunt, sunt infames. At de notatis infamia juris id intelligendum recte monet Anton. Matthaei ubi supra num. 8. ubi rationem etiam reddit, cur haec personae accusare nequeant.
- 3 Pauperes accusare nec possunt. Exceptionem vero quam affert Auctor de Pauperibus illis, qui integris moribus sunt, non probat, Anton. Matthaei eodem loco num. 9.
- 4 Filium familias accusare posse, dummodo Pater consentiat, sentiunt nonnulli, At sunt, qui tenent Patris consensum non requiri, idque quia Filius familias in causis publicis pro Patre familias habetur, l. 9. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris.
- 5 Prior opinio probabilior videtur, nam permittum nec est Filio familias proponere actionem injuriarum sine Patris consensu, nisi sit vilis & contemnenda Persona Patris, l. 17. §. Filio familias, & §. Interdum ff. de Injur. Nec obstat quod Filius familias in causa publica pro Patre familias habeatur. Nominem enim causa publica non venire accusationem apposite notat Anton. Matthaei loco citato num. 5.
- 6 Deterior est conditio fervorum. Si accusare solum possunt de iis criminibus, de quibus permittum est omnibus accusare, puta majestatis, fraudatae annonae, fallae monet &c., l. 53. ff. de Judic. Num de his criminibus permittum sit servo accusare etiam dominum, vide Anton. Matthaei loco pluries laudato num. 4.
- 7 Communis schola requirit in Accusatore minimum annos viginti, eo quia minor viginti annis nec testis in criminalibus causis esse potest, l. in testimonium ff. de Testibus. At duplicet haec sententia Antonio Matthaei eodem loco n. 3. non enim ut in fide testis, ita infide Accusatoris salus Rei vertitur. Concurrere tamen debet in Accusatore ea aetas, quae postulare & in publicum procedere valeat, idest aetas 18. annorum. Quinimmo Accusatori hujus aetatis annorum 18. Curator adesse in iudicio debet, l. 1. ff. de Postuland. l. 4. C. de Auct. pr. est.
- 8 Familiars & domesticci num Patrem familias accusare va-

leant, & nomine eorum quinam veniant, vide sis apud Anton. Matthaei ibidem num. 14. Id autem non omittendum, maritum & uxorem utpote venientes nomine domesticorum a mutua accusatione removeri, excepto adulterii crimine, nec non suppositi partus, & veneni parati, l. 1. C. Ad L. Juliam de Adult. l. 2. §. si publico l. 13. §. Index ff. eod. l. 30. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Fals.

Singulares qualitates requiruntur in eo, qui Episcopum accusare intendit, c. 15. c. 2. q. 7. Non enim alii admittendi quam idonei, & probatissimi viri qui & suspicionibus & sceleribus caveant. Sunt enim a Deo judicandi, non ab humanis, aut pravae vitae hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus Fidelibus portandi.

ACCUSARI QUI POSSINT VEL NON?

Accusari non possunt primo Infantes, Furiosi, & mente capti, istis enim ob defectum rationis delicta non imputantur; l. Infans 12. ff. ad l. Corn. de Sicariis, l. Divus 14. ff. de officio Praesidis. Minores tamen, quia jam doli capaces sunt, accusari, & puniri possunt, poena tamen mitiori, habita ratione aetatis, & imprudentiae, cap. 1. de delictis pueror. l. auxilium 37. ff. de minoribus l. fere in omnibus 108. ff. de R. J. Secundo, accusari non possunt nec pueri, qui ante plures annos delictum commiserunt, & illud jam praescripserunt. Sic delicta carnis praescribuntur, & abolerentur, lapsu quinquennii, post quod nec accusari, nec puniri possunt; l. Marit 29. ff. ad l. Jul. de adult. & l. Adult. Cod. eodem. Excipitur tamen istud stuprum per vim illatum, l. Marit. ff. ad leg. Jul. de Adult. §. fin. Et adulterium cum incestu, l. qui casu ff. ad leg. Jul. de vi publica, quia ista delicta sicuti cetera alia, quae delicta carnis non sunt, ad sui abolitionem, & praescriptionem 20. annorum spatium requirunt, l. Quereia falsi Cod. ad leg. Corn. de falsis. ubi habetur, quereia falsi temporalibus praescriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum praescriptione, sicuti cetera quoque fere crimina. Tertio, semel accusati, & jam absoluti, iterum accusari non possunt de eodem crimine, cap. de his. 6. de accusat. & l. licet 6. §. ultim. ff. de Auct. Cap. &c. Si tamen secundum accusator tuam, vel iuorum injuriam persequatur, & doceat primam accusationem ignorasse, vel primum accusatorem non fideliter egisse, sed praevicatum fuisse, adhuc audiri debebit, l. si quis 11. Cod. de accusat. quoniam ut ibi dicitur res inter alios iudicatae aliis non praesudicant. Quarto, Abientes non possunt accusari, & sententiarum, cap. 1. caus. 2. q. 8. & l. Absentem 6. Cod. de accusat.; possunt tamen abientes accusari, ut a iudice legitime citentur, l. 1. §. 2. ff. de Requir. vel absent. damni, qui si intra praefixum terminum non comparent, describuntur, & arrestantur eorum bona, & elapso anno eis ad se defendendos concessio a l. 1. ff. & Cod. de requirend. reis, bona eorum arrestata filco remanent, l. fin. de requir. & absent. damni, nisi probaverint fuisse legitime impeditos, arg. l. succurrunt ff. Ex quibus causis. Quinto, accusari non possunt Magistratus temporales, vel Praesides, aut Legati Provinciarum durante eorum officio, nisi delinquant circa officium, vel crimen notorium sit; l. hos accusare 12. ff. de accusat. In reliquis autem differtur accusatio usque ad terminum officii, data interim ab eis cautione de iudicio filci; l. si adult. 33. §. ult. ff. ad leg. Juliam de adult. Sexto, accusari non possunt Christiani ab infidelibus, Haereticis, & Judaeis, cap. pagani caus. 2. q. 7. Denique accusari non possunt omnes, qui superiorem se non agnoscunt, ut Papa, Imperator, Rex &c. cap. nemo 13. caus. 9. c. Aliorum 14. cap. facta 15. caus. 9. q. 3.

Accusatio contra Praelatos, seu Superiores non est de facili admittenda ex Concil. Lateranens. 3. cap. 8, ubi reddens rationem habet praecisa verba: Quia dicit Concilium, non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurram, & insidias patimur. Ideo Sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio Praelatorum non facile admittatur, ne concessis collumnis corruat aedificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum false, sed etiam malignae criminationi jam praeccludatur: ita Concilium ad litteram.

Novae additiones ex aliena manu.

Legati, Praesides Provinciarum, quique Reipublicae causa abunt, accusari non possunt, dummodo tamen non detrectandae Legis causa absint; si enim quis vel negotii sui obeun-

di gratia, vel evitandae accusationis liberam legationem impetret, eandem cum reliquis absentibus subibit, nempe ut requirendus annotetur, & iulque bona obfignentur, l. absentem 6. c. de accus. l. 2. c. de exhib. & transmitt. reis: ibique dilerte Antonius Matthaei ad tit. de Accusat. c. 3. num. 2. Si crimen pluribus Legibus vindicaretur, accusatus ex una Lege, accusari, & reus fieri non potest ex alia ob idem crimen admittum, ut (explosa Accusarii, caeterorumque veterum glossographorum sententia) apprime Antonius Matthaei loco citato num. 4. deducit ex L. Senatus 4. ff. de accusation.

Servi accusari quidem possunt de crimine, nonnullis tamen exceptis, iis scilicet in quibus bonorum pars publicatur, vel quorum poena est Civitatis, vel libertatis ademptio. Non ideo tamen poenam servi evadent eorumdem criminum rei; Alia enim, sed extra ordinem, duriori plecentur, ut ad L. hos accusat. 12. §. ult. ff. de accusat. advertit loco citato num. 1. Antonius Matthaei.

ACCUSATOR AD QUID TENEATUR?

Accusator tenetur se subscribere ad poenam talionis, Sanctus Damafus Epist. 4. cap. 7. caus. 4. cap. nullus introducatur. Et tenetur probare crimen, quod obiicit caus. 2. q. 3. cap. Qui crimen caus. 2. quest. 7. cap. Si quis Episcopus, Presbyter ecc. Et si non probat, debet subire poenam talionis, idest poenam, quam reus pati debuisse, si crimen probatum fuisset, S. Damafus post Epist. 7. decret. 1. caus. 2. quest. 3. cap. Calumniator. Istit tamen nostris temporibus videtur haec poena talionis abiisse in deuetudinem, & commutata per contrariam consuetudinem in poenam arbitrariam, & extraordinariam, ex quo propter talionis poenam multi etiam a iusta accusatione fuerint deterriti, & sic delicta manserunt pluries impunita non sine gravi Reipublicae damno. Si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere malitiose accusasset, deberet adhuc puniri poena talionis, vigore Constitutionis S. Pii V. incip. Cum primum, in qua innovatur poena talionis, & praesertim in illis locis, & Regionibus, in quibus iustis de causis per suas peculiare leges mandatur; ad praeccludendam viam calumniis, & imposturis, adhuc observari superius citata decreta Sancti Damafii de poena talionis. Vide verb. Poena art. 2. numer. 24.

Accusator nedum in scriptis tenetur dare accusationem iuxta caus. 2. q. 8. cap. Accusatorem, sed praeter scripta debet in persona se conferre ad iudicem, caus. 5. qu. 2. cap. Relatum, et qu. 8. cap. ult.

Accusator, oblato jam libello, non potest amplius desistere ab accusatione, quia interest Reipublicae ne deieratur accusatio jam inchoata, sive sit vera, sive sit falsa: Si enim sit vera, eam prosequi oportet, ne delicta maneant impunita, si vero falsa eam prosequi expedit, ut calumniator debite puniatur, l. in Senatus consultum 10. §. 5. ff. ad S. C. Turp. et Auct. qui semel, Cod. Quomodo, et quando, l. Viles 11. §. 3. ad leg. Juliam de adult. Potest tamen desistere impune ante libellum oblatum, etiam si publice, & coram Iudice prius dixerit se accusatorem, cap. Licet 14. de accusat. Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purgat, de accusat. cap. Accedens l. Qui crimen. 3. Cod. de his, qui accus. & incurrit infamiam, l. Si pro eo 2. Cod. de his, qui accus. Accusator accusans ob pecuniam puniendus est exilio; vel durius, & tenetur restituere, nec unquam potest esse Iudex, aut testis, caus. 1. q. 1. cap. ultim. Accusans Clericum, si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur, caus. 3. quest. 4. cap. Placuit.

Novae additiones ex aliena manu.

Tria olim Accusatorem praestare oportebat de Jure Romano, ut legitime accusationem institueret, Delationem scilicet licet, Inscriptionem, & Subscriptionem. Primo enim nomen rei ad Praetorem deferrebat postulans, ut inter reos reciperetur. Secundo inscriberet. Inscriptio autem erat professio accusatoris profitentis se detulisse nomen rei; fiebatque porrecto Iudici libello, vel querela apud acta publica. His accedebat ultimo loco Subscriptio, qua accusator testabatur se professum esse, ad talionis poenam semet obligando. Cautionem vero, & inscriptionis formam, modum, ac solemnitates erudite & copiose demonstrat Antonius Matthaei cap. 6. per tot. de Accusat.

Probandi onus accusatori incumbit. Quibus autem modis

crimen accusati probandum sit, patet ex L. ult. c. de probat. Tres ibi afferuntur probationis species. Testes scilicet, Tabulae, & indicia, sive argumenta, quae tamen extent lucidiora. Quare talli manifesto eos, qui in criminali Iudicio tabulis & argumentis probandi vim negant esse, evincit more suo nervose & docte Antonius Matthaei de probat. cap. 1. n. 3. et cap. 6. fer. per tot.

Poena Accusatoris oblato jam libello ab accusatione desistentis ex S. C. Turpilliano Neronis temporibus edito haec est. I. punitur extra ordinem multa quinquae librarum auri filco applicandam, l. 3. ff. de praevicariat. 2. Ab instituta accusatione, si persequi eam velit, repellitur, l. 2. et 3. ff. ad Turpillian. 3. Infamia notatur, & ad expensas, & damna condemnatur, l. 3. cap. qui accusare. l. Spurii 6. §. qui Iudicis ff. de accusat.

Excipias tamen ab iisdem poenis feminam, atque minorem, nisi tamen pacto, aut pretio accepto ab accusatione desistant, Leg. 1. §. accusat. 10. ff. ad Turpillian. Gonzalez cap. 14. num. 5. de Accusat.

A C C U S A T U S.

Accusatus fatigandus non est, si accusator non est legitimus, de accusat. cap. 1. Accusatus non potest puniri nisi convincatur, Nicolaus I. respons. ad consult. Balgar. cap. 36. Accusatus non potest alium accusare, nisi prius se purget a crimine, caus. 3. q. 11. cap. neganda, Steph. I. Epist. 2. Accusatus pendente accusatione non potest esse testis, de test. c. fin. Non debet. Accusatus non tenetur respondere, nisi vocetur, Damafus cap. 5. q. 2. cap. Vocatio ad Synodum. Accusato danda sunt omnia capitula, in quibus accusatur, nomina, & dicta testium, ut possit se defendere, excepto casu haereticis, quia in hoc non dantur nomina, de accusat. cap. Qualiter. Accusatus, etiam si non sit convictus, vel accusator deficiat, adhuc tenetur se purgare canonice, Concil. Lateranen. III. in append. part. 50. cap. 65. Accusatus, & non convictus, si dum se purgat, deficit, habetur ut reus, Concil. Lateran. III. in append. part. 50. cap. 65. de Simonia cap. 13. et 15. Bona fama accusati non solum facit praesumptionem innocentiae, sed abstergit praesumptionem contra ipsum, Rota Roman. part. 9. tom. 1. dec. 345. n. 62. cum sequent.

Accusatus non tenetur veritatem fateri Iudici, etiam si interrogetur sub iuramento, quando non servato juris ordine interrogatur, idest nondum habitis de delicto manifestis iudiciis, non praecedente infamia, aut semiplena probatione, ut colligitur ex cap. Qualiter et quando 17. et cap. Cum oporteat 19. et cap. inquisitionis 21. de accusat., ubi Iudex prohibetur procedere ad inquisitionem, & examinationem reorum nisi juris ordine servato, adeoque hoc non servato cum ipse interroget ut persona publica de delictis ipsi tamquam Iudici de Jure manitestandis, nullam potest reo obligationem imponere ad dicendam veritatem, cum jus hanc facultatem ipsi non concesserit. D. Thoma 2. 2. q. 69. art. 2. in corp. ubi aperte ait, Aliud est veritatem tacere, aliud est falsitatem proponere, quorum primum in aliquo casu licet, non enim aliquis tenetur omnem veritatem consistere, sed illam solum, quam ab eo potest, & debet requirere Iudex secundum ordinem juris, puta cum praecesserit infamia super aliquo crimine, vel expressa indicia appaeruerunt, vel etiam cum praecesserit probatio semiplena, falsitatem tamen supponere in nullo casu licet... Sic ergo, concludit S. Doctor Angelicus: Sic ergo reo, qui accusatur, licet se defendere veritatem occultando, quam consistere non tenetur per aliquos convenientes modos.

Conveniens autem modus ad evitandum perjurium in occultanda veritate Iudici non legitimo, seu non servanti juris ordinem, est vel tacere, vel respondere se paratum esse satisfacere interrogationi a legitimo Iudice, juris ordinem servante promananti.

Tenetur tamen accusatus fateri crimen Iudici legitimo, & servato juris ordine interroganti, & praecipienti sub iuramento de dicenda veritate, alias non excusabitur a peccato mortali, & perjurio. Sic tenent S. Thomas 2. 2. q. 69. art. 1., Covarruvias, Layman, Navarrus, Lessius, Sannig, Sanchez, Toletus, & omnes alii communiter. Et ratio est, quia quilibet tenetur obedire Superiori legitime, & iuste praecipienti. Sed Iudex servato juris ordine procedens legitime, iuxta praecipit, dum sub iuramento praecipit de dicenda veritate super delicto, de quo habetur semiplena probatio &c. ergo. Tum quia Jus praecipendi in Iudice, & debitum obedi-

diendi in reo sunt correlativa, ergo si Judex legitimus habet verum jus, seu potestatem præcipiendi, accusatus, seu reus habebit strictum debitum obediendi, & veritatem dicendi.

14 Tum etiam quia si Judex non habet hoc jus, & potestatem obligandi reos ad fatenda crimina, repletur orbis atrocissimis delictis sub hac spe ea sic occultandi, & pœnas debitas evadendi, adeoque &c.

15 Loquendo vero de confessione, & manifestatione delictorum inferentium pœnam capitalem, vel alias gravissimas pœnas, ut Trimes, confiscationem omnium bonorum, & similes, abeunt in diversa Doctores. Communis, & prima sententia absolute sustinet teneri semper sub mortali, acculatum, seu reum legitime interrogatum fateri veritatem, etiam si propter talem confessionem esset morte plectendus, & sine tali confessione haberet fundatam spem mortem evadendi. Sic D. Thomas 2. 2. *quest. 9. art. 1.*, D. Antoninus, Enricus, Gabriel, Aragon, Cordub. Paludanus, Tabiena, Armilla, Navarrus, Valentia, Toletus, Graffius, Salon, Petrus de Ledesma, Sayrus, Bannez, Philarcus, Gonet, Covarruvias, Malderus, Thomas Sanchez, Didacus Perez, Simancas, Antonius Gomez, Archidiaconus Panormitanus, Bernardus Diaz, Gutierrez, Lucas de Penna, Evarardus, & alii post S. Augustinum, qui in *Psal. 30. cnr. 2. n. 12.* habet præcisâ verba: *Timendo mori mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur, ut viveret. Mentiri vis ne moriaris, & mentiris, & morieris; & cum vitas unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas, ut prius in anima, postea in corpore moriaris; & pro rationibus adducunt præcipue jus, quod habet Judex legitimus ad interrogandum, & præcipiendum sub juramento de veritate dicenda, & strictum debitum, quod habet Reus juris ordine interrogatus ad obediendum, & veritatem manifestandam, cum aliis mox laudatis n. 13. & 14.*

17 Secunda sententia sustinet non teneri reum fateri suum delictum, si propter illud plectendus sit pœna capitali, vel trimerium, aut alia simili, si nullum grave damnum Reipublicæ timeatur: & dicit excusari a perjurio celando veritatem per restrictionem, aut acquivocationem externam, respondendo, V. G. *non commisi delictum*, subintelligendo *ad manifestandum tibi sub culpa ad me prodendum*.

18 Verum hæc sententia quam laxioris Ethices sectatores olim propugnavunt, & forte adhuc propugnant, præterquam quod æquivocationes per restrictiones mentales a S. Sede damnatas, patrocinetur, civilem societatem perturbat, judicariam a Deo hominibus traditam potestatem eludit. Hanc obligationem veritatis aperiendæ Judici legitime interroganti, servato juris ordine, ipsa ratio naturalis ostendit, tantum abest, ut quis possit æquivocationibus & restrictionibus uti. Ne multa congeram, Catechismi Concilii Trident. auctoritatem præ oculis pono. *De reis autem*, inquit 3. par. c. 9. *& Sentibus, vult eos Deus verum confiteri, cum ex judicii formula interrogantur; est enim testimonium, ac prædicatio quedam illa confessio Laudis, & gloria Dei.* Hac de causa ajebat Cardin. Pulus p. 6 sententiarum c. 53. *Nihil ergo aliud reo consulendum: nisi ut abhorrens perjurium, pœnam potius a judice temporali temporalem suscipiat, quam ea paulisper dilata, ab aeterno mereatur æternam.*

21 Accusatus, seu reus, qui crimen semel negavit injuste, & cum Juramento, non tenetur illud confiteri post latam sententiam, quia finito Judicio finitur obligatio rei, cum confessio ordinetur ad sciendum Judicium; Sic communiter Doctores. Imo probabile est, nec ante sententiam ad id teneri (etiam si sit in potestate Judicis) donec iterum interrogetur, nisi imminet damnum tertio, quia tunc teneretur illud reparare, vel parti satisfaciendo pro omnibus suis damnis, vel se retractando, & veritatem confitendo. Imo probabilius est, nec teneri ad se publice retractandum, nec posse ad id obligari a Confessario in articulo mortis, quando non obstante delicti negatione, reus convictus est, & damnatus ducitur ad patibulum, vel jam

in ipso patibulo moriturus existit: Sic sentit Card. de Lugo *tom. 2. disp. 40. sect. 1. num. 19.*, Sanchez *tom. 1. in Decalog. lib. 3. cap. 7.*, Navarrus, Segueria, Salcedo, Emmanuel, Navarra, Sayrus, Sa, Philarcus, & multi alii; & ratio est, quia pro tunc non durat amplius interrogatio Judicis, jam enim Judex functus est officio suo prolata sententia, imo jam esset inutilis interrogatio, cum non deserviat ad decisionem causæ; Tum quia sequendo contrariam sententiam daretur locus iniquæ aliquorum Judicium consuetudini, qui simulant se reum damnare ad mortem, ut in illo articulo constitutus fateatur suum crimen; quod si fateatur, eum de facto morte plectunt, si vero non fateatur, reducunt ad carcerem; non ergo debet Confessario reum in illo discrimine ad fatendum suum crimen cum tanto periculo; eo vel maxime quod sic exponeretur reus etiam proximo periculo damnationis æternæ, cum posset de facili dari, quod reus nollit Confessario obedire, & itante tali Confessarii insinuatione cum conscientia erronea crederet se teneri, & sic moreretur, adeoque damnaretur. Nec valet dicere, quod ejus taciturnitas redundaret in detrimentum, & scandalum accusatoris, testium, & Judicis apud populum male de tali sententia inconfessi sententem. Non valet, quia præsumptio stat semper pro sententia juridice, & jure prolata, & creditur reum negasse, eo quod non cenēbat se obligari ad fatendum, sicuti revera non tenebatur, sed potius tueri illam qualemcumque vitæ spem, quam poterat habere, adeoque non tanti momenti esset detrimentum, & scandalum accusatoris, testium, & Judicis apud populum, ut per hoc posset obligari reus ad publicam criminis confessionem cum tanto sui periculo (a).

27 Accusatus, seu reus, qui metu, vel vi tormentorum mentitus, sibi falsum crimen imposuit, ob quod sit morte plectendus, tenetur se retractare, si tali retractatione impediri possit mors ipsius, vel infamia, aut quælibet aliorum damna, ob quæ negare tenebatur, quia si non se retractaret in tali casu videretur voluntarie continuare causam suæ mortis, & aliorum infamiae, seu damnorum, quæ ratione suæ falsæ confessionis sequerentur, quæ omnia si posset sua retractatione impedire, & nollit, non posset absolvi, cum non esset dispositus. Si vero confessionis falsæ retractatio nihil prodesset ad revocandam sententiam prolata suæ mortis, nec ad impedienda aliorum damna, & infamiam, non teneretur se retractare, cum jam penitus inutilis esset ejusmodi retractatio. Sic fere communiter Doctores, qui dicunt in tali casu consulendum esse reo, & ita fieri solitum, ut falsam ante mortem publice fateatur se metu, seu vi tormentorum contra veritatem confessum fuisse, quia licet non totaliter, magna tamen ex parte aliorum infamia minueretur, & multi probabiliter crederent magis retractationem in mortis articulo conscientie stimulis factam, quam confessionem præteritam tormentis extortam.

29 Accusatus ex præsumptione falsâ, a Judice interrogatus non tenetur confiteri propositionem veram, ubi ista confessio condemnandus esset in foro externo de crimine, aut debito, ad quod revera in foro conscientie non tenetur, & iste non solum coram Deo esset immunis a mendacio, sed etiam a perjurio, si ita negaverit: ut solide sustinet Navarrus in *cap. Humana aures 22. q. 5. per tot. & q. 1. & 2. per tot.*, de Lugo *disp. 40. de justitia, & jur. sect. 1. num. 4.*, Sanchez, Covarr., Baldus, Hippolitus, Sotus, Fagundez, Jalon, Silvester, Sayrus, Diana, Anaclet. cum aliis passim, & colligitur ex mente S. Gregorii Papæ *cap. Humana aures 22. quest. 5. & cap. intelligencia 6. de verbor. significat.*, & S. Thomæ *quest. 69. art. 1.* Et ratio est, quia in tali negatione, vel juramento nulla a parte rei intervenit falsitas, ergo nec mendacium, vel perjurium; antecedens probatur, quia interrogatus, vel adjuratus non tenetur attendere ad verba nude, seu materialiter spectata ipsius Judicis, sed potius ad ejus intentionem, & mentem, quia, ex Divo Gregor. relato ubi supra; *non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni;* sed interrogatus a Judice ex præsumptione falsâ delicti, vel de-

debiti, negans propositionem utpote falsam in sensu a Judice principaliter intento, attendit ad intentionem Judicis interrogantis, & non ad ipsius verba nude, & materialiter prolata, ergo &c. Tum quia accusatus non tenetur fateri veritatem, quando interrogatur injuste, *cap. Qualiter, & quando 17. & cap. Inquisitionis 21. de accusat.*, & si Judex sciret veritatem, & acculati innocentiam, non posset ipsum interrogare ex Sancto Thoma *quest. 69. art. 1.* & aliis passim, ne illum injuste diffamaret, aut viam aperiret ad injussum ejus condemnationem, qualis ex gravi præsumptione licet a parte rei; & ante Deum falsâ sequeretur, ut supponit Conclusio, si accusatus absolute confiteretur propositionem illam.

Et totum hoc clarificatur a Doctoribus variis exemplis. Lugo *disp. 40. de justitia, & jur. sect. 1. num. 4.* affert exemplum de Tito, qui ex præsumptione falsâ commissi homicidii judicialiter interrogatur, an exierit ex tali domo, & tali tempore stricto ense, quod totum verum est, & etiam semiprone probatum, sed cum ipse sit innocens a tali homicidio, & suus exitus fuerit ob aliam causam, potest licite cum juramento negare talem exitum, ne alioquin licet innocens condemnetur ob tam gravem præsumptionem tamquam reus illius homicidii, cum sic non mentiretur, sed responderet juxta debitam intentionem Judicis interrogantis secundum superius dicta. Covarruvias *variar. resol. cap. 1. num. 3.* post Bald. in *Rubr. C. de fid. instrum. num. 30.* & Hippol. *sing. 177.* & multos alios, dicit, quod si Claudius V. G. petat a me centum Scuta, quæ mihi mutuavit, & ego secreto, sive absque testibus ipsi vere jam solvi, possim sine ullo crimine hanc ejus petitionem negare, prout in eapetitione Actoris propositio continetur, quia inquit, nullum hic intervenit mendacium, ea ratione, quod Actor in eo libello asserat centum mihi mutuasse, & adhuc me esse sibi de illis debitorem; hoc enim falsum est, cum ei omnia illa centum scuta solverim, & ideo petio ea forma, qua fit, & Judici exhibetur, falsâ est, justeque a me negari potest in genere. Idem asserit, & tenet Jalon in *l. Manifeste §. 7. ff. de jure jurando*: ubi de hoc ipso casu loquens post Imolam, & Geminianum, & alios concecit posse me jurare, quod mihi nihil mutuaui, nempe ex quo tibi debitor sim, prout nunc in Judicio pretendis. Sanchez *lib. 1. de Matrimon. disp. 10. num. 27.* affert exemplum de eo, qui sicte promisit Matrimonium; Sicque certus sit, quod in foro conscientie vi hujus promissionis, utpote fictæ, non teneatur ducere puellam, cui talis promissio facta est, et quia si in judicio fateretur talem promissionem, cum internam fictionem probare non posset, in foro externo certissime ad eam ducendam esset condemnandus, ideo posset sine mendacio negare illam promissionem sub dicto modo. Alia ab aliis afferuntur consimilia exempla, quæ ne nimis in longum trahantur, relinquuntur videnda penes ipsos, & præcipue apud Navarrum, Silvestrum, Sporer, Cardenas, Suarez, de Lugo, Sanchez, & la Croix.

Nec valet dici, quod hæc sententia, & allata exempla videantur damnata ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679, in istis tribus damnatis propositionibus 26. 27. & 28. in ordine. Propositio 26. *Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio sine jure se non fecerit aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum; revera non mentitur, nec est perjurus.* Propositio 27. *Causa, justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censetur tunc expediens, & studiosa.* Propositio 28. *Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis a similibus soler exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.*

Non valet, inquam, quia in istis tribus propositionibus damnantur solum restrictiones pure mentales, seu amphibologiæ, quæ fiunt per restrictionem mentalem, addendo verbis aliquid sola mente retentum, ut pro certo notant Cardenas *dissert. 19. cap. 4. num. 35.* Sporer *tom. 3. in præcept. Decalog. cap. 1. sect. 3. num. 104.*, & alii; talis autem non est in casu nostro, cum nostra exemplificata negativa responsio nihil addat sola mente retentum, quinimmo correspondeat menti Actoris, & Judicis interrogantis, qui modus respondendi ad mentem interrogantis est licitissimus, cum proprie loquendo non sit amphibologia, sed justa veritatis declaratio, quamvis eam non per-

cipiat, qui interrogat, ut docet Suarez *tom. 4. disput. 23. sect. 6. n. 5.*, Cardenas *dissert. 19. cap. 4. nu. 48.* & Lugo Card. *disp. 23. de pœnit. sect. 4. num. 75.*, ubi dat hoc exemplum: *Qui habet unum panem sibi omnino necessarium, vere respondet se nullum habere ei, qui petit panem commodatum, quia nullum habet, quem commodare possit, de quo solo ille interrogat, & loquitur.* Et sic docet etiam S. Thomas in *4. dist. 21. quest. 3. ar. 1. quest. 1. ad 2.* ubi agens de obligatione sigilli, qua obstringitur Confessarius, ait: *Si præcipiatur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quod dicat, si quid scit de peccato, non debet dicere, quia debet estimare quod intentio præcipientis sit, si sciat ut homo.*

Nec valet instare, quod ille vere mentitur, qui aliud cogitat mente, quam ore profert juxta Gloissam in *cap. Is autem 23. d. q. 2. verb. Instituta*, & juxta *cap. Homines ead. caus. 22. quest. 2. Ream linguam non facit nisi mens rea*, id est aliud mente putans, quam lingua dicit, propter quod c. *Humana aures 22. quest. 5.* exprisè, & notanter dicitur: *Humana aures verba nostra talia judicant, qualia foris sonant: Divina vero iudicia talia ea audiunt, quia ex intimis proferuntur.* Unde cum exemplis allatis aliud quis cogitat mente, quam ore profert, quia affirmat V. G. se non promississe Matrimonium, quod scit se verbis promississe, sequitur talem sic respondentem, & negantem, vere mentiri, & si juramento negavit, vere esse perjurum, cum juramentum in foro conscientie sit interpretandum juxta intentionem recipientis juxta c. *Quicumque arte 22. quest. 5.* ubi habentur præcisâ verba, *Quicumque arte verborum quisque juret, Deus tamen qui conscientia est testis, ita hoc accipit, sicut ille, qui juratur, intelligit.*

Non valet, inquam, instantia, quia ut solide probat Navarrus in *comment. cap. Humana aures etc. quest. 2. num. 13.* falsum est quod talis aliud cogitat mente, quam ore profert; quinimmo sic respondens mente cogitat, & vere scit, se non promississe Matrimonium, cum illud ut supponit casus noſter solum sicte promiserit, adeoque iste ore profert, quod vere mente cogitat, & scit sic verum esse in conscientia, nec obligari ad tale fictum Matrimonium, licet teneretur in pœnam fictionis ad compensationem omnis damni inde puellæ sic deceptæ subsecuti.

Et licet juramentum juxta *cit. cap. Quicumque arte*, sit interpretandum juxta mentem recipientis, & regulariter respondentum sit interroganti juxta mentem, & intentionem ipsius: sed cum autem quando quis interrogatur, & adjuratur alia mente, & intentione ab illa, qua juste & legitime deberet interrogari, & adjurari; ut in nostro casu, sicuti notant Doctores ex Sancto Thoma *loc. cit. num. 13.* & exprisè Navarrus in *cit. comment. cap. Humana aures etc.* & Suarez *t. 4. in 3. part. disp. 33. sect. 6. num. 7.* ubi dicit non mentiri Confessarium, qui cum iurgetur interrogatus, an talis femina confessa sit adulterium, absolute negat, licet per Confessionem sciat revera illud commississe; quia tunc respondet ad intentionem interrogantis; En ejus verba præcisâ: *Alius modus, et melior est, ut responsio accommodetur intentioni debite interrogantis, quæ esse debet, an alius taliter sciat, ut respondere teneatur; quo sensu vere negat audivisse. Dices, hunc sensum repugnare interrogationi, nam qui interrogat, an audierit in confessione, hoc ipso excludit omnem alium modum. Respondetur id verum esse ex ejus formali intentione; illi tamen imputari repugnantiam in ipsis verbis, et interrogatione: alium vero uti jure suo respondendi juxta mentem legitimam, quæ inesse deberet.*

Et hoc potissimum verificatur in suppositis nostris casibus, in quibus intervenit justissima causa sic respondendi; ne alioquin innocens ex præsumptione falsâ delicti, vel debiti injuſte condemnatur, ad quod facit Canon *Intelligencia 6. de verbor. significat.* ubi dicitur: *Intelligencia dictorum ex causis est assumentia dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.* Cum igitur nostræ allatæ responsiones dentur, & quidem veridice juxta causas dicendi, nempe juxta eas causas, ex quibus Judex interrogavit, et accusatus, seu reus respondere debuit, sequitur evidenter ipsam responsionem non esse mendacem, neque perjuram.

Accusatus, seu reus interrogatus a Judice, ut sub juramento dicat, quantum mercis V. G. apud te retineat, excusatur a perjurio, etiam si cum juramento neget partem mercis, ne solvat gabellam evidenter injustam, supposito quod in iis circumstantiis non interrogetur legitime. Sic enim potest respondere ad mentem interrogantis, ut mox dicebatur, & non mentiri, quia habens V. G. centum mensuras tritici, vini, olei, & similibus, & negans se habere plures, quam viginti, verum

(a) At cum opposita huic sententia sit probabilior, fatentibus adversariis, a Cabasultu animadversione recedendum nullatenus esse videtur. En Verba Celeberrimi Canonistæ. l. 4. jur. Can. Theor. & Pr. c. 6. n. 4., ubi relata ex Leslio Auctoris sententia, subdit: *Ista quidem probabiliter profert Leslius: sed cum idem multo asserat esse probabilior sententiam oppositam, nego licere sive isti reo juridice interrogato diffiteri, sive Confessario reum sic male affectum absolvere. Est enim contra jus naturale, ac bonam fidem, si quis ubi subest periculum*

mortalis culpa, opinionem eligat minus probabilem, et minus tutam, relinquendo probabiliorē simul et tutiorem. Sed prudens Sacerdos recusabit absolvere reum, utpote indignum, simulque præsolabitur; eventum. Aut enim reus diffitens dimittetur, dimissus porro non tenebitur post hæc apud judicem confiteri. . . . vel e contra reus non confessus condemnabitur; eoque casu cum nihil superfit quod amplius metuat. . . . Confessarius illum facilius ad confitendum judicialiter scelus suum adiget; ad hoc enim obligatur quamdiu est sub juridica potestate decentis.

37 nantur solum restrictiones pure mentales, seu amphibologiæ, quæ fiunt per restrictionem mentalem, addendo verbis aliquid sola mente retentum, ut pro certo notant Cardenas *dissert. 19. cap. 4. num. 35.* Sporer *tom. 3. in præcept. Decalog. cap. 1. sect. 3. num. 104.*, & alii; talis autem non est in casu nostro, cum nostra exemplificata negativa responsio nihil addat sola mente retentum, quinimmo correspondeat menti Actoris, & Judicis interrogantis, qui modus respondendi ad mentem interrogantis est licitissimus, cum proprie loquendo non sit amphibologia, sed justa veritatis declaratio, quamvis eam non per-

38 *2d. q. 2. verb. Instituta*, & juxta *cap. Homines ead. caus. 22. quest. 2. Ream linguam non facit nisi mens rea*, id est aliud mente putans, quam lingua dicit, propter quod c. *Humana aures 22. quest. 5.* exprisè, & notanter dicitur: *Humana aures verba nostra talia judicant, qualia foris sonant: Divina vero iudicia talia ea audiunt, quia ex intimis proferuntur.* Unde cum exemplis allatis aliud quis cogitat mente, quam ore profert, quia affirmat V. G. se non promississe Matrimonium, quod scit se verbis promississe, sequitur talem sic respondentem, & negantem, vere mentiri, & si juramento negavit, vere esse perjurum, cum juramentum in foro conscientie sit interpretandum juxta intentionem recipientis juxta c. *Quicumque arte 22. quest. 5.* ubi habentur præcisâ verba, *Quicumque arte verborum quisque juret, Deus tamen qui conscientia est testis, ita hoc accipit, sicut ille, qui juratur, intelligit.*

40 Non valet, inquam, instantia, quia ut solide probat Navarrus in *comment. cap. Humana aures etc. quest. 2. num. 13.* falsum est quod talis aliud cogitat mente, quam ore profert; quinimmo sic respondens mente cogitat, & vere scit, se non promississe Matrimonium, cum illud ut supponit casus noſter solum sicte promiserit, adeoque iste ore profert, quod vere mente cogitat, & scit sic verum esse in conscientia, nec obligari ad tale fictum Matrimonium, licet teneretur in pœnam fictionis ad compensationem omnis damni inde puellæ sic deceptæ subsecuti.

41 Et licet juramentum juxta *cit. cap. Quicumque arte*, sit interpretandum juxta mentem recipientis, & regulariter respondentum sit interroganti juxta mentem, & intentionem ipsius: sed cum autem quando quis interrogatur, & adjuratur alia mente, & intentione ab illa, qua juste & legitime deberet interrogari, & adjurari; ut in nostro casu, sicuti notant Doctores ex Sancto Thoma *loc. cit. num. 13.* & exprisè Navarrus in *cit. comment. cap. Humana aures etc.* & Suarez *t. 4. in 3. part. disp. 33. sect. 6. num. 7.* ubi dicit non mentiri Confessarium, qui cum iurgetur interrogatus, an talis femina confessa sit adulterium, absolute negat, licet per Confessionem sciat revera illud commississe; quia tunc respondet ad intentionem interrogantis; En ejus verba præcisâ: *Alius modus, et melior est, ut responsio accommodetur intentioni debite interrogantis, quæ esse debet, an alius taliter sciat, ut respondere teneatur; quo sensu vere negat audivisse. Dices, hunc sensum repugnare interrogationi, nam qui interrogat, an audierit in confessione, hoc ipso excludit omnem alium modum. Respondetur id verum esse ex ejus formali intentione; illi tamen imputari repugnantiam in ipsis verbis, et interrogatione: alium vero uti jure suo respondendi juxta mentem legitimam, quæ inesse deberet.*

42 Et hoc potissimum verificatur in suppositis nostris casibus, in quibus intervenit justissima causa sic respondendi; ne alioquin innocens ex præsumptione falsâ delicti, vel debiti injuſte condemnatur, ad quod facit Canon *Intelligencia 6. de verbor. significat.* ubi dicitur: *Intelligencia dictorum ex causis est assumentia dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.* Cum igitur nostræ allatæ responsiones dentur, & quidem veridice juxta causas dicendi, nempe juxta eas causas, ex quibus Judex interrogavit, et accusatus, seu reus respondere debuit, sequitur evidenter ipsam responsionem non esse mendacem, neque perjuram.

43 Accusatus, seu reus interrogatus a Judice, ut sub juramento dicat, quantum mercis V. G. apud te retineat, excusatur a perjurio, etiam si cum juramento neget partem mercis, ne solvat gabellam evidenter injustam, supposito quod in iis circumstantiis non interrogetur legitime. Sic enim potest respondere ad mentem interrogantis, ut mox dicebatur, & non mentiri, quia habens V. G. centum mensuras tritici, vini, olei, & similibus, & negans se habere plures, quam viginti, verum

rum dicit ad mentem interrogantis , nam Judex solum interrogat de illis , ex quibus debet gabellam solvere , & cum non debeat solvere eam gabellam injuriam , verum est ad mentem interrogantis , quod non habeat eas , ex quibus debeat solvere gabellam , cum supponatur quod iuste debeat gabellam , solvere solum pro viginti mensuris , & non pro pluribus . Sic expresse Cardenas dissert. 19. cap. 7. num. 77. , Lugo Card. lo-

† Plura ex hoc delenda videbantur articulo doctissimis Romanis Censoribus , qui opus Superiorum iusti examinauerant , quæ nimis laxa ac optata in humana societate felicitate inimica arbitrabantur . Ne vero detruncatum imperfectumque opus vulgasset nos conquererent Lectores , nil ex eo detraximus , sed satis esse duximus brevi hac animadversione nostra minus tutas opiniones ab Auctore ex aliena sententia asertas indicare atque refellere . Laxas autem huiusmodi de reorum obligationibus opiniones ex eo apud benigniores Catuistas ortas arbitramur , quod ii de accusato ac coram Iudice constituto reo disputantes ad ea unice attenderint , quæ compatiens affectus suggerunt . Nam hac unice via philosophando reum ab illa possumus obligatione liberare , qua interroganti ac præcipienti Iudici respondere ac verum fateri tenetur : atque hac unice via exitimabimus Iudicis interrogationem eludere , ac veritatem occultare reum posse , dicendo V. G. non commisi , non feci , eo animo ut exprimere dumtaxat velit , non commisi , ut tibi o Iudex , vel non rite interroganti , vel grave mihi malum pœnæ afferre volenti , manifestem . Hæc sane atque iis similia consideranti miseram rei conditionem humani suggerunt affectus . At si humanæ societatis ac Reipublicæ bonum consideretur , si ad leges attendamus , quæ pro securitate ac communi nostra felicitate constitutæ sunt , si cogitemus Principes eorumque Ministros locum in terris Dei tenere , dum vindictam de reis sumendo ea præstant , quæ ad optatam hominis securitatem necessaria sunt , in contrariam facile sententiam ibimus . Nam fures , homicidæ , alique huius furfuris homines , furando , occidendo , vel aliud quiddam simile committendo , securitatem ac pacem illam lædunt , cujus causâ civilem homines societatem inierunt . At ad hanc hominibus securitatem restituendam , necesse est , ut fures , alique facinorosi homines agnoscantur & puniantur , ut notum sit quos timere debeamus , & ut ex horum punitione alii quoque compescantur . Nisi enim qui fures sint , quique facinorosi homines agnoscantur , timor ille ex hominum cordibus non depellitur , quo tranquillitas læditur ex securitate orta : & nisi cogiti puniantur ac pœnarum terrore concutiantur alii , tranquillitas illa in humana societate non viget . Itaque ad bonum societatis spectat huiusmodi reorum confessio atque punitio . Accedit etiam reos illos libere furando vel occidendo ipse se subiecit pœnæ gravissimæ a lege contra huiusmodi delinquentes constitutæ . Quis ergo hos ab obligatione excuset confitendi delictum ea unice de causa , quia ex tali confessione , magnum ipsis imminet pœnæ malum ? Huic enim malo se se libere subiecit contra legem pro publico bono ac totius populi securitate constitutam , peccando . Rursus legitimus Iudex servato juris ordine interrogando ac præcipiendo , ut reus veritatem fateatur , supremæ potestatis ministerium exercet , ac ordinationem illam inculcat , quam Deus per rectam rationem stabilivit , ut homines securi ac felices in societate vivant ; ergo qui interrogationi & præcepto huiusmodi non obtemperat , Dei ordinationi resistit ; qui vero Dei ordinationi resistit , peccat . Atque hinc habes quam ineptum sit adversariorum effugium , qui ut ab hac reum obligatione absolvant , præceptum Iudicis ajunt humanum esse , ideoque cum gravi incommodo homines non obligare . Numquid mere humanum præceptum est ordinatio illa , quæ ex lege Dei æterna per rectam rationem manifestata pendet ?

Ajunt vero Iudicem potestatem utique habere præcipiendi sub pœna , non vero sub culpa . Sed quis æquo animo id ferat ? An non culpa semper supponit pœnam ? Pana enim , inquit doctissimus Dominicus Soto , attestante vel ipso nomine , tam comatam habet connexionem ad culpam , ut pœnæ neque rem neque iustum nomen habeat , nisi sit pro culpa imposta ; pœna siquidem , ut ait S. Thomas , non debetur nisi peccato .

Dices vero , si res ita se habet , cur Benedictus XIII. in Concilio Romano vetuit ne a reis criminaliter inquisitis jus iurandum exigatur ? At non video quo nixus fundamento auctor noster Benedictinam hanc Constitutionem in benignioris

eo superius cit. sub num. 13. , Suarez loc. cit. sub nu. 15. & alii , & colligitur ex S. Thoma loc. cit. sub num. 13. cum iuxta tuam mentem ibi expressam non mentitur Confessarius , dum respondet ad intentionem , quam debet estimare in præcipiente ; quem secutus Suarez loc. cit. dicit interrogatum uti jure suo respondendi , iuxta mentem legitimum , qua inesse deberet . Vide supra num. 15. *

Novæ

opinionis præsidium attulerit . Nam illa opinionem hanc jugulat potius quam roborat . Initio enim illius Constitutionis asseritur , in more fuisse positum apud plerisque Iudices , ut , sive consuetudine , sive ex Ecclesiasticis nonnullis decretis , reos inquisitos etiam jure jurando ad verum fatendum compellerent . Hunc vero morem non iniquum , sed consuetudine saltem vim legis habente roboratum fuisse asseritur , de medio vero tollendum decernitur , quia experientia compertum erat , nil profuisse ad extorquendam a reis confessionem . Si Pontifex Maximus potuisset censet Iudices præceptum de veritate dicenda , etiam jure jurando roborare , ut Iudices ex reis veritatem confessionis extorquerent , quis dicat censuisse præceptum istud reos non obligare in conscientia ?

Sed veniamus ad reliqua , quæ laxiora sunt . Nam mentiri hominem nulla ex causa posse Doctores quoque fatentur , quos Auctor sequitur . At reus respondendo ut supra indicavimus mentitur . Nemo enim non videt hominem interrogatum num ex gr. datum furtum fecerit , respondendo non feci , non commisi , mentiri . Si reus ita respondeat nihil ultra cogitando , nemo negat mentiri . Ergo mentitur etiam dum animo ita secum statuit , ut dicere velit , non feci ut aicam tibi . Nam mentalis illa restrictio verborum sensum non variat ; ergo si absque restrictione verba illa præ se mendacium ferunt , per restrictionem illam a mendacio excusari non possunt . Ajunt vero restrictionem illam pure mentalem non esse , quia ex circumstantia illegitimæ interrogationis , aut gravis pœnæ ob confessionem iubeundæ intelligitur ream necesse ad dicendum . Sed hæc sunt restrictiones illæ mentales , quas Auctores tuebantur . quorum propositiones , ab Auctore relatas , Innocentius XI. damnavit . Deinde non posita illa restrictione ; reus dicendo non commisi , mentiretur , non obstante externa illa circumstantia , ergo restrictio pure mentalis est , ad summum animum excludere potest mentiendi in reo , non vero mendacium , quod etiam ab eo committitur , qui animo non contendat falsitatem in opinione constituere fallendo ipsum , ut ait S. Thomas 2. 2. quest. 110. art. 1. in corp. itaque concludo cum eodem Sancto Doctore 2. 2. quest. 119. art. 1. in corp. Si Iudex hoc exquirat quod non potest secundum Ordinem juris , non tenetur ei accusatus responderi , sed potest vel per appellationem vel aliter licite subterfugere : mentacium tamen dicere non licet .

Atque hæc addenda cenui , non ut Clarissimo Auctori quidpiam detraherem , sed ut Romanis censoribus morem gererem , & ut in hac Bibliotheca ea quoque Ethicæ Christianæ principia Lectori suppetant , quæ ad nimiam in reis cohibendam mentiendi licentiam cum a Patribus , tum a sanioribus Theologis disputata sunt ; & quæ ad consulendum eorum æternæ salutis , atque ad fovendam tuendamque in humana societate securitatem illam , sine qua oprata felicitas non consistit , necessaria videntur . Præter restrictiones mentales , de quibus hæcenus dixi , aliud quoque in Auctore minus tutum visum est , quod de Confessario asserit , qui rei ad mortem damnati confessionem exceperit de delicto , quod Iudici commississe negaverat . At Confessarium nec posse nec debere reum ad illud fatendum delictum obligare . Verum si animadvertatur , Confessarium procurare debere rei pœnitentis contritionem , ac patrati sceleris detestationem , ac obligare illum debere ad refarciendum datum per commissum delictum scandalum , ad conciliandum iustitiæ per Iudicem administratæ suum nitorem , ac debitum obsequium , & ad removendam omnem ex populo de iniqua sententia suspicionem , non video , qua ratione opinio illa defendi queat . Nam confessio illa plurimum ad detestationem delicti , contritionemque confert , ad removendum scandalum , ad comprobendam æquam . latam in eum sententiam , atque etiam ad ostendendum populo veram suam conversionem , & contritionem , necessaria est . Hæc si expendantur , facile erit intelligere tutam non esse generalem illam asseritionem ,

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 **A**ccusatus de Jure civili non solum accusantem accusare prohibetur , verum & filium , patrem , vel matrem ipsius accusantis , Idque procedit non solum de eodem , sed & de diverso crimine , L. 15. qui Reus 5. ff. de public. judic. L. neganda 19. Cod. qui accus. non poss. c. negando il. 2. 3. quest. 11.
- 2 Clar. in §. fin. q. 14. n. 127. Delatus de crimine publico , ab alio super eodem crimine deferri nequit , L. qui de crimine 9. Cod. de accusat. Si autem absolutus fuerit in loco delicti , aliterum rite accusari valeat in loco domicilii , vel originis , distinguendum cum Sorg. de Jurisprud. forens. tom. 9. c. 1. n. 77. Si Ablolutio jure abique fraude fuerit facta , ubique valet :
- 3 Si per fraudem , tunc alibi rite instituitur accusatio . Item condemnatus in uno loco ad justam pœnam fide præstita de hujusmodi sententia , alibi & accusationem , & pœnam evitabat , secus si minorem culpa tulerit pœnam in priori loco , Farinac. in prax quest. 4. num. 3.
- 4 Accusatus in Foro Ecclesiastico , & in eo absolutus potest iterum in foro laico accusari , quoties delictum sit mixti fori , Bald. in L. placet Cod. de sacros. Eccles. Aret. cens. 58. , Sorge de Jurisprud. for. tom. 9. cap. 1. num. 77.
- 5 Pari modo semel accusatus , & absolutus ab observatione Iudicii , si nova supervenerint argumenta , iterum accusationis & novi Iudicii aleam subibit , L. libellorum §. quod si libelli ff. de accusat. Intra quantum tempus vero hæc secunda accusatio , si nova supervenerint indicia , possit institui , videbis Sorg. loco cit. num. 78. per tot.
- 6 Item absolutus per transactionem ab alio accusari legitime potest , si sua intererit , cum unius remissio alteri obesse non debeat , L. 4. §. pen. ff. de sepulchro violato . Quare ut transactione plene forniat effectum facienda est cum omnibus habentibus jus accusandi , vel inquirendi , ideoque etiam cum Filco , Carav. tit. 271. num. 23.
- 7 Rite autem inita transactione accusatum inter , & accusatorem lite pendente ante sententiam , vel saltem pendente appellatione , accusatus morte , vel alia corporali pœna plecti nec potest nec debet , de Franch. decis. 370. prope fin. Sorg tom. 9. cap. 70. num. 34.
- 8 Reus accusatus , si semel gratiam a Principe impetraverit , & criminis abolitionem fuerit consecutus , nequit amplius de eodem delicto postulari , molestiis , & pœnis affici ab eodem Principe , L. 10. Cod. de sentent. passis. Clarus in pract. q. 59. vers. & hæc quidem .
- 9 Princeps enim facultate aggratiandi Reos pollet in criminalibus , eamque potest alteri delegare , Sorg; d. tom. 9. cap. 1. num. 82.
- 10 Reus se ipsum denuncians , vel accusans absolvendus esse videtur de jure civili per text. in L. un. Cod. de famos. libell. cum Reipublicæ interit crimina non remanere occulta , L. cum qui 18. ff. de injur. & famos. libell. Confule Sorge loco cit. num. 85. ubi , contraria reprobatâ sententia , rem rationibus & exemplis firmat (*) .

A C E D I A .

- 1 **A**cedia ut sic tripliciter sumi potest . Primo sumitur pro quodam corporis torpore , & virium naturalium hebetudine ab laborem suscipiendum , qualis torpor , habetudo , seu gravedo accidere solet circa meridiem , vel ob solis ardorem , vel ob sumptam refecionem . Secundo sumitur pro passione appetitus sensitivi operis laborem , & difficultatem refugientis . Tertio sumitur pro quodam fastidio rerum spiritalium , seu tædio bene operandi . Acedia primis duobus modis sumpta non est , secundum se , peccatum , sed solum tertio modo sumpta ; unde solum de ista erit sermo . Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

(*) Prudens Lector pro oculis habeat hæc S. Augustini verba L. de Mendacio , c. 3. t. 6. opus. collect. 307. ille mentitur , qui aliud habet in animo , & aliud verbis , vel quibuslibet significationibus enuntiet . Unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis , idest , duplex cogitatio : una rei ejus quam veram esse , vel scit , vel putat , & non profert ; altera ejus rei , quam pro ista profert , sciens falsam esse , vel putans . Observet an qui theoreticam sequitur a num. 31. ad finem usque tituli comprehensam , aliud habeat in animo , & aliud verbis ; an duplicem cogitationem : unam scilicet , rei ejus quam veram esse , vel scit , vel putat , & non profert ; alteram vero ejus rei quam pro

Acedia igitur est torpor mentis bona spiritalia inchoare abhorrentis , & inchoata perficere fastidientis . Est in re communi . Hæc Acedia dupliciter sumitur , scilicet generaliter , & specialiter . Acedia generaliter sumpta consistit in omni fastidio , tædio , & torpore animi bona spiritalia facere negligentis , & sic sumpta non est speciale vitium , quia omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ ; sed est vitium illi virtuti oppositum , de cujus bono , & exercitio tritatur quis , in quantum est laboriosum , & corpori molestum , vel delectationis ejus impeditivum , ita ut si tritetur de bono continentia , sit Luxuria , si de bono Abflinentia , sit Gulositas , & hujusmodi . Acedia specialiter sumpta , seu prout est speciale vitium , consistit in tædio , seu tristitia de bonis spiritalibus , & divinis , ut ad nos pertinentibus , ut si quis doleat , seu tristetur de amicitia , & gratia Dei , pro qua conservanda , & de gloria , & beatitudine æterna , pro qua consequenda , dura , & difficilia sunt practicanda , & delectabilia fugienda .

Acedia generaliter sumpta aliquando est peccatum mortale , & aliquando veniale . Tunc est peccatum mortale , quando ratione talis Acediæ committitur aliquid opus prohibitum , vel omittitur aliquid opus præceptum sub mortali . Tunc autem est peccatum solum veniale , quando opus commissum non est prohibitum , & opus omittum non est præceptum sub gravi : vel quando in omissione , vel commisione deficit plenus consensus , & advertentia , vel quando lex , seu præceptum adimpletur quidem , sed cum displicentia , & tristitia Communis . Acedia autem specialiter sumpta est se , & genere suo , quando plene voluntaria , ac deliberata , est semper peccatum mortale , quia directè repugnat Charitati Dei ; ratione enim talis Acediæ aperte vilipenduntur Dei amicitia , & gratia , & æterna gloria , seu beatitudo , cum reputentur indigna , ut comparerentur difficili virtutum exercitio , vitiorumque fuga obtineantur , quod est Deum postponere vilissimis creaturis , & indignissimis sentualibus , & brutalibus delectationibus , Potest tamen esse solum peccatum veniale , si nimirum media , seu opera injuncta pro tali consequendo sine adimpleantur quidem , sed cum aliqua negligentia , tristitia , aut displicentia , quin tunc est tantum animi remissi languor , qui non charitati , sed solum ejus fervori adversatur . Communis .

Filiæ Acediæ sex enumerantur a S. Gregorio lib. 31. Moral. cap. 17. scilicet Malitia , Rancor , Pusillanimitas , Desperatio , Torpor circa præcepta , & Evagatio mentis circa illicita , & impertinentia . Malitia non sumitur hic prout est quid commune omnibus vitiis , sed accipitur specialiter pro ea malitia , qua quis odio habet ipsa bona spiritalia secundum se ; vellet ea non esse : dolet ; quod bene fecerit ; cuperet non fuisse natum , vel creatum a Deo ; vellet non agnovisse Christum , & hujusmodi , adeoque ipsa beneficia Dei contemnit . Talis malitia sic sumpta ex genere suo est peccatum mortale , nisi excuset imperfectio actus . Rancor etiam non accipitur hic communiter pro omni odio , sed solum pro quadam indignatione contra eos , qui ad divina , spiritalia , & salutaria hortantur , & inducunt ; Talis rancor est ex se solum peccatum veniale , nisi conjugatur cum gravi odio . Pusillanimitas est animo dejecto , seu mollioris , qua quis formidat aggredi ea , quæ sunt perfectionis , ne aliquando deficiat , ut cœlibatum amplecti , Religionem ingredi , jejunia , aut castigationes , seu mortificationes exequi ; Talis pusillanimitas est de solum peccatum veniale , nisi concurrat transgressio mortalis alicujus præcepti , vel voti . Desperatio , intellige , consequendæ æternæ beatitudinis , est gravissimum peccatum in Spiritum Sanctum , si pleno rationis consensu fiat . Torpor circa præcepta est voluntas gravedinis impatiens , indeque quæ sunt ex præcepto faciendæ , vel penitus omittens , vel tarde , & pigre faciens ; Talis torpor potest esse peccatum mortale , vel veniale , prout præcepta vel penitus omittuntur , vel tarde , & pigre adimplentur . Evagatio mentis est , qua quis in exercitio operum

E

operum spiritualium evagatur circa illicita , aut saltem imper-
tinentia ; Et hæc respectu ob ipsam mentem se ad diversa
diffundere volentem dicitur *Mentis importunitas* ; respectu
ad cognitionem , *Curiolitas* ; respectu ad locutionem , *Ver-
bositas* , respectu ad potentiam loco motivam , *Corporis in-
quietudo* ; respectu ad propositum , *Instabilitas* . Talis eva-
gatio mentis de se est solum peccatum veniale ; erit tamen
mortale , si fiat notabiliter eo tempore , quo requiritur ex præ-
cepto mentis attentio , ut in auditione Missæ ; recitatione
Horarum &c.

A C O L Y T H U S .

- 1 **A**colythus idem est , ac Ceropherarius *dist. 21. c. Cleros .*
- 2 **A**colythi officium est lumina accendere , & deferre , ur-
ceolos vini , & aquæ ad Missæ Sacrificium preparare , *dist. 25.*
- 3 **cap. Perlectis . Concil. Mediolan. 2. part. 2. tit. de Acolythis .**
Acolythus non potest dispensare Eucharistiam , *dist. 24. cap. Nullius .*
- 4 Acolythi , sive alii Clerici in minoribus non sunt assumen-
di ac cantandam Epistolam , vel Evangelium , etiam si sit pen-
uria Diaconorum , & Subdiaconorum , *Sac. Rit. Congr. in
una Alexandrina 15. Martii 1603. Et contrafacientes debent
puniri , sed non pœna valde rigorosa , si cantaverint sine ito-
la , vel manipulo respectu , Sac. Rit. Congr. in una Lucan.
9. Januar. 1601.*
(Advertendum est , quod Sac. Rit. Congr. in Collen. 5. Ju-
lii 698. decrevit , quod deficiente Subdiacono pro Missa so-
lemni , data necessitate , potest permitti per Superiores , ut
substituantur constitutus in Minoribus Ordinibus ad cantandam
Epistolam paratus sine Manipulo .)
- 6 Acolythus , seu alius Clericus , qui solemniter cantat Epi-
stolam cum Tunicella , & reliquis sacris vestibus , seu abli-
que Manipulo , debet peterere dispensationem Irregularitatis ad
cautelam ; & simile est dicendum de Clerico non Diacono qui
cantat Evangelium sine itola , *Sac. Congr. Conc. 23. Aprilis
1604. apud Nicol. Lucubrationum utriusque Junis Canonici , &
Civilis , par. 2. fol. 220. (a) .*

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 **A**colythi , seu Acoluthi græce , latine sonant Cerophe-
rarii juxta Isidorum . Sed rectius latine appellantur *Comi-
tes* , *Affecta* juxta Duarenum de *Benefic. lib. 1. cap. 14.* qui
opinatur , eos ideo fortasse sic dictos , quod Episcopos , quo-
cumque proficiicerentur , comitabantur . Nec sane hoc longe
a vero abest . De veteri enim Ecclesiæ disciplina fuisse , ut
Episcopi , ac Presbyteri comites sibi , tanquam perpetuos vi-
tae testes , Clericos adjuverent , testatur *can. 58. & 67.
caus. 2. quest. 7. & Greg. Turonen. lib. 6. cap. 36.* Præterea
magnam fuisse Acolythorum fidem , ita ut propter Ecclesi-
astica negotia ipsi tanquam Tabellarii ab Episcopis mitterentur
ad Episcopos , habetur ex *Cypriano lib. 2. epist. 8. & 10. ac
lib. 3. epist. 7. 11. & 24.* Sed aliæ tandem Acolythi daræ
fuerunt partes , de quibus *Concil. Carthag. IV. can. 6. ;* forian
quia charitate deinde defervescente , illorum testimonium
Episcopi , & Presbyteri ægre ferre cœperunt .
- 2 Acolythos præterea , uti & tres alios minorum Ordinum
Clericos , meminisse primus videtur *Cornelius epist. ad Fab.
apud Euseb. lib. 6. cap. 33.* Auctor Epistolæ ad Antiochenos
falso Ignatio adscriptæ *lib. 3. cap. 11. & lib. 8. cap. 26. &
Auctor Canonum , qui dicuntur Apostolorum can. 69.* de aliis
minoribus Clericis mentionem habent , sed de Acolythiis , ne
verbum quidem . At hoc inde promanavit , quod non fuit cer-
tus , nec semper ubique idem Clericorum minorum numerus
in Ecclesia primitiva . Sic *Joann. Chrysostomum* a Lectoratu ,
nullo alio interjecto ordine , ad Diaconatum fuisse promotum ,
testes sunt *Pallad. in ejus vita , & Socrates lib. 6. cap. 3.* Fac-
cit quoque *can. 13. Conc. Sardicen. ,* tum mos Græcæ Ecclesiæ ,
quam unum tantum Clericorum minorum ordinem , nempe
Lectoratum , adoptasse ab antiquis usque temporibus scimus ;
iniungit aliter *Morinus de Ordin. exerc. 15. cap. 1.* aliter statuit
Schellstratus Conc. Antioch. restitut. diss. 4. cap. 17. art. 2.
- 3 Non est igitur , ut Acolythorum ordo cum aliis minorum
Clericorum Ordinibus ab Apostolis repetatur , ut placet Ba-
ronio *ad Ann. 44. num. 78. ,* Bellarmino de *Clericis lib. 1. c. 11. ,*
& Schellstrato *loc. cit. ,* spuris & apocryphis quibusdam vete-

(a) Addit. Auctoris vide verb. *Missæ Artic. 12.* post Decretum .

ribus monumentis alleatis , tum adducto *sest. 23. Conc. Trid.
cap. 17. de reformat.* Non enim laudata Synodus si recte per-
pendatur , id sensit .

Hinc non probari ab Apostolis fuisse minores Clericos insti-
tutos , aperte docent *Card. Eona Rer. Liturg. lib. 1. cap. 25.
num. 17. & Amalar. Fortunat. de offic. Eccl. lib. 2. cap. 6.*
At ii , quibus Sac. Trid. Synodi verba prout litteraliter son-
nant , accipere religio est , non aliter sententiam suam sustinere
possunt , quam dicendo posse minores Clericos sua origine
Apostolicæ institutionis dici , quatenus comprehendebantur Dia-
conatu ; cum olim omnes Diaconorum essent partes illæ , quæ
crescente Fidei numero fuerunt postea partitæ ac tributa
minoribus Clericis in Diaconorum levamen institutæ . Adeun-
dus est *Van-Sijpen. jur. Eccl. univers. p. 1. tit. 1. cap. 2.*

A C T O R .

Actor dicitur is , qui petit , & ad Judicium provocat , *l. in
tribus ff. de judiciis .* Actori incumbit onus probandi , *l. 1. §. 1. l. Actor. 23. cod. de edend. l. 2. ff. de probat.* Actore
non probante reus absolvitur , *l. qui accusare , nisi Doctor. Cod.
de edend. de Ecclesiastica beneficia &c. cap. unic. Actor petens
rem ex certa causa , si causam non probat , succumbit , de sen-
tent. & re judicata in 3. cap. Abbas .* Actor non tenetur jurare ,
si plene probat , *de prob. cap. Sic consuetudo .*

Actor tenetur sequi forum Rei , *cap. experientie cap. si quis
cum Clerico 11. q. 1. Concil. Lateran. III. de testibus cogend.
cap. 7. Rota Rom. part. 1. decis. 103. num. 3. & part. 13.
dec. 70. num. 72.* Actor non potest mitti in possessionem ab-
sente reo , *Conc. Lateran. III. in appendic. de dolo. & contumac. & eod. tit. cap. Ad hæc cum contingat .* Potest tamen
mitti in possessionem causa custodiæ , si lite non contestata
reus est contumax . *ut non lite non contest. cap. Tunc Fraternali-
tatis .* Actor non obtinens possessionem coram Judice , non tenetur
coram eo respondere de proprietate , si est alterius Fori ,
De judiciis cap. Significaverunt . Actore , & Reo ejusdem Ci-
vitaris existentibus , neuter conveniatur extra eam , *de rescriptis
in 6. cap. Statutum §. cum reo .*

Actor non admittitur ad litigandum , nisi det libellum in
scriptis , *de libelli oblation. cap. Significantibus .* Actor citans ,
& non comparens in termino , tenetur ad expensas consequen-
factas a reo . *Conc. Lugdun. Gen. I. de dolo , & contumac. in 6.
cap. 1.* Actor non potest exigere a reo scripturas contra reum :
de prob. c. 1. Actor non licet , quod nec reo licet : *de regulis
juris in C. Regala 32.* Actor excommunicatus non potest agere :
de exception. cap. ilecti filii . Imo Actor excommunicatus a
Judice est repellendus ex officio , etiam si reus non opponat :
de exception. in 6. cap. 1. Potest tamen ipse excommunicatus
in iudicio conveniri , & debet alium in iudicio respondere , ne
videatur de sua malitia commodum reportare : *de Judiciis in-
telleximus .*

Novæ additiones ex aliena manu .

- D**E Actore celebris est juris Regula , quam tradit *Ulpianus
lib. 26. ad Edictum* relatus in *L. 41. ff. de Reg. jur. sci-
licet ; Non debet actori licere , quod reo non permittitur .* Fa-
vorabiliores enim rei , quam actores in jure nostro sunt . Hinc
& aliæ sequuntur regulæ . Multa enim actori prohibita sunt ,
quæ reo permittuntur ; & e converso : Quod actori licet ,
multo magis reo permittitur , ut explicat concinne *Gothofredus
ad reg. jur. Reg. 20.*
- Differentia quoque statuitur maxima in jure actorem inter ,
& Reum in eo , quod actor possit una tantum actione in eod-
dem iudicio experiri : Reum autem e contra permittum sit va-
rias simul exceptiones cumulare , multiplicare , immo pro li-
bitio variare , *L. qui 51. L. nemo 8. ff. de except. Gothofredus
ad regul. juris reg. 43.*
- Actoris conditionem in causa meliorem fieri post litis con-
testationem , nequaquam vero deteriore , probat idem *Go-
thofredus egregie de more pluribus rationibus , quas cumulat
ad reg. juris reg. 87.*
- Actor nequit pro libitu a iudicio incepto desistere , *Auth.
qui semel C. quomodo & quando .* Potest autem terminus ei a
Judice præfiniri , intra quem probationes suas in medium de-
ducat , alias Reus absolvatur .
- Non semper dicitur actoris personam in iudicio sustinere is ,
qui

qui primo provocavit ; Sic *V. G.* in iudicio in vim *L. diffama-
ri ;* Actor ille est , qui convenitur , Reus autem est ille , qui uti
diffamatus agit . Remedium enim *L. diffamari* actio proprie
non est , sed imploratio officii in iudiciis , unde Diffamatus loco
rum beneficia competere certi juris est ; ideo Diffamatus loco
Reorum esse praxi receptum , & communiori DD. calculo
ostendit *Mundius de diffamation. in præm. num. 59. & seq.
solide refutata nonnullorum sententia , qui cum Decio cons. 847.
num. 10. in contraria sunt opinione .*

- 6 Actor non solum libellum Judici offerre , sed amplius eum-
dem tenetur Parti intimare , ut exinde reus commode possit de-
cedere , velit necne liti cedere , vel eidem insistere , *L. 3. cod.
de edend. cap. 2. de libell. oblat.* Debet insuper in libello obli-
gationis titulum , & causam deducere , *Sorge jurispr. for. t. 8.
cap. 41. num. 2. & 3.*
- 7 Deserta instantia , Actor , nisi expensas reo obtulerit , audien-
dus non est , dummodo persona non sit privilegiata , *Ursill. ad
Afflict. dec. 70. num. 3.* Item si instituto nulliter primo iudi-
cio , novum instituat , tenebitur prius Reo omnes expensas re-
ficere : Quæ si forte illiquidæ fuerint , partis juramento pote-
runt liquidari , si ejus error in primo iudicio fuerit notorius ,
*Afflict. dec. 70. num. 4. per tot : quod tamen non probat omni-
no Ursill. ibid.*

A D J U N C T I .

PRO Adjunctis *Concil. Trid. sefs. 15. de reformat. cap. 6.*
statuit , ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Ca-
pitulo duos , de quorum consilio , & assensu Episcopus , vel
ejus Vicarius , tam in formando processu , quam in ceteris
omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive coram Nota-
rio tamen ipsius Episcopi , & in ejus domo , aut consueto Tri-
bunali procedere teneatur . Unum tantum sit utriusque votum ,
possitque alter Episcopo accedere . Quod si ambo ab Episcopo
discordes in aliquo actu , seu interlocutoria , vel definitiva sen-
tentia fuerint , tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo
tertium eligant . Et si in electione tertii discordent , ad vici-
niorem Episcopum electio devolvatur , & juxta eam partem ,
cum qua tertius convenit , articulus , in quo erat discordia ,
terminetur ; alias processus , & inde secuta nulla sint , nullos-
que producant juris effectus . Huc usque Concilium . Privile-
gio tamen hujus decreti non gaudet Ecclesia in Cathedrali
erecta post Tridentinum , quæ prius non erat exempta , sed
in omnibus Episcopo subjecta , & sic talis Ecclesiæ Capitulum
nequit habere Adjunctos , seu Coniudices , sed in omnibus , ut
prius , subjacet absolute Ordinario , ut declaravit *Sacra
Congreg. Concilii teste Armendar. tit. 6. de Visitat. num. 67. &
l. 7. de Episc. num. 88. Et Sac. Congreg. Episcoporum. in una
Vienn. 5. Febr. 1700.*

- 6 De mandato igitur Sacri Concilii tenetur Capitulum initio
cujuslibet anni duos eligere , qui cum Episcopo contra Capi-
tulares procedere debeant . Illi duo debent necessario esse de
gremio Capituli ex præcisè verbis Concilii , *eligat ex Capitulo
duos* , sicut & tertius electus in casu discordiæ , ut declaravit
*Sacra Congreg. Concil. semel in Palentina , & bis in Conchens. teste
Card. de Lugo respons. moral. lib. 5. dub. 13. n. 12.* Et omnes
tenentur prestare juramentum in loco Capitulari in manibus
ipsius Capituli statim secuta electione ; *ex Sac. Congr. Concil.
in Majoricens. 16. Martii 1652.* Si Capitulum in principio anni
illos duos non elegerit , potest Episcopus procedere per se to-
lum , dummodo illud moneat prius ; sic resolutum fuisse a
*Sac. Congreg. Concil. testatur Plassec. in prax. Episcop. par. 2.
cap. 2. num. 9.* Episcopo nolente , vel non valente contra Ca-
pitulares delinquentes procedere , non devolvitur iurisdic-
tio ad Adjunctos , ut resolvit *Sac. Congr. Concil. teste Ludov. a
Saravia in speciali tract. de iurisdic. Adjunct. q. 5.* Nec no-
lentibus , aut valentibus Adjunctis , seu Coniudicibus contra
Capitularem procedere , iurisdic-
tio devolvitur ad Episcopum ,
sed semper ad Superiorem ; Sic decrevit *Sac. Congr. Concil. ,
ut refert Armendar. l. 7. de Episc. num. 89.* additque ipsa *Sac.
Cong. Concil. , teste Pignatell. tom. 9. consult. 129. num. 15.*
quod , ut valeat sententia , & decreta in casibus hujusmodi ,
sint exprimentia , & pronuntianda sub nomine simultaneo
Episcopi , & Adjunctorum : *V. G. Ego N. Episcopus de con-
silio , & assensu N. & N. Adjunctorum ita pronuntio ;* alias
processus , & inde secuta essent nulla , *ex eadem Sac. Congr.
in una Hispalen. 1. Sept. 1589.*
- 13 Solus autem Episcopus sine Adjunctis poterit in principio
ad informationem summariam , & necessariam detentionem
Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

Rei procedere in criminalibus ex incontinentia provenientibus ,
& in aliis atrocioribus delictis , quando de fuga timeatur . Ha-
betur expresse ex iplo *Concil. sefs. 25. cap. 6. ibi In cri-
minalibus tamen ex incontinentia provenientibus , de qua in de-
creto de concubinariis , & atrocioribus delictis depositionem ,
aut degradationem requirentibus , ubi de fuga timeatur , ne judi-
cium claudatur , & ideo opus sit personali detentione , possit ini-
tio solus Episcopus ad summariam informationem , & necessa-
riam detentionem procedere , servato tamen in reliquis ordine
præmissis . In omnibus autem casibus ea ratio habeatur , ut juxta
qualitatem delicti , ac personarum delinquentes ipsi in loco de-
centi custodiantur .* Et tunc ratione fugæ , quæ timeatur , potest
Episcopus procedere etiam absque monitione , & alia forma ,
ut decrevit *Sac. Congr. Concil. teste Nicol. Garc. de benefic.
part. 11. cap. 10. num. 186. declarat. 7. & Armend. Leg. uni-
ca num. 7. & 8.*

Solus Episcopus sine Adjunctis potest procedere contra Ca-
pitulares , quando totum Capitulum deliquit : sic decitum fuit
a *Sac. Congr. Concil. teste Seraphin. decis. 1060. num. 6.* Lu-
dovic. a *Saravia tract. de iurisdic. Adjunct. q. 5. num. 4. 15
& q. 6. per totum ; ubi num. 8.* asserit , quod si reperitur unus
in Capitulo , qui non deliquerit , iste procedet simul cum
Episcopo , dummodo tamen delictum non sit in Personam Epi-
scopi , vel in contemptum ejus , vel ubi Episcopus habeat in-
teresse , quia tunc facultas procedendi contra Capitulares de-
volvitur ad proximum Superiorem , ut decitum fuisse a *Sac.
Congr. Concil. refert Armend. l. 7. de Episcop. num. 90. & Lu-
dovic. a Saravia d. q. 6. num. 5. & 6.* Potest etiam sine Adjun-
ctis visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis , & Sacramentum ,
Reliquias , vestes , ornamenta , ceteraque ad cultum divinum
destinata , Capellas , Capellanas , donationes , anniversario-
rum institutiones , memorias defunctorum , pia opera , & bo-
na fabricæ , seu Ecclesiæ , ut decrevit *Sac. Congr. Concil. teste
Armend. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 7.
de Visitat. num. 123.* Potest etiam visitando sine Adjunctis pec-
cata , & excessus Capitularium , quos correctione , & puni-
tione dignos repererit , corrigere , punire , & emendare ; non
tamen pœna ordinaria , sed ea , quæ ad morum magis emen-
dationem , quam punitionem respiciat : sic decit *Sagr. Congr.
Conc. in Oriolen. 27. Martii 1632. in respons. ad 5.* Adjunctis
enim uti in his non tenetur Episcopus contra Capitulares , sive
extra visitationem , ut cenit *Sac. Congr. Conc. in Gerunden.
19. Decemb. 1739.* Potest etiam sine Adjunctis procedere in
personam Capitularem delinquentem in exercitio Curæ anima-
rum , quam obtinet extra Ecclesiam Capitularem , quia tunc
non punitur ut Canonicus , sed uti Curatus . Ita *Seraphin. de-
cis. 1058. per tot. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 25. n. 61. in fin.*
Potest etiam sine Adjunctis procedere ad privationem Cano-
nicorum ex causa , quod ordines suis Præbendis annexos non
susciperint . Sic decitum fuisse a *Sac. Congr. Concil. refertur .
Aloyl. Ricc. in praxi rerum fore Eccles. resol. 448. num. 2. & 3.
Ludov. a Saravia tract. de iurisdic. Adjunct. q. 18. per tot.*
Potest sine Adjunctis exigere rationem administrationis ope-
rum piorum ad curam Capituli spectantium , dummodo non
procedat ad privationem , vel alias criminaliter in forma Judi-
cii . *Sac. Congr. Conc. in Oriol. 27. Martii 1632. in respons. ad 7.*

Episcopus potest sine Adjunctis procedere contra Capitula-
res ob non residentiam , dummodo non procedat in privatio-
nem , sed pœnas a Sac. Concil. Trid. præscriptas , *Sacra Con-
greg. Concil. 27. Martii 1632. in Oriolens. in respons. ad 13.* Po-
test etiam Episcopus sine Adjunctis procedere ad subtractio-
nem fructuum , & multas ab eo impositas contra Canonicos
habentes Capitulum eo tempore , quo Divina officia celebrari
debent , nisi aliqua urgens causa in aliud tempus differri non
patiat *Sacra Congr. Concil. 27. Martii 1632. in dic. Oriol. in
respons. ad 11.* Potest sine Adjunctis procedere contra Pen-
sionarios habentes vocem in Capitulo . quia licet admittantur in
Capitulo , & in eo habeant vocem , non possunt tamen dici
de Capitulo . *Rota Rom. part. 1. Recent. decis. 416. num. 6.
& decitum fuit a Sac. Congr. Conc. ut refert Armend. cit. tit.
de Visit. num. 6. de Episcop. num. 91.* Potest sine Adjunctis ra-
tiones exigere ab Officialibus ex gremio Capituli constitutis
Sede vacante , nisi velit criminaliter ad eorum privationem ,
& correctionem procedere . Sic decrevit *Sacra Congr. Concil.
ut refert Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 23. & in
Gnesnen. 14. Apr. 1725. ad 1. dub. Potest sine Adjunctis proce-
dere ad pœnas contra Capitulares non observantes Festum
S. Augustini ab eo indictum , ut cenit *Sacra Congr. Concil.
in Hispalens. 7. Septembris 1630.**

Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium cura in temporalibus, Joannes Maria Novarius in lucerna Regular. verb. Administratores n. 1. Barbosa in collect. decisio. Apostolic. Collectan. 13. verb. Administrator, dicunt a Sacra Congreg. Conc. fuisse decisum non posse Regulares quoscumque, cuiuscumque gradus, & præminentia, etiam si Superiores fuerint, deputari pro Administratoribus bonorum temporalium Monialium. Et Fratres Minoribus est expresse prohibitum ab Innocentio IV. qui statuit, quod in Monasteriis Monialium, in quibus prædicti Fratres Minores deputati fuerint servitio Monialium, in spiritualibus duntaxat deserviant; sic ipse concessit. 495. & ius gravissimum pœnis fuit eis interdictum a Cardinali Matthæo Ordinis Protectore in suo decreto incip. Hieronymus tituli Sancti Pancratii confirmato ad litteram a Clement. VIII. in sua Constitutione incip. Romanum Pont. decet. Et generaliter loquendo administratio temporalium non solet concedi Regularibus a Pontifice, & si aliquando adducatur concessa, præsumitur falsa, ex cap. Ad nostram de confirmatione utili &c. ubi habentur præcisa verba: Quidam Canonici Neman. Ecclesie a nobis litteras confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suæ conditione suspensæ. Cum igitur Regularibus personis non consueverit Apostolica Sedes aliqua personaliter confirmare; mandamus quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonici (cum Regulares existant) noveritis taliter impetratas, denunciatis irritas, & inanes.

Episcopus per se exigere potest rationem administrationis a Vicario Capitulari, & ab omnibus Officialibus, seu Administratoribus Sede vacante, a Capitulo deputatis, ac illos in aliquo delicto culpabiles repertos punire; habetur expresse a Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. his verbis: Episcopus vero ad eandem Ecclesiam vacantem promotus, ex eis, quæ ad eam spectant, ab eisdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuscumque Officialibus, aut Administratoribus, qui Sede vacante fuerint a Capitulo, vel aliis in ejus locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat Officialium, Jurisdictionis, Administrationis, aut cujuscumque eorum muneris, possitque eos punire, qui in eorum Officio, seu Administratione deliquerint, etiam si prædicti Officialis, redditus rationibus, a Capitulo, vel a deputatis ab eodem absolutionem, aut liberationem obtulerint.

Imo nedum Episcopus potest, sed etiam debet Syndicatum facere Vicario, & aliis Officialibus Capituli, quia Concilium non contulit, aut hortat ut Episcopus, ut recipiat rationem administrationis officii a Vicario, & aliis Officialibus, seu Administratoribus a Capitulo deputatis; sed ei præcipit, & imperat, ut patet ex illis verbis rationem exigat. Et per consequens secundum multos Episcopus scienter, & negligenter omittens hanc rationem administrationis exigere contra præceptum Concilii, non est immunis a culpa, etiam gravi, ex textu satis claro in cap. Nulli fas dist. 19. & aliis Juribus ad hoc probandum adductis a Fagnan. in cap. quoniam n. 22. de Const. & in cap. A crapula n. 21. de vita, & honestate Clericor., & a Monacell. tom. 3. tit. 1. form. 41. n. 1. & 2.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 Designato ab Apostolica Sede Minore in futurum Ecclesie Præfulem, eidem Administrator tam in spiritualibus, quam temporalibus deputatur; spectat vero hæc deputatio ad Apostolicam Sedem Cap. Eccles. Cathedral. de supplen. neglig. Prælat. in 6. Cap. Is cui 42. de Elect. in 6. Rebuff. tract. de nominat. quest. 8. num. 29. Adsignaturque Administratori congrua ex redditibus Ecclesie, Rigant. in reg. Cancell. 8. §. 2. n. 39. tom. 2.
- 2 Aliquando permittit Sedes Apostolica Capitulis, vel Nunciis Apostolicis, ut dictos Administratores deputent, a se tamen confirmandos suo arbitrio, Rigant. in reg. Cancell. 8. n. 40. tom. 2.
- 3 Quænam vero sint facultates hujus Administratoris exponit Bonifacius VIII. in Cap. Is cui 42. de Elect. in 6. Possunt Beneficia conferre, eorum permutationes recipere, Paris. de resignat. lib. 7. quest. 24. num. 17. Lewin. de potest. Vic. in re benef. Rot. dec. 424. tom. 4. coram Ansaldo. Item possunt Administratores in spiritualibus Vicarios generales in propria Diocesi constituere, Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. quest. 18. nu. 7. Rigant. in reg. Cancell. 8. tom. 2. num. 46. quem plura de Administratore Ecclesie Cathedralis vel Metropolitanæ differentem ibidem consulat.
- 4 De Administratoribus Ecclesiarum quatuor solet; num iidem

permissum sit retinere aliquam portionem elemosynarum Missarum pro expensis manutentionis Ecclesie, Altarium, intervencium, omniumque utilitatum Urbanus VIII. decreto sancivit, permittendum non esse, ut Ecclesie, aut Loca Pia, seu illorum Administratores de elemos. Missarum celebrationem ullam utcumque minimam portionem retineant rebrandarum, quas subeunt in Missarum celebratione. Ac paulo post: Nisi cum Ecclesie & Loca pia alios non habeant redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possunt, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariæ sunt subeundæ. Et tertio subjicit: Et nihilominus eorum etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quæ præscriptæ fuerint ab offerentibus elemosynas.

In hanc sententiam edictum quoque tulit Clemens XI. die 23. Decemb. anno 1706. Evrat etiam decretum Sac. Congregat. die 14. Maii anno 1729. Contulit Ben. XIV. Institut. Eccles. inst. 56. n. 13.

ADOPTATIO. Vide verb. Impedimenta matrimonii ar. 1. a n. 74. ad 78. ubi de ipsa.
 ADORATIO. Vide verb. Veneratio Sanctorum per tot.
 ADVENÆ. Vide verb. Lex art. 3. a n. 28. ad 48.

A D V L T E R I U M.

A R T I C U L U S I.

Adulterium, quoad ejus esse, & divisionem.

Adulterium est illicitus concubitus cum persona conjugata: caus. 32. quest. 4. cap. Nemo blandiatur; Adulterium aliud est simplex, & aliud est duplex, Adulterium simplex est, cum solutus concumbit cum conjugata, vel conjugatus cum soluta; Adulterium duplex est, cum conjugatus concumbit cum conjugata. Et hoc secundum est necessarium in confessione aperiendum, quia tunc datur injuria committuntur in utriusque conjugem innocentem, ac fidem duplicem conjugalem, duplexque Sacramentum Matrimonii; sic passim Doctores cum Azorio, Lessio, Filuccio, Bonacina, Lugo, Dicastill., & la Croix lib. 6. part. 2. num. 1055. Qui concumbit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium, quia adhuc irrogat magnam injuriam fidei conjugali, & Sacramento Matrimonii, & ideo ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit merito damnata sequens propositio 50. in ordine: Copula cum conjugata consentiente marito non est adulterium, adeoque sufficit in Confessione dicere se esse fornicatum. Qui accedit ad suam uxorem, putans se accedere ad alienam, committit adulterium, non quidem realiter, sed objective. Burghaber centur. 1. caus. 70. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1052. & alii passim. Sicuti si conjux in actu conjugali cum sua, se morose delectet in alia, velut præterite, etiam addit speciem adulterii in Confessione explicandam. Sanchez mox citandus, Burghaber loc. cit. La Croix loc. cit. & alii passim. Adulterium etiam concupiscentia committitur conf. 32. qu. 5. cap. Qui vident; & sic tenent Sanchez de Matrimon. lib. 9. d. 17. nu. 6. Burghaber centur. 1. casu 70. Claudius la Croix, Vasquez, Castropalaus, Mendo, & alii magis communiter, quia fides Matrimonii exigit, ut Conjux ne quidem mentem, sive cogitationem simpliciter ponat in alia, mutuo enim sibi tradunt non tantum corpora, sed etiam animos.

Novæ additiones ex aliena manu.

Adulterium, ut nonnulli voluerunt, inde dictum, quod adulter uterum alterius terat. Pudicius Alciatus 7. Parerg. 5. tradidit, quod sit ad alterius thorum, vel, ut alii brevius, ad alterum ire. Est ergo adulterium, ut innuit Auctor, vitiatio ejus, quæ alteri nupta est, Jure Romano adulterium in nuptam tantum committebatur L. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adul. & dicebatur adulter qui corrumpebat alienam matrem familias L. 225. ff. de V. S., stuprator qui virginem, viduamve d. L. 6. §. 1. L. 34. ff. ad Leg. Jul. de adulter. Id vero perpetuum non fuit; utroque enim verbo Lex Julia promiscue, & utriusque utitur, L. 101. ff. de V. S.

Ecclesie vero Patres recte constituerunt, a marito quoque adulterium in innuptam committi, quia in novo foedere summa matrimoniorum esset sanctimonia, & monogamie repugnaret, fidem uxori præstitam violare vago concubitu. Vide Tertullianum de Monogam. cap. 9. Lactantium lib. 6. Divin. Institut. cap. 23. D. Augustinum Sermone 51. pag. 294. tom. 5. oper. edit. Paris. & in lib. de bono conjug. cap. 4. tom. 6. pag. 321. Unde enata distinctio inter adulterium simplex, & adulterium duplex, quam refert Auctor: Hæc tamen distinctio, in foro, ut loquantur, poli, non fori procedit: coram caelesti tribunali adulter erit, qui sua non contentus in aliis rumpit latus; non tamen in tribunali sæculi pœnam adulterii patietur, nisi libidinem expleverit cum aliena matre familias. Consule Clarum lib. 5. sent. §. adulterium num. 2. Cacciaalupum in repet. L. si qua illustris num. 58. Cod. ad S. C. Orfic. Farinacium quest. 141. nu. 66. & seqq. Anton. Matthæum de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 1. num. 12.

Dividitur etiam adulterium in verum, & præsumtum, sed de divisione ista agemus in v. Divortium.

A Lege Julia de adulteriis non coerceretur, qui se junxisset ancillæ, sive propriæ, sive alienæ, sed potius infamia quadam facti laborabat, & extra ordinem pro modo admissi criminis coerceretur, L. ult. ff. de offic. Præsid. A Domino ancillæ actione de servo corrupto, aut Legis Aquiliæ si immatura corrupta sit, aut injuriarum si matura viro, conveniri poterat. L. inter liberat. 6. L. stuprum 34. ff. ad Leg. Jul. de adulter. L. etsi libidine 25. Cod. ad Leg. Jul. de adulter. d. L. ult. ff. de offic. Præsid. L. stuprum 25. ff. de injur. Cum libertina adulterium committitur, ut indicat Papinianus in L. 6. ff. ad Leg. Jul. de adulter. nec refert ingenio an libertino nupta sit, L. Adulter. 38. ff. ad Leg. Jul. de adulter.

Nec cum femina vili atque abjecta adulterium committitur ex Constantini constitutione L. quæ adulterium 29. Cod. ad L. Jul. de adulter. late, & doctè suo more Gothofredus, ad l. 9. Cod. Theod. tit. 6. Leg. 1.

Si pudicitiam prostituerit uxor alicujus, an incidant in Legem Juliam, tam ipsa, quam qui cum ea rem habuerunt? DD. fere unanimiter distinguendum censent, ut mulier quidem ob prostratam pudicitiam adulterii pœna puniatur, nec non is qui primus eam corrumpit: reliqui mœchi extra ordinem. Vide Clarum §. adulterium num. 27. in addit. Farinac. qu. 141. num. 85. & seqq. Distinguit vero Ant. Matthæus de crimin. l. 48. tit. 3. cap. 1. n. 6. inter eam quæ, marito deserto, passim & sine delectu, meretricio more se prostituit, & eam, quæ stupratoribus quidem corpus committit, non tamen maritum deserit, nec passim & sine ullo delectu id facit. In illam crimen adulterii cessare ait, in istam non. Possit & ex historia juris distingui, inter eam, cui profiteri quæstum licuit, & eam cui non licebat. Illa si professæ fuerit, infra legis curam est: non hæc. Prosteri autem quæstum vilioribus duntaxat & plebeis licuit, non etiam honestioribus: fiebatque professio olim apud Aediles Tacit. 11. Annal. ex quo sane liquet, non omnem quæ vulgo corpus præbet, extra legis pœnam esse, sed eas duntaxat, quæ id facere prohibita non erant.

Cum uxore injusta an adulterium committatur? Adi Ant. Matthæum de crimin. d. lib. 48. tit. 3. cap. 1. num. 7. Voet Comment. in Pand. lib. 48. tit. 5. num. 7. Quæ vero apud Romanos diceretur conjux injusta, consule tum ipsum Ant. Matthæum, tum Cujacium 6. observ. 16. & Brissonium in libr. singul. ad L. Jul. de adul. coercend.

Cum aliena Concubina adulterium non est, quod non nisi in matrem familias committitur, L. si uxor 13. L. si quis uxorem 6. ff. ad Leg. Jul. de adul. nam cum ea uxor non sit, lege Julia de adulteriis teneri nequit: imo neque stupri, committitur namque stuprum in virginem vel viduam honeste viventem: Concubina enim neque virgo est, neque vidua honeste vivens L. item legato 49. §. Parvi autem ff. de legat. Igitur utrumque crimen & adulterii, & stupri cessat necesse est L. 1. §. 1. ff. de concubin. L. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his quæ ut indign. aus.

An cum sponsa adulterium committatur? Frequentiori casu interpretes probaverunt committi, teste Farinacio quest. 141. n. 52. Confer Harprettum, ad Institut. lib. 4. tit. 18. §. item Lex Julia 4. num. 24. & seqq. Brunemannum Com. in Pand. lib. 48. tit. 5. ad Leg. 2. num. 7. Non deservunt quibus placuit, adulterium committi duntaxat cum sponsa de præsentibus, non de futuro. Clarus d. lib. 5. sent. §. adulterium num. 8. Gomez. ad Leg. So. Tuer. n. 47. quorum sententiam impense defendere conatus est Covarruvias par. 1. de sponsal. & matrim. c. 1. num. 6. cum

seqq. notatus a Franc. Sarmiento Select. interpr. lib. 1; cap. n. 1. & seqq. & ab Ant. Matthæo loc. cit. n. 9. In alia omnia discussit Jo. Voet Comment. in Pand. lib. 48. tit. 5. n. 9. qui voluit, cum aliena quoque sponsa non adulterium in specie, sed potius stuprum proprie dictum committi.

Si quis se junxerit cum ea, quam bona fide putabat solutam esse, cum vere nupta esset, stuprum non adulterii tenetur, arg. L. hæc verba 12. & L. penult. ff. ad L. Jul. de adul. Confer Farinac. quest. 141. num. 82. & seqq. E converso si adulterare volens, præter spem stupraverit, tamquam adulterum puniendum esse voluit Farinacius d. quest. 141. num. 101.; a qua sententia divortium facit Antonius Matthæus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. num. 5.

Si maritus ab hostibus captus sit, aut sive publice rei causa diu abfuerit, & interim cum alius uxor se commiscuit, non erit immunis a legum pœna L. 13. §. si quis plane ff. ad Leg. ul. de adul. Maxime de Jure Canonico, vetat enim jus Canonicum uxorem absentis alii nubere, quantumcumque tempore abfuerit, antequam certum de morte mariti nuncium acceperit, capitul. in presentia de sponsal. capitul. Dominus de secund. nupt.

Quid pronuncandum si quis duas simul uxores duxerit, stuprum, an adulterii speciem dicemus? Stuprum appellant Impm. Valerianus & Gallienus in L. eum qui duas 18. Cod. ad Leg. Jul. de adul. & ita post Accursium plerique interpretes scripserunt de adult. ind. Leg. 18. Clarus §. Fornicatio num. 31. Covarruv. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 3. num. 10. Non desunt tamen quibus contrarium placuit, inter quos familiam ducit Menochius de arbitr. jud. lib. 2. cent. 5. num. 105. & seqq. Is existimat committere bigamum adulterium, pœnam tamen arbitrio judicis infligendam esse, contra quam sententiam insurgit Ant. Matth. d. lib. 48. tit. 3. cap. 1. n. 13.

Sunt & alii, qui licet adulteri vere non sint, pœna tamen adulterii puniuntur, de quibus consule sæpe laudatum A. Matthæum loc. cit. num. 14. & seq. & Voetium Com. in Pand. lib. 48. tit. 5. passim.

A R T I C U L U S II.

Adulterium, quoad ejus pœnas.

Adulterium cum gravissimum sit peccatum caus. 32. qu. 4. cap. Nemo blandiatur, semper fuit punitum gravissimis pœnis. Jure divino puniebatur lapidatione. Levit. 20. nu. 10., Deuteronom. 22. num. 22., Daniel. 13. 42. & Joan. 8. numer. 5. Jure Civili Legis Juliae pœna erat ultimum supplicium. Quamvis 30. §. final. Cod. ad leg. Juliam de adulter. §. item lex Julia de adulter. Institut. de public. iud. Jure Canonico dabatur publice Clerico adultero pœnitentia decem annorum, & Laico septem annorum: cap. Presbyter dist. 83. cap. Devotam 27. quest. 1. Clericus adulter deponeretur, & Laicus excommunicabatur: cap. si quis Episcopus 27. quest. 1. Et approbata est pœna ab Imperatore Justiniano Novella 134. statuta, ut adulter, vel adultera detrudatur in Monasterium ad agendam perpetuo pœnitentiam, cap. intelleximus 6. de adulteriis, cap. Gaudemus de convers. conjug. cap. Consuluit de appellationibus. Et Jure Canonico adhuc aufertur adultero Jus exigendi debitum conjugale, & conceditur, quod innocens possit facere divortium quoad thorum, & habitationem: cap. ex litteris 5. de Divort. dummodo fiat auctoritate Judicis Ecclesiastici: capitul. Porro 3. de Divort. Et quoad hanc facultatem divortium faciendi maritus, & uxor sunt par conditionis, ut possit tam mulier innocens divertere a reo marito, quam maritus innocens a rea uxore: cap. si quis uxorem 32. q. 1. Et propter adulterium adhuc uxor privatur dote, & maritus adulter donatione propter nuptias, sive dotalitio: cap. Plerumque 4. de donatione inter virum, & uxorem. Vide verb. dos art. 1. n. 17.

Per Jus Canonicum correctum est Jus civile, l. Patri 20. ff. ad l. Jul. de adul. & ib. l. si adult. & l. Marito, ubi videbatur licere Patri, aut marito impune occidere adulterium deprehensum in fragranti cum filia, aut uxore adultera; & quamvis maritus, qui inventum Clericum cum uxore turpiter agentem occidit, mitius puniatur: cap. si vero 3. de sentent. excom. tamen ipsi nequaquam licet in foro conscientie propria auctoritate occidere adulterum, aut uxorem adulteram in fragranti deprehensam; cap. inter hæc 6. caus. 33. quest. 2. ubi Nicolaus primus scribens Albino Archiepiscopo expresse declarat, non licere uxorem adulteram interficere secundum

Leges Ecclesiasticas, quia Jure Pontificio non ita grave scelus ducitur adulterium pati, ac uxorem occidere, *cap. si quod verius 33. qu. 2.* quod est Divi Augustini de adulterinis conjugis lib. 2. *cap. 15.* ubi vocat rem nefariam, sic adulteram occidere. Et Leges Civiles permittentes talem officionem non dant aliquod Jus in conscientia sic occidendi, sed solum volunt, ut talis occidens non possit in foro externo puniri, ut indulgeant ejus vehementi, & justo dolori, sicut Ecclesia non liberat a peccato Maritum occidentem Clericum repertum in adulterio cum sua uxore, licet eum declarat non incurere excommunicationem, a qua excusat vehementia justis doloris eum impellentis; *cap. si vero 3. de sent. excomm.* Imo neque excusatur totaliter a delicto etiam Jure Civili occidens adulteram; sed pena adhuc afficitur aliqua, in l. si adulterium §. Imperator ff. ad leg. Juliam de adulter. & privari debet lucro, quod alioquin ex consuetudine, vel pacto habiturus esset dotis; l. si ab hostibus §. 1. ff. sol. matr. quam dotem lucratur, si eam accusat apud legitimum Judicem, & non propria auctoritate occidat; *cap. Plerumque 4. de donat. inter vir. & uxor. l. consensu 8. Cod. de repudiis, Novella 117. cap. 8. & 9.* Hinc merito ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665. fuit absolute damnata sequens propositio 19. in ordine: *Non peccat maritus occidendo propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.*

Novae additiones ex aliena manu.

DE variis apud varias gentes adulterii poenis, vide Jos. Laurentium tract. de adult. & meretr. tom. 8. Antiq. Graecar. Gronovii pag. 1403. & seqq., Hoffmannum de dissens. jur. in puniend. adulter. crim. Dempsterum Paral. ad Rosin. antiquit. lib. 8. cap. 24. Janum Langlaem Otia Semestr. lib. 8. cap. 7., Justum Lipsium Excurs. ad Tacit. Annal. lib. 4. litt. A. De poena adulterii apud Romanos ante Legem Juliam, omnium diligentissime egerunt Grottofr. Lengnich. in dissert. de origine atque progressu poenae adulterarum apud Romanos. & Jo. Gul. Hoffmannus in libro singulari ad Leg. Jul. de adul. toto cap. 1. Nullam vero certam statutam fuisse poenam deprehenditur, sed majorum more, impudicam mulierum coercionem, propinquas ac necessarias mandata, qui eas pro arbitrio statuerent, ut ostendit Suetonius in Tiber. cap. 35. Idem & Tacitus Annal. lib. 2. cap. 50. Hoc autem ex Romuli legibus fluxisse, indicat locus Dionysii Halicarnassensis lib. 2. antiq. Rom. pag. 95. Deinde Lege Julia per Augustum lata, propositam fuisse relegationem in pazanis, in militibus deportationem, non vero impositam fuisse poenam ultimi supplicii, ut sentit Auctor num. 3., pluribus post Brissonium in lib. singul. ad Leg. Jul. de adul. adstruit Anton. Matthaeus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. num. 1.; Idque post alios luculenter probant Ger. Noodt in Dioclet. cap. 15. seqq. & Hoffmannus in d. lib. singul. ad Leg. Jul. de adulter. pag. 84. & seqq. Confer etiam Scoldingium ad lib. 2. sent. Pauli tit. 27. Harprectum in lib. 4. Inst. tit. 18. §. item Lex Julia 4. num. 79., & seqq.

4 Non potest ergo capitalis dici poena, nisi eo sensu, quo interdum etiam capitales poenae dicuntur ex, quae non nisi infamiam irrogant. Postea ultimum supplicium adulterae non minus, quam adultero, impositum fuit, sed quo auctore incertum est. Harprectus, loc. cit. num. 82. post Antonium Delrio in repet. Leg. transigere 18. Cod. de transact. num. 113. a D. Pio, & a Divis Fratribus poenam capitale contra adulteros, impositam fuisse, autumat. Constantinum auctorem fuisse hujus poenae mortis, existimant P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 4., Ant. Faber lib. 2. Conject. cap. 20., Balduinus de Legib. Constant. pag. 192., Pithaeus in collat. Leg. Mosaic. & Roman. tit. 4. de adulter. Ante Constantini tempora capitale poenam constitutam fuisse probabile putat Voet. Comment. ad lib. 2. Pand. tit. 15. de transact. num. 18. Vide Røvardum lib. 4. Varior. cap. 6. in fin. Jacob. Gothofredum ad L. 4. Cod. Theod. quor. appellat. non recipit. Non contenti simplici ultimi supplicii irrogatione Constantinus, ac Constans Impp., adulteros culeo inihi iusserunt, Leg. 5. Cod. Theod. quor. appellat. non recip. Lib. 11. tit. 36. Cumque in d. Leg. 4. Cod. Theodof. constituisent, sacrilegos nuptiarum tanquam manifestos parricidas, insuere culeo vivos, vel exurere judicantem oportet; Tribonianus culei loco, poenam gladii tempore Justiniani probatam substituisse videtur, in L. 50. Cod. ad Leg. Jul. de adulter. Confer Vet. ad d. tit. de transact. n. 18.

7 Justinianus servata in masculis poena capitali, feminas adulteras verberatas in monasterium detrudi iussit, concessa licen-

tia maritis, ut etiam vidit Auctor, eas intra biennium recipendi. Novella 133. cap. 10., unde desumpta Authent. sed hodie Cod. ad Leg. Jul. de adulter. Cui consonat Jus Canonicum locis ab Auctore laudatis. Marito reculante eam denuo recipere, Monialis fieri cogebatur, sed citra vota. Vide Bohemerum Comment. in Decretal. lib. 5. tit. 16. §. 22.

Clericus adulter non solum deponitur, sed ulterius in Monasterium detraditur ex decreto Concilii Aurelianensis cap. 7. relat. in cap. si quis Clericus 81. dist. Covarruvias de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 28. Grilland. de divers. crimin. lib. 3. quest. 2.

Quibus poenis adficerentur adulteri medio aeo, vide apud V. Cl. Carolum Dufresne Du - Cange in Gloss. ad script. med. & infim. Latinit. verb. adulterium.

Hodie per totam Italiam, ac pene per universam Europam, ex consuetudine leviores poenae introductae sunt, nempe pecuniariae, aliaque leviores. Menochius. de arbit. jud. quest. lib. 2., Cent. 5. cas. 419. num. 74., & seqq., cum aliis apud Harprectum de publ. jud. §. item Lex Julia lib. 4. Instit. Sorge Jurispr. Forens. tom. 9. cap. 40. num. 19. de Franchis decis. 240. num. 9., et seqq. ubi de Luca in observ. num. 5, de Marin. divers. alleg. 100. num. 16.

Præter arbitrariam poenam sustinent etiam adulteri rei familiaris jacturam; nempe si uxor adulterium commiserit, retinet maritus dotem, donationem propter nuptias, & ex paraphernis tantum portionem quanta est tertia dotis Novell. 117. c. 8. Reliqua bona addicuntur Monasterio, nisi adsint descendentes, quibus bes, vel ascendentes, quibus triens defertur Novell. 134. cap. 10. Si commiserit adulterium maritus, repetit uxor dotem, lucratur donationem propter nuptias, & ex reliquis bonis tantum, quantum tertia pars donationis propter nuptias efficit: quod superest, Fisco vindicatur, nisi adsint descendentes, vel ascendentes, ad tertium ulque gradum, qui Fisco præferuntur d. Novell. 117. cap. 9., d. Novell. 134. cap. 10. & ult.

Post mortem etiam mulieris adulterae, si hæredes ejus dotem petant, potest vir se exceptione adulterii tueri. Vide Ant. Matthaeum lib. 48. de crimin. tit. 3. cap. 2. num. 8., Petr. Barbosa ad Leg. 2. p. 1. num. 132. ff. solut. matrim., Mean Obs. & re judic. obs. 660. num. 43.

Mulier, quæ hoc crimine se involvit, si habeat patrem, ratione ejus quod deliquit, parer non privabitur dote. Neque enim patitur æquitas, ut delictum filiae patri noceat. Confer Perezium ad lib. 9. Cod. tit. 9. ad Leg. Jul. de adulter. num. 37. Ant. Matthaeum de crimin. lib. 48. tit. 3., cap. 3. num. 10. Aliud dicendum de adventitia dote juxta Novell. 117. cap. 13. quæ uxoris est propria, creditur marito propter adulterium; nisi extraneus, a quo dotem accepit, illam sibi reddi fuerit stipulatus. Salicetus & alii ad L. 24. ff. de jure dot. Et hoc quidem nominatim cautum fuerat constitutione Justiniani L. ult. Cod. de repud. Sed cum deperdita esset, sententiam ejus ex lib. 28. Basilic. eruditi restituerunt.

Verum hæc omnia, quæ de amissione dotis recensuimus, obtinent, nisi adsint causæ, ob quas hujus criminis rei excusentur.

I. Est, quando utrinque peccatum est, recte enim mulier maritum agentem ad dotem, ex hac causa repellit, per adulterii objectionem ex ratione, quod paria delicta mutua compensatione tollantur, L. 39. ff. solut. matr., L. 10. ff. de compens. Late Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 9.

II. Causa est, si de consensu mariti, uxor hoc crimen admiserit, vel eo non prohibente, cum alio commercium habuerit, utique non cadet sua dote, L. 26. Cod. ad L. Jul. de adulter. l. 47. ff. solut. matrim.

III. Si mulier per violentiam fuerit oppressa, quia non potest de adulterio accusari, l. 20. Cod. ad Leg. Jul. de adulter.

IV. Causa, si maritus in adulterio deprehensam, vel adulterii damnatam non dimittat, sed in matrimonio retineat, & conjugale debitum exolvat. Videtur enim is injuriam condonasse, Perezius ad tit. Cod. ad Leg. Jul. de adulter. Adeo ut si postea uxor in idem crimen relabatur, prius illud amplius in judicium deduci nequeat, sed posteriori adulterii nomine tantum agendum sit. Covarruvias de matrim. pag. 2. cap. 7. §. 6. num. 11.

V. Si abolitio intervenerit, aut etiam sine abolitione maritus desisterit ab accusando, L. 16. Cod. ad Leg. Jul. de adulter.

VI. Si maritus ante motam adulterii questionem moriatur, late P. Barbosa p. 1. l. 2. ff. solut. matr. n. 119., Gomez ad l. 80. Tauri num. 86.

VII. Si in adulterio deprehensam maritus occiderit, neque enim tunc dotem lucrabitur, qui lucro indignum se reddit, propria auctoritate jus sibi dicens, L. 10. §. 1. ff. solut. matr.

VIII. Causa, si tempus accusationis præscriptum lapsum sit. Perezius ad d. tit. Cod. ad Leg. Jul. de adulter. num. 46.

Adulterii accusatio quinquennio perimitur a die admitti criminis durante matrimonio, L. 5. Cod. ad L. Jul. de adulter. L. 29. §. 7., & L. 31. ff. eodem. Solutio matrimonio, sex mensium spatium, ita computandum, ne excedat quinquennium continuum a die patratu criminis numerandum, L. mariti 29. §. sex mensium, & seqq. L. quinquennium 31. ff. ad Leg. Jul. de adulter. L. 5. & 28. Cod. eodem L. 1. §. accusationem ff. ad S. C. Turpillian. Sed advertendum tamen est, quod de adulterio perpetuo excipi potest, Mean post alios in obs. & re judic. obser. 328. num. 5, & obs. 660. num. 42.

Si mulier, commisso adulterio, defuncta sit, & hæredes ejus dotem repetant, maritus contradictionis modo objicere, adulterium potest, atque ita dotis lucrum sibi tueri. Confer Farinacium quest. 142. num. 59. & seqq., P. Barbosa ad L. 2. p. 1. num. 132. ff. solut. matr. Mean obs. et re jud. obs. 660. num. 43.

Varie apud Interpretes disputatur, an marito adulterae, ante institutam actionem defuncto, hæredes ejus adulteram dotem repetentem, exceptione criminis repellere possint? In hac questione distinguunt nonnulli penes Farinacium quest. 142. num. 113., Beust. part. 2. de matr. c. 21., Cojal. ad L. 15. ff. solut. matr., utrum maritus injuriam dissimulaverit, an ignoraverit, vel morte præventus exequi non potuerit. Si dissimulaverit, hæredes ejus uxorem repellere non possunt; si ignoraverit, vel exequi non potuerit, non prohibentur hæredes adulteram repellere. Franciscus Duarenus vero in leg. 15. ff. solut. matr. vult, nihil interesse, dissimulaverit ne, an ignoraverit maritus flagitium uxoris. Etenim ratio, cur leges dotem adulterae marito addicunt, hæc certe est, ut habeat hoc iolatum injuriæ maritus. At nihil injuriæ ad hæredes mariti attinet. Igitur nec dotis lucrum ad eos pertinere debet. In Duarenus etiam militat castra A. Matthaeus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 3. n. 9.

Propter oscula, non illa quidem officii, aut pudici affectus, sed libidinis, quæ suaviter a Donato appellantur, an mulier dotem amittat? Affirmant Carrerius de homicid. §. 6. num. 254., Cathelianus Cotta in memorabil. v. mulier propter; & hanc esse communem sententiam fatetur Casar Costa lib. 1. var. dubit. jur. cap. 39., & probant Lara in L. si quis a liberis §. si quis ex his n. 77. ff. de liber. agnosc. & A. Matthaeus ubi supra n. 12. Negant vero Aciatus 4. Parerg. 10., Corasius ad L. 2. ff. solut. matr. n. 15., Menochius lib. 2. de arbit. cas. 287. a n. 7. Ant. Constant. de dot. cap. 6. a n. 36. Covarruvias de sponsal. p. 2. c. 7., §. 6. n. 3., P. Tholosanus in syntag. Jur. lib. 2. cap. 23., P. Barbosa ad L. 2. p. 1. in princ. num. 70. & seqq. ff. solut. matrim. Perezius ad tit. Cod. ad Leg. Jul. de adulter. n. 39.

Exponenti quærelam criminalem de adulterio a principio, non competere amplius actionem civilem pro lucro dotis, voluerunt Alv. Velasquez tom. 2. consil. & rer. jud., consil. 169. n. 19. Sorge Jurisprud. Forens. tom. 9. cap. 40. n. 27. Contrarium tenet & verius Ant. Matthaeus dict. lib. 48. tit. 3. cap. 2. num. 3.

Quoad potestatem patris, vel mariti, occidendi adulterum & adulteram, confer DD. ad titulos Digest. & Cod. ad Leg. Jul. de adulter. A. Matthaeum de crimin. lib. 48. tit. 3. c. 3. n. 12., & seqq. & quod spectat ad accusationem adulterii, & effectus sententiæ, vide A. Matthaeum loc. cit. cap. 8.

ARTICULUS III.

Adulterium, quoad casus, in quibus propter ipsum nequit fieri divortium.

PRimo nequit fieri divortium propter commissum adulterium, si uterque conjugum illud commiserit; *cap. fin. de adult. & c. Tua Fratemitas 7. de adult. & suptr. lib. 5. tit. 16.* ubi Innocentius III. habet hæc præcia verba: *Tua Fratemitas requisivit, utrum aliquo denegante uxori suæ in adulterio deprehensæ debitum conjugale, si ipse postmodum cum alia perpetrasset adulterium, manifeste cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet. Super quo tibi respondemus, quod cum paria crimina compensatione mutua deleantur, vir hujusmodi fornicationis obtentu suæ uxoris nequit consortium declinare, &* Biblioth. Ferrar. Tom. 1.

idem *cap. intelleximus, eodem titulo*, suæ decisionis hanc adducit rationem: *Cum, inquit; Matrimonium Jus in utroque loco consistat, paria delicta mutua compensatione tollantur; & S. Augustinus in capite Nihil 32. q. 6. dicit, nihil iniquius esse, quam fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse vincitur fornicari, occurrit enim illud Apostoli ad Rom. c. 2. n. 1. in quo enim alterum judicas, te ipsum condemnas; eadem enim agit, quæ judicas.* Et expresse S. Th. in primo dist. 35. q. unica art. 1. ad secundum. *Quando uterque fornicatur, divortium celebrari non potest.*

Secundo nequit fieri divortium propter adulterium, si ipse Maritus prostituat uxorem, vel uxor cum consensu mariti adulterium committat, *cap. Discretionem, de eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ lib. 4. tit. 13.* ubi Innocent. III. scribens ad Præpositum Magdeburgensem jubet, quod vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non possit objicere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim invitam, & ut inquit lex, non potest improbare Maritus mores, quos ipse, aut ante corrupit, aut postea probavit, l. cum mulier 46. ff. soluto matrimonio. Et sic expresse tenet S. Thom. in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore, ubi excipiens casus, in quibus nequit fieri divortium propter adulterium, dicit, quod secundus casus exceptus est, *Si ipse uxorem prostituerit.*

Tertio nequit fieri divortium propter adulterium, si mulier nupit alteri, ex quo vere creditur maritum suum fuisse mortuum, *cap. Cum per bellicam cladem 1. caus. 34. q. 1.* ubi Leo Papa scribens Nicetæ Aquilejensi Episcopo Epist. 77. cap. 1. & seq. præcipit, ut mulieres, quæ aliis viris nupserant, ex quo putaverint, & crediderint maritos suos in bellica clade, mortuos fuisse, cogat ad ipsos redeuntes redire, & si aliqua ita posteriorum virorum amore sint captæ, ut malint his cohærere, quam in legitimum redire consortium, jubet eas excommunicationis vinculo innodari, donec redeant. Et sic expresse D. Thomas in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore, ubi inter casus exceptos a jure faciendi divortium propter adulterium, enumerat istum per hæc præcia verba: *Si uxor virum suum mortuum probabiliter credens propter longam ejus absentiam alteri nupserit.*

Quarto nequit fieri divortium propter adulterium, si uxor ex errore concubuit cum altero viro latenter in ejus lectum ingressa, putans esse inum verum maritum, colligitur ex *cap. In lectum mariti caus. 34. quest. 1. & 2. & ex cap. Si virgo in lectum causa pariter 34. quest. 1. & 2.* Adulterium enim, sine dolo non committitur, ff. de adult. l. penult. & qui cognoscit conjugatam ignoranter non committit adulterium; *arg. Extr. de sentent. excommunicat. Si vero aliquis.* Et expresse sic docet D. Thomas in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore, ubi dicit non posse dimitti uxorem fornicantem, *si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri lectum subintrante.*

Quinto nequit fieri divortium propter adulterium commissum a muliere vi oppressa, & omnino involuntarie, colligitur ex *cap. Tolerabilis caus. 32. q. 5.* ubi dicitur, quod *virgo prostitui potest, idest per vim, adulterari non potest, idest, ita ut sit rea adulterii, nisi consentiat; Ut enim, inquit S. Hieronymus, in c. De pudicitia 6. 35. q. 9. non potest fieri, ut nisi quis machetur prius in corde, machari possit in corpore; & per hoc S. Augustinus lib. 3. de Civit. Dei c. 19. in cap. Proposito caus. 32. q. 5. dicit, quod Lucretia a Tarquinio vi oppressa non commisit adulterium: *Mirabile dictum, ait S. Doctor, duo fuerunt, & adulterium unus admisit. Corpus enim mulieris, ut prolequitur S. Hier. loco mox citato non vis maculat, sed voluntas, & a violento stupratore eripi nec ipsa potest pudicitia.* Immo quamvis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis servetur illata, castitas duplicabitur ad coronam. Et ideo S. Thom. in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore inter casus in quibus nequit Maritus dimittere uxorem, enumerat istum expresse dicens: *Si fuerit vi oppressa.**

Sexto nequit fieri divortium propter adulterium, si post adulterium vir sibi reconciliavit uxorem, vel uxor virum ad invicem petendo, & reddendo debitum conjugale. Colligitur ex c. Si illic 29. caus. 23. q. 4. ubi Gelasius Papa scribit Geruntio, Joanni, Germano, & Petro Episcopis sic; *Si illic, ubi hæc acta sunt, presentibus utrisque constituit, & satisfecisse Stephanum, & supplicatione susceperat, eum, qui male tractatus est, ignorasse, semel in ablatione remissa punitio, recidivo dolore non debet iterari. Divina scilicet imitatione Clemens t. e.*

die, que dimissa peccata in ultionem redire non patitur. Et Auctor Gloſſæ in Decretalem Clementis III. c. Plerumque, de donat. inter virum, & mulierum, verb. Nec reconciliatus, expreſſe dicit, quod ſi reconciliata fuerit, poſtea illam fornicationem objicere non poterit, quia ei remiſit hoc, quod ipſi licet ſecundum Evangelicam veritatem, & hoc aperte habetur etiam ex l. crimen II. cod. de adul. & ſupr. leg. 9. tit. 9. ubi Alexander Imperator ait: Crimen adulterii Maritum recenta in Matrimonio uxore, inferre non poſſe, nemini dubium eſt. Ex quo enim conjux innocens poſt cognitum adulterium conjugis rei, adhuc reddit, & petit debitum, cenſetur ei condonaſſe, & ſe ipſoſſe ipſonte jure ſuo ad divortium, adeoque non poteſt amplius conjugem reum dimittere, niſi iterum aliud adulterium committat, quia dicit S. Antoninus 3. part. tit. 2. c. 21. §. 5. Tunc enim cum videtur ſibi reconciliaſſe, unde non poteſt innocens amplius denegare debitum adultero, niſi recideret. Et ſic jam docuerat Sanctus Thomas loc. citat. in 4. diſt. 35. queſt. unic. art. 1. in corpore; ubi loquens de caſibus, in quibus maritus innocens nequit dimittere uxorem adulteram, hunc inter alios adducit, nempe, ſi reconciliaverit eam ſibi poſt adulterium perpetratum carnaliter eam cognoviſſe.

An autem in caſu, quo maritus male, & injuſte tractat uxorem, negando ei alimenta, & debitum conjugale, eamque e Domo expellendo, & tunc ipſa adulterium committat, poſſit ipſe maritus divortium facere? Affirmative reſpondent contra varios alios negative ſuſtinentes, Sanchez, Dicatill. & Burghaber apud la Croix lib. 6. part. 3. n. 433. Roſignol. de effectibus Matrimonii contract. 15. de Matrim. VI. prænot. 11. ſect. 9. n. 5. Reiffentuel lib. 4. Decretal. tit. 19. n. 70. Piring. ibid. n. 12. Coning. diſput. 35. de divortio n. 8. & alii plures per clarum textum in c. ſignificati 4. de Divortio, ubi maritus non tenetur uxorem recipere, quamvis ipſa allegaverit, & exceperit, quod ille cauſa fuerit, ipſam injuſte expellendo, ubi Gloſſa verb. Materiam rationem dat, quia uxor nulla ratione induci debet ad Adulterium, arg. c. Ita ne 3. cauſ. 32. q. 5. & c. Sacris 5. de His, que vi, metuſve. Et in c. Ex Litteris 5. de divortio. Non auditur uxor allegans ſe adulteraſſe, eo quia Maritus ei neceſſaria alimenta denegavit, quia ut ait Gloſſa ibid. verb. Compulſa, non eſt ignoſcendum ei, qua prætextu, ſeu obtentu pauperatis turpiſſimam vitam egit, ut expreſſe dicitur in leg. Palam 43. §. 5. ff. de ritu nuptiarum. Deberet enim uxor potius omnia mala ſuſtinere, quam adulterium committere, arg. cit. c. Ita ne 3. cauſ. 32. q. 5. ibi: Potius qualibet mala tolerare decernat, quam malo conſentire, & citat. capit. Sacris 5. de his que vi, metuſve, ibi: Cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere; Tum quia Maritus per hoc, quod ſupradictam cauſam adeo remotam adulterii dederit, non cenſetur in illud conſenſiſſe, vel intendiſſe. Secus autem eſſet dicendum, ſi maritus injuſte expulſiſſet uxorem, Domo, vel debitum conjugale, aut neceſſaria alimenta denegaſſet ea intentione, ut ob neceſſitatem adulterium perpetraret: Tunc enim perinde eſſet, ac ſi in adulterium conſentiret; per text. in c. ſi tu 24. cauſ. 27. q. 2. ubi expreſſe dicitur: Si tu abſtines ſine uxoris voluntate, tribuis fornicandi licentiam, & peccatum illius tue imputabitur abſtinentiæ. Et S. Thom. in prima ad Corint. 7. lect. 2. ubi enumerans caſus, in quibus Maritus non poteſt ob cauſam fornicationis uxorem dimittere, dicit: Tertius eſt, quando ipſe ei occaſionem fornicandi dedit, ut quia non vult reddere debitum, maxime ſi ob id prudenter prævidere potuerit adulterium uxoris. Sic recte conciliant utramque ſententiam, ac interpretantur Jura ſupra adducta La Croix loc. cit. num. 433. Ferdinandus Krimer, & Raphael Averſa apud ipſum. Item Roſignol. loc. cit. cum Cajetano, & Sanchez ibi allegatis, Piring loc. cit. num. 12. Sanch. de Matrim. lib. 10. diſp. 5. n. 6 & alii paſſim, tum ex aliis. Vide verb. Divortium num. 60.

Novæ Additiones ex aliena manu.

DE cauſis, ob quas fieri poteſt, vel non, divortium, ſuſiori calamo agemus, Deo dante, cum de divortio verba faciemus, ubi etiam de præſumptionibus, & indiſciis adulterii &c.

ARTICULUS IV.

Adulterium quoad varia reſpectu Adulteri, & Adulteræ.

Adulter accusatus de adulterio, lite pendente, non eſt privandus poſſeſſione; L. lite pendente &c. c. laudabilem. Adulter, ſi lite non conteſtata, eſt contumax, poteſt excommunicari; ut lite non conteſtata non procedatur cap. 1. Adulter tenens concubinam, puſſa uxore, vel ea retenta, ſi monitus eam non pellat, ſed adhuc cum ea adultere vivat, debet excommunicari. Concil. Ravennat. 1. ſub Clement. V. cap. 29. Adulter, qui ut ſuam libidinem libere, & ſine obice expleat, procurat carcerari maritum alicujus, vel conſanguineos mulieris, eſt ultimo ſupplicio puniendus, Sixtus V. conſtit. 46. incip. Ad compeſcendum. Adulterans cum Judæa, vel Gentili excommunicatur. Concil. Illiberit. cap. 78. Adulter emendatus poteſt negare debitum, & dimittere uxorem, quæ perſeverat in adulterio, & non vult ſe emendare; colligitur ex cap. Dixit Dominus; & ex cap. Si quis cauſ. 32. q. 1. Sic tenet S. Bonaventura in 4. diſt. 35. reſponſ. ad dubium 12. S. Antoninus 3. part. ſumme tit. 1. c. 2. §. 6. cum communi. Imo adulter emendatus, & a fortiori maritus nunquam adulter, tenetur in conſcientia dimittere uxorem, ſi nolit ſe ab adulterio emendare, & in illo cum ſcandalo perſeveret. Habetur cap. ſi vir 3. de adulteriis, & ſupro, his verbis: Si vir ſciens uxorem ſuam deliquiſſe, que non egerit poenitentiam, ſed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps. Sic habetur etiam cap. Sicuti cauſ. 32. queſt. 1. his verbis: Sicut crudelis eſt, & iniquus, qui caſtam dimittit, ſic fatuus, & injuſtus eſt, qui retinet meretricem, nam turpitudinis patronus eſt, qui crimen celat uxoris; & expreſſe etiam cap. Dixit Dominus cauſ. 32. queſt. 1. ubi adducitur hæc verba præciſa S. Hieronymi: Cum illa unam carnem diviſerit, & ſe fornicatione ſeparaverit a marito, non debet teneri, ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente Scriptura Proverb. 13. n. 13. qui adulteram tenet, ſtultus. & impius eſt. Sic tenent Divus Auguſtinus lib. 2. Retract. cap. 19. S. Thomas in 4. diſt. 35. queſt. unic. art. 2. S. Bonaventura in 4. diſt. 39. art. in cap. & alii paſſim.

Adultera, nec etiam mortuo marito, poteſt Matrimonium contrahere cum ſuo adultero; c. Nullus ducat 1. c. illud vero 3. cap. Relatum eſt 4. cauſ. 31. q. 1. Adultera poſt poenitentiam poteſt contrahere Matrimonium cum ſuo adultero, dummodo non fuerit cauſa mortis ſui viri: cap. Si quis vivente cauſ. 31. q. 1. Adultera poſt poenitentiam a viro recipienda eſt; cap. Quod autem 7. cauſ. 32. q. 3. ubi expreſſe dicitur: Nunc autem, poſtquam Chriſtus ait adultera, nec ego te condemnabo, vade, deinceps noli peccare, quis non intelligat debere maritum ignoſcere, quod videt ignoviſſe Dominum amorum? Nec jam ſe debere adulteram dicere, cujus poenitentis crimen Divina credit miſericordia deletum; Adultera ſeparata a viro propter adulterium perdit dotem, & dotalitium; cap. Plerumque 4. de donationibus, que ſunt. Adultera ſeparata, ſi impudice vivit, eſt punienda poena mortis. Sixtus V. conſtit. 46. incip. Ad compeſcendum. Adultera occidens ſæctum animatum, ſeu natum infantem excommunicatur, & punitur ut homicida. Sixtus V. conſtit. incip. Effrenatam; Gregor. XIV. conſtituit. incip. Sedes Apoſtolica.

Si conjuges ſint ambo adulteri, ſed unus publice, & alter occulte, conjux adulter occulte, licet poſſet in foro exteriori facere divortium, & dimittere conjugem adulterum publice, & juridice ſic probatum; tamen in foro conſcientiæ tenetur omnino debitum ei reddere, & in gratiam & unionem conjugalem retinere, colligitur aperte ex cap. Nihil iniquius cauſ. 32. queſt. 6. ubi adducuntur hæc præciſa verba S. Auguſtini: Nihil iniquius, quam fornicationis cauſa dimittere uxorem, ſi & ipſe convincitur fornicari, occurrit enim illud Apoſtoli ad Rom. 2. 1. in quo enim alterum judicas, te ipſum condemnas, eadem enim agis, que judicas. Quapropter quiſquis fornicationis cauſa vult abicere uxorem, prior debet eſſe a fornicatione purgatus. Et ſic defendit S. Bonaventura in 4. diſt. 35. in expoſit. litt. dub. 2. his verbis: Quæritur utrum vir, qui fornicatur in occulto, poſſit dimittere uxorem, quæ fornicatur in aperto? Reſpondeo dicendum quod talis fornicans non debet eam dimittere, nec poteſt ſine peccato in conſpectu Dei, licet poſſit in conſpectu Eccleſiæ, pro eo quod, uxori non deſuit jus excipiendi, quamvis deſit probatio. Et ſic expreſſe docet S. Thomas in 4. diſt. 35.

ARTICULUS V.

Adulterium quoad obligationem Genitorum ratione prolis adulterinæ.

Genitores adulteri tenentur præſtare alimenta proli adulterinæ, ſi ipſa non habeat unde aliunde ſuſtinetur: habetur expreſſe cap. Cum haberet de eo, qui duxit in Matrimonium &c. præciſis his verbis: Sollicitudinis tue intererit, ut verque parentum liberis ſuis, ſecundum quod eis ſupplicium facultates, neceſſaria ſubminiſtret. Eſt communis Doctorum ſententia. Quamvis enim Jure civili fuerit vetitum, ne proles ex damnato concubitu, a patre aleretur, ut patet Authent. Ex complexu Cod. de incoſt. nupt. ubi habentur hæc præciſa verba: Ex complexu nefario, ſeu inceſtu, ſeu damnato, liberi, nec naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni beneficio, ut non alantur a patre, & in §. ſin. in Authent. Quibus mod. nat. eff. ſui, ubi habentur iſta: Omnis, qui ex congressibus, aut nefariis, aut inceſtis, aut damnatis proceſſerit, iſte neque naturalis nominatur, neque alendus eſt a parentibus. Hoc tamen Jus Civile ſic prohibens, ut minus conſentaneum naturali pietati, eſt ſublato per Jus Canonicum cit. cap. cum haberet, de eo qui duxit in Matrimonium, quam polluerat in adulterio, ſin fine, Cui Juri Canonico nunc ſtandum eſt in omni foro, & ita nunc de facto ſervatur etiam in foro ſæculari, ut teſtatur Covarruvias in Epitome 4. decret. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 8. 9. 10. & 12. Paleottus apud Theſaurum deciſ. 212. num. 2. & alii paſſim. Et ratio eſt, quia Parentes Jure naturali tenentur alere prolem ſi poſſint; cum hac tamen diſtinctione, quod Mater tenetur alere prolem primo triennio, vel ſuis ſumptibus curare alii, ſi poſſit; & poſt hoc triennium tenetur eam alere Pater, donec proles ſua induſtria ſe poſſit juvare; ut habetur expreſſe l. Ne filium 9. Cod. de patria poteſt. & cap. Ex litteris, de converſione infidelium, ubi decernitur filios poſt triennium alendos eſſe a Patre, & ſic tenent Doctores communiter.

Adulter ſciens prolem eſſe ſuam, & nullam habens juſtam rationem dubitandi, tenetur, ſi adultera ſit impotens ad reſtitutionem, reſtituere impenſa in alenda prole adulterina, & filia dotata, & compenſare damna, que filii legitimi in diſviſione hæreditatis patiuntur. Sic colligitur ex cap. ſi culpa final. de injuriis, & damno dat. ubi Gregorius IX. ſic præciſe dicit: Si culpa tua datum eſt damnum, vel injuria irrogata, ſeu aliis irrogantibus opem forte tulisti. . . Jure ſuper his ſatisfacere te oportet; nec ignorantia te excuſat, ſi ſciſe debuisti ex facto tuo injuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel jaſtiam; unde cum ex adulterio ſoleat contingere generatio prolis cum damno mariti, & ejus legitimorum filiorum, ſequitur teneri adulterum ad compenſationem talium damnorum, ſi non fuerint compenſata a matre adultera, cum per ſuum adulterium cauſam dederit talibus damnis. Et ſic in terminis habet S. Antoninus 2. part. ſumm. Theolog. tit. 2. cap. 7. §. 7. præciſis his verbis: De adultero autem, cujus eſt filius, dicendum videtur: quod ſi ſcit, vel credit veriſimiliter illum eſſe ſuum, ubi mater ipſa ſatisfacere non valet, videtur, quod tenetur de expenſis educationis patri præſtari, quia cauſam efficacem dedit tali damno. . . de hæreditate, vel dote, ſi dotetur a putativo, teneri videtur ad arbitrium boni viri, attenda ſua facultate.

Si adulter dubitet, an proles adulterina ſit a ſe genita, vel ab aliis, qui eadem die V. G. adulteram cognoverunt, ipſe, & ſinguli alii ſecundum proportionem dubii, tenentur ad partialem reſtitutionem alimentorum, & partis hæreditariæ legitimis ſubtractæ. E ratio eſt, quia qui occaſionem damni dat, damnum deſiſſe videtur, textu expreſſo in cap. Si culpa 9. de injuriis, & damno dato, l. Qui occidit 30. §. 3. ff. Ad leg. Aquil. ſed ſinguli adulteri occaſionem horum damnorum dederunt, habendo ſimul copulam per ſe cauſativam talium damnorum, & ſinguli communi opera ſunt cauſa talis incertitudinis, quæ injuſte impedit, ne ab uno determinato poſſit exigi debita reſtitutio, & compenſatio, ergo ſinguli tenentur pro rata dubii ad ratam reſtitutionis. Confirmatur, quia ſicuti ſi duo ſagittas projiciant in equum Petri, quorum una ipſum interficit, licet neſciatur cujus ſagitta interfectus ſit, tenentur ſinguli compenſare illud damnum proportionem dubii, & ab illis vere damnum proveniſſe; Sic a pari cum in noſtro caſu ſinguli ſuo adulterio generationis cauſam dederint, & conſtet ex illis vere prolem genitam fuiſſe, licet neſciatur a quo determinate, debent ſinguli pro proportionem dubii damna illa com-

diſt. 35. queſt. unic. art. 6. ad 5. Si adulterium viri ſit occultum, per hoc non auferitur jus excipiendi contra accuſationem viri uxori adultera, quamvis deſit ſibi probatio, & ideo peccat vir divortium petens, & ſi poſt ſententiam de divortio uxor petat debitum, vel reconciliationem, vir tenetur ad utrumque.

Supplementa Auctoris, e II. Editione.

Adulterium præcedens, ſecluſa machinatione & fide futuri matrimonii, non eſt impedimentum dirimens matrimonium. Bened. XIV. tom. 1. Conſtit. 113. incip. Redditæ §. 22.

Novæ additiones ex aliena manu.

Quod ſcribit Auctor n. 8. Adulteram nec etiam mortuo marito, poſſe Matrimonium contrahere cum adultero, accuratori indiget diſcuſſione.

De Jure Civili abſolute nuptiæ prohibitiæ ſunt adulterum inter, & adulteram, L. 13. ff. de his, que ut indign., L. 11. §. 11. ad leg. Juliam de adult. L. 27. Cod. eodem, Novell. 134. cap. 12. Antiquo jure Canonico idem obtinuiſſe conſtat ex Concilio Triburienſi, relar. in cap. 4. cauſ. 31. queſt. 1. ex cap. 1. & 3. d. cauſ. 31. queſt. 1. Gratianus vero in nota ſubjecta, hunc textum ad caſus duos, poſtea receptos reſtrinxit, contra mentem Concilii, ut animadvertunt Eruditi, Cujacius ad cap. 1. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. Van-Eſpen in Jur. Eccl. Univ. part. 2. tit. 13. cap. 7. num. 5. Bohemerus in decretal. lib. 4. tit. 7. §. 1. Diſciplina hæc ſtetit uſque ad Sæculum XIII., & XIV. Eſpenius loc. cit. n. 6. & ſeqq.

Verum poſtea reſtringi cœpit hæc prohibitio ad duos poſiſſimum caſus. I. Si ſibi fidem dederint, de contrahendo matrimonio, vel ſi de facto Matrimonium initum ſit, licet ſciatur alterum conjugum adhuc vivere; ſive id contigerit ante, ſive poſt commiſſum adulterium, uti ſtatuitur in cap. ſin. decretal. eodem. II. Si adulter maritus aliquid machinatus fuerit in mortem Conjugis ſux, vel mariti adulteræ, ut cum ea contrahere poſſet; vel adultera in mortem ſui mariti, vel uxoris adulteri, cap. 3. decretal. eodem.

Quoad primam ſpeciem obſervandum, non deſiderari, ut hæc promiſſio fiat cum juramento, imo nuda ſufficit, ſive vera, ſive ficta, Gonzalez ad lib. 4. Decretal. tit. 7. cap. 3. n. 4. Nec requiritur, ut ſit reciproca, ſed ſufficit ut unus promittat & alter tacendo acceptet, Pontius de matrim. lib. 7. cap. 45. Requiritur vero, quod adulterium ſit vere patratum, nec ſola promiſſio de ducenda alia, uxore mortua, ſat eſt, nec Matrimonium impedit, cap. ſi quis ult. Decretal. eodem, nec ſi ante copulam receſſerit a promiſſione futuri matrimonii, Frulench. de matrim. diſp. 11. dub. 6.

Quod alteram ſpeciem concernit, I. Requiritur machinatio, & conſpiratio in mortem alterius, licet mors non ſit ſecuta, Gonzalez ad diſt. lib. 4. Decretal. tit. 7. cap. 8. numer. 4.

II. In eum finem fieri debet machinatio, ut Matrimonium contrahi poſſit inter adulterum, & adulteram, Bohemerus ad l. 4. Decretal. tit. 7. §. 4. III. Quod homicidium revera ſequatur, nec ſufficit ejus ratiſhabito, Leander. de matrim. queſt. 6. IV.

Idem obrinet, etiam ſi ſine adulterio in necem conjugis conſpirant; neque intereſt proprio facto, an alieno ferro evenerit homicidium, dummodo ambo in conjugis necem machinati ſint, cum intentione contrahendi Matrimonium, cap. 1. & 6. Decretal. eodem cap. 1. de converſ. infidel.

Sed ſi conjux non polluit, nec machinata eſt in necem viri, ſed tantum fidem dedit de contrahendo cum ipſo, mortuo marito, tunc locum obrinet quod ſcribit Auctor, ut peracta poenitentia, poſſint Matrimonium ſimul contrahere, cap. 6. & 8. Decretal. eodem. Gonzalez loco cit.

Pariter quod ſcribit Auctor n. 10. Adulteram poſt poenitentiam a viro eſſe recipendam, intellige ſi liber marito. Conſiſte Bohemer. in Decretal. l. 5. tit. 16. §. 22. Neceſſitatem enim haud important verba illa D. Auguſtini lib. 2. cap. 6. ad Pollent., relata in c. 7. cauſ. 32. queſt. 1., quibus innititur Auctor. Jure enim antiquo Romano, ſine metu lenocinii, id marito non licuit, ut clare indicat Lex 9. Cod. ad L. Juliam de adult., quod pariter L. 2. §. 2. ff. eodem cautum eſt. Aliter SS. Patres docuerunt, quia Matrimonium ejecta adultera durare etiam.

D. N. Jeſus Chriſtus voluit, quare marito integrum eſſe ſcripſerunt uxorem denuo recipere, confer Bohemerum loco laudato.

Idem obrinet, etiam ſi ſine adulterio in necem conjugis conſpirant; neque intereſt proprio facto, an alieno ferro evenerit homicidium, dummodo ambo in conjugis necem machinati ſint, cum intentione contrahendi Matrimonium, cap. 1. & 6. Decretal. eodem cap. 1. de converſ. infidel.

Sed ſi conjux non polluit, nec machinata eſt in necem viri, ſed tantum fidem dedit de contrahendo cum ipſo, mortuo marito, tunc locum obrinet quod ſcribit Auctor, ut peracta poenitentia, poſſint Matrimonium ſimul contrahere, cap. 6. & 8. Decretal. eodem. Gonzalez loco cit.

Pariter quod ſcribit Auctor n. 10. Adulteram poſt poenitentiam a viro eſſe recipendam, intellige ſi liber marito. Conſiſte Bohemer. in Decretal. l. 5. tit. 16. §. 22. Neceſſitatem enim haud important verba illa D. Auguſtini lib. 2. cap. 6. ad Pollent., relata in c. 7. cauſ. 32. queſt. 1., quibus innititur Auctor. Jure enim antiquo Romano, ſine metu lenocinii, id marito non licuit, ut clare indicat Lex 9. Cod. ad L. Juliam de adult., quod pariter L. 2. §. 2. ff. eodem cautum eſt. Aliter SS. Patres docuerunt, quia Matrimonium ejecta adultera durare etiam.

D. N. Jeſus Chriſtus voluit, quare marito integrum eſſe ſcripſerunt uxorem denuo recipere, confer Bohemerum loco laudato.

tes de hoc moniti, attenta eximia Advocati peritia, sint contenti. Et graviter peccat, & ad restitutionem tenetur, si cum præjudicio Clientum causarum expeditiones notabiliter ipsi invitis differat, vel falsis cavillationibus innixus querat superfluas, & non necessarias dilaciones in gravamen partis, *Leg. Quisquis vult Cod. de Advocat. & leg. Properandum §. illo procul. dubio Cod. de Judic.* Imo in causa Matrimoniali Advocatus procurans ut causa malitiosè differatur, vel ut matrimonium non fortiatur effectum, excommunicatur. *Concil. Oxon. cap. 4.*

17 Advocato non licet pacifici cum suo Cliente de quota litis, idest de dimidia, tertia, vel quarta parte ejus sibi attribuenda, si causam reportaverit, aut vicerit, quia propter malas artes, quibus uti possit Advocatus ad reportandam causam spe aliquotæ conventæ illectus, sic pacifici gravissime prohibetur, *leg. Sumptus 53. ff. de pactis, leg. Si qui Advocator. Cod. de postulando, & Canon. Infames §. arceantur 3. quest. 7.*

18 Nec ipsi Advocato licet pacifici cum Cliente de pretio post inchoatam litem, sed vel ante ceptam, vel post finitam; quia postquam suas scripturas, & fundamenta ipsi aperuit, cogetur quolibet pretio stare ne prodatur, *cap. Infames 3. q. 7.* Nec ipsi Advocato licet cum Cliente aliquem contractum inire, *leg. Quisquis vult Cod. de Advocat. & cap. Infames 3. §. Præterea 3. quest. 7.* quia Clientis durante lite contrahens cum Advocato contractum V. G. emptionis, vel venditionis, facile cogetur contrahere cum suo præjudicio propter timorem litis perdendæ, sicuti ægrotus cogetur cum suo damno contrahere cum Medico propter timorem perdendæ vitæ, si in casu repulsæ a Medico sibi irato relinqueretur; *arg. leg. Medicus ff. de variis, & extraord. cognit.* Nec ipsi Advocato licet alienas lites redimere, & causas litigiosas emere: *leg. si qui 5. Cod. hoc tit. & cap. ult. de alienat. judic. mutandi causa:* quia sic litigiosus Advocatus lucri cupidus facile suscitaret intricatas aliorum causas, forte a principalibus nunquam intendandas, unde pax inter homines, & tranquillitas Reipublicæ status continue perturbaretur, cum non parvis modo horum, & modo illorum vexationibus. Nec ipsi Advocato licet conviciis, & probris Advocatum partis adversæ onerare, *leg. Quisquis vult Cod. hoc tit. & §. arceantur,* ubi dicitur, quod tales conviciosi Advocati apud prudentes, & graves viros suam opinionem imminuant, & causam Clientis non parum vulnere, & infirment. Et pro talibus conviciis, & excessibus possunt puniri a Judice, & maxime si etiam in ipsum injurias effunderint, *arg. l. de penis in 6. & leg. Nullum 14. Cod. de test.*

23 Nec ipsi Advocato licet pro arbitrio pretium exorbitans a Cliente exigere, sed solum moderatum, prout a lege est taxatum, vel si non est taxatum a lege, juxta praxim fori, & regionis attenta magnitudine, vel parvitate causæ, & laboris: *leg. Quisquis vult, Cod. hoc tit. & can. Infames §. apud urbem 3. quest. 7.*

24 Advocatus tenetur egenis in extrema, vel gravi necessitate gratis patrocinari, alias si requisitus recuset, graviter peccat ratione legis debitæ charitatis; *Est communis doctorum.* Imo ad hoc potest a Judice compelli sub pena pecuniaria, & etiam privationis officii per text. in l. Providentiam 7. Cod. hoc tit. & in Statu Ecclesiastico est hoc expresse præceptum a Paulo V.

26 Constit. 71. incipient. *Universi.* Et hoc intellige, ubi non reperitur deputatus, & stipendiatus proprius Advocatus pauperum, quia ubi adest iste, non tenentur alii; cum ipse teneatur ex Justitia, & Officio ratione stipendii, & privilegiorum, & maxime privilegii fori, quo gaudet etiam si sit Laicus, ut declaravit Sacra Congregatio Immunitatis in *Beneventan.*

27 20. Julii 1655. Non tenetur tamen Advocatus pauperum patrocinium præstare gratis Viduis, & Pupillis, si sint divites, quia censetur deputatus, & stipendiatus solum pro pauperibus, ut tenet Pirhing, in *jus Canon. tom. 1. lib. 1. tit. 37. §. 1. assert. 3.*

28 Sperell. *decis. 256. num. 31.* & alii passim. Nec ipse, sicuti nec alii, tenetur esse Laureatus; Advocati enim officium requirit solum doctrinam, non Doctoratum, Rota Rom. *part. 18. tom. 1. decis. 357. num. 10 & 11.* Advocatus, antequam causam patrocinandam suscipiat, tenetur examinare ejus æquitatem, & probabilitatem, & sincere, prout eam cognoscit, indicare suo Clienti; aliter si falsa promissione, vel inani spe victoriæ ad expensas inducat, nec ei aperiat periculum litis perdendæ, quo cognito Clientis litigaturus non fuisset, tenetur ad restitutionem, ut communiter tenent Doctores. In causis autem probabilibus, & dubiis quoad utramque partem, potest

suscipere patrocinandam, quam maluerit, etiam minus probabilis, dummodo moneat Clientem de minore probabilitate, quia utraque pars habet Jus producendi sua fundamenta in judicio, & sic Advocatus jus utramque patrocinandi, non enim semper est verius, quod videtur probabilius, & fortasse aliud poterit esse judicium Judicis, cum sæpe causa, quæ uni minus probabilis, alteri probabilior appareat. Sic tenent communiter Doctores (a).

Novæ additiones ex aliena manu.

Quid licitum, veritumve sit Advocatis vel ratione sui officii, & suæ personæ, vel Clientis, vel adversarii, vel causæ: consule Strykius, *Dissertat. jurid. tom. 2. disp. 13. per tot.*

Ut homines eo magis incitarentur ad munus Advocatiæ capessendum, multa commoda & privilegia sunt concessa Advocatis. Ea Strykius *dissert. jurid. tom. 1. disp. 15. per tot., & Schmicer in jurispr. Canonic. Civil. lib. 2. tract. 1. cap. 2. sect. 3. §. 6.* ad duo genera revocant, nempe ad personalia, & realia. Privilegia personalia, quæ scilicet magis personam, quam patrimonium spectant sunt I. Nobilitas *argum. L. providendum 7. C. de postul., L. cum advocatio 8. C. de advoc. divers. judic. L. ult. Cod. de Decurion.* II. Participatio privilegiorum militarium *arg. l. advocati 14. Cod. eodem,* illis exceptis, quæ ob ignorantiam militibus concessa sunt. III. Immunitas a tortura, argumento a militibus deducto ex *L. miles 8. Cod. de quest. IV. Immunitas a carcere, in cujus locum Advocato delinquenti honestum cubile assignandum arg. d. L. miles 8. V. Exemptio a penis, quæ magis ignominiosæ sunt, uti suspensio, fustigatio &c. *arg. L. aut facta 16. §. 3. L. capitulum 28. §. 2. & ult. ff. de penis.* VI. Quod inconsulto Principe tormentis subijci nequeunt. *Mathefil. in pract. §. expedita n. 37. Bonius de privileg. juris consultor. privil. 39. num. 6. Saur. in tract. de torturati questione.* VII. Quod Advocatus fabrum malleantem vicinum, vel alium officinem strepitem artem exercentem expellere possit: ne malleorum strepitu sua perturbentur studia, *Ripa in l. 1. ff. solut. mar. num. 132. Menoc. Arbitr. judic. quest. cas. 237. n. 3. & seqq. Marc. decis. par. 1. q. 644. Richter. de privil. Aud. disp. 3. ad Austen. Habita tom. 2. Alia etiam privilegia personalia Advocatorum recenset Strykius d. disp. 13. cap. 2.**

Privilegia realia, quæ non tam personam, quam patrimonium respiciunt, sunt I. Immunitas ab oneribus, & muneribus, realibus, & personalibus *arg. L. Medicos 6. C. de Profess. Med. juncta L. Grammaticos 2. cod. eodem.* II. Exemptio a recipiendis hospitibus, & militibus, *L. Sancimus 6. cod. de Advoc. div. judicior. L. petitiones 5. §. 2. cod. de advoc. div. judic. Labor. de metat. p. 3. §. 2. c. 2. art. 2. §. 4. Klock de contribution. cap. 17.* III. Prælatio filiorum, quoad officium advocati supra extraneos, *dicitur L. petitiones 5. §. 5. Brunne-manus Com. Cod. ad L. jubemus 4. §. 5. de advoc. divers. judic. IV. Beneficium competentæ, ratione cujus ultraquam possunt creditoribus satisfacere non tenentur, arg. L. miles 6. in princ., & L. item miles 18. ff. de re judic. Dissentiunt hac in re Donellus lib. 27. cap. 9., Enekel Baro L. 2. de privil. milit. c. 19. Harprecht. §. 38. Instit. de action. num. 12. & 13. Sed contrariam sententiam benigniorem esse statuit Hiliger. in Donel. *Enucl. d. lib. 27. cap. 9. litt. N.* & hujusmodi privilegium etiam ad studiosos transfert *Rebuffus de privileg. Scholar. n. 112.* V. Jus petendi salarium, seu honorarium, seu stipendium impenis laboris, *cap. non licet 71. C. 11. q. 3. quod antea per Legem Ginciam non licebat, quæ de re adi, si vacat, eruditam dissertationem Brummeri ad Legem Ginciam.**

Circa salarium multæ prærogativæ Advocatis competunt. Prima est, quod salarium possint exigere, etsi nihil de eo conventum sit, in ea quantitate, quam pro modo litis, Advocati facundia, & fori consuetudine præstari æquum est, *L. præ-Jes. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cogn.* Secunda, quod adnumeretur peculio quasi castrensi, *L. fori 5. L. cum Advocatio 8. cod. de adv. div. judicior.* Tertia, quod integrum debeatur Advocato, si per eum non steterit, quominus operam suam Clienti usque ad finem litis exhibuerit; ut si infirmitate correptus, aut omnino mortuus fuerit, *d. L. Præses 1. §. 13. ff. de extraord. cogn. cui suffragantur textus in L. sed adde 19. §. ult. & L. qui operas 38. in pr. & §. 1. ff. locati;* & sic salarium initio anni solutum ob causam supervenientem ab hæredibus repelli

repelli non potest, *Auton. Faber in rational. ad L. qui operas ff. locati, Gail. lib. 1. obs. 47. n. 12., Magnon. in Cynos Advoc. cap. 9. num. 28.* Sunt, qui prærogativam hanc solis Advocatis Filci ribuunt; sed ad Advocatos omnes ea extenditur ab *Hiligeri in Donel. lib. 18. cap. 3. lit. KKK. Carpz. p. 2. decis. 136. num. 20. & seqq. Gail. §. obs. 53. num. 12. Mer. ad jus Lubecens. lib. 3. tit. 8. not. 7. num. 20.* Quarta prærogativa, quod posthabitis reliquis creditoribus prius sit numerandus, exemplo ejus per quod res est meliorata: *Jafon. in L. 2. n. 51. ff. solut. matrim. Aciatus præf. 43. reg. 3. n. 8.* At hæc prærogativa quando locum habeat nec ne, vide *Strikium d. disp. 15. c. 3. a. 9. Carpzov. Jurisprun. For. p. 1. c. 18. def. 30. & 36.*

24 De delictis, quibus Advocati se privilegiis indignos reddunt, consule *Strikium d. disp. 15. cap. 4. per tot.*

ADVOCATI CONSISTORIALES.

Additio Auctoris e II. editione.

Advocatorum Consistorialium privilegia & jura in unum colliguntur; eorum collegii antiquitas & decus asseritur; eorum duodenarius numerus, ex quibus constare debeat, declaratur: Munus Advocati consistorialis quomodo vacet, demonstratur. Eorum Collegio reservatur jus præsentandi tres Advocatos Summo Pontifici in casu vacationis. De eorum præcedentiis, & habitu, ac antianitate, & de jure optandi ad Decanatum, statuitur a Benedicto XIV. tom. 2. Constitut. 106. incip. *Inter conspicuos §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

Advocati Consistoriales sunt veri Papæ familiares. Ad eos pertinet Causas Consistoriales pertractare. In Causis Beatificationis, & Canonizationis scribere in jure, eademque causas in Consistorio perorare: In Solemnis Canonizationum instantias proponere; Pallium petere pro Archiepiscopis, aliisque. Ad ipsos spectat regimen Archigymnasii Urbis: Privata facultas in Urbe doctorandi in utroque, vel altero Jure, ipsi asseritur, cum extinctione litis inter eosdem, & Prototarios Apostolicos. Eorum Collegio perpetuo addita sunt munera Promotoris fidei, Advocati pauperum, Advocati filci, & Cameræ Apostolicæ, Advocati Fabricæ S. Petri, Advocati S. P. Q. R. Commisarii Conclavis Sede Apostolica vacante: Eisdem conceditur Oratorium Domesticum; & facultas condendi statuta, ac removendi Officiales Collegii. Idem in cit. Constit. incip. *Inter conspicuos a §. 9. ad 35.*

Advocatorum Consistorialium Decanus in actibus Collegialibus præcedit omnibus de Collegio etiam personali dignitate præstantibus. Idem tom. 1. Constit. 98. incip. *Inter plures §. 16.* Advocati Filci, & Cameræ Apostolicæ Officium incompartibile imposterum decernitur cum Officio Promotoris Fidei. Idem in cit. Constitut. *Inter conspicuos §. 32.* Advocatus Filci & Cameræ Apostolicæ & Advocatus pauperum abstinere debent a patrocinandis alterius generis causis. Idem *ibid. §. 33.* ÆQUIVOCATIO, seu amphibologia. Vid. verb. *Accusatus a num. 31. ad 43. & verb. Juramentum art. 1. a num. 13. ad 26. ac verb. Restrictio mentalis per tot.*

Æ T A S.

ÆTas incipit a die nativitatis, non autem a die Baptismi, *Sac. Cong. Conc. in Crotonen. 4. Decemb. 1627. Rota Rom. part. 18. tom. 1. Decis. 163. num. 13.* Jurista septem ætates hominis distinguunt. Prima est infantia, quæ durat usque ad septimum annum tam in masculis, quam in feminis. Secunda est pueritia, seu impubertas, quæ in feminis durat usque ad duodecimum, in masculis vero usque ad decimum quartum annum completum. Tertia est Adolescentia, seu pubertas, quæ in utrisque durat usque ad annum vigesimum, quintum completum. Quarta est Juventus, quæ durat usque ad annum quadragesimum. Quinta est virilitas, quæ durat usque ad quinquagesimum, vel sexagesimum. Sexta est Senectus, quæ durat usque ad septuagesimum, cum supra 70. sit proprie ætas decrepita, ut tenet *Sac. Rot. Rom. part. 6. decis. 45. num. 8.* Septima est decrepitas, quæ durat usque ad mortem, seu usque ad annum centesimum, cum ex *Rota Rom. part. 11. decis. 314. num. 4.* ultra centesimum annum ætas sit inverisimilis.

3 Ætas requisita pro tonsura, & ordinibus recipiendis. Pro prima Tonsura, & primis tribus Minoribus, Ostiariatu scilicet, Lectoratu, & Exorcistatu, sunt anni septem completi, *cap. in singulis dist. 77. Pro Acolythatu sunt anni 12. completi,*

cit. cap. in singulis dist. 77. & colligitur ex text. & Gloss. in cap. de iis dist. 25. & cap. Cum nullus, de temporib. Ordin. lib. 6. Pro Subdiaconatu sunt anni 22. Pro Diaconatu anni 23. Pro Presbyteratu 25. ex Trident. *sess. 23. de Reform. c. 12.* ubi habet præfata hæc verba: *Nullus imposterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur.* Qui anni requisiti a Trident. pro his tribus sacris ordinibus sufficere incæpti, ut tenet communis Doctorum, & in praxi receptum est cum *Gloss. in Clement. ultim. hoc titulo.* Pro Episcopatu anni triginta completi, *c. 1. 2. & 4. Dist. 68. & Trident. sess. 7. c. 1. de reform. ex c. Cum in cunctis, de cle. Et.* In regno tamen Galliæ ex concordatis cum Leone X. sufficit, ut Episcopus eligendus inchoarit. 27. annum. Pro Cardinalatu ex Trident. *sess. 25. de reform. cap. 1.* requiritur eadem ætas, quæ requiritur pro Episcopatu, etiam si essent Cardinales Diaconi. Ex Sixto V. tamen Constit. incip. *Postquam verus.* in Diaconum Cardinalem assumi potest qui saltem in 22. suæ ætatis anno fuerit constitutus. Pro Papatu nulla certa ætas reperitur constituta, cum etiam Adolescentes; & Juvenes fuerint interdum ad Pontificatum assumpti, ut Benedictus IX. decem annorum puer, uti testantur *Gravefion. Histor. Ecclesiast. tom. 4. fol. 89. primæ impressionis Romana.* Vincentius Fuga *Notitiæ Orbis Sacri, & profani fol. 187.* & alii, Joannes tertio, & vigesimo anno vix expleto, uti refert *dict. Vincentius Fuga loc. cit. fol. 180.* seu viginti quatuor annos natus, ut scribit *Berninus in Historia omnium Hæresum t. 2. seculo X. cap. unic. fol. 187.* & alii. Joannes XII. vix natus annos duodeviginti, uti tradunt *dict. Gravefion loc. cit. fol. 71.* *dict. Vincentius Fuga loc. cit. num. 180.* & alii. Vide verb. *Papa art. 1. n. 54.* Ex cap. tamen indecorum 3. de etate, & qualitate præficiendor. potest deduci, quod sicut in aliis eligendis, ita, imo a fortiori, in ipso requiritur ætatis maturitas, quia dicit Canon, *Indecorum est, ut hi debcant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seipfos; Cum ad Ecclesiarum regimen tales persone sint admittendæ, quæ discretionem præemineant, & morum fulgeant honestate.*

Ætas requisita ad beneficium simplex obtinendum, est quatuordecim annorum, *Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. his verbis: Nullus ante decimum quartum annum Beneficium possit obtinere, & annus quartus decimus sufficit, quod sit incæptus, ex declaratione Sac. Cong. Conc. teste Armend. in addit. ad recap. Legum Navarre, lib. 1. tit. 20. l. 1. de etatib. num. 5.* Gonzalez ad *regul. 8. Cancell. gloss. 5. in princip. num. 90.* & alii. Si vero in fundacione Beneficii sit statutum, ut illud etiam conferri possit minori quatuordecim annorum, seu Fundator expresse voluerit sufficere, quod præsentatus esset Clericus primæ Tonsuræ, tunc non requiritur ætas quatuordecim annorum, sed potest sufficere etiam sola ætas septem annorum. Sic decrevit *Sac. Cong. Conc. ut testatur Sac. Rot. Rom. in Monopolitana Beneficii, seu Capellanæ 6. Junii 1622. coram Merlino, & in Corduben. Capellanæ 5. Decembr. 1629. coram Coccino Decano.* Similibus autem fundacionibus non fuit derogatum per Concilium Tridentinum loco citato, ut fuit decimum a *Sac. Cong. ejusdem Concilii* teste Gonzalez ad *regul. 8. Cancell. gloss. 5. in princip. num. 91.* Ricc. Navar. & alii; Tunc enim standum est Juris communis dispositioni, secundum quam etiam Clericus primæ Tonsuræ, & in septimo anno constitutus erat capax simplicis Beneficii, *cap. Si eo tempore de rescriptis, & Rota Rom. part. 2. in Granaten. Capellanæ Dec. 194. num. 2. 12. Januarii 1606. coram Reverendissimo Lugdunen.* Et hæc ætas septem annorum sufficit ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur ætas quatuordecim annorum requisita per Tridentinum ad Beneficia Ecclesiastica; Sic decimum fuisse a *Sac. Congr. Concilii* refert Gonzalez ad *regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 26.* Lezana, Barbosa, & alii.

Ætas sufficiens ab obtinendum Canonicatum in Ecclesia Collegiata est ætas quatuordecim annorum; Super his enim Canonicatibus nihil innovavit Concilium Tridentinum, ut censuit *Sac. Cong. Conc. teste Gallet. in Margarita casuum Conscientiæ verb. Canonicus 3. pag. 29.* cum Gonzalez ad *regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 29.* Piafec. in *praxi nova Episcop. cap. 5. num. 21. pag. 350.* Armend. *lib. 1. de etate num. 8.* Aloysio Ricc. & alii; adeoque standum est pro his Canonicatibus Juris communis dispositioni, secundum quam sufficit ætas 14. annorum pro his obtinendis; *cap. Super inordinata 35. juncta Gloss. verb. Pueri, de Præbend.* Et hoc est intelligendum si talis Canonicatus Ecclesiæ Collegiatae ex sua fundacione, vel statu, aut consuetudine nullum requirat Sacrum Ordinem, alias

(a) Addit. Auctoris vide verb. Privilegium Artic. I. in fine.

alias deberet providendus esse constitutus in illis Sacris Ordinibus, quos requireret talis Canonicatus, vel in ea ætate, qua infra annum a Jure statutum possit ad illos Ordines promoveri, ut cum communi tenit Aloysius Riccius in *praxi aurea resolut.* 139. num. 3. Et hæc ætas quatuordecim annorum sufficit etiam in Collegiata, in qua spectat Cura animarum Canonice, non uti unitis; Sic decium fuisse a Sac. Cong. Concil. referunt Gonzalez ad regul. 8. Cancell. in princip. num. 92. Ricc. Piafec. Barbof. & tenet Rot. Rom. part. 10. decisi. 31. num. 33.

16 Et adhuc hæc ætas quatuordecim annorum sufficit etiam ad obtinendam dimidiam portionem in Ecclesia Cathedrali, Concilium enim Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. ubi requirit ætatem necessariam ad Ordines sacros pro Canonicatibus & portionibus in Cathedralibus, non loquitur de dimidiis portionibus, ut ipsum legenti patet; nec ejus verba debent extendi ad dimidias portiones in iisdem Cathedralibus, pro quibus dimidiis portiones nec requiruntur Ordines, prout decium fuisse a Sac. Congreg. Concil. referunt Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 93. Didac. Narbona tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno quatuordecimo q. 57. n. 5. Campan. & alii.

17 Aetas requisita ad dignitates quatuordecimque, quibus subest Cura animarum, seu ad Beneficia Curata, & regimen Ecclesiæ Parochialis, est ætas viginti quinque annorum saltem inceptorum; cap. Cum in cunctis 7. §. Inferiora de election. juncto cap. Licet Canon. 14. eodem titulo in 6. ubi habentur præcisa verba: Decernentes collationes de Parochialibus Ecclesiis, his, qui non attigerint vigesimum quintum annum, de cetero faciendas, viribus omnino carere; & Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. ubi habet: Nemo igitur deinceps ad dignitates, quascumque, quibus animarum Cura subest, promoveatur, nisi qui saltem 25. sue ætatis annum attigerit. Et hæc ætas 25. annorum inceptorum requiritur etiam ad dignitatem Ecclesiæ Cathedralis, cui fit distributio Missæ cantatæ per turnum inra hebdomadam, cum habeat onus annexum, ac proinde teneatur per se adimplere, Sac. Cong. Conc. in Crotoniens. 4. Decembris 1627. Hæc autem ætas 25. annorum inceptorum requisita ad obtinendas Ecclesiis Parochiales, seu dignitates, quibus subest Cura animarum, non exigitur, nec est necessaria, quando dignitati, vel Canonicatui cura animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita: Sic decrevit Sac. Cong. Conc. his verbis: Si aliqua Parochialis esset unita alicui Canonice Ecclesiæ Cathedralis accessorie, sufficunt viginti duo anni. Ita refert Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. numer. 4. Gallet. in Margarita casuum conscientie verb. Canonicatus 5. & verb. Parochus; Aloysius Ricc. Garcias, & alii; & ita fuisse in Rota decium refert Seraphin. dec. 1183.

20 Aetas requisita ad dignitates, vel Personatus, quibus nulla subest Cura animarum in Cathedralibus, est ætas 22. annorum; Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. præcisè his verbis: Ad ceteras autem Dignitates, vel Personatus, quibus animarum Cura nulla subest, Clerici atque idonei, & viginti duobus annis non minores adsciscantur; Qui anni viginti duo debent esse completi, taliter quod neque Episcopus possit in hoc dispensare, ut tenuit Sac. Cong. Conc. 20. Septemb. 1631. dicens: Dignitatem in Ecclesia Cathedrali non habentem animarum curam non posse conferri, nisi ei qui habuerit 22. annos completos, & Episcopum non posse dispensare. Ad Canonicatus Cathedralis ubi est facta distributio Sacrorum ordinum, requiritur illa ætas, quam exigit ordo Canonicatus, id est ad Canonicatum Subdiaconalem ætas 21. annorum, Diaconalem ætas 22. annorum, & Sacerdotalem ætas 24. annorum; cum respectively omnes sint sic in tali ætate, ut infra annum possint ascendere ad ordinem a suo Canonicatu requisitum; Sic expressè Tridentinum cit. sess. 24. de reform. cap. 14. Neminem etiam deinceps ad dignitatem Canonicatum, aut Portionem accipiant, nisi, qui eo Ordine Sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, Præbenda, aut Portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat. Ad Canonicatus autem Cathedralis, ubi non est facta distributio Sacrorum ordinum, requiritur ætas annorum 22. inceptorum, sic Sac. Cong. Conc. in una Algarb. ubi sicuti refert Nicolaus Garcias de Benef. part. 7. cap. 4. num. 29. tenuit, quod etiam in Ecclesia, ubi non fuit facta distributio Sacrorum Ordinum, requiritur quod provius de Canonicatu ad minus attingat 22. annum, & quod collatio facta habenti 20. tantum non valet; sed ad minus debet esse constitutus in vigesimo primo anno, ita quod possit infra annum ad sacrum Subdiaconatus ordinem promoveri, ut declaravit eadem Sac. Cong. Conc. die 4. Augusti 1654.

Aetas requisita ad dignitates, & Personatus in Ecclesiis Collegiatis secundum multos est etiam 22. annorum, sicuti in Cathedralibus; sic tenent, & decium fuisse a Sac. Cong. Conc. referunt Nicolaus Garcias de Benef. part. 7. cap. 4. num. 59. & 62. Armendariz, Didacus de Narbona, Filiucci, Castropalao, & Fagnan. in cap. Cum in cunctis num. 48. & sequent. de election. & eorum ratio est, quia Trident. loc. cit. cap. 12. in principio dicit: In Ecclesiis præsertim Cathedralibus, ubi illa particula præsertim videtur includere alias præter Cathedralibus. At secundum multos alios ad dignitates, & Personatus in Collegiatis non requiritur ætas 22. annorum, sed sufficit ætas annorum 14. juxta dispositionem Juris communis, cap. Super inordinato juncta glossa verb. Pueri de Præbend. Et ratio istorum est, quia Concil. loc. cit. cap. 12. loquitur solum de Ecclesiis Cathedralibus, & non de Collegiatis; dicit enim, Cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus, adeoque non extendendum est ad Collegiatis; nec illa particula præsertim videtur includere alias præter Cathedralibus, sed solum videtur innuere, quod hæc ætas, quodam speciali iure requiratur ad dignitates in Cathedralibus, cum istæ quodam speciali sine sint institutæ, ut Episcopos in ministerio, & officio præ aliis immediatis adjuvant, & tamquam lucernæ super Candelabro in Cathedralibus præ aliis Ecclesiis eminentioribus omnibus aliis prælucent exemplo virtutum, ut qui eas, dicit ibi Concilium, obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio juvant; & pro hac sententia stant, & sic decium fuisse a Sac. Cong. Conc. referunt Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. num. 82. Piafec. Aloysius Ricc. Novar. Squilant. Zerol, de Luca de Canonicis d. 5. num. 2. Barbof. in Trident. sess. 24. cap. 12. num. 13. & part. 3. de offic. & potest. Episcopi alleg. 60. num. 67. Alzed. & Fr. Emanuel qq. regul. tom. 1. q. 11. art. 2. & in addit. ad Bullam compositionis num. 4. ubi ait, Christophorum Velam Archiepiscopum Burgensem contulisse dignitatem Scholasticæ Collegiæ Ecclesiæ de Aquillar de Campo cuidam Scholari, qui non habebat majorem ætatem 17. annorum, & cum litigaretur super hoc, fuisse judicatum collationem esse Canonicam, & Juridicam.

Aetas requisita ad Generalatum, Provincialatum, Abbatiam, cæteraque similes dignitates Jurisdictione quasi Episcopali gaudentes de jure communi, est ætas 30. annorum completorum. Colligitur ex cap. cum in cunctis de election. & sic decium fuisse a Sac. Cong. Conc. referunt Riccius in praxi fore Ecclesiasticæ resolut. 56. part. 4. Joann. Maria Novarius in Luccerna Regular. verb. ætas, & alii. De jure autem particulari, & municipali attendendæ sunt Constitutiones cujusque Religionis, cum variæ varia disponant de ætate requisita ad omnes respectively Prælaturas, Dignitates, & officia Ordinis. Ad hoc autem aliqua Monialis, cujuscumque sit Religionis, possit eligi in Abbatissam, seu Priorissam, debet habere quadraginta annos ætatis, & saltem octo Professionis Regularis. Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. de Regularib. & Monialib. & annus quadagesimus debet esse completus ex Sac. Cong. Conc. in una Neapolitana 24. Septembris 1678. Quod si non reperiretur in Monasterio Monialis quadragenaria, possit eligi quæ annos triginta excesserit, & quinque saltem annis post Professionem rectè vixerit, ex eodem Concil. ibidem. Et si aliqua eligatur non habens talem ætatem a Concilio requisitam, electio ipso Jure est nullus, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. in una Viterbiensi 16. Maji 1623. Vide Verb. Abbatissa num. 3. & 5.

Aetas requisita, & sufficiens ad sponsalia est septennium completum tam in masculis, quam in feminis, cap. Litteras 4. cap. Accessit 5. & cap. Ad dissolvendum 13. de despons. impub. Aetas requisita, & sufficiens ad Matrimonium est ætas pubertatis, scilicet ætas 12. annorum in feminis, & 14. in masculis, nisi malitia suppleat ætatem, princ. Instit. de Nupt. & leg. 4. ff. de actu Nupt. cap. Puberes 3. cap. Arrestationes 10. & cap. fin. de desponsat. impub. Et hæc ætas debet esse completa in utrisque, cap. ex litteris de desponsat. impub. Aetas requisita ad Professionem Regularem est ætas sexdecim annorum completorum tam virorum, quam mulierum in quacumque Religione, Conc. Trid. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 15. ubi habet præcisa verba: In quacumque Religione, tam Virorum, quam Mulierum Professio non fiat ante decimum sextum annum completum. Ad receptionem autem Novitiorum non est aliqua ætas Jure communi requisita, imo ex cap. Nullus, de temp. Ord. in 6. colligitur etiam in infantili ætate posse novitios ad habitum admitti. Ex decreto tamen Sac. Cong. Episcop. & Regular. 1. Martii 1608. Novitia recipi non potest cautè

duendi habitum Professionis in Religione, nisi duodecim annis sit major; Sicuti nec etiam Novitius recipi potest, nisi habeat saltem annos duodecim, ex decreto Sac. Cong. Conc. 20. Martii 1611. Vide tamen verb. Monialis art. 1. num. 72. Conversi autem nequeunt recipi ante vigesimum ætatis suæ annum. Clemens VIII. Constit. incip. Cum ad regularem disciplinam, ubi in fine §. tertii habet præcisa verba: Ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum.

36 Aetas sufficiens ad peccatum mortale regulariter est septennium; in ipso enim septennio regulariter dicitur quisque peccatus ad annos discretionis, a quibus incipit obligatio Confessionis Sacramentalis; cap. Omnis utriusque, de penit. & remiss. ubi habentur præcisa verba: Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua peccata semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti. Ad communionem autem quamvis sufficiat ætas discretionis, seu usus rationis, in iis, qui in tali ætate sunt capaces concipiendi debitam devotionem circa hoc Sacramentum, tamen regulariter loquendo non est concedenda communicatio Eucharistica, nisi habentibus ætatem undecim, vel duodecim annorum, nisi in aliquibus anticipetur propter eorum singularem præ aliis de hoc Sacramento devotionem, & plenioris de eo cognitionem.

38 Aetas, qua pueri, & puellæ obligantur ad audiendam Missam, & abstinendum a carnibus, regulariter est pariter septennium completum, quia tunc præsumuntur habere sufficientem usum rationis; Septennio enim completo habent tantum usum rationis, ut sufficiat in utrisque ad contrahenda sponsalia, ex cit. cap. Litteras 4. cap. Accessit 5. & cap. Ad dissolvendum 13. de desponsione impuberum, & sic tenent magis communiter Doctores cum Sanchez, Azorio, Bonacina, Torn. Bar. & aliis multis. Aetas, qua Adolescentes incipiunt obligari ad legem jejuniæ est ætas 21. annorum completorum, quia Ecclesia illos solum obligat, qui incipiunt corpore consistere; communiter autem crescunt omnes, & firmantur saltem usque ad annum vigesimum primum completum, Regulares autem, licet nedum annum vigesimum primum expleverint, tenentur a die emissæ Professionis ad omnia jejunia præcepta in sua Religione, quia per votum renunciarunt privilegio ætatis, & obligatio Regulæ est distincta ab obligatione temperantiæ, quam intendit Lex Ecclesiæ. Ad jejunia vero mere Ecclesiastica, quæ nullo modo præcipiuntur in sua Regula, non obligantur, antequam annum vigesimum primum expleverint, sicut alii fideles; quia Ecclesia nullo præcepto obstringit magis eos, quam alios fideles; nec Regula, ut supponitur, aliquid deponit de iis jejuniis mere Ecclesiasticis. Et sic tenent Silvester, Azorius, Sa, Fagundez, Sanchez, Tabiena, Silvius, & alii magis communiter.

42 Aetas requisita, & sufficiens pro Patris Baptismi, & Confirmationis, est ætas usus rationis, seu septennii; Nec refert, an Patris sit minoris ætatis, quam Baptizatus, & Confirmatus, quia nullo præcepto, seu Canone requiritur, ut sit majoris ætatis; ut tenet Barbofa de offic. & potest. Episcop. alleg. 36. num. 39. Ledesma, Sayr. Gobat, & alii passim. Aetas requisita, & sufficiens ad votum, seu ad votandum est ætas usus rationis, seu septennii, quæ sufficit ad peccatum mortale perfectò actu humano, & directo in se volitum. Sic Doctores fere communiter. Aetas requisita, & sufficiens ad incurrendam Censuram, licet aliqui credant, quod sit ætas duodecim saltem annorum, tamen tenendum est de rigore Juris sufficere illam ætatem, in qua pueri sunt doli capaces, etiam ante annos pubertatis, ut clare supponitur cap. ult. de sent. Excomm. (a).

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Aliquando multum interest probare diem natalem alicujus. De eo autem queritur, an is probari possit ex libris Baptismi, in quibus adnotatus sit. Multi in ea sunt sententia probari posse. At contrarium tenent Bohemer. in Decretal. lib. 2. tit. 22. §. 2. Idem Auctor in jure Parochial. sect. 4. c. 1. §. 30. & rursus in Animadvers. ad Instit. Fleur. part. 2. cap. 6. §. 10. Lit. I. Cypyc. Latro decisi. 166. num. 52. Rot. in Tullen Coadjutorie 12. Junii 1629. §. secundo idem objectum cor. Normann. impressa apud Alphons. de Leon. de offic. Capellan. quest. 4. sect. 6. Idemque videtur fuisse sensus S. Congregationis Concilii interpretis in Perusina Restitutionis integritate 1. Augusti 1750, in qua petita nullitate professionis eo sub notivo, quod perpenis die natali adnotato in libro Baptismorum, & die professionis Ferrar. Biblioth. Tom. I.

adnotato in Regestis ejusdem, deficerent aliquot horæ ad justam ætatem Professi, S. Congregatio censuit defectum paucorum honoratum utique sufficere ad nullitatem professionis, at non probari diem natalem ex libro Baptismorum. Libri enim baptismorum ubi ad præscriptum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 2. de Reform. conscripti, & conservati sunt, probant utique baptismum, compaternitatem, & alia quæ coram Parochis vi proprii officii geruntur; nequaquam vero attendi possunt circa ætatem, & similia, quæ Parochi ex aliorum relatione habent, & quorum cognitio ad officium ipsorum Parochorum minime pertinet.

De ætate requisita ad simplicia beneficia fundata ante Concilium Tridentinum non levis quæstio est. Sunt qui tenent, non requiri ætatem quatuordecim annorum ab ipso Concilio Tridentino statutam pro ipsis beneficiis simplicibus assequendis, sed sufficere ætatem septem annorum de jure antiquo requisitam, cui Fundator se conformasse præsumitur. Vide Novar. quest. forens. part. 1. quest. 71. n. 5. & sequent. Leuren. For. Beneficial. part. 2. sect. 1. cap. 2. §. 3. quest. 160. Rot. in recent. decisi. 403. num. 17. & sequent. part. 4. rom. 2. cor. Merlin. decisi. 40. a num. 13. ad plur. sequent. & in Valentina Beneficii 8. Maji 1747. §. 15. cor. bon. mem. Viccom. At eidem supremo Tribunali alias placuit hæc distinctio; quod aut constat Fundatorem vel expresse, vel tacite indicium aliquod dedisse, quod contentus erat ætate impuberi, & in hoc casu nova dispositio Concilii Tridentini non afficit hoc beneficium ex ratione illa, quod Concilium Tridentinum voluntati Fundatorum minime derogavit. Aut vero non constat, Fundatorem vel expresse vel tacite significasse, quod dicta ætate contentus erat, & in disparatissimo hoc casu nova dispositio Concilii Tridentini afficit hoc beneficium quamvis antea fundatum. Vide Rot. in Gerunden. Beneficii 25. Junii 1723. §. Nec evitari, & sequenti cor. bon. mem. Cerr. & in Thelesina seu Cerretana Beneficii 16. Junii 1754. §. 17. cor. R. P. D. Elephanora.

De ætate ad omnia Beneficia superiora, & inferiora tum secularia tum regularia requisita, adi, ubi res postulat, Joannem de Laur in peculiari tractatu ita inscripto. De ætate vero ad omnes humanos actus requisita, consule pro renata Didacum Narbona in tractatu pariter ita inscripto.

AFFECTIO Beneficii. Vid. verb. Beneficia art. 8. per tot.

AFFILIATIO RELIGIOSORUM.

Affiliatio Religiosorum solet frequenter fieri, cum sæpe sapius reperiantur Religiosi, qui iustis de causis, eorum Superioribus benefivis, affiliantur Conventibus, seu Monasteriis, aut Provinciis diversis ab illis, in quibus professionem emiserunt, quæ Professio operatur veram Religiosam filiationem. Ad hoc ut hujusmodi affiliatio sit valida, tria concurrere debent, scilicet Licentia Superioris, Consensus Religiosorum illius Conventus, cujus erit filius, & situs in quo sit affiliatio; ut notat Fontan. ad Const. ord. Præd. verb. affiliationes num. 4. Ursava Instit. Crim. lib. 4. tit. 7. num. 93.

Quamvis autem juxta affiliationis naturam concurrere semper debeat consensus Conventus a quo, & ad quem; ex particularibus tamen facti circumstantiis Sac. Cong. Episc. & Regul. aliquando dispensat, ut de facto circa consensum Conventus, a quo dispensavit die 24. Aprilis 1705. cum quatuor Religiosis Conventualibus, qui affilii fuerunt Conventui S. Mariæ Gratiarum Albani cum sequenti tamen clausula: Ita tamen ut omnia bona, & elemosynæ ab omnibus quomodocumque acquisitæ primo Conventui incorporatæ intelligantur. Et die 10. Januarii 1719. in una Neapolitana favore Baccalauri Anselmi Viani Conventualis respondit pro gratia affiliationis cum derogatione consensus Religiosorum Conventus a quo, & ad quem, ut patet ex Decreto sequentis tenoris.

Sacra Congregatio &c. attentis relationibus P. Vicarii Generalis, & P. Procuratoris Gener. Ordinis, ac itidem attentis specialibus circumstantiis, & rationibus, benigne remisit arbitrio ejusdem Vicarii Generalis, ut Oratorem affiliet in præfato Conventu, non obstante defectu consensus Conventus a quo, & ad quem, ita tamen, ut supra quæstia primo dicto Conventui integra, & illibata remaneant. Non obstante &c. Romæ 20. Januarii 1719.

Attenta facultate nobis concessa, aggregamus in Filium Conventus nostri S. Antonii extra portam Medinam Neapolitanam

(a) Addit. Auctoris vide verb. Credo Artic. 2. in fine, & verb. Matrimonium Artic. 2. in fine.

rem Baccalauveum Anselmum Viani Sacerdotem, non obstante defectu consensu amborum Conuentuum, a quo scilicet, & ad quem remanente tamen integro, ac illibato iure acquisito omnium bonorum Conuentui a quo, juxta Decretum ejusdem Sacre Congregationis non obstantibus &c. Fr. Joseph Baldrati Vicarius Generalis.

7 Non acquiescentibus autem oppositoribus, reposita causa die 12. Martii 1719. rescriptum fuit; Pro omnimoda executione Decreti Vicarii Generalis, & amplius causa non proponatur. Idemque practicum fuit ab eadem Sac. Cong. Episc. & Reg. anno 1687. in una Florentina ad instantiam Conuentus Sancte Crucis Florentiae, quae resolutio in publica forma adducta, fuit in dista Neapolitana anno 1719.

8 Advertendum tamen est hic, quod similes resolutiones Sacrarum Congr. ex particularibus facti circumstantiis in uno, vel altero casu editae, non sunt generaliter servandae, nec faciunt statum pro omnibus aliis casibus, in quibus eadem circumstantiae non concurrant, ut distinguendo observat Roza in Hispanens. Iuris votandi 4. Febr. 1697. §. distinguentes, coram Cardin. Caprara, ibi: Declaratio ipsa Sacrae Congregationis facit legem generalem ubique servandam, nisi super specialitate alienius casus fuerit consultus: Sic Ursula tom. 3. part. 2. discept. 16. num. 206. & lib. 1. tit. 10. §. 4. Instit. Crim. n. 149. & seq. cum multis aliis ibi citatis. Vide verb. Declarationes, & Decreta.

9 An autem tales affiliationes fieri debeant votantibus etiam illis Religiosis, veris quidem filiis illius Conuentus, in quo aunt, sed in aliis Conuentibus Religionis a Superioribus legitime collocatis, vel a solis Religiosis commorantibus de familia in Conventu, in quo fiunt, sive sint illius filii, sive non, variant Doctores, & varie saepius respondit Sac. Congr. Episc. & Regul. juxta diversas circumstantias personarum, locorum, temporum, & hujusmodi. In Eugubina enim 29. Martii, & 27. Aprilis 1703. ponente Emin. Tanara nedom admiffa fuit pro valida aggregatio Patris Pagnini Lucensis ad Monasterium S. Petri Eugubii Congregationis Olivetanae, sed ulterius in concursu verorum filiorum ejusdem Monasterii prelationem obtinuit ad Abbatiam tunc vacantem, non obstantibus quod aggregatio facta fuisset cum solo consensu, & praesentia duorum ex 14. Religiosis veris filiis ejusdem Monasterii, quorum 12. tempore aggregationis moram faciebant in aliis Monasteriis Religionis. Et in Neapolitana Affiliationis 11. Aprilis 1704. ad relationem Eminentissimi Gabrielli, in cuius terminis major pars Religiosorum Conuentus S. Antonii extra Portam Medinam Neapolis Ordinis Minorum Conventualium S. P. N. Francisci, cui facta fuit affiliatio P. Magistri Bonaventurae de Nicolao, moram faciebat in diversis Conuentibus Religionis.

10 In una autem Dominicanorum die 26. Novemb. 1706. eadem Sac. Congr. Episcop. & Regular. ad validitatem affiliationis per viam legis demandavit ut infra. In causa Provinciae Lombardiae pro Dominicis; Filiationes, & Transfiliationes respectu utriusque Conuentus a quo, & ad quem faciendas esse in Capitulis Conventualibus, per secreta suffragia cum interventu duarum ex tribus partibus omnium filiorum, computatis tamen praesentibus, quam absentibus, absentes vero, quatenus numerus praesentium non afeceat ad duas integras partes respectu omnium, esse omnino expectandos usque ad complementum duarum partium ex tribus sub poena nullitatis quarumcumque affiliationum, & transfiliationum hujusmodi. Pro cuius Rescripti executione respondit die 13. Martii 1710. pro eisdem Dominicanis ibi: Dominicani de Lombard; Transfiliationem non sustineri, & procedendum esse ad novam propositionem Fr. Campolini, servata forma postremi Decreti Generalis.

11 Sacra Congr. Episcop. & Regul. in causis affiliationum solet praeculis habere bonas qualitates Religiosi affiliati, quo casu etiam aliqua concurrat nullitas, vel solemnitatis defectus, solet illas sanare, vel per se ipsam quando illius facultates ad id se extendunt, vel rescribere ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione, quando agitur de defectu, qui Summi Pontificis auctoritate sanari, & suppleri debet, ut practicaevid ead. Sac. Congr. in Q.iten. 24. April. 1693. ponente Eminentissimo Nigrono mediante Rescripto: Cum Sanctissimo pro sanatione Capituli cum omnibus inde secutis, confirmato die 21. Augusti ejusdem anni ad relationem Eminentissimi Mariscotti. Nec solet D. Sac. Congregat. attendere praesentias, & obiectas violentias, & metus, quibus ad adversariis interdum assensu procurata affiliatio ut practicaevid in D. Neapolitana Affiliationis 11. Aprilis 1704. in qua eadem Sac. Congr. nedum attendere noluit affectatas attestationes, & depositiones aliquorum

12 Religiosorum, sed nec etiam relationem Patris Procuratoris Generalis circa praesentias violentias, & metum, quibus afferebatur procurata affiliatio. Quoad Fratres Minores de Observantia, & Reformatos, qui non habent Filiationes Conventuales, pro incorporatione eorumdem in aliena Provincia diversimodum ab illa, in qua Professionem emisserunt, habetur in suis Generalibus Constitutionibus statutum ut sequitur: Nemini liceat in aliena incorporari Provincia, nisi natus fuerit ejusdem; & tunc de utriusque Provinciae Capitulari consensu, & postquam incorporandus in illa Provincia biennio saltem commoratus fuerit, incorporaretur, nisi Superiori Generali aliter visum fuerit, Declarantes, quod quomodo incorporatus locum, & praecedentiam non a die habitus, sed a die incorporationis obtineat.

13 Ordinatur quod nullus inferior Generalibus valeat incorporare quempiam fratrum in aliena Provincia, nisi conformiter ad ea, quae in statutis Generalibus sunt ordinata; sed neque ad hunc effectum incorporandi sufficiat auctoritas, quae Visitationibus datur, quamvis in forma data sit amplissima, & cum potestatis plenitudine. Tollitur auctoritas Ministri Poloniae incorporandi Fratres unius illarum Provinciarum in aliam sub poena privationis mandantibus, & recipientibus. Sic ad litteram in compilatione statutorum Sambuc. c. 2. §. 8. n. 31. 32. & 33. Pro Provincia Albanie in Congregatione Generali celebrata Romae die 20. Martii 1679. statutum fuit, ut infra. Si quis frater ejusdem Provinciae in alia incorporaretur, perpetuo privatus sit actibus legitimis; nec possit institui Lector, aut Pradicator; De his vero, qui in alienis Provinciis jam incorporati sunt, Reverendiss. P. Commissarius Generalis informationem capiat de modo, quo fuerint incorporati, & sic ipsos non legitime incorporatos inveniat, statim excommunicatos declaret, & ad propriam Provinciam remittat. Rogat autem Discretorium Generale Reverendissimos Patres Ministri, & Commissarium Generalem, ne imposterum aliquem praesentis Provinciae Religiosorum auctoritate propria in alia incorporent, aut quomodocumque incorporari permittant, cum adeo in propria pro ejusdem conservatione, & animarum salute necessarii sint.

14 In Capitulo septuagesimo tertio Generali celebrato Romae 1. Junii 1664. habetur provisum, ut infra quoad revertentes ad propriam Provinciam postquam fuerint incorporati in alia; ibi num. 14. Statuitur, quod de novo revertentes ad propriam Provinciam in aliena incorporati non gaudeant praecedentia, nisi a die nova receptionis, & incorporationis, subeantque taxatim per Constitutionem Generalem Segovientem, videlicet: Quicumque in alia Provincia incorporatus ad suam reverti impetraverit, in suae mobilitatis praenam non recipiat nisi per bimestre Caparone portaverit; Si autem de mandato Praelatorum pro utilitate suae Provinciae, ad instantiam maxime Patrum ejusdem Provinciae reverterit, nulla afficiatur poena. Chronolog. Ordin. tit. de incorpor. pag. 522. col. 2. Theatrum Regul. verb. incorporatione.

15 Pro aliis autem Religionibus, seu Congregationibus non habentibus Filiationes Conventuales, attendendae sunt quoad hoc propriae cujusque Constitutiones.

Novae additiones ex aliena manu.

Generalis, aut Provincialis an possint aliquem affiliare alicui Conventui sine hujus consensu, & exsilare ad alio Conventu, confer Hurlad. Resol. Moral. de resid. Sac. lib. 4. Resol. 6. subres. 1. Bordon. Resolut. 79. num. 16. Quando Conventus ex filiatione acquisivit solam spem ad bona profecti, professus eam secum transferret in secundum Conventum, cujus de novo efficitur filius. Bordon. ubi supra n. 21. Glo. ca. unic. caus. 18. quest. 1. Si in Religione probatus adsit usus, ut Professus de licentia Superiorum habeat aliquot redditus, pensiones, libellos, eos secum transferret et quoad usum usque ad suam mortem, Hurlad. los. laud. Resol. 6. subres. 4. n. 1. & 2. Generalem, Conventu resistente, non posse bona acquisita profecti transferre in secundum Conventum, tradit Bordonus loc. cit. num. 26.

Non idem procedit de transitu ab una Religione ad aliam, ac de uno Conventu in alium, in quo de novo affiliatur; nam in primo casu, ut quis secum transferat ea, quae habet ad Religionem, ad quam transit, non sufficit consensus Religionis

6 a qua, sed requiritur beneplacitum Apostolicum; in transitu vero de uno Conventu in alium, sufficit consensu Capituli conventus a quo, una cum licentia aut Generalis, aut Provincialis, Hurlad. de cong. Eccles. Resol. 2.

AFFINITAS.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quae concernunt Affinitatis esse, contractionem, & gradus.

1 Affinitas est propinquitas quarundam personarum orta ex copula carnali licita, vel illicita unius cum consanguineo, vel consanguinea alterius. Est communis inter Doctores; & collegitur ex l. Non facile §. sed quoniam, ff. de grad. affinitatis & Gloss. in decretal. arboris affinitatis caus. 35. quest. 5. §. Est autem, ubi dicit quod, affinitas est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Ut contrahatur affinitas, debet copula esse perfecta ad generationem proles sufficiens per seminum commixtionem, taliter quod licet virginis claustrum frangatur, seu penetretur, si tamen extra vas muliebri effunditur, non contrahitur affinitas, cap. Lex divina 18. caus. 27. quest. 2. ubi Benedictus primus sic ait: Sed neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit seminis commixtionem, & sic deducitur ex cap. Extr. ordinari. p. l. l. 11. caus. 35. quest. 10. & cap. Porro 3. caus. 35. q. 5. & in praeculis terminis sic habet S. Thomas in 4. distin. 41. q. unic. art. 1. quest. unic. ad 2. Quotcumque aliquis claustra pudoris invadat, vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Ino ita dependet affinitas ex seminum commixtione, ut ipsa nec contrahatur ex Matrimonio rato nondum consummato, licet ex eodem oritur impedimentum publicae honestatis, sic Gloss. in cap. si quis desponsaverit 27. quest. 2. in sin. cum communi. Et ratio est quia conjuges per Matrimonium ratum, & non consummatum, non fiunt duo in carne una, cum tales solummodo fiant per carnalem commixtionem, & perfectam consummationem, ut expresse habet S. Thomas in 4. dist. 42. quest. unica art. 1. quest. unic. ad 2. his verbis: Vir, & mulier efficiuntur in carnali copula una caro per commixtionem seminum.

2 Affinitas contrahitur ex copula perfecte habita cum foemina prorsus invita, & renitente, & etiam dormiente, aut ebria, & e contra cum simili viro dormiente, ebrio &c. cap. Discretionem de eo, qui cognovit consanguineam; & ratio est quia ille coitus altero etiam invito, vel dormiente, aut ebrio aptus est secundum se ad generationem, ut in dies experientia demonstrat, & clare conitit ex facto filiarum Lot Genes. c. 19. n. 33. & seqq. ubi scriptura testatur duas filias Lot concepit de Patre suo ebrio, licet ille non senserit, nec quando filiae accubuerunt, nec quando surrexerunt. Tum quia ad contrahendam affinitatem non requiritur voluntas personarum est invicem carnaliter cognoscentium, sed sufficit ipsa carnalis cognitio etiam personae invitae, & quantum ex se nolentis, textu expresso in cit. cap. discretionem, ergo sicuti ex tali carnali cognitione, & seminum commixtione oritur unitas inter personas se cognoscentes, & carnaliter committentes juxta illud Genes. 2. erunt duo in carne una, & 1. ad Corinth. 6. qui adharet meretrici, unus corpus efficitur, ita ex ipsa inter consanguineos foeminae carnaliter cognita, virum carnaliter cognoscentem, & inter consanguineos viri carnaliter cognoscentis, & foeminam carnaliter cognitam oritur affinitas, seu impedimentum affinitatis.

3 Affinitas jure antiquo dirimebat Matrimonium usque ad septimum gradum: cap. Nullum: & cap. Aequaliter caus. 35. quest. 3. At novo, & hodierno Jure affinitas ex copula licita, idest conjugali dirimit matrimonium tantum usque ad quartum gradum, ut expresse habetur cap. Non debet 8. de consanguinitate, & affinitate praeculis his verbis: Prohibitio copulae conjugalis quartum consanguinitatis. & affinitatis gradum de cetero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Et affinitas orta ex copula illicita, idest ex fornicaria, vel adulterina dirimit Matrimonium solum usque ad secundum gradum, ut expresse statuit Concil. Trident. sess. 24. de refor. matrimon. capit. 4. his verbis: Praeterea Sancta Synodus gravissimis de causis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contrahitur inducit, & Matrimonium

postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit: in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem Matrimonium postea contractum non dirimere. Et latius declaravit S. Pius V. in Constitut. incipit. Ad Romanum edita 18. Novembris 1566. his praeculis verbis: Nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & auctoritate Apostolica decernimus nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in ulterioribus gradibus hujusmodi libere, & licite Matrimonium contrahi possit. Affinitas non parit affinitatem; Est definitum in Concil. Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. & habetur cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate; carnaliter enim se cognoscentes contrahunt quidem affinitatem cum alterius respectu consanguineis; non autem cum affinitibus. Hinc est quod unus potest successive ducere duas foeminas, quae nupturunt duobus fratribus, duo fratres possunt ducere duas sorores, & unus eorum potest ducere Matrem, & alter filiam, Pater, & filius possunt ducere Matrem, & filiam, & sic de aliis similibus affinitibus, quia ex carnali commixtione fit quidem vir affinis cum consanguineis foeminae, & e contra, non tamen consanguinei ipsius viri affines cum consanguineis foeminae, & e contra, ut expresse definiit Innocent. III. in cap. quod super de consanguinitate & affinitate. Super eo igitur quod Pater, & filius cum Matre, & Filia, Avunculus, & Neptos cum duabus sororibus contrahunt Matrimonium, taliter tibi auximus respondendum, quod licet omnes consanguinei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris, sint viri affines; inter consanguineos tamen uxoris, & viri, ex eorumdem scilicet viri, & uxoris conjugio nulla prorsus est affinitas contrahenda, propter quam inter eos Matrimonium debeat impediri. Licet enim antiquo Jure tria fuerint genera affinitatis, cujus secundum, & tertium genus complectebatur supradictos, & consimiles casus, ut potest videri in cap. de propinquis caus. 53. quest. 10. & cap. Fraternalitatis, & cap. Porro ead. caus. 35. & quest. 10. Novo tamen, & hodierno Jure est unicum tantum genus affinitatis, scilicet inter virum cognoscentem, & consanguineos foeminae cognite, & e contra inter foeminam cognitam, & consanguineos viri cognoscentis; & hoc genus erat primum inter tria dicta genera, quorum secundum, & tertium est modo penitus sublatum ab Innocentio III. capit. Non debet 8. de consanguinit. & affinit. in Concil. Generali Lateranensi IV. praeculis his verbis: Cum ergo prohibitiones de conjugio in secundo, & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando pericula pariant animarum, cum, cessante prohibitione, cesset effectus, Constitutiones super hoc editas Sacri approbatione Concilii revocantes, praesentis Constitutione decernimus, ut sic contrahentes libere copulentur.

Ad dignoscendos gradus affinitatis sufficit cognitio arboris consanguinitatis, cum juxta gradus consanguinitatis computentur etiam gradus affinitatis, idest quot gradibus consanguinitatis aliaque Persona conjuncta sunt viro cognoscenti, totidem etiam gradibus affinitatis conjunguntur mulieri cognitae, & e contra quot gradibus consanguinitatis aliaque Persona conjuncta sunt mulieri cognitae, totidem etiam gradibus affinitatis conjunguntur viro cognoscenti; sic quia Soror V. G. mulieris cognitae est ipsi mulieri consanguinea in primo gradu, erit etiam in primo gradu affinis viro cognoscenti, & sic contra, quia Frater V. G. mariti, seu viri cognoscentis est ipsi viro cognoscenti consanguineus in primo gradu, erit etiam in primo gradu affinis uxori, seu mulieri cognitae, & sic dicendum est proportionaliter, & gradatim de reliquis aliis, cap. Porro 3. caus. 35. quest. 5.

Unde ad uberiorem notitiam juvat hic adducere nomina propria tam Consanguinitatis, quam Affinitatis, prout adducuntur a Lohner part. 4. in instruct. Pastor. pag. 198. & La-Croix lib. 6. part. 3. num. 602. & 699. Nomina igitur Consanguinitatis sunt haec Pater, Mater, Filius, Filia, Frater, Frater ex Patre, idest Frater ex solo Patre, seu Frater consanguineus. Frater uterinus, idest Frater ex sola matre; Frater germanus, idest Frater ex patre, & matre. Soror, & haec sive ex solo patre, & ex sola matre, sive ex patre, & matre, ut dictum est de Fratre. Avus, idest magnus pater. Avus paternus, idest pater patris. Avus maternus, idest pater matris. Avia, idest magna mater. Proavus, idest pater avi; Proavia, idest mater aviae. Abavus, idest pater proavi; Abavia, idest mater proaviae. Abavus, idest pater abavi; Abavia, idest mater abaviae.

16

17

Tritavus, idest pater avi: **Tritavia**, idest mater aviæ. **Nepos**, idest filius mei filii, seu meæ filiæ. **Nepos ex filio**, idest filius mei filii. **Nepos ex filia**, idest filius meæ filiæ. **Neptis ex filio** idest filia mei filii. **Neptis ex filia**, idest filia meæ filiæ. **Pronepos**, idest filius mei nepotis: **Proneptis**, idest filia meæ nepotis. **Abnepos**, idest filius mei pronepotis: **Abneptis**, idest filia meæ proneptis. **Atnepos**, idest filius mei abnepotis: **Atneptis**, idest filia meæ abneptis. **Patrius**, idest frater patris. **Patrius Magnus**: idest frater avi. **Propatrius**, idest frater proavi. **Avunculus** idest frater matris. **Avunculus magnus**, idest frater avi matris **Proavunculus**, idest frater proavi matris. **Amita**, idest soror patris. **Amita magna**, idest soror avi, seu aviæ paternæ. **Proamita**, idest soror abavi, seu abaviæ paternæ. **Abamita**, idest soror abavi, seu abaviæ paternæ. **Matertera**, idest soror matris. **Matertera magna**, idest soror avi, seu Aviæ maternæ. **Promatertera**, idest soror proavi, seu proaviæ maternæ. **Nepos ex fratre**, idest filius fratris: **Nepos ex sorore**, idest filius sororis. **Neptis ex fratre**, idest filia fratris: **Neptis ex sorore**, idest filia sororis. **Patruales**, idest filii, aut filiæ duorum fratrum. **Consobrini**, & **consobrinx**, idest filii, & filiæ duarum sororum. **Amitini**, & **Amitinx**, idest filii, & filiæ amitæ, seu filii, & filiæ fratris, & sororis. **Sobrini**, & **Sobrinx**, idest nepotes, & Neptes duarum sororum.

16 Nomina autem Affinitatis sunt hæc: **Socer**, idest pater uxoris, vel mariti: **Socrus**, idest Mater mariti, vel uxoris, **Consocer**, idest frater patris uxoris, vel mariti: **Consocrus**, idest soror matris mariti, vel uxoris. **Profocer**, **Socer magnus**, idest pater soceri, seu avus mariti, vel uxoris: **Profocrus**, seu **Socrus magna**, idest mater soceri, seu avia uxoris, vel mariti. **Gener**, idest maritus meæ filiæ. **Congener**, idest maritus alterius meæ filiæ. **Progener**, idest gener mei filii, & filiæ. **Nurus**, idest uxor mei filii. **Connurus**, idest uxor alterius mei filii. **Pronurus**, idest Nurus mei filii, aut filiæ. **Levir**, idest frater mariti, aut uxoris. **Glos**, idest soror mariti, aut uxoris. **Fratria**, idest uxor fratris. **Sororius**, idest maritus sororis. **Janitricæ**, idest uxores duorum fratrum; sic dictæ, quasi eandem januam terentes, vel per eadem januam intrantes. **Sororum mariti**, idest mariti duarum sororum. **Vitricus**, idest alius maritus meæ matris: **Noverca**, idest alia uxor mei patris. **Privignus**, idest filius mei mariti ex alia priori uxore, vel filius meæ uxoris ex alio priori marito: **Privigna**, idest filia mei uxoris ex alio priori marito. Vide *cap. Quod autem & cap. Primo gradus 6. caus. 35. q. 5.* ubi multa ad rem.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 Affinitas oriens ex copula illicita quoad impedimentum matrimonii, non item quoad alia jura Affinitatis inter se tributa attenditur, *cap. 6. & 10. de eo qui cognovit Consang. uxor. sue. Lauwerbach. de Jur. Affinit. cap. 3. §. 2. Farinac. de Testib. quest. 54. num. 74.* Quod fit ut in Statutis nomine Affinium regulariter haud veniant hi, inter quos ex illicita copula orta est affinitas, quum minime conveniat, ut Stuprator Consanguineos stuprata affines nominet, & viceversa, *Lauwerbach. loco citat. n. 74.*
- 2 Ipsa affinitas proveniens ex copula licita, videlicet matrimonio, eo soluto, durare intelligitur pro impediendo dumtaxat novo matrimonio, non item pro aliis effectibus, *Fontanell. decis. Cathalon. 13. n. 4. Ror. cor. Tamar. decis. 272. n. 4.* Sed questionis est, utrum id sibi locum vindicet, ubi nullæ super sunt matrimonii reliquiæ, puta liberi, an itidem iis superstitibus. Consule *Alexandr. consil. 207. lib. 6. Tiraquell. in tract. cessan. caus. in princip. n. 27. & 29. sess. decis. Aragon. 414. n. 2. Fontanell. d. decis. 13. n. 5.*
- 3 Quum quis cavisset quod in dotalibus subsidiis semper præferrentur, *Li sui Parenti e Consanguinei*: sub appellatione de Parenti juxta communem loquendi usum venire etiam Affines, & quidem ultra decimum gradum, quidquid sit in sentu juris, decidit Rota in Romana, seu Albanen. subsidiorium dotalium 10. Decembris 1756. coram R. P. D. Frangipan. At omittendum haud est quod decisio hæc est sub revisione.

ARTICULUS II.

Quoad ea, quæ concernunt dispensationem Affinitatis in impedimentis ortis ex ea.

1 Affinitas orta ex copula illicita in nullo gradu cujuscumque lineæ irritat Matrimonium de Jure naturæ, adeoque

in omni gradu etiam lineæ rectæ est dispensabilis a Summo Pontifice; sic Sanchez *lib. 7. de impedimentis disp. 65. num. 9.* Layman *lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 6. num. 6. & 8.* & Navarrus, & alii magis communiter cum Castropalao *d. 4. punct. 8. n. 10.* ubi dicit certum esse, quod affinitas orta ex copula illicita sit Juri positivi tantum, quia in illa dispensat Sacra Penitentia, quod alias non posset, si esset de Jure naturali; imo cum hic agatur de valore Sacramenti, non esset licitum agere secundum hanc sententiam, si opposita ceteretur vere probabilis; Et quod Sancta Sedes pluries dispensaverit in affinitate orta ex copula illicita, testantur passim Canonistæ, & Doctores, & signanter 8. Augusti 1607. & 20. Julii 1628. & ratio est quia talis affinitas est solius Juris Canonici, & Ecclesiastici, in quo, nemine contradicente, potest dispensare; & in dies de facto dispensat Sancta Sedes: non enim potest dici, quod sit Juri naturalis, quia filius non inclinatur ad exhibendam reverentiam mulieri, quam pater cognovit extra Matrimonium, neque nascuntur ex fornicationibus amicitia, sed odia. Nec valet obijcere quod ex Divo Gregorio relato in *cap. Nec eam caus. 35. qu. 3.* incestuosus sit, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus coitus, quo quis ducit in uxorem eam, quæ fuit uxor proprii consanguinei, vel ab eo illicitè est cognita, adeoque esse contra Jus naturæ, alios non esset coitus ille incestuosus, & abominabilis cunctis hominibus. Non valet, inquam, quia textus ille Divi Gregorii est intelligendus itante definitione Ecclesiæ prohibentis hujusmodi Matrimonia, non autem quod sint prohibita Jure naturæ; ipse enim non dicit, quod sit abominabilis talis coitus omnibus hominibus etiam extra Ecclesiam Christianam, cum prohibitio Ecclesiæ non possit extendi ad eos, qui sunt extra Ecclesiam, sed loquitur aperte de omnibus solis hominibus Christianis, cum dicat, Christianos non posse tale Matrimonium inire, quia apud bonos homines esset incestuosus, ut egregie exponit Sanchez *lib. 7. disp. 65. nu. 14. in fine.*

Affinitas orta ex copula licita, seu conjugali in nullo gradu lineæ transversalis dirimit Matrimonium Jure naturæ, sed solum Jure Ecclesiastico, adeoque in omni gradu est dispensabilis a Summo Pontifice; sic tenent S. Thom., Scotus, & alii communiter, & colligitur *ex cap. fin. de divortis lib. 4. tit. 9.* ubi Innocent. III. concedit controversis ad fidem, ut desponsatas viduas relictas a suis fratribus possit sibi, tamquam legitimas uxores retinere. Propter infirmitatem gentis ejusdem, inquit Pontifex, concedimus, ut Matrimoniis contractis cum relictis fratrum utantur. Et sic cum affinitas in primo gradu lineæ transversalis dispensantur pluries Summi Pontifices, ut Alexander VI. cum Emmanuele Lusitanie Rege, ut successivo duceret in Matrimonium duas Sorores: Julius II. cum Henrico octavo Angliæ Rege, ut nuberet Catharinæ Aragoniæ viduæ Fratris sui Arturi; quæ dispensatio consultis prius celeberrimis Europæ Universitatibus fuit confirmata etiam a Clemente VII. Clemens VIII. cum Rege Poloniæ, ut nuberet sorori suæ defunctæ uxoris. Et alia plurimæ habentur consimiles Pontificiæ dispensationes, ut de Ludovica Maria Gonzaga Cliveni, quæ nupsit successive duobus fratribus Ladisla Sigismundo, & Joanni Casimiro Poloniæ Regibus: de Dorothea Sophia de Neoburgo, quæ nupsit successive duobus fratribus Odoardo, & Francisco Parmæ Ducibus; de Comite Starembergensi, & aliis, quos nimis operosum est et omnes adducere. Sic in lege veteri Jacob Sanctissimus duxit Liam, & Rachelem sorores *Genes. 29.* & Judas *Genes. 38.* dedit eidem mulieri duos fratres in maritos. Et *Deuteronomii 27.* jubebat Lex Moisaica, ut frater duceret uxorem fratris sine liberis defuncti, ex quibus aperte deducitur, affinitatem non esse impedimentum irritans de Jure naturæ in primo gradu lineæ transversalis, alias supradicta omnia fieri non potuissent.

Affinitas orta ex copula licita, seu conjugali probabilis non dirimit Matrimonium de Jure naturæ, neque in primo gradu lineæ rectæ ascendendum, & descendendum, adeoque etiam ista est dispensabilis a Summo Pontifice cum gravissimis, & justis causis inter Vitricum, & Privignam: Novercam, & Privignum: Socerum, & Nutrum, Socrum, & Generum. Sic Divus Thomas 2. 2. *quest. 154. art. 9. in solution. ad 3.* ubi inter solos parentes, & filios clare dicere videtur prohiberi Jure naturæ Matrimonium. Scotus in 4. *dist. 41. §. ad quest.* Alesius, Cajetanus, Abulensis, Hurtadus, Carpenis, Sanchez, Henriquez, Tancred. Poncius, Meratus, Bonacina, Diana, Gutierrez, Villalobos, Aversia, Brancatius, Vera Crux, Sa, Rebellus, Albertus Pichius, Johannes Præpositus, Armilla, Petrus Ledesma, Vega, Navarr. Castropalao, Dicastill. Pignatell. Krimer, Kugler, Maffrius, Rosignolus, & alii recentiores passim. Et probatur, quia si talis affinitas dirimeret Matrimonium de Jure naturæ, tale Matrimonium fuisset semper interdicitum apud omnes gentes, cum jus naturæ omnes æque afficiat, sed hoc non, quia certum est fuisse consuetudinem apud Perlas, ut filius mortuo Patre uxorem ipsius, idest suam Novercam duceret; & ex relatione Valerii Maximi *lib. 5. cap. 7.* & Plutarchi in *vita Demetrii* habemus exemplum apud Græcos Novercæ concessæ Privigno, Seleucus enim Rex tradidit filio suo Antiocho Stratoniam propriam uxorem, & tale factum, laudat ipse Valerius Maximus: *Et 3. Regum cap. 2.* Adonias Filius David petiit uxorem Abisac Summitidem, quæ erat uxor Patris sui David, ut constat *ex 2. Regum cap. ultim.* ergo affinitas orta ex copula licita non dirimit Matrimonium Jure naturæ, neque in primo gradu lineæ rectæ. Tum quia non est sic forte vinculum affinitatis, sicut vinculum consanguinitatis, ut etiam ipsum dirimat Matrimonium de Jure naturæ in primo gradu lineæ rectæ, quia inter ipsos affines nulla reperitur Superioritas, contra cujus reverentiam sit uisus Matrimonii, sicuti reperitur inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ, nam relatio naturalis superioritatis, ex qua oritur naturalis reverentia debita Superiori, fundatur solum inter eas personas, quæ dant, & accipiunt esse naturale per naturalem generationem, quales sunt parentes, & filii, non autem affines in primo gradu lineæ rectæ, ut de se patet, adeoque &c.

Nec valet obijcere illud Apostoli 1. *ad Corinth. cap. 5. omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris suis aliquis habeat;* & illud *Genes. 49.* ubi Jacob maledixit Ruben primogenito suo, eo quod dormierat cum Bala noverca sua, & illud *Amos 2.* ubi refertur tamquam magnum scelus, quod Pater, & filius eandem feminam cognoverint. Non valet, inquam, nam, ut explicant Sanctus Anselmus, Cajetanus, Sedulius, & alii passim Doctores, Apostolus tam acriter reprehendit illam fornicationem, quia adhuc vivebat pater, cujus uxorem filius invaserat ipso invito, & renitente, ut etiam colligitur *ex 2. ad Corinth. 7. vers. 2.* ubi pater dicitur *injuriam passus*, ut rectè advertit Tirinus in *prima ad Corinth. cap. 5.* Et eadem de causa maledictus fuit Ruben, quia Patris adhuc viventis thorum violaverat cum magna irreverentia, & impietate, & sic etiam *Amos 2.* illa femina erat alterius uxor, qua ratione hæc erant atrocissima adulteria, adeoque acerrima increpatione digna.

Nec valet etiam obijcere, quod *ex cap. 1. de consanguin. & cap. equaliter, & cap. de propinquis caus. 35. quest. 3.* eodem modo abstinendum sit a conjugio cum affinibus, ac cum consanguineis; quod videtur etiam æqualiter vetari, *Levit. 18. turpitudinem matris tuæ, & uxoris patris tui non discooperies*: ubi per *ly turpitudinem matris tuæ* importatur primus gradus consanguinitatis in linea recta, & per *ly uxoris patris tui* importatur primus gradus affinitatis etiam in linea recta, cum talis sit gradus Privigni respectu Novercæ, uti supponitur ista, adeoque cum ex Scriptura, & ex Sacris Canonibus eodem modo prohibeatur conjugium cum propria Matre, & cum Noverca, evidenter sequitur, quod sicuti de Jure naturæ est prohibitum conjugium cum propria Matre, ita eodem Jure naturæ est prohibitum etiam cum Noverca. Non valet, inquam, quia Canones, qui loquuntur de æqualitate consanguinitatis, & affinitatis, non declarant, ut legenti patet, quæ sint de Jure naturæ, sed solum vetant Jure Ecclesiastico conjugia in illis gradibus lineæ rectæ, quoad affinitatem, in quibus Jure naturæ vetantur conjugia lineæ rectæ, quoad consanguinitatem; adeoque Pontifex potest in illis dispensare, utpote de novo Jure Ecclesiastico juxta id, quod rescripsit Innoc. III. Præposito, & Capitulo Cameracensi in *cap. Proposuit 4. de concessione. præbend.* his verbis: *Secundum plenitudinem potestatis de Jure possimus supra vis dispensare.* Ad illud *Levit. 18.* responderetur, quod simul ibi ponuntur gradus consanguinitatis & affinitatis propter quandam, quam inter se habent, similitudinem, non tamen quia in iis gradibus eodem modo, seu eodem Jure naturæ sit interdicitum Matrimonium, cum, ut *num. 3.* diximus, inter affines in primo gradu lineæ rectæ nulla reperitur superioritas, contra cujus reverentiam sit uisus Matrimonii, sicuti reperitur inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ; ipsa enim naturalis superioritas, ex qua oritur naturalis reverentia debita superiori, fundatur solum inter parentes, qui dant, & filios, qui accipiunt esse naturale per naturalem generationem, non autem inter Novercam, quæ nullum dat, & Privignum, qui nullum ab ipsa naturale accipit esse per naturalem generationem. Scriptura enim *loco cit. n. 7.*

cum dicit, *turpitudinem Matris tuæ non discooperies*, subdit immediate: *Mater tua est*, volens innuere, me judice, strictam naturalem reverentiam debitam genitrici, a qua accipit esse naturale; cum autem ibi *num. 8.* dicit *turpitudinem uxoris patris tui non discooperies*, subdit solum: *turpitudinem enim patris tui est*, volens sic innuere, ni fallor, non tam strictam, & naturalem, sicuti propriæ Matri deberi reverentiam Novercæ, a qua non accipit esse naturale, sed reverentiam ei debitam esse solummodo, ne maculetur, & violeatur thorus Patris, cum quo facta est una caro; quod non irritat Matrimonium de Jure naturæ, sicuti de facto non irritat, ut diximus *num. 5. 6. 7.* cum uxore fratris, licet ipsa jam facta fuerit una caro cum fratre per Matrimonium; unde sicuti non obstante, quod inter fratrem, & sororem de Jure naturæ irritum sit Matrimonium, & uxor fratris facta sit una caro cum ipso, potest adhuc ipsa Fratria ex dispensatione Pontificis juxta de causa duci a Leviro; ita non obstante, quod inter parentes, & filios de Jure naturæ irritum sit Matrimonium, & Noverca facta sit una caro cum Patre, poterit adhuc ipsa Noverca ex dispensatione Pontificis juxta de causa duci a Privigno.

Alia vide verb. *Debitum conjugale*, & verb. *Dispensatio Matrimonialis*.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Potestas dispensandi super nuptiis Affinium inde dependet, utrum nuptiæ inter ipsos Affines prohibita sint de jure dumtaxat positivo, an itidem de jure naturali, nam nulla est potestas dispensandi in nuptiis prohibitis de jure naturali. In linea autem transversaria prohibitas esse inter affines nuptias de jure tantum positivo concordes fere sententia est. Magna autem questio est, utrum inter affines in linea recta prohibita nuptiæ etiam sint de jure solummodo positivo, an de jure quoque naturali. Qui questiones de jure naturali decidebant ex jure Romano, antequam scientia juris naturalis coli cœpisset, ut plurimum tenebant prohibitas etiam esse de Jure naturali, argumento *Legis ultimæ ff. de Condict. fin. caus.* At ex quo post *Hug. Grotium* scientia juris naturalis coli cœpit, prohibitio hæc non juri naturali, sed juri positivo tributa est. Vide *Puffendor. de jur. natur. & gen. lib. 6. cap. 4. & sequent. duob.* Quid autem sentiendum sit de opinione *Grotii de jure belli & pacis. lib. 2. cap. 5. §. 13.* qui prohibitionem hanc adscribit juri divino voluntario universaliter, consule *Coccejum ad d. §. 13. verb. Gradibus Affinitatis.*

AGGRESSOR. Vide verb. *Homicida a num. 25. ad 28.* & verb. *Immunitas art. 2. n. 94. 95.*

A G N U S D E I.

1 Agni Dei sic dicti, & nominati a figura Agni, quæ super tali cera a Papa benedicta imprimitur, solent a Summo Pontifice pontificaliter induto variis sacris ceremoniis solemniter benedicti primo anno, & septimo Pontificatus infra octavam Paschæ. Circa istos Gregorius XIII. edidit Constitutionem incipientem: *Omni certæ*; in qua sub pœna excommunicationis nemini reservatæ omnes cujuscumque gradus, & conditionis afficiente prohibet, ne similes Agni Dei inaurantur, aut ullo colore pingantur, & nullo modo venales fiant. Unde per hanc Constitutionem est expresse prohibitum ipsos Agnos Dei dipingere, inficere minui, notare, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, & ipsos venales proponere, aut tenere, ut vendantur Simoniaco pretio, idest ut vendantur ratione benedictionis, aut carius, quia benedicti sunt; est enim vera, & realis simonia pretio temporali æstimare sacram benedictionem. Non videtur tamen per hanc Constitutionem prohibitum tales Agnos Dei thecis aureis, argenteis, ferreis, crystallinis, aut vitreis in girum circumornare, aut coronare, uti de facto videmus in dies fieri a Religiosis, & probis secularibus, etiam Magnatibus, ut potiori devotione custodiantur; Pontifex solum prohibet ea, quibus albedo, & munditia illorum veluti intrinsece inficitur, ut constat ex istis præcisissimis verbis suis: *Verum eos albos, & mundos Agnos illum purum, & innocentem presentantes, qui occisus pretiosissimo Sanguine suo nos redemit, decenter, ac reverenter a cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipimus* Nec videtur prohibitum, si jam antecederet depicti sint, eos sic retinere, dummodo non retineantur ad vendendum. Sanchez in *Dealog. lib. 2. cap. 43. num. 28.* Diana *lc.*

5 Lezana, & alii. Nec pariter videtur prohibitum eos vendere ratione solius materiae, cere scilicet, ex qua conficiuntur, aut auri, & argenti, vel huiusmodi, quibus ornantur, & impensarum in eis conficiendis, & de uno loco ad alium portandis, uti de facto videmus quotidie sic vendi Patenas, & Calices licet consecratos, absque labe simoniae. Sic Sanchez de *praecipuis Decalog. lib. 2. cap. 43. num. 29.*, Bonacina, Diana, Lezana, & alii.

6 Non est licitum cereos Agnos Dei liquefacere una cum alia cera, ut possint sic multiplicari, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium, quia, ut dicit Gobat. *in Exper. tract. 3. m. 332.* illa liquefactio est profana nimis actio repugnans menti Pontificum sibi tam rigide, & constanter reservantium potestatem benedicendi, seu sacrandi ceram; non est igitur eorum mens, ut per commixtionem data opera factam profana vertatur in Sacram. Et colligitur ex mente Pauli V. qui in Constitut. 43. incipiente *Romanum*, concedit Monachis Sanctae Mariae Fulgentis, ut ipsi soli, & non alii possint renovare Agnos Dei factos. Agnos Dei tangere, seu contrectare, licet per se absolute non videatur licere, nisi Clericis in Sacris constitutis, ex quo ipsi Agni Dei, non solum sint sacri, & benedicti, sed etiam oleo Sacro, & Chrismate consecrati, & ut etiam colligitur ex *cap. Sacras dist. 23.* tamen ut recte advertunt Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 43. num. 27.* Diana, & alii passim, nunc utus obtinuit, ut etiam laicis, & feminis liceat attingere; eo vel maxime si hoc fiat ex pietate, & devotione, vel ut imponantur in aliqua capsula, aut thecis aureis, & argenteis, vel huiusmodi, ligentur, & ornentur, ut decentius custodiantur.

7 Ad haec juvat hic adducere sequentem novissimam dispositionem in Bullario Clementis XI. impressam.

EDICTUM,

Quo Sacrarum Reliquiarum, Sacrarumque cerarum *Agnus Dei* nuncupatarum venerationi consulitur.

Niccolò per la Misericordia Divina Arcivescovo di Capua, del Tirolode' SS. Silvestro, e Martino a' Monti della S.R.C. Prete Card. Caracciolo, della Santità di N. S. Provicario Generale &c.

LA Santità di nostro Signore volendo col suo Apostolico zelo provvedere, che alle Sacre Reliquie de' Santi, le quali furono vive membra di Christo, e Tempio dello Spirito Santo, come ancora alle Cere benedette, e consacrate col Sacro Crisma de' Sommi Pontifici, chiamate comunemente *Agnus Dei*, si conservi la dovuta riverenza, ed onore, e che si levino affatto tutti gli abusi, inerendo alla disposizione de' Sacri Canonici, e del Concilio di Trento nella *sess. 25. de Invocatione, & Veneratione, & Reliquiis Sanctorum*, alle Costituzioni Apostoliche, ed alli Editti speciali altre volte emanati d'ordine de' Sommi Pontifici suoi Predecessori, particolarmente di S. Pio V. e della San. mem. di Clem. VIII. quelli confermando, e rispettivamente rinnovando, e ampliando.

Parimente ordina, ed espressamente comanda, che nessuna persona ardisca, nè presuma dipingere, o miniare, o pur far dipingere, o miniare in oro o alcuna sorte di colore gli *Agnus Dei* benedetti, nè in tal modo venderli, o ritenerli per farne vendita, sotto pena di scomunica *ipso facto* imposta nella Bolla della San. mem. di Gregorio XIII. ed altre pene riservate a nostro arbitrio, volendo che da tutti si debbano decentemente tenere, portare, e custodire bianchi, mondi come rappresentanti quell' innocentissimo, e Divino Agnello, di cui portano impressa l' immagine.

E perchè la San. mem. di Paolo V. nella sua Bolla, che comincia: *Romanum licet Pontificum* destinò solamente gli RR. Monaci di San. Bernardo, e di S. Pudenziana di Roma al Sacro Ufficio di fare detti *Agnus Dei*, e di rinnovare li rotti colle stampe, che si conservano nel Palazzo Apostolico; quindi se alcuno ardisse di tenere, e fare stampe false de' medesimi, o fabbricare *Agnus Dei* falsi, o in qualsivoglia modo formare la cera in forma d' *Agnus Dei*, incorrerà nella pena della Galera per dieci anni rispetto agli Uomini, e della Carcere per dieci anni, o fruita rispetto alle Donne.

Nella qual pena incorrerà ancora chiunque distribuirà scientemente detti *Agnus Dei* falsi, come se fossero veri, o benedetti, o scientemente spaccierà Reliquie false, o commette-

rà furto sacrilego di Sacre Reliquie, e di *Agnus Dei* benedetti, o muterà ed altererà maliziosamente il nome, o il numero del Sommo Pontefice impresso in ciascheduno *Agnus Dei* benedetto.

Similmente la Santità Sua in materia tanto Sacra e Religiosa, rinnovando le pene imposte da' Sacri Canonici contro li Simoniaci, oltre le pene infrascripte, vuole, e comanda, che nessun Orfice, Coronaro, Tornitore, Artefice de' Reliquiarj, o di qualunque arte, o Professione, Regattiere, o Rivenditore, ovvero altra persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca pubblicamente, nè privatamente vendere, far vendere, o tenere per vendere in casa, bottega, o in mostra di detta bottega, o altrove, qualsivoglia sorte di Sacre Reliquie, o *Agnus Dei*, ne pure piccole parti di esse, ancorchè fossero congegnate, e commesse dentro Croci, Immagini, Statue, Urne, Corone, Reliquiarj, o altri simili ornamenti di qualunque sorte e molto meno esporle venali nelle strade, Piazze, Fiere, Mercati, Camere locande, Portici delle Chiese, o Conventi, ed altri luoghi pubblici, nè anche con altre robe vendibili; Permettendoli solamente di ritenere nelle loro case, e botteghe, o mostra di esse, e nei luoghi suddetti li semplici ornamenti, collo spazio, o circolo di essi voto senza Reliquie, ed *Agnus Dei* ad effetto di vendere semplicemente li suddetti ornamenti.

Per pubblica comodità de' fedeli, e conservazione di dette cose Sacre si permetterà con nostra licenza da concedersi gratis a quelli Artifici de' Reliquiarj, che saranno cogniti all' infrascripto Custode delle Sacre Reliquie, e approvati da Noi, o da Monsignor Vicegerente, collocare in ornamenti decenti quelle Reliquie, che verranno dispenstate parimente gratis dalla nostra Custodia, o da Monsignor Sacrista del Palazzo Apostolico, e vendere il puro valore di detti ornamenti, come di sopra; Come anche accomodare quelle Reliquie, ed *Agnus Dei*, che saranno portati da particolari per loro uso, e ritenerli in bottega, sin tanto che saranno accomodati, e restituiti a' medesimi Padroni, senza poterli giammai tenere in mostra, nè guarniti, nè sguarniti, come si è ordinato.

Ed affinché non possa dubitarsi dell' identità, e verità delle Sacre Reliquie, la cui ricognizione, ed approvazione deve assolutamente farsi dal Vescovo del luogo, secondo la forma del detto Concilio Tridentino; Parimente d' Ordine espresso della Santità Sua, si proibisce a qualunque persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione di far fede alcuna, Intromissione, e Scrittura pubblica, o privata di estrazione, donazione, consegna, traslazione, o altro contratto in questa materia di Reliquie senza nostra licenza in iscritto, (fuorchè a tergo dell' Autentiche, possa iscriversi la donazione della stessa Reliquia autenticata,) nè li Stampatori di stamparle, ma debbano riconoscersi, ed autenticarsi da Noi, o da Monsignor Vicegerente nostro, e rogariene gratis il detto Custode delle Sacre Reliquie, o li Notari del nostro Tribunale, altrimenti oltre le pene infrascripte le Reliquie dispenstate in altra forma non s' averanno per autentiche.

Siccome per il medesimo fine, e sotto l' istesse pene si proibisce ad ogni Artefice, e qualsivoglia persona, ancorchè Ecclesiastica, di aprire senza la nostra licenza, o senza la presenza di Monsignor Vicegerente, o dell' infrascripto Custode le scatole di Reliquie sigillate col nostro sigillo, o di Monsignor Sacrista, e li Reliquiarj autentici di Chiese, anche a fine di accomodarle nelli medesimi, o altri Reliquiarj, nè servirli di dette Scatole per usi profani, e similmente ad altri Rettori, o Ministri delle Chiese di concedere veruna Reliquia delle medesime, o parte di esse, senza legittima facoltà, nè di esporre qualsivoglia Reliquia alla pubblica venerazione senza la nostra autentica, o ricognizione, ed approvazione.

Finalmente per l' esatta osservanza del presente Editto, la Santità Sua comanda, che sia inviolabilmente eseguito da tutti di qualsivoglia stato, grado, condizione, e sesso, ancorchè Ecclesiastici, Secolari, o Regolari, ovvero degni di special menzione, sotto la pena di Scudi ducento d' oro, da applicarsi ad usi pii, e la quarta parte all' Accusatore, quale sarà tenuto segreto, e della carcerazione, e dell' esilio, ed anco della Galera, secondo la qualità delle trasgressioni, e delle Persone, ed alli Regolari sotto pena della privazione di voce attiva, e passiva, ed altre pene corporali a nostro arbitrio oltre la perdita delle Reliquie, *Agnus Dei*, e loro ornamenti. E si procederà ancora per inquisizione, o in altro modo più proficuo alla Corte, in ciascuno de' capi suddetti; E pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti, dopo tre giorni comprenderà

derà tutti, come se fosse a ciascuno personalmente intimato. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 14. Ottobre 1716.

N. Card. Caracciolo Pro-Vicario.

M. A. Canonico Boldetti Custode delle Sacre Reliquie,

N. A. Canonico Cuggio Secret.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Edictum assumum, & publicatum fuit ad valvas Curiae Innocentianae, & in Acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Rotam Tribunalis Eminentiissimi Vicarii Cursores Decan.

10 Agnorum Dei virtutem non parvam esse pro beneficio, & utilitate fidelium testatur Durandus *in Rationali Divin. Offic. lib. 6. cap. 79.* ubi dicit vim habere contra fulgura, fulmina, grandinem, incendia, & tempestates, ventos, vel imbres. Martinus Delrius addit habere virtutem magnam contra Daemonem, a cuius potestate plures vi talium Agnorum Dei fuerunt liberati, & praecipue Nobilis vir in Austria 1591. & femina obsessa in Bavaria, & etiam alia consimilis eodem tempore, ut testatur ipse *lib. 6. cap. 2. sect. 3. quest. 3. Disquisition. variar.* Multa de eorum effectibus scripsit Vincentius Bonardus, & Petrus Matthaeus *in 7. Decretal.* dicit, quod cum consecrantur a Pontifice, postulantur a Deo, ut eos devote, gestantibus tribuat, quae breviter sequentibus versibus complexus est Pater Frusus, ut adducit Delrius loco citato.

Postulat in primis sacrati aspectus ut Agni
Agnum ad caelestem concita corda levet
Utque salutaris memores vitaeque, necisque
Criminis, & vitii noxia vincula terant.
Hostis ut insidias Stygii, ac certamina vincant
Decipulas mundi, carnis, & illecebras.
Corporeos nobis morbos, casusque repelli
Praesertim horriferos, mortificosque petit.

11 Alios etiam versus virtutem, & efficaciam Agnorum Dei exprimentes adducit Quaranta verb. *Agnus Dei*, & dicit ab Urbano V. fuisse missos ad Graecorum Imperatorem cum tribus Agnis, & sunt sequentes:

Balsamus, & munda cera cum Chrismatis unda
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum,
Fonte velut natum per mystica sanctificatum.
Fulgura desurtium depellit, & omne malignum.
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Pregnans servatur, simul & partus liberatur.
Munera tert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus munde de fluctibus eripit unda.
Morte repentina servat, satanaeque ruina.
Si quis honorat eum, retinet super hoste trophaeum.
Parique minor tantum, tota valet integra quantum,
Agnus Dei miserere mei,
Qui crimina tollis, miserere nobis.

Supplementa Auctoris e III. Editione.

12 De Ritu & usu Cerarum Formarum, quae benedicti, & consecrari solent a Romano Pontifice, Formula impressa de mandato SS. D. N. Benedicti Pp. XIV. anno 1752.

PERvetus in Ecclesia Romana ritus est ille, quo Summi Pontifices benedicere, & consecrare solent Ceras Formas, quae *Agnus Dei* vulgo appellantur. In Ordine Romano, qui eruditorum iudicio antiquior est saeculo octavo, innuitur praefatus Ritus; In Cereimoniali vero ejusdem Romanae Ecclesiae designantur materia, forma, & praecipue in huiusmodi consecratione adhibenda, quae Sacras continent, mysticasque significationes.

Conficiuntur hi *Agnus Dei* ex cera alba, pura virginea, quo humana denotatur natura a Christo, virtute Divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpa, in purissimo Mariae Virginis utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in Ara Crucis immolatus est. Adhibetur Aqua benedicta, quo nimirum elemento, cum in veteri, tum in novo Foedere,

praefata Sacramenta, & prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea Balsamum, quo bonus Christi odor significetur, quem in omni actu, & conversatione redolere debent Christiani. Superinfunditur Chrisma, quo res aliae Divino cultui specialiter addictae veluti Tempia, Altaria, Sacerdotes, praeparari solent, ac consecrari, atque in eo praestantissima virtutum, omnium Caritas figuratur.

In Aqua igitur prius benedicta, ac Balsamo, & Chrismate mixta, Cerei illi *Agnus Dei* immerguntur, & Summus Pontifex, tam ante, quam post merionem sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas formas benedicere, sanctificare, & consecrare dignetur, illique tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, haec dona, ac beneficia consequatur.

I. Ut aspectu, vel contactu Agni in Cereis illis formis impressi excitentur Fideles ad memoranda sub eo Symbolo Redemptionis nostrae mysteria, conceptisque grati animi sensibus Divinam in nos bonitatem benedicant, venerentur, ac diligant: fidentes fore, ut per eum, peccatorum veniam obtineant, & maculas omnes abstergant.

II. Ut ad vivificae Crucis signum in iisdem Cereis impressum maligni Spiritus contremiscant, & fugiant, facessant grandines, subdant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura, & tempestates.

III. Ut Divinae benedictionis virtute, non praevalcant diabolicae fraudes, insidiae, & tentationes.

IV. Ut Parturientes cum foetu incolumes serventur, eumque feliciter in lucem emittant.

V. Ut iisdem devote utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, aerisque corruptio, nullus comitialis morbus eum corripiat, nulla maris tempestas, nullum incendium, nulla inundatio, nulla adversus eum praevalcat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus Divinae protectione muniatur, ab humanis, vel diabolicis insidiis, a subitanea, & improvisa morte, a cunctis denique malis, & periculis liberetur, per Vitae, ac Passionis Jesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus Sacri virtutes explicatae jam olim tuere, atque his versibus comprehendat:

Pellitur hoc signo tentatio Daemonis atri,
Et pietas animo surgit, abique tepor.
Hoc aconita fugat, subitaque pericula mortis,
Hoc & ab insidiis vindice, tutus eris.
Fulgura ne feriant, ne sevea tonitrua ledant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe.
Undarum discrimen idem propulsat, & ignis,
Ullaque ne noceat vis inimica valet.
Hoc facilem partum tribuente, puerpera fetum
Incolumem mundo proficret, atque Deo.
Unde, rogas, mihi tam magna potentia signo?
Ex Agni meritis, haud aliunde fuit.

Quae quidem beneficia; & gratiarum dona a bonorum omnium Largitore Deo fidelibus tribui, ac concedi, virtute huius Sacris Cereis communicata per benedictionem, ac precationes in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex universalis Ecclesiae nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximisque miraculis saepissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectu virtutis rei sacrae, sed vel infirmitate, exiguaeque utentium Fidei, ac devotioni, vel alteri occultae causae Deo compertae, ac probatae tribuendum est. Sic ad litteram habetur in Appendice V. ad Tomum Tertium Bullarii Benedicti XIV.

ALCHIMIA, ALCHIMISTAE.

ALchimia ad faciendum aurum, vel argentum turpis lucri gratia pro commerciis concita, est expresse prohibita, c. *Spondent Extravagant. comm. Joann. XXII. lib. 5. de crimine falsi.* Et ratio est quia aurum, vel argentum chemicum non habet veri auri, & argenti naturalis perfectionem, neque virtutes & proprietates omnes, adeoque nequit confici, & uti pro commerciis contractuum, cum sic esset manifesta iniustitia, & damnum tertii; neque ut in medicamentis quiseo utatur, cum veri auri vires salutare non habeat, quin potius nocivas qualitates ab igne carbonario, & venenato hydrargyrio contrahat; Neque ut quis eo utatur pro mixtione monetarum, cum

12 Attendenda sunt, quæ tradit Card. Petra tom. 5. comment. ad Constit. 5. Pauli II. sect. 2. num. 15. de Superiore Regulari incidere faciente arbores fructiferas in proprio Viridario; Videatur simile dubium fuisse propositum in Sacra Cong. Concilii sub die 27. Junii 1665. ibi: *Nonnulli Regulares religiose conscientia supplices petunt, ut per hanc Sacram Congregationem delectaretur, an Prælati, sive Superior Regularis possit incidere, seu incidi facere in suo Monasterio, seu Viridario arbores fructiferas, ibidem existentes & incidendi, seu incidi mandando, incidat in pœnas comminatas in Extravag. Ambitiose, de reb. Eccl. non alien. & in decretis generalibus hujus Sac. Congregationis de reb. Regul. alien. Sac. Congregatio censuit: Non respondendum, nisi in casibus particularibus tom. 24. decret. pag. 535. Et quidem optima ratione, quia aliquando in Viridariis opus est arbores renovare, & alias eradicare pro majori utilitate ipsius, & sic debet considerari fructus comparative ad Viridarium, & non ad singulas arbores. Unde in dubio *Incisionis arborum* 29. Julii 1684. Sacra Congregatio dixit, *Ad mentem*, quæ fuit non incidisse in pœnas contentas in decret. de reb. Eccl. non alien. Prælatum Regularem, qui arbores incidat, alias fructiferas in apriori loco: Et alia quoad incisionem Arborum, vide late Passerin. de statu hom. tom. 1. quæst. 185. ar. 7. num. 340. & seq. ubi dicitur Passerinus inter alia notabilia sub num. 367. asserit quod incidere licite possunt arbores, si materia sit parva, & ex incisione fundus non reddatur notabiliter deterior, citans ad id Rotam decis. 553. par. 2. recent. Pevrin. Lezanam, Donatum, Ciardinum, & concludit quod non dubitat hujusmodi notabile detrimentum non esse arbitrarium, & considerandum tam ex quantitate, & qualitate arborum, quam ex fine, ad quem fuerunt plantate. Unde potest contingere, quod in ordine ad pœnas incurrendas, nec incisio quinque, sex, decem, & amplius arborum, si sint parvæ & vix nata ferat modicum nocumentum, & quod contra, unius folius singularissimæ in suis qualitatibus sit notabiliter æstimanda, & reddat fundum notabiliter deteriorem.*

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 **R**erum Ecclesiæ alienatio regulariter est prohibita. *Subjetum hujus regulæ* (inquit Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 13. §. 18.) respicit bona ecclesiastica, prædictarum alienationem. Illa quascunque res immobiles non tantum ad Ecclesiæ, sed etiam ad Monasteria, aliæque pia sodalitia, ut & ordines militares pertinentes complectuntur &c. Hæc alienatio videlicet comprehendit omnem actum, per quem ad translationem domini sive in totum sive pro parte similisque juris in re devenitur &c. adeoque ne quidem in rebus Ecclesiasticis permixtum est constituere pignus, aut servitutem realem, aut usufructum &c.
- 2 De origine, progressu, fati variis, & præsentis statu prohibita alienationis rerum Ecclesiæ, vid. Gonzal. in comment. ad cap. 1. num. 5. & sequent. tit. 10. lib. 3. Decretal., & qui caute tamen est legendus, Bohemer. in Decretal. d. lib. 3. d. tit. 13. §. 1. ad plur. sequent. Rousseau. de La Combe in Jurisprudentia Canon. verb. Alienatio Bonor. Eccles. Sect. 1. fere per tot.
- 3 Bona Ecclesiæ vel sunt communia, vel sunt mensalia. Illa in genere ad patrimonium Ecclesiæ spectant; Hæc speciatim destinata sunt ad sustentationem eorum, qui Ecclesiis inveniunt, & officio sacro annectuntur, Bohemer. ubi supra §. 16. & sequent. duob.
- 4 Bona communia licet prohibita sint alienari, possunt tamen alienari cum solemnitate Canonica. De bonis vero mensalibus gravis quæstio est, an ea cum solemnitate Canonica alienari queant. Negat Linker. Respons. 2. num. 71. Affirmat vero Harproct. Respons. 57. num. 75. Eique adhærere videtur Bohemer. loc. citat. §. 24. & plur. sequent. Si stetur priori opinioni alienatione bonorum mensalium non docto de speciali consensu Papæ, ne tempore quidem immemorabili convalidatur, Lincker. ubi supra.
- 5 Sub prohibita alienatione rerum Ecclesiæ venire jus percipiendi fructus, nequaquam vero commoditatem fructuum firmat Lanfredin. Respon. Eccles. 16. n. 16.

Alienatio quoad causas, & solemnitates Juris ad eam requiritas.

Causæ justæ, ob quas bona Ecclesiæ alienari possunt, sunt quatuor. Prima est evidens Ecclesiæ necessitas, cui aliter iuveniri non potest, verb. gr. si Ecclesiæ are alieno sit gravata, nec habeat, unde aliter solvat, aut quando similibus causis necessitatis extremæ id deponit: habetur in Clement. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis, ubi excipitur casus necessitatis his verbis: *nisi necessitas Monasterii hoc exposcat, & cap. 1. de pignoribus hoc tit.* his aliis verbis: *nisi justissima necessitate urgente.*

Secunda est manifesta Ecclesiæ utilitas, verb. grat. si res aliqua Ecclesiæ alienetur ad aliam meliorem emendam, vel in aliam meliorem commutetur; habetur cap. sine exceptione 12. quæst. 2. his verbis, *nisi forte aliquod barium faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ, & expresse cap. Ut super 8. §. final. hoc tit.* præcisus verbis: *Possessiones vero, quæ Ecclesiæ tue minus sunt utiles, pro aliis utilioribus de fratribus tuorum, & sanioris partis consilio, & assensu alienandi, seu commutandi liberam concedimus facultatem.* Unde non sufficit, quod Ecclesiæ non damnetur, sed requiritur manifesta melioratio, & evidens lucrum tempore alienationis, ut iuxta cit. canon. sine exceptione 12. quæst. 2. decidit Sac. Rota in Bononiensi 16. Novem. 1621. cor. Reverendiss. Domino Coccino Decano.

Tertia est pietas, verb. grat. si bona Ecclesiæ alienentur pro redimendis captivis, pro alendis pauperibus tempore magnæ famis, pro augmentatione cæmeterii ad sepulturam Fidelium, pro ædificatione Ecclesiæ, cap. Annus 12. quæst. 2. ubi ex S. Ambrosio lib. 2. de officiis cap. 28. habetur quod pro his, & similibus liceat vala sacra frangere, vendere, & pretium erogare, si non alia suppetant; & leg. Sancimus 21. Cod. de Sacros. Ecclesiis, habetur expresse, quod *absurdum non est animas hominum quibuscumque vasis vel vestimentis præferri.*

Quarta est Incommoditas, V. G. si res alienanda plus incommoditatis, quam commoditatis Ecclesiæ afferat, ut si multum distet, vel fructus non possint percipi, nisi cum magno dispendio: cap. Terrulas 12. quæst. 2. Et sic tenent Glossa in Summa caus. 12. Abbas in cap. Nulli num. 5. Fagnan. in 6. cap. Nulli num. 7. hoc tit. Barbosa lib. 3. Jur. Eccles. univers. cap. 30. Silvester verb. Alienatio q. 1. Covarruvias resol. 1. cap. 17. n. 2. Molina disp. 468. Navarr. Layman., & alii communiter.

Solemnitates requiritæ ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum sunt pariter quatuor; Prima, quod præcedat tractatus capitularis, id est Prælati cum Capitulo, vel Conventu consultet, an expediat talem rem alienare, necnon: cap. sine exceptione, cap. Tua nuper 8. de bis, quæ sunt a Prælati cap. 1. hoc tit. n. 6.

Secunda, quod ad sit consensus totius Capituli, vel saltem majoris, aut sanioris partis ipsius, cap. sine exceptione 11. quæst. 2. & cap. Ut super 8. §. final. hoc tit. ubi habentur præcisa verba: *de fratrum tuorum, & sanioris partis consilio, & consensu.*

Tertia, quod fiat subscriptio a Capitularibus, cap. 1. de his quæ sunt a Prælati, ubi expresse dicitur: *Irrita erit Episcoporum donatio, & venditio, vel commutatio rei Ecclesiasticæ, absque collaudatione, & subscriptione Clericorum.*

Quarta, quod interveniat consensus Summi Pontificis, cap. 2. hoc tit. in 6. & cit. Extravag. Ambitiose. Consensus autem Patroni non requiritur ad alienationem rerum Ecclesiasticarum, si accedat auctoritas, & Beneplacitum Summi Pontificis, cum ipsi Patroni in rebus, quas Ecclesiis conferunt, nullam habeant potestatem, ut expresse habetur cap. Novem. conditores Basilicarum in rebus, quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed juxta Canonem instituta, sicut Ecclesiam, ita & doctem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere, & cap. de rebus 12. quæst. 2. & sic Rota Rom. part. 9. tom. 1. dec. 114. n. 9. Anaclet. Pirging. hoc tit. n. 61. cum aliis passim.

De justa causa requisita in alienatione rerum Ecclesiæ disputari solet, utrum satis sit quod interveniat de tempore inchoati contractus, an intervenire quoque debeat de tempore executionis Beneplaciti Apostolici. Cardinal. Petra in comment. ad Constit. Apostol. Constit. 1. Divi Leonis Magni sect. 4. num. 132. & plur. sequent. mordicus tenet justam causam requiri de tempore quoque executionis Beneplaciti Apostolici, idque etiam totus tenor contractus Summo Pontifici fuisse expositus; Ejulque sententiam sequuta est Rota in Lycien. transactionis 20. Junii 1755. §. 32. cor. Illustriss. Molin.

In transactione quando dicitur concurrere evidens Ecclesiæ utilitas, res non est adeo expedita, uti in cæteris contractibus. Consule Giardin. contro. forens. lib. 1. cap. 3. num. 64. Vrecol. de transact. quæst. 25. num. 13. Nicoll. ad Monet. de Decim. ad not. 1. num. 263. Rot. in d. Lycien. Transactionis 4. Mar. 1754. §. 20. 17. Januar. 1755. §. 29. & 20. Junii ejusdem anni §. 3. cor. Illustriss. Molin.

Confirmato jam contractu inchoato cum Ecclesiæ, ab eo si ipsa Ecclesiæ recedere velit, tenetur probare defectum justæ causæ. Contra vero contractum nondum confirmatum, Laicus, si pro confirmatione instet, probare debet justam causam, Piton. discept. Eccles. 153. n. 24. Rot. cor. Coccin. dec. 1336.

Solemnitates requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ, de quibus agit Auctor a n. 5. ad fin. aliqui addunt substationem, moti Auth. Hoc jus porrectum C. de Sacrosanct. Eccles. Nulla vero hujus requisiti occurrit mentio in Jure Canonico, secundum quod hodie in alienandis rebus Ecclesiæ proceditur. Quo circa necessaria haud est substatione in alienatione rerum Ecclesiæ. Brunemann. in d. Authent. Hoc jus porrectum n. 14. & seq. Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 13. §. 46.

ARTICULUS III.

Alienatio quoad ea, quæ alienari possunt sine solemnitatibus.

Alique talibus solemnitatibus alienari possunt Primo Terrulæ, alique fundi steriles, & exigui valoris, minusque utiles Ecclesiæ: cap. Terrulas 12. quæst. 2. ubi expresse dicitur: *Terrulas, aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus utiles aut longe positas, parvas, Episcopus sine consilio Fratrum, sine necessitate fuerit, distrabendi habeat facultatem.* Neque huic Canonis Terrulas derogatum fuit a Paulo II. in Extravaganti Ambitiose, nec a Concilio Trident. sess. 25. c. 11. prout declaravit Sac. Congr. Conc. 11. Jan. 1596.

Terrulæ autem, & res modici valoris sunt, quæ non æstimantur ultra viginti solidos secundum Glossam in d. cap. Terrulas, & ut censuit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in una Faventina 22. Maii 1611. in qua viginti solidos ad scuta vigintiquinque aurea ascendere declaravit, & in una Messanensi 29. Nov. 1613. ubi asseruit, sic etiam declarasse Paulum V. in Barensi in responsione Archiepiscopo Visitanti Sacra Limina die 12. Apr. 1698. dixit: *Non posse Episcopum concedere facultatem ultra viginti quinque scuta aurea.* Et scutum aureum constituitur ex Paulis sexdecim, & secundum hanc computationem vigintiquinque scuta aurea constituunt scuta quadraginta monetæ Romanæ; Unde in una Papiensi 15. Maji 1710. censuit licentiam concessam per Ordinarium pro incisione arborum Ecclesiæ in Summa Scutorum 60. non sustineri. Nec valet consuetudo in contrarium, quæ non est toleranda, ut respondit Sac. Cong. in Analphitana 8. Aug. 1665. in responsione ad primum.

Secundo sine talibus solemnitatibus alienari possunt immobilia relicta Monasterio, seu Ecclesiæ incapaci ea retinendi, ut sunt Monasteria Ordinis Minorum de Obervantia S. P. Francisci Reformatorum, Capuccinorum, & Clericorum Regularium, seu Theatinorum, & ratio est, quia talia bona immobilia non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem ejuldem, ex Clementin. Exivi, de verbor. significat. & ex cap. Exiit qui seminat §. ad hæc, quia de verbor. significat. pro Minoribus, & ex speciali Decreto Sac. Cong. Conc. pro Theatinis, ut refert Donatus tom. 1. part. 2. tract. 14. quæst. 67. his verbis, *Sac. Cong. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu Institutum spernitur propositum retineat, quoad bona immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

Isti enim omnes cum neque in communi bona immobilia, ut agros, vineas, & similia possint possidere, si quæ talia eis legantur, possunt ea vendere sine Juris solemnitate, & pretium expendere in necessitatem, ac utilitatem Ecclesiæ, vel Monasterii, ut concessit nostro Ordini de Obervantia Clemens VII. 23. Novembris 1526. in Constitutione incipiente: *Nuper.* Videtamen verb. *Syndicus Apost. n. 19.*

Tertio sine solemnitatibus potest fieri locatio, atque conductio rei Ecclesiastica ad triennium, cit. Extravagant. Ambitiose, ubi prohibetur solum sine solemnitatibus fieri locatio, & conductio ultra triennium, adeoque sine ipsis censetur licita ad triennium; Quod triennium debet intelligi de tribus annis fructiferis, ita ut si alicubi prædia locata fructificant solum singulo biennio, possunt locari ad sex annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus, cum Constitutio Ambitiose respiciat fructus triennales, non autem temporis spatium sine fructu; tunc enim unum biennium, seu triennium semel tantum fructiferum unico æquivalet anno, ut decidit S. Rota Rom. 19. Junii 1648. in una Tiburtina affectus part. 10. decis. 219. n. 7. & sic tenent Glossa fin. in leg. item queritur §. qui impleto, prope finem, vers. item quodsi in rusticis ff. Locati, Conducti, & sic Bartol. Bald. Donatus, & alii passim. Et circa hoc notandum, quod si locatio rei fructificantis singulis annis fiat ad novennium simpliciter, & indivisibiliter, est nulla, & invalida etiam pro primo triennio, sic decidit Rota Rom. 1. Junii 1612. in Aretina bonorum, part. 3. decis. 435. num. 3. plures allegans Doctores; Nec refert, dicit Rota, quod quamplures teneant contrariam sententiam, quia non videtur recedendum a prædicta opinione, quam Rota uti viorem pluries approbavit, ut in causa Romana devolutionis domus 4. Februarii 1583. coram D. de Rubis, & in alia Placentina decimarum 2. Junii 1586. & in alia Brixien. locationis 5. Decemb. 1594. Si autem locatio fiat ad novennium divisibiliter ad primum, & secundum, & tertium triennium, ut uno triennio elapso semper liberi remaneant contrahentes, tunc valet, & tenet locatio pro primo triennio, quo elapso, si non rescindatur contractus, valet etiam pro secundo, & sic de tertio, quia talis locatio non censetur facta in fraudem legis, sed solummodo ad evitanda incommoda, & expensas in reiteratis contractibus, & scripturis, & sic tenet Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 95. num. 10. & seq. Gutierrez, Engel, & alii passim, & sic decidit Rot. Rom. 27. Feb. 1640. dec. 826. cor. Merlino.

Quarto sine solemnitatibus possunt dari in Feudum, vel Emphyteusim res immobiles Ecclesiasticæ ab antiquo in Feudum, vel Emphyteusim dari solita: habetur expresse in cit. Extravag. Ambitiose, in qua a generali prohibitione alienandi res Ecclesiasticas, expresse excipiuntur res immobiles ab antiquo concedi solita: in Emphyteusim, præcisus his verbis: *Præterquam de rebus, & bonis in Emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & sic tenent communiter Doctores cum Barbosa de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 22. & seq. Rota in Romana Domus 27. Novembris 1587. coram Blanchetto, & in Immolens. bonorum 21. Maji 1593. coram Pamphilio, dummodo tamen solitum non alteretur, Rota in dicta Immolens. bonorum coram Pamphilio. Ad hoc autem, ut res Ecclesiæ dicatur solita alienari, requiritur, quod præcedat una locatio solemnis, vel duæ sine solemnitatibus cum spatio quadraginta annorum. Rota in Zamoren. Castri 14. Decemb. 1579. coram Serasino, in Aversana tenimenti 24. Novembris 1581. coram Cantuccio, in Senens. prædii 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, in Pisana Bonor. 20. Februarii, & 3. Decembris 1584. coram Cantuccio, & in Romana Domus 13. Januarii 1586. cor. Blanchetto. Non tamen requiruntur necessario uniformes. Rota in Pisana bonorum 20. Februarii 1584. coram Cantuccio. Et sufficit, quod una sit valida: Rota in d. Pisana bonor. 20. Februarii 1584. coram Cantuccio. Si tamen res Ecclesiæ solita alienari, sit denuo incorporata Ecclesiæ, non potest locari sine solemnitatibus; Rota in Mediolan. bonor. 23. Jan. 1593. coram Orano.*

Quinto sine solemnitatibus alienari possunt fructus, & alia bona Ecclesiastica, quæ servando servari non possunt; habetur expresse in cit. Extravagant. Ambitiose præcisus his verbis: *Præterquam de fructibus, & bonis, quæ servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia.* Et pro bonis, quæ servando servari non possunt intelliguntur illa: res mobiles, quæ non durant triennio, vel quæ ulu consumuntur, & non fructificant: argum. leg. Quæ Lex §. ultim. de administrat. Tutorum, & cap. Vestra de locato, Fagnan. cap. nulli 13. hoc tit. Quaranta, Rebuff. Caltropalao, & alii passim cum Barbosa de off. sic.

16 sic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 95. nu. 37. Sexto sine solemnitate alienari possunt res Ecclesiasticæ, quando summa alienandi instaret necessitas, & Papa de facili adiri non posset, & esset periculum in mora, ut pro alimonia pauperum urgente, necessitate, pro redemptione captivorum, & pro similibus: cap. Animum 70. cap. Gloria Episcop. 71. cap. 17. quest. 2. Abbas in cap. final. nu. 8. de Ecclesiis edificandis. Quaranta, Piatec. Ugolin. Ciarlin. Filiuc. Rebuff. Bonacina, & alii passim cum Barbofa loc. cit. n. 58.

17 Septimo sine solemnitate alienari possunt mancipia Ecclesiæ, seu servi fugitivi, & qui de fuga revocati, retineri non possunt, cap. Terrulas 12. quest. 2. ubi ex Concilio Agathensi habentur præcisa verba: servos quoque fugitivos, qui revocari retineri non possunt, similiter Episcopus distrabere licet, & cap. Fugitivi eadem caus. 12. & quest. 2. ubi ex eodem Concilio ordinatur expressè, quod alienentur fugitivi, qui teneri non possunt.

Nova additiones ex aliena manu.

1 IN alienatione rerum exigui valoris licet haud requirantur solemnitates, concurrat tamen oportet iusta causa, Rouseaud de la Combe in sua jurispr. Canon. verb. Alienatio bonor. Eccles. sect. 4. num. 3.

2 Recte monet Auctor n. 8. quod triennium intra quod est permissa locatio bonorum Ecclesiæ, intelligi debeat non de triennio temporis, sed de triennio fructuum, seu de spatio intra quod sit terna fructuum collectio. Quo fit, ut si fundus aliquis non singulis annis, sed biennio, vel triennio integros fructus reddat, fieri possit locatio bonorum Ecclesiæ ad sex vel novem annos, ut præter allegatos ab Auctore firmant Leuren. in jus Canon. lib. 3. tit. 13. de Reb. Eccles. non alien. quest. 145. sub num. 1. Schmalzger. sur. Eccles. univ. part. 2. tit. 18. de Locat. & Conduct. §. 1. sub num. 29. Cardin. de Luc. de Loc. & Conduct. disc. 21. num. 19. Pignatell. Consult. Canon. to. 4. Consult. 223. n. 1. Pacian. de Locat. & Conduct. cap. 14. §. 6. num. 2. An & quando Locatio ad novennium vel pro toto novennio vel pro triennio sustineatur necne, vide Louvrex dissert. can. 13. a num. 74.

ARTICULUS II.

Alienatio, quoad ea, & casus, in quibus nequit fieri sine solemnitatibus.

1 Quamvis primo sine solemnitatibus possit fieri alienatio rei Ecclesiasticæ pro solvendis debitis illius, qui bona, & hæreditatem reliquit Ecclesiæ, cum talia bona nondum sunt Ecclesiæ, seu loco pio incorporata. ex quo per additionem hæreditatis non censentur acquiri hæredi, nisi illa bona, quæ remanent deducto ære alieno, l. subsignatum §. bono ff. de verbor. signific. cum bona hæreditaria transeant in potestatem hæredis etiam Ecclesiastici tamquam obligata alienationi, & ideo postea non tantum alienet, quam exquatur obligationem susceptam alienandi pro solvendis debitis, ut tenet Pignatell. tom. 6. consult. 95. num. 38. Monacell. part. 1. tit. 5. formul. 25. n. 24. Panimol. & alii passim cum Rota in Amerina Bonorum 2. Junii 1645. coram Royas; Requiritur tamen beneplacitum Apostolicum pro tali alienatione, quando bona sunt jam Ecclesiæ, vel pio loco plene incorporata, ex Decreto Sac. Congr. Concil. in una Salutarum 20. Septembris 1624. lib. 27. Decret. p. 103.

2 Secundo licet sine solemnitatibus, aut Beneplacito Apostolico, & Episcopi facultate possit res Ecclesiæ in aliam transmutari, V. G. Calix vetustus in Crucem, Silva inutilis in Olivetum, vinea deserta in pratum, & alia hujusmodi, quia ista non est proprie alienatio, neque distractio, sed in rem magis utilem, & necessariam conversio, ut docet Delbene tom. 2. cap. 27. dub. 23. n. 11. Antonius a Spiritu Sancto, cum aliis passim; Non sic tamen in subrogatione Patrimonii Clericalis, quod alienari non potest sine licentia Episcopi, etiam si in loco ejus subrogetur Beneficium. Sic decrevit Sac. Congr. Concil. 16. Aprilis 2622. lib. 4. pag. 231.

3 Tertio licet sit multum probabile, quod Prælati possint sine solemnitatibus, & Beneplacito Apostolico repudiare legatum factum Ecclesiæ, etiam de rebus immobilibus, ut tenent plurimi magni nominis Doctores, ut Jason. Federicus de Senis. Zoefius, Cardin. de Luca, Barbofa, Silvester, Sanchez, Castropalao, Lessius, Anacletus, & multi alii; Tamen pro-

babilius est, Prælatum non posse sine Beneplacito Apostolico repudiare legata, seu Hæreditates relictas Ecclesiis, Monasteriis, & aliis locis piis. Sic tenent Baldus in l. Contra Invis §. 1. ff. de pactis. Ancharanus, Angelus Quaranta, Amoltaz. Tondutus, Tamourinus de Jure Abbatum, Molina, Azorius, Pinellus, Monacelli, Engel, Naldus, Filiucius, Lambertin, & multi alii; itando in pacto Juris, etiam Barbofa part. 2. allegat. 95. num. 54. & Rota Rom. coram Celso decis. 3. n. 8. Et ratio est, quia repudiatio legati in Jure expressè dicitur alienatio; l. Magis puro §. fundum, ff. de rebus comun, qui sub tuela &c. ubi habentur præcisa verba: Fundum autem legatum repudiare sine Prætoris auctoritate non potest, esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat. Tum quia nedum prohibetur, ut defendit Barbofa l. c. alienatio rerum Ecclesiasticarum acquiratarum, sed etiam acquirendarum; hujusmodi enim res transeunt in Ecclesiam ipso Jure, & possessio abque traditione in eam transfertur, l. jin. cod. de sacrosanct. Ecclesiis; accedit textus in l. Qui actionem; ff. de Regul. jur. ubi dicitur: Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. Imo illas res cedere non potest Prælati, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur aditæ, & ita potius est in acquirendo, quam in acquirendo, adeoque &c. Tum etiam quia Prælati tenentur procurare utilitatem Ecclesiæ sibi commissæ, eidemque acquirere quantum potest, alias tenentur de suo satisfacere, ex Donc. Bracaruf. relat. in c. Quicumque 12. q. 4. & Gloss. ibid. vers. au neglectum. Prælati autem repudiando legatum factum Ecclesiæ non procuraret ipsius Ecclesiæ utilitatem; nam non acquirere est invidiari leg. 1. §. Conferretur, ff. de collation. bonor. ubi præcise habetur: Ceterum si id egerit, ne quid acquireret, hic etiam sibi insularius est. Vide verb. Legatum 133. & seq. & Cardin. Petram tom. 1. Comment. ad Constit. V. Pauli II. sect. 2. a n. 78. ubi multa habet ad rem.

4 Quarto sine Beneplacito Apostolico, aut solemnitatibus nequeunt alienari Jura perpetua Ecclesiæ, adeoque nec servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine Beneplacito Apostolico. Quaranta in summa Bullar. verb. Alienatio n. 21. Corrad. praxis dispens. lib. 9. cap. 4. n. 15. Pifacc. Palerin. Monacell. & sic decrevit Sac. Congr. Concil. in Albanen. 21. Junii 1698. in qua; ut refert Monacell., agebatur de impositione servitutis immittendi signa, & appodiandi super muros Conventus PP. Minorum Conventualium.

5 Quinto sine Beneplacito Apostolico nequit fieri ulla transactio, qua cedantur Jura super bonis præcensibus ab Ecclesiâ, licet illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat. Rota coram Coccino decis. 301. num. 1. Add. ad Burat. dec. 690. num. 18. in fin. Adden. ad Gregor. decis. 418. num. 17. & sic decrevit Sac. Congr. Concil. in Asculana Beneplaciti 14. Febr. 1699. reprobando opinionem aliquorum Doctorum purantium transactionem, sive concordiam de rebus ad Ecclesiam aliquo modo spectantibus, eidem tamen adhuc non incorporatis, neque ab eadem possessis, fieri posse abique Beneplacito Apostolico, si renunciaret, aut dimittat pro alicujus rei certæ acquisitione.

6 Sexto sine solemnitatibus, & Beneplacito Apostolico nequit fieri alienatio ab una Ecclesiâ in aliam; imò neque inter Personas ejusdem Ecclesiæ; ne, ut tenet Rota par. 7. decis. 191. num. 12. detur occasio discooperendi unum Altare pro altero cooperiendi in diminutionem Divini cultus, & colligitur clare ex cap. 1. De rebus Eccles. non alienand. in 6. ubi fuit declarata invalida alienatio decimarum facta ab una Ecclesiâ in aliam sine requisitis solemnitatibus, quia dicit textus, Transactus solemniter, & diligens, quia in talibus concessionibus perpetuis, & alienationibus rerum Ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem. Et ad hoc facit etiam cap. Sine exceptione 12. caus. 12. q. 1. ubi generaliter prohibentur fieri donationes, venditiones, permutationes, aliaque omnes alienationes rerum Ecclesiasticarum sine solemnitatibus requisitis, adeoque ibi censentur etiam prohibita alienationes de una Ecclesiâ in aliam, cum ubi Lex nos distinguit, neque nos distinguere debeamus, leg. Non distinguemus ff. de recept. arbitr. leg. Pres. ff. de officio Praesidis cap. Quia circa 22. de privileg. cum similibus; & Lex generaliter loquens, generaliter sit intelligenda, leg. 2. §. generaliter ff. De legat. præst. Et hanc sententiam tenent Rota part. 4. tom. 2. decis. 234. num. 23. Abbas in cap. Sicut nostri n. 4. De Jurjurand. Redoan., Navarr., Rebuff., Gratian., Seraphin., alique plurimi secundum praxim Curie Romanæ, quam talem esse testantur etiam Doctores contrariæ sententiæ, & sic declaravit Sac. Congr. Concil. in una Neapolitana 24. Julii 1647.

mar. 2632. his verbis: Sacra &c. Dubio proposito mature discussio censuit, permutationem inter duas Ecclesias absque solemnitatibus factam, effectuatam minime sustineri, & Retorcos ipsarum Ecclesiarum incidisse in pœnas cap. 22. sess. 22. de reformat. & Extravagantibus Ambitiose, & in Visitatione SS. Liminum Episcopi Carthaginensis 11. Junii 1712. ad primum.

7 Septimo sine solemnitatibus, & Beneplacito nequit fieri arborum incisio, & venditio, quando incisio, & venditio est in magna quantitate cum notabili deterioratione fundi, & quando arbores sunt destinatae ad afferendum fructum annuum, & non sunt cædæ, ut sunt poma, nuces, castanæ, olivæ, & alia hujusmodi primario destinatae ad fructum annuum, harum enim alienatio cadit sub prohibitione, cum defectu ipsarum fundus notabiliter deterioretur; Sic tenent Rota part. 2. decis. 553. num. 1. & Doctores passim, Potest tamen sine Beneplacito fieri incisio, & venditio arborum, quando sunt vetulae, ac inutilis, & indigent renovari, ut sunt vites vetulae, malus, arantia vetus, & alia hujusmodi, vel quando arbores sunt nimis densæ, & opacæ, cum densitas, & opacitas, seu umbra impediatur, & noceat fructibus, & ex tali incisione fundus evadat fructuosior; Vel quando arbores sunt primario destinatae ad cætionem, ut fructificent in ratione ligni, ut sunt arbores silvæ cædæ, nemoris, & hujusmodi, quæ renascuntur, & per incisionem sunt in fructu, & per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur, adeoque earum incisio, & venditio non est prohibita, cum fructus non prohibeantur alienari ex cit. Extravagantibus Ambitiose ipsos expressè excipiente his verbis: præterquam de fructibus. Sic Rota ibi supra cum Doctoribus passim. Vide Card. Petram tom. 5. comment. ad Constitut. 5. Pauli II. col. 2. a num. 12. ad 15. ubi plura decreta affert ad rem.

8 Octavo sine Beneplacito Apostolico non possunt bona Ecclesiastica, sive mobilia pretiosa dividi in plura corpora, ad hoc ut minuatur valor, & reducatur ad esse Territorium, vel ad estimationem minorem quadraginta Scutis Romanis, ut res fiat auctoritate Episcopi alienabilis, Hoc enim esset aperte agere in fraudem legis, & abique solemnitate alienare, quæ sine ipsa sunt inalienabilia per cit. Extravagantibus Ambitiose, & alia superius citata Jura; & ideo esset totaliter illicita, & invalida talis fraudulenta alienatio ratione malæ fidei, tam alienantis, quam emptoris fraudi scienter consentientis; Et sic Clemente VIII. approbante declaravit Sac. Congr. deputata super moderatione Brevis Gregorii XIII. circa bona Ecclesiarum Diocesis Parmensis ad Livellum concessa 7. Octobris 1602. in responsione ad primum dubium.

9 Non sine Beneplacito Apostolico sunt nullæ, & invalidæ locationes, seu concessiones ad longum tempus bonorum Ecclesiæ, sive Capituli, quamvis fiant inter Canonicos, & Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ alienantis, adeoque sunt rescindendæ non obstantè contraria consuetudine, quæ corruptela dicitur, ut declaravit Sac. Congr. Concil. in Astenf. 26. Junii 1683. confirmata 24. Januarii 1699. & in Tarent. 5. Martii 1701. & Sac. Congr. Episc. in Biteben. 20. Decembris 2697.

10 Decimo sine Beneplacito Apostolico non possunt alienari annui census creati ad formam Bullæ Pianæ, quia cum ipsi census sint constituti super rebus immobilibus, qui singulis annis fructificant, connumerantur inter bona immobilia ex Clement. Exivi §. cumque annui redditus, de verbor. significat. & Rota part. 12. decis. 413. num. 70. Imò si contractus maneat in suo robore, & non sit rescissus, neque possunt annui census diminui, & reduci ad minorem factum absque requisitis solemnitatibus, quia diminutio redditus est species alienationis, ut clare docent Ricc. Decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 134. part. 1. per tot. & in praxi part. 1. resol. 83. n. 2. Donatus tom. 2. p. 2. tract. 14. q. 58. num. 1. & alii passim. In casu autem, quo capitale census fuerit restitutum, tunc si pro investitione non inveniatur fundus tot reddens redditus, quot reddebat primus, ut si V. G. primus fundus reddebat quinque pro centum; & nunc non inveniatur nisi fundus, qui reddat quatuor, tunc valide, & licite fieri potest investitio pro minori reddito, cum res tanti valeat quanti vendi potest: Leg. Pretia rerum ff. ad leg. Falcidiam. Sic pariter valida, & licita est investitio pro minori reddito in fundo securo, relicta investitione pro maiori reddito in fundo periculoso; nam sic utilius geruntur res Ecclesiæ, cum plus valcant quatuor V. G. certa, quam quinque, vel sex periculosa.

11 Undecimo sine Beneplacito nequeunt alienari loca montium, seu pecunia collocata in montibus; quia pecunia sic applicata est fructifera, cum pariat Jus exigendi quot annis certæ pecu-

niæ summam, adeo ut talis pecunia collocata in Montibus, seu ipsa Loca Montium connumerentur inter bona immobilia, quæ sine Beneplacito alienari non possunt. Sic Federicus de Senis, Gabriel, Peregrin., Seraphin., Alciat., Donat., Bonacina, & alii passim, & Rota Rom. part. 5. decis. 177. n. 38. & decis. 355. num. 28. & part. 6. decis. 177. num. 38. & decis. 355. num. 28. & part. 6. decis. 73. num. 15. & part. 12. dec. 413. num. 72. & 73.

12 Duodecimo sine solemnitatibus nequeunt alienari bona Ecclesiæ, licet sint ita Ecclesiæ relicta, vel donata, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari, quia, cum res legata Ecclesiæ, statim Testatore defuncto efficiatur Ecclesiastica ministerio legis, dispositio hominis non potest constitutionem Canonum immutare. Gloss. in cap. Tua nobis verb. interdici de testament. Quaranta in Summa Bullar. verb. Alienatio num. 31. Barbofa de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 95. num. 70. Ventrig. Donat. Pallerin. Diana, Monacelli, & alii, & expressè Corrad. prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 5. his verbis: Advertendum est tamen, quod sub Pontificatu Urbani VIII. magna desuper orta fuit controversia, nam ita serente casu, post multa hinc inde deducta coram bonæ memoriæ Egidii Ursino Datarario, ac pluribus Advocatis informantibus, re etiam ad ipsum Urbanum delata, fuit resolutum negative, nempe prohibitionem alienationis rerum Ecclesiæ, locum sibi vendicare etiam in casu, quo res ita donatur, vel legatur Ecclesiæ, ut possit alienari sine solemnitatibus, quia nihilominus illæ requiruntur, non obstante dicta voluntate, quæ, tamquam illicita, servanda non est. Hinc tamen observandum est, quod si bona aliena relinquantur Ecclesiæ sub conditione, ut talia bona vendantur ad alienum determinatum effectum, V. G. ut ex illorum pretio emantur Lampades, vel Candelabra argentea, vel Calices, vel alia ad Dei cultum, vel ut dotentur Virgines, & similia, tunc possunt alienari talia bona sine solemnitatibus, ut sic admittatur mens Testatoris, ut tenent communiter Doctores.

13 Tertio decimo Regulares quamvis possent alias alienare bona suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum, nulla petita licentia a Sede Apostolica, vel a loci Ordinario, ex privilegio sibi concessis a variis Summis Pontificibus, ut a Leone X. Clemente VIII. & aliis, & præcipue a Gregorio XIII. in sua Constitutione incip. Apostolica sedis, & in alia incip. Ex incumbenti. Tamen hodie dicta privilegia sunt revocata per speciale decretum iussu Urbani VIII. a Sac. Congr. Conc. editum 7. Septembris 1624, & Regulares non habentes speciale privilegium, posterius tali Decreto, non possunt alienationem facere sub gravibus pœnis in Decreto contentis, quæ ut ab omnibus commode sciri possint, datur hic ad litteram tenor Decreti.

„ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Inter-

„ pretum, rerum experimento edocta, quantum Religiones

„ accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretiosorum

„ mobilium detractionibus, quas crebro faciunt Regula-

„ res Apostolicis privilegiis innixi, Ac proinde operæ pretium

„ putans illorum facultatem aliqua ratione compescere, spe-

„ ciali Sanctissimi Domini Nostri iussu Generalibus, & Pro-

„ vincialibus, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus

„ Generalibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regulari-

„ bus cuicvis Ordinis, Congregationis, Societatis, Instituti

„ intra fines Europæ existentibus, omnium rerum, & bono-

„ rum immobilium, ac pretiosorum mobilium, alienationem,

„ omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferen-

„ tur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, loca-

„ tionem, & conductionem ultra triennium, cessionem in Feu-

„ dum, vel Emphyteusum, præterquam in casibus a Jure per-

„ missis, fieri perpetuo prohibet, atque interdicit abique il-

„ lius Cong. Concilii expressa licentia in scriptis, & gratis

„ concedenda, sub pœna privationis omnium officiorum, quæ

„ tunc obtinebunt, vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuæ

„ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, quam ipso facto

„ absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali,

„ & Protectori illam moderandi, ac relaxandi facultate, pœ-

„ nis nihilominus Apostolicarum Constitutionum, & præfer-

„ tim felicis recordationis Pauli II. quæ incipit: Ambitiosæ,

„ in suo robore permanfuris. Alienationes vero, pacta, cen-

„ sus, hypothecas, locationes, conductiones, & concessio-

„ nes quascumque contra hujusmodi prohibitionem faciendas,

„ Sanctitatis Sux auctoritate ipso Jure, nullas, atque irritas

„ decrevit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationi-

„ bus Apost. in favorem quarumcumque Personarum, atque

„ Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium,

„ Militarium etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congrega-

„ tionum,

tionum, Societatum, ac cuiusvis alterius Instituti, etiam necessario, & individuo exprimenti, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & Domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, nec illorum, etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis ita-tutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibus vis etiam derogatoriis derogatoris, alitque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam de motu proprio, & ex certa scientia; ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, & aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, quibus, quoad ea, quæ præsentis Decreto, ac prohibitioni adversantur, illis alias in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse Sanctitatis suæ auctoritate derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 7. Septembris 1624. Cosm. Cardin. de Torres. Loc. x. Sigilli. Prosper Fagnanus Sac. Cong. Secret. Cum post editum Decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit, Regulares, qui eodem Decreto prohibentur census imponere super bonis ad eorum Monasteria pertinentibus, loco censuum huiusmodi pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis; Cumque ex huiusmodi contractu eludatur mens Sac. Cong. cui in primis in votis fuit consulere Religionum indemnitati: quæ ex impositione censuum huiusmodi plurimum læduntur, S. D. N. approbante dicitavit, & declaravit, huiusmodi contractum esse contra mentem Decreti, ut supra editi; ideoque non licere Regularibus pecunias, ut proponitur, accipere, ac si acceperint, in ipsius Decreti pœnas ipso facto incidere. Datum Romæ 21. Martii 1626. Cosm. Card. de Torres. Loc. x. Sigilli. Prosper Fagnanus Vide Card. Petram tom. 4. Constit. 6. Benedicti XII. n. 9. 22. 23. 41 & per tot. ubi plura ad rem.

31 Quarto decimo Regulares sine beneplacito, & solemnitate nequeunt transferre bona de uno Monasterio divite in aliud Monasterium, etiam si sit ejusdem Provinciae, & Religionis, quia talis translatio est alienatio, per quam transfertur dominium directum, aut utile, quod est prohibitum ab Extravagante *Ambitiosæ* & a Decreto *Sac. Cong. Conc. num. antecedenti allato*, cum Extravagans, & decretum habeant pro principali sine indemnitate singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum in particulari, ut in singulis conservetur commode Divinus Cultus cum congrua sustentatione Religiosorum ibi degentium, qui finis non servaretur, si bona unius Conventus, vel Monasterii possent in aliud etiam ejusdem Religionis, & Provinciae transferri, & alienari; sed hoc potius esset unum Altare spoliarè pro altero vestiendo cum diminutione divini cultus, quod nullatenus fieri debet per text. in cap. *Cum causam* 36. de *Præbend. Clement. Quia contingit 2. de Religiosis Domib. Novella 6. collat. 1. tit. 6. cap. 2. §. Si.* Sic expresse decrevit *Sac. Cong. Concil. in una Congregationis Montis Olivetani 27. Julii 1647. tom. 18. Decret. pag. 376.* ibi: *Sacra &c. censuit non esse concedendam facultatem convertendi, ut inquit gli avanzi de' fructi de' Monasterij ricchi, e ben governati in solutionem debitorum, quæ ab aliis Monasteriis solvi debent.* Ita refert & tenet Card. Petra tom. 4. *comm. ad Constit. 6. Benedicti XII. num. 38.* Et tenuit Rota recent. *part. 5. decif. 571. num. 6. part. 7. decif. 191. num. 11.* & tenent passim Doctores.

32 Potest tamen Præfatus Regularis de consensu Capituli Conventualis permutacionem facere de aliquibus mobilibus uni Monasterio superfluis cum aliquibus aliis mobilibus alteri Monasterio etiam superfluis, ut sic per vicissim superflua commutata in vicissim necessaria, vel utilia commodo, & utilitati utriusque Monasterii contulatur. Non potest autem fieri permutatio, seu alienatio immobilium, seu mobilium pretiosorum ex uno Monasterio in aliud etiam ejusdem Ordinis sine Beneplacito Apostolico. Sic *Sac. Cong. Concil. in una Regularium Alienationis*, in qua ad instantiam Procuratoris Generalis Ordinis Prædicatorum, proposito dubio: *An alienationes, de quibus agitur in Decreto de Rebus Regular. non alienand. quatenus inter Monasteria ejusdem Ordinis, & quidem cum utriusque contra-*

heutis Monasterii utilitate fiant, ita prohibentur, atque interdicitur, ut absque Sacra Congregationis licentia perfici non possint, sub die 27. Februarii 1666. respondit: *Ita esse prohibitas;* quam declarationem probavit Sanctissimus, ut refert Cardin. Petra tom. 4. *Commentar. ad Constitution. 6. Benedicti XII. num. 36.*

Quintodecimo sine Beneplacito Apostolico Regulares nequeunt alienare mobilia pretiosa, neque cum consensu Diffinitorii, & approbatione Capituli Generalis, ut declaravit *Sacra Congregatio Concilii in Segnien. Alienationis mobilium pretiosorum die 15. Martii 1692.* in qua cum proponeretur, Ministrum Provinciale Minorum de Observantia Provinciae Croatiae cum consensu Diffinitorii, & approbatione Capituli Generalis, bona fide sine assensu Apostolico alienasse ex Sacario Ecclesie Beatae Mariae Tartastenensis (ubi triennio steterat Beata Virgo Lauretana) Calices, Patenas, & alia mobilia pretiosa, gemmis, & auro contexta; eo potissimum, quia mobilia pervetusta erant, nec quotidiano usui accommodata, eorumque pretium in Provincialium Conventuum egestates, & in utilia ipsius Ecclesie ornamenta erogasset; propositis idcirco dubiis I. *An dicta alienatio mobilium pretiosorum fuerit, & sit valida II. An alienans sine Beneplacito Apostolico in aliquam pœnam incidit?* Sacra Congregatio respondit ad I. *Negative.* Ad II. *incidisse in pœnas Sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Decreti s. m. c. Urbani VIII. & pro absolutione supplicet Sanctissimo.* Sic præcise refert Card. Petra Tom. IV. *Commentar. ad Constit. 6. Benedicti XII. num. 9. & Tom. 5. Commentar. ad Constit. 5. Pauli II. sect. 2. n. 2.*

Imo Regulares, maxime in Conventibus subjectis Episcopis de seipsis neque possunt alienationem facere territorialium, & vicinarum vigore cap. *Terrulas*, cum ad talem alienationem requiratur facultas, & decretum Ordinarii declaravit *Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Tropien. Alienationis 11. Januarii 1592.*

Sextodecimo Regulares nequeunt sine Beneplacito Apostolico hypothecare bona specialia Monasterii cum hypotheca, & oppignoratione specialis sit omnibus expresse prohibita, cap. *Nulli 5. rebus Eccles. non alienandis;* & talis intelligatur, quæ specialiter prohibetur in cit. Extravagante *Ambitiosæ*, & Decret. *Sacrae Congreg. Concil. jussu Urbani VIII. edit. & relat. supra num. 30.* Unde Regulares nequeunt nedum censuarius nomine, sed neque ad cambium, vel mutuo accipere pecuniam cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis, nec pro tali mutuo obligare, seu in pignore dare res sacras, aut mobilia. ut decrevit eadem *Sac. Cong. Conc. in Romana 1. Septemb. 1657.* & confirmavit 26. Martii 1689. & de Præfato Regulari, qui absque licentia Sanctæ Sedis, & Superiorum sui Ordinis oppignoraverat sex candelabra argentea, declaravit die 1. Octobris 1672.

Possunt tamen sine Beneplacito Apostolico hypothecare, seu facere hypothecam, & obligationem generalem omnium bonorum Monasterii; aliter Regulares nullos contractus inire possent; cum in omni contractu de consueto apponatur clausula obligatoria bonorum, & sine hac clausula nullos inventrent Creditores, qui vellent eis succurrere in suis necessitatibus, quod pro eis nimis durum esset; & ideo Sacra Congregatio Concilii decrevit, hypothecam generalem non esse eis prohibitam, prout refert Fagnan. *lib. 3. decretal. in cap. Nulli liceat 5. de rebus Eccles. non alienandis n. 32.* his verbis: *Demum hanc sententiam probavit meo tempore Sac. Congreg. Concil. in contractibus Regularium; nam proposito dubio: An in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis, comprehendatur generalis hypotheca, nec ne? Sacra Congregatio censuit non comprehendendi.* Et in eodem sensu fuit ead. *Sacra Congregatio in Romana Beneplaciti 13. Januarii 1691.* in qua cum Patres Sancti Pauli de Arenula Domum emissent, ac pro parte pretii non soluti solvere promississent fructus recompensativos cum hypotheca bonorum omnium Conventus, reservato, quatenus opus esset, Beneplacito Apostolico, quod tamen nunquam impetrarunt, resolutum fuit in nullam partem incidisse. Sic refert, & tenet Cardin. Petra tom. 4. *Commentar. ad Constit. 6. Benedicti XII. n. 29.* ubi citat Rotam Romanam, Card. de Luca, Giballinum, Merlinum, Panimoll. Caitropal. & alios, dicitque id esse communiter receptum. Si tamen vigore generalis hypothecæ deberet procedi ad subhationem bonorum, tunc requireretur Beneplacitum Apostolicum, ut declaravit *Sacra Congr. Episcop. & Regular. 28. Aprilis 1648.* & tenuit Rota *decif. 261. num. 11. coram Royas, & tradunt passim Doctores apud Panimoll. decif. 60. adnotat. 3. num. 73. & Cad. Petram loc. cit. num. 30.*

37 Decimo septimo Moniales sine facultate Sacrae Congregationis nequeunt alienare dorem supranumerariae Choriste. Sic decrevit *Sac. Cong. Episc. & Regul. in Arantina 14. Martii 1597.* sed omnino investiri debet; *Eadem Sac. Congreg. Episcop. & Regular. in Mediolanensi 12. Martii 1602.* Et talis dotis investitio debet fieri in bonis stabilibus, vel iis deficientibus in censibus securis, *Eadem Sac. Cong. Episcop. & Regular. in Ferrariensi 14. Novembris 1601.*

38 Dos autem Conventus licet supranumerariae potest sine tali facultate expendi in necessitatibus Monasterii, quia præceptum investiendi dotes supranumerarias, intelligitur solum de Choristis, prout declaravit eadem *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Castellana 13. Maji, & in Parmensi 15. Septemb. 1603. & in Fulginatensi 14. Novemb. 1625.* Dotes tamen Monialium intra numerum possunt expendi in utilitatem Monasterii cum sola facultate sui Superioris, ut declaravit eadem *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Ferrariensi 23. Martii, & Ariminensi 22. Maji 1601.*

41 Decimo octavo Moniales, & Regulares nequeunt sine Beneplacito Apostolico alienare pecuniam relictam Monasterio, vel deputatam ad emendum bonum immobile, vel mobile pretiosum, quia licet pecunia ex se, nec sit bonum immobile, nec mobile, nec mobile pretiosum; ut relicta tamen, & deputata ad emendum bonum immobile, debet haberi pro bono immobili; & ut relicta, & deputata ad emendum bonum mobile pretiosum, debet haberi pariter pro mobili pretioso: Unde cum immobili, & mobilia pretiosa ex cap. *Nulli liceat 5. de bonis Ecclesie non alienandis*, ex cit. Extravagante *Ambitiosæ, & allat. decret. Sacrae Congregationis Concilii 7. Septembris 1724 & 21. Martii 1626.* prohibeantur alienari sine Beneplacito Apostolico; sine ipso pariter nequit alienari talis pecunia relicta, vel deputata ad emenda talia bona immobilia, vel mobilia pretiosa arg. l. *ita constante 26. ff. de Jure Dotum.* Et sic tenet Rota in *Venetia pretii, seu nullitatis contractus 13. Novembris 1602. coram Pamphilio & in Perusina Censu 2. Martii 1708. coram Card. Scoto Pignatell. tom. 6. consil. 95. num. 21. & sequent. Lezana tom. 2. cap. 19. num. 59.* Redoan de rebus Eccles. non alienand. *quest. 16. num. 15.* Card. Petra tom. 5. *commentar. ad Constit. 5. Pauli II. sect. 2. num. 31.* & alii passim. Et neque possunt alienare sine Beneplacito Apostolico immobilia pro Fabrica Monasterii, *Sacra Congreg. Concil. 13. Martii 2615.* Possunt tamen sine Beneplacito convertere in usus Conventuum Spolia fuorum Religiosorum deunctorum, vel Religiosorum defunctorum, quia vere non sunt pecunia destinata ad emptionem, Unde *Sac. Cong. Conc. die 28. Februarii 1654. tom. 19. decret. pag. 319.* proposito dubio; *N. Superior Regularis quærit pro quiete sue conscientie: An si ipse pecunias provenientes ex spolio Religiosi Defuncti, juxta consuetudinem Monasterii pure absque aliquo vinculo deposuerit in banco publico Civitatis; illas postea juxta eandem consuetudinem erogando in dictum usum, & necessitates urgentes ipsius Monasterii obpenuriam, & infirmitates supervenientes, ut ex partitis libri ejusdem Monasterii liquere asseritur, incidit in pœnas expressas in Decreto de rebus Regularium non alienandis inbarente etiam Constitutione Pauli II. eo quod prius non obtinuerat licentiam, Sacra Congr. secundum ea, quæ proponuntur respondit, non incidisse;* sic refert Cardin. Petra tom. 5. *Commentar. ad Constit. 5. Pauli II. sect. 2. n. 33.*

42 Decimonono Moniales, & Regulares nequeunt sine Beneplacito Apostolico pro extinguendis debitis Monasterii alienare bona, vel pecuniam redactam, seu retractam ex redemptione census *Sac. Cong. Conc. 19. April. 1619.* Et ratio est, quia quamvis Jura concedant alienationem rerum Ecclesie interveniente necessitate; non tamen concedunt, quod fiat non servatis debitis solemnitatibus, sed solum permittunt non servari solemnitates, quando necessitas est adeo urgens, ut non patiatur tales solemnitates servari, ut inter alios notat Cardinal. in *Clement. 1. n. 29. de rebus Eccles. non alienand. Villadieg. tract. de leg. q. 11. in fine*, alios adducens, Abbas in cap. *fin. de Eccles. edificand. Turcremata in Summa lib. 12. quest. 2.* Redoan de rebus Eccles. non alienand. *quest. 19. num. 34.* & habetur ex cap. *Placuit 12. p. 2.* Sed necessitas extinguendi debita Monasterii non est tam urgens, ut non patiatur servari requisitas solemnitates, cum de facili possint Creditores expectare, donec habeatur Beneplacitum pro validitate contractus, adeoque &c. Et pari ratione nequit alienari pecunia redacta, seu retracta ex redemptione census, quia cum talis pecunia successerit loco rei, arg. leg. *Ita constante 26. ff. de Jure dot.* sicut non potest res ipsa alienari pro extinctione debiti, ita neque etiam ipsa pecu-

nia sine debita solemnitate; arg. l. *Si pupillorum §. si Prator ff. de rebus eorum.* Et sic tenet Turcremata *loc. cit.* Redoan, Riccius, Genuens. Valquez, & alii plurimi, & sic statuit Rota Rom. in *Venetia Nullitatis contractus 13. Novembris 1602. coram Pamphilio.*

Non negarem tamen posse pecuniam ex census extinctione, vel mobilium pretiosorum venditione retractam implicari in extinguendo censu super bonis Monasterii sine facultate Sacrae Congregationis, ut docent Anton. de Spiritu Sancto *tract. 3. disput. 6. sect. 6. n. 1169.* Felix Potestas *tom. 1. n. 927.* Donatus *tom. 1. tract. 14. quest. 74.* cum aliis ibi allegatis, quia sicut onerare fundum Monasterii est alienatio, ita illum exonerare erit reacquisitio, ad quam non requiritur Beneplacitum. Tutius autem, & consultius est exquirere Beneplacitum: quia, Donatus *loc. cit. in fine* testatur, quod hodie ex Decreto Sacrae Congregationis Regularium servatur contrarium.

Supplementa Auctoris, e II. Editione.

D istinctio in subjecta materia recepta hæc est, quod scilicet aut Ecclesia nullum adhuc jus vel ad rem, vel in re nata est, & in hoc casu nec transactio, nec quilibet alius actus cadit sub prohibitione Extravagantis *Ambitiosæ*, eo quia non de amittendo, sed de non acquirendo agitur, de quo nihil fuit dispositum in dicta Extravagante *Ambitiosæ.* Aut vero Ecclesia jus aliquid ad rem vel in re jam acquisivit, & in hoc disceptato casu tam transactio, tam quilibet alius actus, per quem ad remissionem hujus juris quæsitus devenitur, continetur sub prohibitione Extravagantis *Ambitiosæ* ex ea solidissima ratione, quod verbum *Alienationis* in dicta Extravaganti latissime accipitur, comprehenditque omnem actum, per quem transfertur, vel remittitur non solum quidquid est domini Ecclesie, verum, & quodlibet jus eisdem Ecclesie quæsitum. Ita nulla habita ratione an Ecclesia possideat nec ne distinguunt Cardin. Petr. in *Comment. ad Constit. Apostol. Constit. 5. Pauli II.* quæ est hæc *Ambitiosæ* de qua differitur, *sect. 2. n. 78. & plur. sequent. Valeron. de Transact. tit. 4. quest. 1. n. 23. & plur. sequent. Urceol. cod. tract. quest. 24. a n. 27. ad plur. sequent. Sanfelice. decif. 280. n. 3. Add. ad Birett. decif. 773. n. 5. Rot. cor. Ubald. decif. 334. n. 17. cor. Molin. decif. 1161. n. 15. & cor. Ansaldo. decif. 189. n. 7.*

Hinc colligitur, errare *Tonduti. quest. benefic. lib. 1. cap. 19. n. 4.* afferentem Ecclesiam sine solemnitatibus transigere posse de hæreditate sibi delata, eaque adita, ut eo improbato firmant *Andreol. controv. 372. n. 6. & sequent. Card. Ant. de Luc. ad de Franch. decif. 14. n. 7.* Quinimo nec procedi posse cum opinione *Tonduti*, si Ecclesia in illo ipso actu, in quo hæreditatem adit, de eo transigat, vel alio modo disponat, firmant Cardin. Petr. in *Comment. ad Constit. Apostol. Constit. 5. Pauli II. sect. 2. n. 83. Sanfelice. decif. 280. sub num. 3.*

Olim controversia haud caruit, num fieri possit alienatio sine solemnitatibus ab una in aliam Ecclesiam. Affirmat inter alios *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 13. quest. 2. num. 19.* At negativæ opinioni adhæsit *Rot. in Compostellana Permutationis 1. Decembris 1749. a §. 2. ad §. 12.* & in confirmatoria 6. Martii 1750. §. 2. cor. *Reverendiss. Molin.*

Etiam si agatur de Regularibus exemptis, assensus alienationibus rerum exigui valoris nequit præstari ab eorum Præfato, sed præstandus est ab Episcopo, ut rescriptis S. Congregatio Concilii interpres in *Conversana jurisdictionis 8. Maji 1751. ad dub. 26.* Abbatem vero pollentem exemptione tertiæ speciei posse assensum hunc præstare, firmant *Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 13. §. 4. Flores de Men. variar. quest. lib. 3. qu. 24. n. 7. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 13. quest. 5. n. 2. Rot. cor. Ansaldo. decif. 519. n. 36.* Intellige tamen nisi agatur de Rebus proprii Monasterii, idque, quia nemo suam auctoritatem in rem suam præstare valet. Hoc vero casu attentius non ab Episcopo, sed a Summo Pontifice est præstandus, *Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. disput. 13. quest. 5. n. 2.*

ARTICULUS V.

Alienatio quoad modum succurrendi Ecclesie per ipsam enormiter lætæ, & quoad actiones ipsi Ecclesie competentes.

SI alienatio facta fuit invalide ob non servatas solemnitates, succurrendum est Ecclesie per totalem rescissionem, & annul-

- annullationem contractus. Si vero alienatio fuit valida ob omnes servatas solemnitates, & postea appareat Ecclesiam fuisse enormiter læsam, succurrendum est Ecclesiæ remedio restitutionis in integrum; *cap. Ad nostram 11. de rebus Eccles. non alienand. & cap. 1. de restitutione in integrum*. Ecclesiæ tamen tenetur in tali casu refundere pretium, aliasque expensas in utilitatem ipsius factas, & melioramenta, quæ augent valorem bonorum alienatorum, rescindere, quia Ecclesiæ, quæ est pia, & cultrix Justitiæ, non debet locupletari cum alterius damno, *cit. cap. Ad nostram, & cap. Locupletari 48. de Regulis Juris in 6.* Et sic expresse decrevit Sac. Cong. Episc. in una Bithonen. 5. Martii 1693.
- 4 Ad succurrendum Ecclesiæ potest rem alienatam repetere non solum successor male alienantis, *cap. 2. de precariis*, sed etiam ipse male alienans, *cap. Si quis Presbyterorum 6. hoc tit. juncta Glossa verb. Alienator*; quamvis juraverit se non repetiturum, cum hoc sit illicitum, *arg. cap. Intellecto 32. de Jurjurando*. Et in defectum male alienantis, & ejus successoris, quilibet Clericus rem male alienatam repetere potest, *cit. cap. Si quis Presbyterorum in fine*: ubi Alexander III. decrevit, quod in casu illegitimæ alienationis liceat quibuscumque Ecclesiasticis vocem contradictionis asserere, & cum fructibus possint alienata reposcere, & Ecclesiastica auctoritate haberi.
- 7 Ecclesiæ læsæ per malam alienationem, duplicem habet actionem; Primam contra Personam male alienantem, ut damnum Ecclesiæ illatum resarciat, *cap. Monemus 12. quest. 2. & leg. 3. Cod. Si tutor. vel Curator, intervenerit, juncta Gloss. in cap. Si quis Presbyterorum verb. Alienata hoc tit.* Et hæc actio etiam contra hæredes male alienantis institui potest, cum Hæres censetur eadem Persona cum Defuncto, juxta *Authen. de Jurejur. §. 1. coll. 1.* & succedat in omne jus defuncti, *leg. Cum Hæres ff. de divers. & temporal. præscription. Secundam* actionem habet in rem contra possessorem rei male alienatæ, ut restituat rem cum fructibus; *cit. cap. Si quis Presbyterorum*: ubi, ut patet in numero antecedenti, dicitur expresse, ut cum fructibus possit alienata reposcere; Et merito; quia rem Ecclesiæ male alienatam scilicet, & mala fide recipiens non facit fructus suos, sed tenetur eos restituere una cum melioramentis, *leg. Invenimus 14. §. Sane Cod. de Sacrosanctis Eccles. Et sic tenet Abbas in cap. Si quis Presbyterorum 6. de rebus Eccles. non alienand. Piringh. & alii passim.*

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 **D**E restitutione fructuum in hoc judicio latissime pluribus distinctis casibus agit Romaguer. in Synodal. Gerund. lib. 3. tit. 5. cap. 1. a num. 28. ad fin.

ARTICULUS VI.

Alienatio quoad pœnas male alienantium, & ad ipsam cooperantium.

- 1 **P**œnæ male alienantium, & cooperantium sunt variæ. Prima est, quod talis alienatio facta, non servatis requisitis solemnitatibus, ipso Jure sit nulla, adeoque rescindenda, *cap. sine exceptione 12. quest. 2. cap. Si quis Presbyter 6. hoc tit. Clement. 1. & Extravagant. Ambrosiense de reb. Eccles. non alienand. inter communes*. Et hæc nullitas, seu invaliditas est intelligenda pro Foro externo; nam pro Foro interno, seu conscientie valida est alienatio rei Ecclesiasticæ, quæ sit auctoritate Superioris, aliorumque, quorum interest, consensu sine ulla fraude, ac dolo ex justa causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, aut pietatis, quamvis prætermissa fuerit formula Juris. Sic Abbas in *cap. Quia plerique n. 31. de immuni. Eccles. & cap. Requisivit n. 19. de in integrum rest.* ubi probat, quod omnis contractus in Foro conscientie validus sit, licetque retineatur res per ipsum acquisita, quando in eo fuit servatum, quod Jus naturale præscribit, scilicet, absentia deceptionis, & verus contrahentium consensus, licet non fuerit servata forma præscripta a Jure positivo: Et sic tenet Innocent. Riccius, Layman, Engel, Azorius, Navarrus, Zæsius, Anacletus, & alii passim.
- 3 Secunda pœna est quod tam alienantes, quam alienata recipientes, & subscibentes, incurant Excommunicationem majorem; *cap. Apostolicos, cap. Non liceat de rebus 12. qu. 2. cap. Si quis Presbyt. & Extravagant. Ambrosiense*. Et ista Excommunicatio non est reservata, ut patet ex textu ipso Extra-

vagantis *Ambrosiense*. Ab hac tamen Censura incurrenda excusantur alienantes, & cooperantes ex ignorantia Juris, vel facti, dummodo talis ignorantia non fuerit crassa, vel supina, ut expresse habetur *cap. De animarum periculis 2. de Constitutionibus lib. 1. tit. 2. in 6.* & tenet Barbosa in Extravagant. *Ambrosiense n. 23. Navarr. Quaranta, Filiucci, Bonacin, & alii communiter*. Ab hac Censura incurrenda excusantur etiam illi, qui bona Ecclesiæ alienarunt absque debitis solemnitatibus: si pœnitentia, aut alio titulo ducti alienationem revocaverunt ante realem, & pacificam traditionem, *cap. Si quis Presbyter 6. hoc tit. Barbosa loc. cit. Covar. Quaranta, Navarr. Filiucci, & alii*.

Tertia pœna est, quod Episcopi, vel Abbates male alienantes subjacent Interdicto ingressus in Ecclesiam, & si per sex menses talem pœnam contumaciter sustinuerint, ab administratione Beneficii, vel dignitatis sint suspensi. Inferiores autem Prælati, Commendatarii, & alii Ecclesiarum Rectores Beneficii, quorum bona male alienaverint, sint ipso facto privati, ut habet expresse *cit. Extravagant. Ambrosiense*. Regulares autem, qui immobilia, & mobilia pretiosa alienant, locant, vel distrahunt, census, & hypothecas speciales constituunt absque facultate Sac. Cong. Conc. præter pœnas *cit. Extravagant. Ambrosiense* incurrant ipso facto pœnam privationis Officiorum, inhabilitatis ad illa, vocis activæ, & passivæ ex Decreto Sac. Cong. Conc. 6. Septemb. 1624. jussu Urbani VIII. edito, & per extensum supra relato *art. 4. n. 30.* Et has pœnas incurrit absque alia sententia declaratoria, ut respondit Sac. Cong. Conc. in Romana pro Cisterciensibus 1. Septembris 1657. & confirmavit 26 Martii 1689. in responsione ad sequentia dubia:

1. An Abbates, qui præsumunt Monasteriis ære alieno Censuari nomine gravatis, teneantur dictos Censūs redimere, quamvis tempore antecessorum factos?
2. Quatenus teneantur, an negligentes incidant in pœnas contentas in Decreto de rebus Regularium non alienandis?
3. An ad effectum incidendi in eas, opus sit præcedenti declaratione?
4. An Superioribus Regularibus liceat mutuo accipere pecunias absque Monachorum consensu capitulariter requisito?

Die 26. Martii 1689. confirmando Decretum anno 1657. latum, respondit.

- Ad primum teneri.
Ad secundum incidere.
Ad tertium ad effectum eas incurrendi, non requiri declarationem.
Ad quartum non posse. Lib. 21. decis. fol. 56.

Neque valet ad effugiendas recentitas pœnas adducere non usus Constitutionis *Ambrosiense*, quia non usus non est allegabilis, cum ubique præsumatur, recepta, ut tenet Pignatell. *tom. 9. consult. 126. n. 4. Ciarlin. contr. 105. n. 111. & 112. Genuens. Ventrigl. Monacell. & alii passim*, & sic expresse declaravit Sac. Cong. Conc. in Vladislavien. 1. Julii 1647. in qua cum adduceretur, dictam Extravagantem *Ambrosiense* non esse usum receptam in illis partibus, adeoque non esse necessarium Beneplacitum Apostolicum, respondit præcisè verbis: *Non usum dictæ Constitutionis allegabilem non esse, & absque Beneplacito alienationes fieri non licere*; Sic lib. 18. decretal. pag. 335. & in una Midiolanens. 13. Novembris 1655. censuit, *bona Ecclesiarum, & piorum locorum non posse alienari, nec concedi sola auctoritate Archiepiscopi, sed omnino requiri Beneplacitum Apostolicum ad præscriptum Constitutionis Paulinæ, non obstante prætenso allegato non usu, seu consuetudine, & die 20. ejusdem facta relatione Sanctiss. approbavit lib. 19. decret. pag. 535.*

Recentitas autem pœnæ non incurritur, si ubi adest necessitas, & evidens Ecclesiæ utilitas, & pietas, alienantur bona Ecclesiæ modici valoris cum facultate Episcopi, qui auctoritate sibi attributa in *cap. Terrulas 12. quest. 2.* cui numquam fuit derogatum, licentiam concedere possit alienandi res Ecclesiasticas, quæ non excedunt valorem quadraginta Scutorum Romanorum, ut censuit Sac. Cong. Episc. in una Tarentina 22. Maji 1601. & in una Messanensi 29. Novembris 1613. ubi dicit sic etiam declarasse Paulum V. Vide supra *art. 3. num. 1. 2. 3.*

Quoad pœnas male alienantium bona Ecclesiastica, attendenda est novissima Constitutio feliciter regnantis Summi Pontificis Benedicti XIV. incip. *Universalis Ecclesiæ*, in qua sub pœna Excommunicationis, nullitatis actus, & contractus, & sub-

sub omnibus pœnis statutis contra alienantes bona Ecclesiæ prohibet Clericis alienare commodum recipiendi fructus, seu vendere, & distrahere pro toto tempore vitæ suæ, aut per decursum longi temporis redditus, & proventus suorum Beneficiorum recipiendo ab emptore una, aut pluribus solutionibus illam quantitatem pecuniæ, quam ipsi Beneficiati pro spatio dicti longi temporis, aut suæ vitæ probabiliter essent consecuturi.

Additio ex Auctore.

- 44 Attendenda sunt quæ tradit Card. Petra *tom. 5. Comment. ad Const. 5. Pauli II. sect. 2. num. 5.* de Superiore Regulari incidere faciente arbores fructiferas in proprio Viridario; videtur simile dubium fuisse propositum in Sac. Congreg. Concil. sub die 27. Junii 1665. ubi: *Nonnulli Regulares religiosæ conscientie supplices petunt, ut per hanc Sac. Congregat. declaretur, an Prælati, sive Superior Regularis possit incidere, seu incidi facere in suo Monasterio, seu Viridario arbores fructiferas ibidem existentes, & incidendo, seu incidi mandando incidat in pœnas comminatas in Extravagant. Ambrosiense de reb. Eccles. non alienand. & in Decretis generalibus hujus Sac. Congregationis de reb. Regul. non alien. Sac. Congreg. censuit: Non respondendum, nisi in casibus particularibus tom. 4. decret. pag. 536.* Et quidem optima ratione, quia aliquando in Viridariis opus est arbores renovare, & alias eradicare pro majori utilitate ipsius, & sic debet considerari fructus comparative ad Viridarium, & non ad singulas arbores. Unde in dubio *Incisionis arborum 29. Julii 1684.* Sac. Congreg. dixit, *Ad mentem*, quæ fuit non incidisse in pœnas contentas in decr. *de reb. Eccles. non alienand. Prælatum Regularem, qui arbores incidat, alias subrogando in aptiori loco: Et alia quoad incisionem arborum, vide late Passerin. de statu hom. tom. 1. quest. 185. art. 7. num. 340. & sequent., ubi dictus Passerinus inter alia notabilia sub num. 367. asserit, quod incidi licite possunt arbores, si materia sit parva, & ex incisione fundus non reddatur notabiliter deterior, citans ad id Rotam *decis. 553. part. 2. recent.*, Peyrin., Lezanam. Donatum, Ciarlinum, & concludit, quod non dubitat hujusmodi notabile detrimentum non esse arbitrarium, & considerandum tam ex quantitate, & qualitate arborum, & sine, ad quem fuerunt plantatæ. Unde potest contingere quod in ordine ad pœnas incurrendas nec incitio quinque, sex, decem, & amplius arborum, si sint parvæ, & vix nata ferat modicum, nocumentum, & quod contra unius folii singularitatem in suis qualitatibus sit notabiliter æstimanda, & reddat fundum notabiliter deteriorem.*

Novæ Additiones ex aliena manu.

- 1 **D**E pœnis alienantium bona Ecclesiæ sine solemnitatibus consule Cardinal. Petr. in *Comment. ad Const. Apostol. Constitut. 5. Paul. II. sect. 4. per tot.* ubi de meliorationibus, & fructibus quoque plura occurrunt.

ALIMENTA.

- 1 **A**limentorum nomine generaliter veniunt omnia, quæ sunt necessaria ad honestam, & congruam vitæ humanæ sustentationem; *Communis per claros textus in l. Legatis alimentis 6. & l. Rogatus 23. ff. de Alimentis, vel cibariis legatis, l. Verbo victus 43. leg. Et cetera, l. In stratum 45. & l. Quos nos 234. §. 2. ff. de verbor. significat.*
- 2 Hinc pro alimentis venit in primis cibus, & potus, *cit. l. Legatis 9. & citat. l. Rogatus 23. ff. de Alimentis, vel cibariis legatis, cit. l. Verbo victus 43. & l. Quos nos 234. §. 2. ff. de verbor. significat.* Nomine autem cibi veniunt panes, carnes, & alia edulia pro qualitate, & conditione personarum. *Surdus de alimentis. tit. 4. quest. 8., Menochius de præsumption. lib. 4. præsumpt. 152. num. 13. & sequent., Rosignolus de effectibus Matrimonii contract. 15. de Matrimonio IX. prænot. 8. num. 2.* Nomine vero potus veniunt vinum, cerevisia, & alia potiois genera, & etiam aqua, ubi est venalis, textu expresso in *l. Si alimenta 1. ff. de Alimentis, vel cibariis legatis*: ibi: *Si alimenta fuerint legata, dici potest, etiam aquam legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi venditari aqua solet. Et concordat l. Mela 14. §. 3. ff. eodem.*
- 4 Item pro alimentis venit vestis, seu vestitus: *cit. l. Legatis alimentis 6. citat. l. Rogatus 23. ff. de Alimentis, vel cibariis legatis, leg. Vestis 23. ff. de auro, & argent. legat., l. Ferr. Biblioth. Tom. 1.*

Verbo victus 43. & leg. Quos nos 234. §. 2. ff. de verbor. significat. Nomine autem vestis, seu vestitus veniunt ea omnia, quæ ad corporis tegumentum interserviunt, sive sint lanea, sive lineæ, sive serica, sive alterius, vel pretiosioris, vel deterioris conditionis, & valoris, calceamenta, & ea etiam, quæ ad accubandum sunt destinata, ut lectus, culcitæ, ac omnia tegumenta, & ornamenta, quæ lecto accedunt, & similia, per clarum text. in *cit. l. Vestis 23. §. 1. ff. de auro, & argento legat.* ibi: *Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombicina, quæ induendi, præcingendi, amiccandi, insternendi, injiciendi, incubandi, vel causa parata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt instæ pecturæ, clavique, qui vestibus insuntur, & concordant l. Et cetera 44. l. In stratum 45. & l. Quos nos 234. §. 2. ff. de verbor. significat.* & notat Glossa communiter recepta in *cit. l. Vestis*.

Item pro alimentis venit habitatio: *cit. l. Legatis alimentis 6. & citat. l. Rogatus 23. ff. de alimentis, & cibariis legatis.* Nomine autem habitations generaliter veniunt etiam utensilia, seu suppellectilia; sicut enim sine habitatione non potest quis vivere, ita sine dictis utensilibus, seu suppellectilibus non potest habitare, *arg. l. Labeo 7. §. 1. ff. de suppellectili legata.* Menochius de *præsumption. lib. 4. præsumpt. 157. num. 23.* Simon de Pretis de *interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 1. aub. 11. n. 41. Rosignol. loc. cit. n. 4. & alii*.

Item pro alimentis veniunt expensæ pro Medicis, & medicinis requisitis ad sanandam infirmitatem Alimentarii, cum sine eisdem præsumatur vix vivere posse, *per text. in l. Quos nos 234. §. 2. ff. de verbor. significat., Bartolus in l. Legatis alimentis 6. ff. de Alimentis, & cibariis legatis, Misinger. præct. centur. 3. observ. 12., Martha de success. part. 4. qu. 18. art. 7. n. 8. Rosignol. loc. cit. n. 5., & alii cum Rota recent. part. 18. to. 2. dec. 815. n. 24. & 25.*

Item respectu personæ alicujus dignitatis, & status, veniunt pro alimentis equi, servitores, & similia. Menoch. de *præsumpt. lib. 4. præsumpt. 157. num. 28., Simon de Pretis loc. cit. interpret. 1. dub. 11. num. 59., Fagundez in Decalog. lib. 4. cap. 21. num. 8., & cap. 24. num. 2. & sequent., Rosignol. loc. citat. n. 5. vers. Ad secundum genus, & alii cum Rota recent. par. 9. tom. 1. dec. 341. n. 33. & 34.*

Item pro alimentis veniunt expensæ ad addiscendas artes honestas, & disciplinas juxta conditionem Alimentarii, *l. Cum plures 12. §. 3. ff. de administrat. & pericul. Tutor. l. Qui filium 4. ff. ubi pupillus educari debeat, l. Quod plerumque 2. Cod. de alimentis pupillo præstandis cum similibus.* Menoch. loc. cit. *præsumpt. 191. num. 12. in fine.* Joannes Nicolaus Lucidorus de *illegit. Cleric. cap. 15. num. 15. Rosignol. loc. citat. nu. 5. in fine, & alii cum Rota recent. part. 9. tom. 2. decis. 341. numer. 33. & 34.*

Item pro alimentis veniunt ea, quæ statui, & conditioni Personarum possunt convenire, ut respectu Nobilium Equitum congruæ recreationes, venationes, & similia. Joan. Angelus Bossius tract. de effect. Matrimon. part. 2. cap. 2. num. 61. in fine, Fagundez in *Decalog. lib. 4. cap. 21. n. 8. & cap. 24. n. 2. Rosignol. loc. cit. n. 6. & alii*.

Item pro alimentis veniunt expensæ pro funere, si Alimentarius moriatur; Quamvis enim proprie alimentorum nomine non veniant dictæ expensæ, computantur tamen lato modo inter alimenta, cum sint necessaria ad convenientem corporis Alimentarii defuncti curam. Molina de *Justitia tom. 1. disput. 168. §. Alimenta, Rosignol. loc. cit. num. 6. in fine, & alii*.

Item pro alimentis veniunt ea, quæ necessaria sunt ad consequenda omnia supradicta pro alimentis intellecta; Unde quando titulo alimentorum tribuendum est vinum, contribuenda sunt etiam vasa, quibus continetur; textu expresso in *l. Si cui vinum 3. l. Cui vinum 6. & l. Vino legato 14. ff. de Tritico, vino, & oleo legato.* Item si pro alimentis tribuendi sunt cibi,tribuenda sunt etiam vasa, & alia ad coquinam, & mensam necessaria, & sic de aliis similibus, *arg. l. Labeo 7. §. 1. ff. de suppellectili legata, Simon de Pretis loc. citat. dub. 1. num. 41. & sequent., Surdus de alim. tit. 4. quest. 3. num. 4., Menoch. loc. cit. præsumpt. 157. num. 17., Rosignol. loc. cit. num. 7., & alii.* Concesso enim sine, etiam media, quibus ad eum pervenitur, concessa intelliguntur, *cap. Præterea 5. cap. Prudentiam 21. & cap. Suspicionis 39. de officio delegati, & l. Cui Jurisdictione 2. de Jurisdictione, cum similibus.*

Alimenta præstari debent servato ordine, & gradu conjunctionis, ut qui proximior est, & magis conjunctus, ea subministrare teneatur. Rota recent. *part. 18. tom. 1. decis. 330. num. 7.*

15 Hinc in primis tenentur Parentes alimenta præstare Filiis, l. Si quis a liberis 5. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, l. vni-
 16 quisque 2. Cod. de infantibus expositis. Non solum tenentur
 17 Parentes alimenta præstare Filiis legitimis, sed etiam spuris, ex damnato coitu natis. Vide verb. Filius num. 127. Cum hac tamen differentia, quod mater tenetur alere Filios primo triennio, & post triennium tenetur Pater usque ad emancipationem. Vide dict. verb. Filius n. 128.
 18 Nomine alimentorum aliud intelligitur respectu Patris, & aliud respectu Matris; respectu enim Matris intelligitur solum lac; plus enim non tenetur Mater præstare filiis; Unde si ipsis alia necessaria subministraverit sine animo donandi, potest repetere a Patre. Vid. d. verb. Filius num. 129. Si autem Mater nequeat ipsa lac præbere proli, tenetur Pater suis impensis nutricem conducere. Si vero possit, ipsamet tenetur præstare, vel suis impensis nutricem conducere; nisi alicubi aliud ferat legitima consuetudo. Vid. d. verb. Filius n. 130.
 19 In defectum Patris, si is videlicet pauper sit, aut perierit, tenetur alimenta præbere Filiis etiam illegitimis, & spuris Avus paternus, vel alii Ascendentes; & in defectum ascendentium paternorum, hæc obligatio devolvitur ad Matrem.
 20 Vid. dict. verb. Filius num. 131. Deficiente autem Matre, tenetur Filiis alimenta præstare Avus, alique Ascendentes materni, l. Si quis a liberis 5. §. 5. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, & l. Non quemadmodum 8. ff. eodem. Vid. dict. verb. Filius num. 132.
 21 Mortuis Parentibus, & Avis, Filii, & Nepotes etiam Spurii alendi sunt ab eorum respective hæredibus, colligitur ex l. Si quis a liberis 4. §. 17. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, l. Qui filium 4. ff. Vbi pupillus educari debeat. Authent. Licet Cod. de naturalibus liberis, & ex l. Si quis igitur habens Filios, Authent. Quibus modis naturales efficiantur sui. Et ratio est, quia obligatio, quam habent Parentes, & Avi alendi Filios, ac Nepotes, non solum est personalis, sed etiam realis, & non solum afficit personam, sed etiam bona ejusdem personæ, adeoque deficiente personâ obligata, remanent ejusdem bona obligata, ad quoscumque hæredes etiam extraneos transeant, quia quisvis moriendo non potuit eximere bona propria ab illo onere, cui Jure naturali erant obnoxia; arg. Authent. Res, que; Cod. Communia de Legatis, Rota recent. part. 6. decis. 255. num. 22. & 24. part. 8. decis. 167. num. 23. part. 18. tom. 1. decis. 331. num. 1. & tom. 2. decis. 561. num. 10. Rosignol. loc. cit. num. 12. & 16. cum pluribus ibi allegatis. Vide verb. Filius num. 133.
 22 Clericus tenetur alimenta præstare Filiis ex damnato, & sacrilego complexu, etiam in Sacerdotio susceptos, & deficiente patrimonio, potest eos alere ex fructibus Beneficii. Abbas in cap. 1. num. 4. de cohabit. Cleric. & Mulier. Navarr. in tract. de spoliis Clericor. §. 10. num. 11. Surdus de alimentis tit. 1. q. 10. num. 29. Pignatell. tom. 9. consult. 139. num. 211. cum aliis ibi allegatis. Vid. dict. verb. Filius num. 134.
 23 Parentes, alique supraracensiti non tenentur alimenta præstare Filiis, & Nepotibus, si ipsi aliunde habeant, quo sufficienter se possint alere, vel aliqua arte polleant, qua honeste juxta conditionem proprii status sine dedecore possint sibi victum quarere, l. Si quis a liberis 5. §. 7. ff. de agnoscendis, & alendis liberis; Et Bartolus ibid. §. Sed si filius. Antonius Thefaurus decis. 211. num. 14. Petrus Barbosa in l. 1. part. 4. num. 62. & sequent. ff. soluto Matrimonio, Surdus de alimentis tit. 1. quest. 78. num. 32. Carpanus ad statut. Mediolan. decis. 317. num. 48. Rosignol. loc. cit. prenot. 4. num. 7. Navarr. in Manual. cap. 14. num. 17. Molina de justitia tom. 1. decis. 160. §. Alimenta, Bonacina de præcept. disp. 6. quest. unica punct. 6. §. 1. num. 3. & plurimi alii, quos congerit, & sequitur Joannes Angelus Bossius de effect. Matrimon. part. 2. cap. 1. num. 27. Alimenta enim debent præstari, si necessitas adsit, & non aliter. Vid. dict. verb. Filius num. 135.
 24 Item Pater non tenetur præstare alimenta Filio, si sine justa causa nolit habitare cum ipso. Jason in l. Quidam cum Filium num. 6. ff. de verb. obligat. Romanus in l. Sicut dotem §. Transgrediamur in fin. ff. soluto Matrimonio. Alcanius Clemens de patria potestate. effect. 17. num. 32. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 552. num. 41. & 44. Rota Roman. decis. 117. num. 1. post tom. 1. consil. Farinacii, Rosignol. loc. cit. disquisit. 1. §. 8. num. 3. & ipso teste alii magis communiter. Et ratio est, quia Pater non tenetur alere Filium, nisi quatenus indigeat, & aliunde non habeat, quo sufficienter se possit alere; Filius autem in hac hypothesi aliunde habere potest congrua alimenta redeundo ad domum, & habitationem

paternam, adeoque &c. Tum quia eodem Jure, quo Pater tenetur præbere alimenta Filio indigenti, tenetur Filius obsequia præstare Patri, & cum eodem cohabitare, adeoque si Filius sine justa causa nolit debita obsequia præstare Patri, & cum eodem cohabitare, non poterit a Patre prætere debita alimenta, nec Pater tenebitur ea ipsi præstare, quia frustra Legis auxilium invocat, qui committit in Legem; cap. quia frustra 14. de usuris, & arg. Frustra sibi fidem 75. de Regul. Jur. in 6. & Gloss. ibid. verb. Frustra circa medium. Et qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet; arg. l. Ea conditione 3. Cod. de conditionibus inseritis.
 Secus autem, si ex justa causa nolle Filius cohabitare cum Patre; Tunc enim Pater tenetur alimenta præstare Filio etiam extra domum paternam degenti. Pontanus De alimentis cap. 5. num. 5. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 15. num. 74. Molina Theologus de Justit. & Jure tom. 3. disp. 616. num. 10. Menochius de Arbitrar. cas. 170. num. 12. Rosignol. loc. cit. num. 5. Rota Roman. decis. 617. post tom. 1. consil. criminal. Farinacii per textum in l. Cum hi §. 8. & sequent. ff. de transactionibus. Causæ autem justæ, ob quas Filius possit nolle cohabitare cum Patre, debent recognosci, & approbari Judicio viri prudentis, seu arbitrio Judicis. Vide infra num. 102. & sequent. & discurrere proportionem servata, ut ibi.
 Alimenta sunt per Patrem infidelem præstanda Filio noviter converso ad Fidem, & in ea quantitate, qua tenebatur Pater ante conversionem ejusdem Filii; Imo debet ei tradere integram portionem suæ hæreditatis; & ad id tenentur sub pena Excommunicationis Principes sæculares eum compellere textu expresso in cap. Judæi 5. de Judæis, & Saracenis, & concordat l. Cognovimus 19. §. Sed ne videamur Cod. de Hæreticis. Et id novissime statuit, confirmavit, & ampliavit Clemens XI. Constitut. incip. Propaganda per universum, quæ per extensum traditur sub ver. Hebræus num. 21. Vide ibi, ubi multa ad rem.
 Alimenta debent a Parentibus præstari Filiis secundum decem centiam status, & conditionis ipsorum; Colligitur expresse ex l. Si cui 14. ff. de annuis legatis, l. Mela 14. & leg. cum alimentis 22. ff. de alimentis, vel cibariis legatis, leg. Tutor 13. ff. de administrat. Tutorum, l. Si instituta 27. §. 3. ff. de inofficioso testamento, leg. Jus alimentorum 2. ff. Vbi pupillus educari debeat, cum similibus.
 In controversia pro taxandis alimentis, attendi debet non solum dignitas personarum, & facultatum copia, ut per citata Jura, & alia similia tenent omnes, cum certum sit, non eandem quantitatem taxandam esse pro persona vili, ac pro nobili, pro paupere, ac pro divite; Sed etiam attendenda est ætas Alimentarii, cum non eadem alimenta debeantur pro parvulo, ac pro adulto, sed semper præstanda sint majora juxta incrementum ad certum tempus: Per text. in l. Jus alimentorum 3. ff. Vbi pupillus educari debeat, l. Cum unus 10. l. Alimenta 16. §. 2. ff. de alimentis, vel cibariis legatis. Item consideranda est consuetudo Regionis, cum experimento constat, quod non juxta eandem pompam, & splendorem vivatur in una Regione, ac in alia, etiam inter personas æqualis conditionis. Sicque istis omnibus attentis, controversia inter partes pro quantitate, & qualitate alimentorum, componenda est per regulatum Judicis arbitrium, ut expresse habetur ex l. Officio Judicis 2. l. Jus alimentorum 3. ff. ubi pupillus educari debeat, l. Quod plerumque 2. Cod. de alimentis præstatis, l. Si quando negotium 7. Cod. de ordine cognitionum.
 Facta semel taxatione alimentorum, vel per Judicem, vel partes inter se, si contingat patrimonium Patris decreverit, poterit Pater de alimentis diminuere juxta decrementum; & si contingat tale patrimonium augeri, tunc tenentur etiam augere alimentum juxta incrementum. Sic expresse colligitur ex cit. l. Jus alimentorum 3. §. 3. ff. Vbi pupillus educari debeat.
 Pater tenetur juxta decem centiam proprii status non solum alimenta præstare Filio, sed etiam ipsius uxori, quamvis eam duxerit sine dote, Patre ipso contentiente, Surdus de alimentis tit. 1. q. 38. num. 2. Bartolus tract. de alimentis num. 16. Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 8. §. 6. n. 5. in fine, Crotus in l. Si constanter num. 160. ff. soluto Matrimonio, Menoch. de arbit. cas. 348. n. 14. Rosignol. loc. cit. prenot. 10. num. 8. Joann. Angelus Bossius tract. de effect. Matrimon. part. 2. c. 4. n. 95. Bonacina de præcept. disp. 6. q. unic. punct. 6. §. 1. num. 2. in fine, Sanchez de Matrimon. lib. 9. disp. 5. §. 1. num. 2. in fine, Sanchez de Matrimon. lib. 9. disp. 5. num. 9. Megala part. 2. lib. 2. cap. 23. q. 1. num. 67. Rota recent. part. 4. tom. 3. decis. 617. num. 2. per text. in l. Si quis

a liberis 5. §. 12. ff. de agnoscendis, & alendis liberis 5. §. 12. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, l. Si filia nupta 20. §. 1. ff. Familia Erciscundæ.
 31 Imo Pater tenetur dictam uxorem Filii alere, etiam si indotatam duxerit, ipso invito, & dissentiente, si ipse Filius aliunde non habeat, quo seipsum, & illam alere possit. Surdus de alimentis tit. 1. q. 38. num. 15. Ruinus consil. 144. num. 18. lib. 5. Crotus loc. cit. n. 160. Rosignolus loc. cit. n. 9. Sanchez lib. 4. de Matrim. disp. 26. n. 21. Joannes Angelus Bossius loc. cit. n. 65. Megala loc. cit. n. 67. & seq. Glossa in c. Almone 33. q. 2. Rota Recent. cit. decis. 627. n. 2. per cit. sura in l. Si quis a liberis 5. §. 12. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, & l. Si filia nupta 10. §. 1. ff. Familia Erciscundæ. Et ratio est, quia licet Filius uxorem indotatam duxerit invito, & contradicente Patre, Pater ipse adhuc compellitur præstare alimenta Filio, cum per hoc non cesset Jus sanguinis, & naturalis pietatis, ratione cujus Jura disponunt alimenta esse præstanda a Patre Filiis juxta decem centiam, & conditionem sui status, sed in omni casu, quo Pater tenetur præstare alimenta Filio, tenetur etiam ea præstare nurui, seu uxori ejusdem Filii, cum hæc etiam loco Filii habeatur; Cinus in l. Vbi adhuc quest. 16. num. 4. Cod. de Jure dotium. Menochius de arbit. cas. 348. n. 13. Surdus de alimentis tom. 1. quest. 38. num. 5. Ruinus citat. consil. 144. n. 8. Barbatius in c. 2. n. 45. de Foro comper. Rosignol. loc. cit. num. 9. Glossa in cit. cap. Almonere verb. Patrem 33. quest. 2. Adeoque &c. Tum quia alere talem uxorem est onus Filii, adeoque si Filius aliunde non habeat, quo se ipsum, & illam alere possit, tenentur ad id Pater, cum Pater teneatur ad onera Filiorum; textu expresso in cit. l. Si quis a liberis 5. §. 10. de agnoscendis & alendis liberis.
 32 Pater tenetur sic præstare alimenta etiam uxori sui Filii illegitimi, ac spurii; Joann. Nicolaus Lucidorus de illegit. Clericorum c. 22. n. 15. Joann. Angelus Bossius loc. cit. Paleotus de Notis c. 47. n. 7. Rosignol. loc. cit. n. 10. & alii. Et ratio est, quia ex c. Cum habere 5. De eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluerat adulterio. Pater tenetur præstare etiam Filiis, quomodocumque illegitimis alimenta, & omnia necessaria, inter quæ veniunt enumeranda etiam alimenta uxoris, ut in terminis tenent Covarruvias de sponsalibus part. 2. c. 8. 6. n. 56. Peregrinus De Jure Fisci lib. 3. tit. 18. n. 63. Bossius l. c. Rosignol. l. c. & alii.
 33 Pater tenetur præstare alimenta etiam Filiis emancipatis, si aliunde non habeant, quo se alant, textu expresso in cit. loc. Si quis a liberis 5. §. 1. ff. 1. de agnoscendis, & alendis liberis. Et ratio est clara, quia alimenta non debentur Filiis a Parentibus ratione patriæ potestatis, sed Jure sanguinis, & naturalis pietatis, quo non dissolvitur per emancipationem per text. in l. Jure sanguinis 8. ff. de Regul. Jur. & §. At hi 10. & §. Minus 11, ff. de Hæreditatibus, quæ ab intestato. Et ob id etiam tenetur Pater saltem in subsidium alere Filiam nuptam viro pauperi non habenti unde ipsam alat. Joann. Angelus Bossius l. cit. c. 5. num. 152. Rosignol. l. c. n. 13. & alii.
 35 Pater tenetur alimenta præstare etiam Filio excommunicato, cum Excommunicatio non eximat ab obsequiis a Jure naturali debitibus Filio. Surdus de alimentis tit. 1. quest. 19. n. 13. Pontanus de alimentis c. 2. n. 14. Megala p. 2. lib. 2. c. 2. q. 2. n. 15.
 36 Rosignol. l. c. prenot. 10. n. 16. & alii passim. Cum hac tamen advertentia, quod si Filius sua culpa pertinaciter perseveret in Excommunicatione, cum possit ab illa absolvi, Pater non tenetur ei alimenta præstare, nisi juxta necessitatem naturæ; quia præstando pinguiora alimenta tali Filio pertinacis in excommunicatione, tribueret ei ansam perseverandi in ea: & e contra subtrahendo ei talia pinguiora alimenta, subtraheret etiam ansam talis perseverantiae. Si vero Filius sine sua culpa perseveret in Excommunicatione: tenetur Pater ei præstare alimenta juxta decem centiam, & convenientiam sui status, arg. c. Inter alia 31. de sentent. Excommunicat. ubi habetur, quod per supervenientem sententiam Excommunicationis non liberetur Pater a debito obsequio, ad quod antea tenebatur; Nec ipsa Excommunicatio privat bonis, & Juribus temporalibus, quibus Excommunicatus gaudebat ante eandem Excommunicationem. Joann. Angelus Bossius tract. de effect. Matrim. part. 2. c. 5. n. 119. Azorius part. 2. lib. 2. c. 4. q. 8. Trulench in Decalog. lib. 4. c. 1. dub. 3. n. 10. Rosignol. l. c. n. 17. & alii.
 37 Item Pater quamvis non teneatur præstare alimenta juxta decem centiam, & convenientiam sui status, & conditionis Filio in Hæresi pertinaci propter rationem numero antecedenti addu-

ctam, tenetur tamen regulariter ei præstare alimenta juxta necessitatem naturæ, quia non cessant Jura sanguinis, & naturalis pietatis, ex eo quod Filius incidit in Hæresim, & in ipsa pertinax perseveret, præsertim cum sic possit subesse spes eum quandoque ab Hæresi revocandi. Joann. Angel. Bossius l. c. n. 123. Rosignol. l. c. n. 18. Fagandez in Decalog. lib. 4. c. 2. n. 7. Azorius part. 2. lib. 2. c. 4. quest. 10. & alii. Dicitur tamen notanter Regulariter, quia si Filius Hæreticus per falsa dogmata niteretur alios ad Hæresim perducere, tunc tamquam actuali publico hosti, & rebelli Ecclesiæ, & Catholice patriæ posset jure denegari alimenta etiam ei necessaria secundum exigendam naturæ propter mox dicenda a simili, numero sequenti.
 Pater quamvis non teneatur præstare alimenta juxta decem centiam, & convenientiam sui status, & conditionis Filio bannito, quia videtur indignus favoribus Juris Civilis qui contra Jura civilia enormiter deliquit, ut bannitus; cum frustra Legis auxilium invocet, qui committit in Legem, cap. Quia frustra 14. Usuris; Tamen regulariter tenetur ei præstare alimenta juxta necessitatem naturæ: quamvis statuto cautum sit, ne ei præbeantur. Et ratio est, quia Jura Civilia, & municipalia derogare nequeunt Juri naturæ, & sanguinis per text. in l. Jura sanguinis 8. ff. de Regul. Juris, & §. At hi 10. & §. Minus 11. Infit. de hæreditatibus, quæ ab intestato. Dicitur autem notanter Regulariter, quia si Filius bannitus esset perduellis patriæ, & in ipsam inveheretur, tunc posset Pater jure ei denegare alimenta etiam necessaria juxta exigentiam naturæ, quia bonum patriæ, & amor erga eandem debet prævalere amori erga Filium, & bono ejusdem, & plus patriæ debemus, quam parentibus, textu expresso in l. Minime 36. ff. de Religiof. & sumptib. Fun.
 Pater tenetur præstare alimenta Filio Monacho juste ejecto a Religione, si ipse aliunde non habeat, quo se alat; Azorius part. 2. cap. 4. quest. 9. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 3. numer. 35. Rosignol. loc. cit. prenot. 10. num. 21. & alii. Et ratio est, quia ex eo quod factus fuerit Monachus, subinde ob ejus culpam ejectus a Religione non desinit esse ejusdem Patris Filius, nec desinit titulus naturalis pietatis; Et aliunde ex eo, quod juste ejectus sit a Religione, desinit esse Filius Religionis, nec Religio intelligitur se obligasse ad alimenta ei præstanda, nisi pro tempore, quo eidem interserviret. Vide verb. Ejectio n. 45.
 Sic nec Religiosi præclarissimæ Societatis Jesu, qui post vota simplicia ante solemnem Professionem a dicta Societate dimittuntur, ulla ab eadem Societate prætere debent alimenta, aut congruam sustentationem, licet dum in ea viverent, titulo Religiosæ paupertatis ad Sacros Ordines, etiam Presbyteratus, promoti fuerint. Sic novissime expresse statuit Benedictus XIII. Constitut. incip. Injuncti Nobis. Vide ibid. numer. 46. ubi assertur per extensum.
 Monachus, seu Regularis, injuste ejectus potest compellere Monasterium, seu Religionem ad alimenta futura, & etiam præterita, si illa mutuo accepit. Per talem enim injustam, ejectionem non amittit ejectus Jura Monasterii, seu Religionis, nec desinit esse ejus Filius, adeoque non est, cur Religio non teneatur eundem Profesium alere, cum injusta ejectione perinde sit, ac si non esset ejectio. Idem enim est aliquid non esse factum, ac nulliter factum; arg. l. Si se non obtulit 4. §. 6. ff. de Re judicata, & quod nullum est, nullum producit effectum, cap. illud 8. de Jure patronat. Vide ibid. num. 47.
 Sic etiam lite pendente pro validitate expulsiōis, Ejectus debet ali ex bonis Monasterii, donec sit lata sententia de justitia, aut injustitia illius. Vide ibid. num. 48.
 Alimenta non sunt præstanda a primo Monasterio Regulari, aut Moniali ad alud Monasterium transeunti, quamvis penes primum Monasterium remaneat dos, & alia bona, Card. Petra tom. 4. comment. in Constitut. 16. Eugenii IV. num. 17. cum pluribus ibi adductis, testans sic specialiter quoad Monialem transeuntem decium fuisse, Coqrard. in praxi dispensat. lib. 5. cap. 15. num. 14. vers. Postmodum ubi adducit resolutionem Congregationis particularis ab Urbano VIII. deputata, Surdus de alimentis tit. 9. q. 17. n. 1. & 16. & sequent. & alii.
 Alimenta præstare tenetur Monasterium Regulari in aliud Monasterium incluso pro poenitentia peragenda. In tali enim casu, cum non solvatur ab obedientia primi Monasterii, merito ab ipso alendum esse decernitur, cap. De lapsis 5. caus. 16. q. 6. Covarruvias in cap. num. 20. de Testamentis; Sanchez in summa lib. 7. cap. 32. num. 46. Molina de justitia tom. 10. disp. 40. Card. Petra loc. cit. num. 18. & alii.

38

39

40

41

42

43

44

- 45 Alimenta Religio præstare tenetur Regularibus detentis in carceribus S. Officii, dummodo Religio non sit de iis, quæ in communi non possideant, Card. Albit. *de inconstancia in fide cap. 22. num. 62. & 63. Card. Petra loc. cit. num. 18. Pignatell. tom. 8. consylt. 62. num. 34. & alii.*
- 46 Alimenta a Novitia solvi non debent Monasterio, si eandem teneatur recipere, & ad Habitum, & ad Professionem sine dote. Secus autem si dicatur solum a Testatore, quod Monasterium teneatur eandem recipere ad Professionem sine dote; Card. Petra tom. 3. *Comment. in Const. 12. Innocent. IV. num. 51. & 52.* ita explicans responsionem quamdam Sacra Congregationis in Spoletana alimentorum 23. Augusti 1670. lib. 23. *decret. pag. 399.* ubi proposito dubio, *An sint solvenda præsentia alimenta Monasterio Monialium?* Sacra Congregatio respondit Negative.
- 47 Respondit, seu Monialis pendente lite super validitate suæ Professionis, si sine debita licentia degat extra Monasterium, non potest ab ipso alimenta præstare, præsertim attento Decreto Concilii Tridentini cap. 19. *scilicet. 25. de Regularibus.* quod non possit audiri Professus nisi reassumpto habitu ad Monasterium redierit; cui si talis Monachus, vel Monialis obtemperasset, non egeret alimentis; Unde sibi debet imputare: neque ex sua contumacia potest reportare commodum, per textum in cap. *Non omnia 2. caus. 5. quæ 5.* ubi ex verbis S. Augustini expressè dicitur: *Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo severtur, iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, ut iniustitia seductus acquiescat.* Ideoque nullam meretur indulgentiam, ut habetur in l. *penult. Cod. de iure dotium, in l. Si fideiussor §. Si necessaria ff. Quis satisfare cog. & cap. *relleximus de iudic. & late probat pluribus adductis Pignatell. tom. 9. consylt. 177. num. 4.* Si vero ex aliqua causa collocetur de ordine Sac. Congregationis in alio Monasterio, donec causa terminetur, tunc debet habere etiam ibi alimenta a proprio Monasterio, quia per ipsum non itat in hoc permanere, arg. cap. *Cum non stat 66. de Regul. iur. in 6. & in terminis Card. Petra tom. 2. commentar. in Constitut. 7. Innocent. III. scilicet. unica num. 17.**
- 49 Filii tenentur alimenta præstare Parentibus indigentibus, sicuti Parentes ipsi ex dictis præstare tenentur; Communis per clarum textum in l. *Si quis a liberis §. §. 1. ff. de agnoscendis & alendis liberis* ibi: *Et magis puto etiam in non sint liberi in potestate, alendos a parentibus, & vice versa alere parentes debere, & ibidem §. 16. ibi: Parens quamvis alia Filio ratione naturali debeat.* Rota recent. *part. 5. tom. 1. dec. 62. num. 24.* ubi plura ad id adducit.
- 50 Hinc Filius quamvis obstructis voto Religionis non potest Religionem ingredi existentibus Parentibus in extrema necessitate, cui non possint obviare sine ope Filii. Vide verb. *Filius num. 107.*
- 51 Si filius existentibus suis Parentibus in extrema vel gravi necessitate Religionem in rediatur, & profiteatur. Professio est valida, sed illicita; Unde si aliter ipsis subvenire nequeat, tenetur exire. Non tenetur autem nec potest exire, si sine egressu possit ipsis subvenire suis operibus, & industria. Vid. *ibid. num. 101.*
- 52 Filius autem Religiosus Professus nequit a Religione exire ad subveniendum iuis Parentibus in extrema, & valde gravi necessitate, nisi accedat suorum Superiorum placitum, & facultas. Vide *ibid. num. 102.*
- 53 Non detunt tamen magni nominis Doctores sustinentes contrarium. Vide *ibid. num. 103.* In qua autem necessitate possit, & debeat Filius prius succurrere Parentibus, quam aliis quibuscumque; Vide verb. *Necessitas anam. 24. ad 37. & verb. Filius a num. 91. ad 99.*
- 55 Frater dives tenetur alimenta præstare Fratri pauperi; l. *Mutus 74. ff. de iure dotium, l. Qui filium 4. ff. Ubi pupillus educari debeat; Authent. Quibus modis naturales efficiantur sui §. Si quis igitur habens;* Rota recent. *decis. 471. num. 3. cum sequent. part. 33. decis. 7. num. 1. part. 14. decis. 164. num. 11. & sæpe alibi, & Doctores communiter.*
- 56 Etiam si Frater sit Filius naturalis. Rota *part. 1. dec. 538. numer. 1. & 4. part. 5. tom. 1. decis. 92. num. 2.* Bartolus in leg. *Si quis a liberis §. Utrum num. 5. ff. de agnoscendis & alendis liberis.* Ripa in l. *1. ff. soluto Matrimonio.* -Surdus de alimentis tit. 1. *quest. 25. num. 28. cum sequent.* Molina de Hispan. *primogenit. lib. 2. cap. 15. num. 64. & alii.* Et etiam si sit spurius, Rota *part. 5. tom. 1. decis. 92. num. 7. & 10. part. 7. dec. 30. num. 4. cum sequent.* Surdus *loc. cit. quest. 25. num. 33. Corbul. in l. Si quis a liberis §. idem scripsit num. 89. vers. Hæc sen-*

tentia, ff. de agnoscendis, & alendis liberis, & alii, arg. §. Si quis igitur habens; Authent. Quibus modis naturales efficiantur sui, ubi licet textus loquatur de Filio naturali, ejus tamen ratio cum sit una & eadem, etiam in Filio spurio procedit, ut recte observat Rota *cit. decis. 92. numer. 10.* Surdus *cit. quest. 25. num. 28. & alii.*

Et licet quod bona non provenerint a communi Patre; Rota *part. 1. decis. 138. num. 4. part. 5. tom. 1. decis. 92. n. 11.*

Tenetur etiam Frater dives alimenta præstare Sorori pauperi; Rota *part. 3. decis. 532. num. 2. Gloss. in l. Qui filium, verb. Hæc aliter, ff. ubi pupillus educari debeat.* Bartolus in l. 3. in fin. *Cod. de alendis liberis,* cum aliis allegatis per Surd. *de alimentis tit. 1. q. 25. in princip.*

Etiam si sit soror uterina solum; l. *In omnibus 1. §. 2. ff. de Tutel. & rationibus distrahend. l. Tutor, §. in solvendis, ff. de administrat. Tutor. l. Qui filium, ff. Ubi pupillus educari debeat.* Annot. ad *decis. 60. n. 141. part. 4. t. 2.* Rota recent.

Patruus Nepotem, & e converso Nepos Patruum alere tenentur in subsidium, Rota recent. *part. 7. decis. 194. num. 4. part. 5. tom. 1. decis. 408. num. 12. part. 14. decis. 204. num. 9. Crotus in l. Filius familias §. Divi. num. 31. in fine, ff. de Legatis. Ripa *ibid. num. 4. Ferdinandus Loaz. *ibid. num. 96. Pontan. de alimentis tit. 1. quest. 8. num. 1. & 6. prope finem, & plurimi alii apud Rotam *cit. decis. 194. num. 4. cum sequentibus per text. in l. Si quis a liberis §. §. 2. ff. de cognoscendis, & alendis liberis, & in cap. 1. verb. Amitam, de cohabitata. Cleric. & cap. Cum quidam §. final. de Jurjurand. & in Epistola 1. Apostoli ad Timoth. cap. 5. num. 8.* Ubi dicitur eum qui ex sua familia nato non subvenit, Fidera negare, & infideli deteriore effici, ibi: *Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, Fidem negavit, & est infideli aetior.* Et pro hac opinione fuit pluries iudicatum in variis supremis Tribunalibus, & signanter in iupremo Castellæ Conventu; item in alio iupremo Castellæ Senatu; in Regia Aragonensi Audientia, in iupremo Consistorio Regni Siciliae, in sacro Consilio Neapolitano, & in Sacro Rotæ Romanæ Tribunali in Romana alimentorum 13. Junii 1613. coram bona memoria Patriarcha Manzanedo, & in alia Romana dotis 14. Martii coram Merlino, ut ex aliis testatur Rot. recent. *part. 7. decis. 194. a num. 8. ad 13.****

Et procedit etiam agatur de Nepote naturali, vel spurio, Rota *part. 5. tom. 1. decis. 92. num. 10.* Surdus de alimentis tit. 1. *q. 25. num. 28. & alii arg. §. Si quis igitur habens, Authent. Quibus modis naturales efficiantur sui, & cap. Cum haberet §. de eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluerat.*

Vel etiam si agatur de Nepote, ex Fratre naturali, vel spurio, quia Filii Fratris subingrediuntur locum Patris in commo recipiendi alimenta, ex late deductis per Surdum *de alimentis tit. 1. quest. 23. per tot. & per Rotam in Romana alimentorum 3. Junii 1613. coram Patriarcha Manzanedo, Rota recent. part. 7. decis. 30. num. 5. arg. ex cit. Juribus num. antecedent.*

Et quamvis bona non proveniant a communi stipite; quia quando alimenta debentur ratione sanguinis, non est curandum unde bona proveniant, num a communi stipite; an aliunde, Rota *part. 1. decis. 538. num. 4. & 5. part. 7. decis. 194. num. 67. Marefcot. variar. resolut. lib. 2. cap. 83. num. 4. Gratian. disp. forens. 563. n. 21. tom. 3. Molina de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 16. sub num. 59. & alii.*

Et quod dicitur de Patruo respectu Nepotis, dicitur etiam de Nepote respectu patru, qui si sit pauper alendus est in subsidium a Nepote, Rota in d. *Romana alimentorum 15. Junii 1613. coram Patriarcha Manzanedo, & part. 7. recent. decis. 194. num. 4. & sequent. & 19. cum pluribus Doctoribus ibi allegatis.*

Etiam si agatur de Patruo naturali; Rota in d. *Romana alimentorum, & cit. part. 7. decis. 194. num. 5. & sequent. cum plurimis aliis ibi allegatis; arg. ex citat. Juribus sub num. 62.*

Conjuncti enim sanguinis, & naturalis pietatis tenentur inter se præstare vitæ subsidia, Rota *part. 7. recentior. decis. 194. num. 34. & sequent. per text. in cap. Est probanda 86. diff. 16. ibi: Proximos seminis tui ne despicias, si egerit cognoscas; melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis.* Natura autem non facit differentiam inter conjunctos naturales legitimos, ac inter illegitimos, §. *Si quis sane non habens 1. in Authent. seu Novella 74. collat. 6. Quibus modis naturales efficiantur legitimi.* Et §. *Si vero filios 3. cap. 12. Authent. seu Novella 89. collat. 7. Quibus modis naturales efficiantur*

- 68 *ciantur sui, leg. Adoptivus §. Serviles vers. Unde nec vulgo ff. de ritu nuptiar. cum similibus, adeoque &c.*
- 68 Maritus tenetur alimenta præstare Uxori, si ab eadem, vel ab ejus Patre, vel aliis con sanguineis dotem recepit, Communis per text. in l. *Quæ legatorum 14. ff. de in possessione legatorum, l. Si filia §. 1. ff. Familie Eriscund. l. Si cum dotem §. Sin autem ff. soluto Matrim. cum similibus.*
- 69 Maritus tenetur alimenta præstare Uxori, etiam si sine dote eam duxerit, si scienter indotatam accepit, nec dos fuit ei promissa, nec Jus aliquod sibi reservavit ad dotem, Rota recent. *part. 4. tom. 3. decis. 617. Surdus de alimentis tit. 1. q. 38. num. 13. Innocent. in cap. Per vestras de donat. inter virum, & uxor. in fine. Lara in l. Si quis a liberis §. Si quis ex his num. 21. ff. de agnoscendis, & alendis liberis.* Rosignol. de effectibus Matrimonii tract. 15. de Matrimo. VI. *disquisit. 1. §. 19. num. 2. Molina tom. 2. de iustit. disput. 425. §. Si marito dos, Sanchez de Matrimo. lib. 9. disp. 5. num. 8. & alii passim.* Et ratio est, quia ex quo duxit Uxorem sine dote, & promissione dotis, videtur sponte cessisse cuiquamque Juri ad eandem, & voluisse pro dote accipere ipsius Uxoris personam; unde sibi imputari debet, si nullam dotem exegerit, teneturque ad uxorem alendam.
- 70 Si autem Maritus uxorem duxit sine dote numerata, cum dote tamen promissa, & conventa in determinata quantitate, fide data de solutione, postea eandem non possit exigere, tunc de rigore Juris non tenetur alimenta eidem Uxori præstare; Rota *part. 2. recent. decis. 470. num. 4. Sanchez de Matrimo. lib. 9. de debito conjug. disput. 5. num. 2. Rosignolus loc. cit. num. 7. & alii.* Et ratio est, quia dos ideo datur Marito, ut ex illa tamquam ex pretio, seu ex fructibus ipsius sustineat onera Matrimonii; l. *Pro oneribus 20. Cod. de iure Dotium, l. Dotis fructum 7. ff. cod. adeoque dote non soluta, non tenetur Maritus alimenta præbere Uxori, quia cum deficit id, propter quod assumitur onus, debet & ipsum onus deficere.*
- 71 Dicitur autem notanter de rigore Juris, quia in tali casu Maritus tenetur præstare alimenta Uxori ex æquitate, & honestate; arg. l. *Si cum dotem 22. §. 7. ff. solut. Matrimonio, ut recte docent Joannes Angelus Bossius tract. de effect. Matrimo. cap. 6. num. 29. & tract. de dote cap. 2. num. 141. Valerius de different. inter utrumque For. verb. Uxor different. 2. in fine. Rosignol. loc. cit. num. 7. & alii.* Et ratio est, quia cum Maritus ex vi Matrimonii fervare debeat cum Uxore individuum vitæ unitatem, nimis inhumanum esset, si ei negaret congrua alimenta, quando ipsa aliunde habere non possit, adeoque &c.
- 72 Si uxor sine necessaria causa recedat, & divertat a Marito, Maritus non tenetur ei alimenta præstare, quamvis dotem ab ea acceperit. Secus vero si ob justam causam recederet, seu diverteret a Marito, Joann. Lupus in cap. *Per vestras de donat. inter vir. & uxor. not. 3. in princip. num. 14. Barbosa 2. part. Rubric. ff. soluto Matrimo. Rosignol. loc. citat. §. 22. num. 5. & 6. Vide verb. Uxor. num. 24.*
- 73 Si vero nec sua culpa, nec culpa Mariti recesserit, tenetur Maritus illam alere, Lara in l. *Si quis a liberis §. Si quis ex his ff. de agnoscendis, & alendis liberis, Sanchez de Matrimonio lib. 9. disp. 4. num. 25. Rosignolus loc. cit. num. 7. & alii recte notantes, si uxor recedat a Marito ob periculum infectionis, ex morbo contagioso Mariti, & hujusmodi, tunc Maritum teneri ipsam alere. Et ratio est, quia, ut expressè habetur in cap. *Sine culpa 23. de Regul. Juris in 6. Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus, & concordat l. Sancimus 22. cod. de panis, cum similibus, adeoque Uxor recedens a Marito sine ulla sua culpa non est privanda alimentis sibi debitis a Marito.**
- 74 Si Maritus sit inops, & Uxor dives, tenetur hæc alimenta illi præstare, Lara in l. *Si quis a liberis §. Si quis ex his num. 14. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, Bartolus tract. de alimentis num. 49. Speculator tit. Qui Filii sint legitimi §. unice, num. 40. Bertachinus in rept. l. V. verb. Uxor aliter vers. Uxor dives, Rosignol. loc. cit. disquisit. 1. §. 23. num. 4. & alii per text. in l. Si cum Dotem 22. §. 7. ff. soluto Matrimo, ibi: *Quid enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris Maritum, vel uxorem viri participem esse?* Sicuti enim Maritus in casu indigentia Uxor tenetur eam alere, ita Uxor dives in casu indigentia Mariti tenetur ei alimenta præstare.*
- 75 Alimenta debentur Uxori ab heredibus Mariti, qui dotem detinent pro anno luctus. Rota *part. 3. decis. 269. num. 1. & communis Doctorum per clarum text. in l. Unica §. 7. Cod. de rei uxoria actione.*

Etiam ipsa Uxor aliunde sit dives; arg. tit. *L. Unica §. Exa- 76 Etio, Cod. de rei uxor. actione;* ubi indefinite, & sine ulla restrictione statuitur, quod Uxor vidua pro anno luctus sit congrue alenda ab hæredibus Mariti, si pro illo anno dotem retineant, nec ullam facit distinctionem de Uxore divite, aut paupere, adeoque neque nos distinguere debemus, & excipere Uxorem divitem, cum ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus, cap. *Quia circa 22. de privil. l. de pretio 8. ff. de publicana in rem action. l. Non distinguemus 32. ff. de receptis Arbitr. l. Præses 3. ff. de Officio Præsidis.* Tum quia Maritus recepta dote tenetur Uxorem alere, quantumvis aliunde sit dives, per text. in leg. *Dotis fructum 7. ff. de iure dotium, & l. Pater pro filia 17. ff. de doli mali, & metus exceptione, adeoque etiam hæredes non restituta dote tenebuntur eandem alere, quantumvis aliunde divitem. Et sic tenent Joannes Angelus Bossius de dote cap. 20. *num. 86. & tract. de aliment. obligat. cap. 11. n. 759. Leotardus de usuris qu. 30. n. 33. Rosignol. de dote part. 2. prenot. 22. num. 42. Baldus, Alexander Corduba, & alii ab ipso citati contra Joannem Andream, Campeggium, & Castropalaum.**

Item etiam si dotis fructus ad alimenta præstanda non sufficiant. Rota *part. 3. decis. 269. num. 1. Rosignol. loc. cit. n. 50.* cum pluribus aliis ibi allegatis, arg. *cit. l. unice §. 7. Cod. de rei uxoria actione.* Sicuti enim Maritus tenetur ad alendam Uxorem, quamvis dotis fructus non sufficiant, ita etiam ejus hæredes, quamdiu dotem retinent.

Pro alimentis, quæ hæredes Mariti Uxori præstant pro anno luctus non tenetur Uxor in illorum favorem impendere suas operas, sive obsequiales, sive artificiales. Campeggium de dote *part. 2. q. 16. Jo. Angelus Bossius de alimentis obligat. c. 11. n. 759.* cum aliis ab ipsis ibi allegatis. Rosignol. *loc. cit. n. 74. & alii.* Et ratio est, quia quando Lex determinat emolumentum aliquod, V. G. alimenta ex aliqua causa onerosa, ille, qui obligatur ad alendum, non potest aliquod onus præscribere obligatorio, quia non suo, sed Legis iudicio tradit per text. in l. *Si adrogator 22. ff. de approbationibus;* adeoque neque hæredes, qui intra annum luctus tenentur præstare alimenta Uxori viduæ ratione sine dotis ab ipsis detentæ, possunt ipsam obligare ad operas artificiales, & obsequiales.

Potest Uxor sine uliuræ labe convenire cum hæredibus Mariti pro alimentis sibi debitis pro anno luctus, ut certam quantitatem sibi conferant. Navarrus in *commentar. de usuris n. 68. & in Manual. cap. 17. num. 213. Covarruv. variar. resolut. l. 2. c. 1. vers. sexto. Augustinus Barbosa Collect. ad c. salubriter n. 9. de usur. Leotard. de usur. q. 30. n. 28. Franciscus Molin. de ritu nupt. l. 3. q. 39. n. 69. & seq. Rosignol. l. c. n. 50.* Et ratio est clara, quia illa quantitas non deducitur in pactum ob solam dilationem temporis in restituendo; quod utique esset usurarium, sed solum in compensationem alimentorum eidem Uxori debitorum; quod nullam usuræ labem continet; cum sic solum exigatur, & conferatur quantitas certa pro specie, seu Jure certo.

Si illa quantitas conventa non excedat onera alimentorum, 86 quamvis excedat valorem fructuum dotis, adhuc potest sine labe usuræ exigi. Covarruvias l. c. c. 1. n. 3. Franciscus Molin. l. c. q. 39. n. 74. Surdus de alimentis tit. 10. q. 44. n. 27. Rosignol. l. c. n. 55. Trullench. t. 2. *summæ lib. 7. c. 4. n. 23. Salas de usuris dub. 3. n. 1. & alii.* Et ratio est, quia cum hæredes Mariti retinentes dotem teneantur pro anno luctus conferre alimenta Uxori juxta decentiam status, nulla habita ratione, an fructus ipsius dotis adæquent dicta alimenta per text. in l. *Unica §. 7. de rei uxoria actione* indefinite loquentem, poterit ipsa Uxor juste sine labe usuræ exigere quantitatem correspondentem oneri eorumdem alimentorum, quamvis excedentem valorem fructuum dotis.

Uxor vidua non solum intra annum luctus potest ab heredibus Mariti detinentibus dotem exigere alimenta, sed etiam post annum luctus, si in mora fuerint restituendi eandem. Navarrus in *comment. de usuris num. 67. Salonius 2. 2. quest. 78. art. 2. controu. 15. num. 7. Leotardus de usur. quest. 30. n. 57. Sotus de iustit. & Jur. lib. 6. quest. 1. art. 2. circa finem;* Thefaurus *decis. 43. num. 4. Rosignol. loc. cit. num. 57. & alii* Et ratio est, quia iniustum est, ut dotem detineant, & fructu dotis gaudeant, & alimenta non conferant; cum is, qui dotem recipit, intelligatur tacite se obligasse ad alimenta tradenda, donec dos restituatur, per textum in leg. *Dotis fructus in princip. 7. ff. de iure dotium, l. Si cum dotem 22. §. 8. ff. soluto Matrimonio.*

Hæredes Mariti tenentur alere Uxorem viduam, si sit indo- 82 tata,

tata, inops, & non habeat aliunde, quo se possit alere. Rota recent. part. 18. tom. 1. decis. 30. num. 2. cum seq. & 19. & seq. cum pluribus ibi adductis.

83 Item hæredes Uxoris tenentur alere Maritum inopem, qui non habet aliunde quo se aliat; Cum inter Virum, & Uxorem ad imparia non fit iudicandum. Rota loc. cit. num. 1. & 20. cum pluribus ibi allegatis, per textum expressum in cap. Si quis uxorem 4. caus. 32. quest. 1.

84 Extante controversia inter Patrem, & Filium super alimentis præterita, probabilius est, quod possint compelli ad compromissum. Sic tenere censentur Joannes Baptista Saminiatus Contror. 81. Blanchus de compromiss. quest. 4. sub tit. de quibus causis possit compromiss. fieri n. 19. Surdus de alimentis tit. 8. privil. 61. num. 33. Castillus de alimentis cap. 70. per tot. Ursolus de transact. qu. 49. num. 1. & alii, qui omnes excipiunt solum quoad alimenta futura; adeoque centet id posse fieri quoad alimenta præterita; per textum expressum in l. de alimentis 8. Cod. de transactioibus, ibi de alimentis præteritis, si questio deservatur, transigi potest. Et sic expresse docet Rosignol. de effectibus Matrimon. contract. 15. de Matrimon. IX. prænot. 13. u. 2.

85 Secus autem est dicendum quoad alimenta futura, ut expresse defendunt Corduba a Lara in l. Si quis a liberis §. Parens n. 50. ff. de agnoscendis, & alendis liberis; Borellus de compromiss. §. 2. gloss. 1. num. 308. Colerius de alimentis lib. 2. cap. 3. num. 59. Saminiatus Contror. 81. num. 81. & seq. Novarius ad prægnat. Regni tit. de Arbitris coll. 2. sub n. 4. Rosignol. loc. cit. num. 3. alique citati num. antecedenti; & ita resolutum fuisse in Senatu, & Sacro Concilio Neapolitano referunt Novarius, Saminiatus, & Rosignolus loc. cit. Et ratio est, quia cautio pro alimentis futuris est executiva, & omnino privilegiata, tam ratione ordinis, & temporis, quam ratione etiam probationum: l. Senatus consultum 1. §. 12. & l. Si quis a liberis §. 8. ff. de agnoscendis, & alendis liberis. Bartolus in l. de alimentis num. 3. Cod. de transact. Castillus de alimentis cap. 3. num. 1. & est celerrime expeditionis, nec dilationem patitur, cum interim Filii de vento vivere nequeant. Borrell. consil. 71. num. 37. per text. in l. 2. ff. de re iudicat. Surdus de alimentis tit. 8. privil. 11. & privil. 70. Giurba decis. 4. n. 45. vers. sed alimenta. In causis autem executivis, & celerrime expeditionis compromissum non admittitur. Baldus in l. 1. in princip. ff. de transact. Alexander consil. 82. num. 4. lib. 1. Matthillus decis. 270. n. 49. adeoque &c. Tum quia super alimentis futuris non potest fieri transactio sine auctoritate Prætoris, Alimentarius cogi potest ad transigendum; textu expresso in l. de alimentis 8. Cod. de transact. ibi: De futuris autem sine Prætoris, seu Præside interposita transactio nulla auctoritate Juris censetur, adeoque super ipsis nequit fieri compromissum, cui pari pari procedant transactio, & compromissum.

86 Alimenta præterita non præstata a Patre Filio, qui eadem acquisivit mendicando, vel alio modo non oneroso, non possunt a d. Filio repeti, neque quoad eorum æstimationem. Alexander in l. de alimentis in princip. Cod. de transact. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 1. cap. 60. num. 19. & 20. Fontanella de pactis nupt. claus. 5. par. 1. n. 100. & claus. 6. gloss. 2. par. 3. nu. 35. Megala par. 4. lib. 2. cap. 23. quest. 1. nu. 26. Azorius par. 2. lib. 2. cap. 4. quest. 16. Rosignol. loc. cit. prænot. 14. & alii. Et ratio est, quia Pater tum Jure naturali, tum Jure civili tenetur præstare alimenta Filio solum cum iis indiget, nec aliunde sibi ea providere potest, ut patet ex l. Si quis a liberis §. 7. ff. de agnoscendis, & alendis liberis. In ordine autem ad dicta alimenta præterita, Filius jam non amplius eis indiget, & penitus cessavit necessitas: cum de iis sibi modo non oneroso providerit, adeoque &c.

87 Si autem Filius pro sibi providendis dictis præteritis alimentis non sibi a Patre præteritis cum aliunde non haberet, contraxerit aliquod debitum per mutuum, tunc Pater tenetur solum illud debitum, seu mutuum restituere. Bartolus in l. Libertis quos §. Manumissis n. 3. ff. de alimentis, & cib. Legat. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 60. nu. 22. Fontanella claus. 6. gloss. 2. part. 3. numer. 37. Joann. Angelus Bossius tract. de effect. Matrimon. part. 2. cap. 15. n. 882. Merenda Controrers. Jur. tom. 4. lib. 22. cap. 29. num. 3. Rosignol. loc. cit. num. 3. & alii. Et ratio est, quia tunc necessitas alimentorum perseverat in debito contracto pro ipsis providendis, cum hoc substituat in Jure loco eorumdem alimentorum, adeoque Pater obligatus ad alimenta, tenebitur ad debitum contractum pro illis, si, ut debuerat, non subministravit; & Filius aliunde non habuit, quo sibi illa provideret.

Renuente Patre alimenta debita præstare Filio, cum possit potest idem Filius alimenta repetere a die petitionis. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 1. cap. 54. num. 11. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 60. nu. 60. Vincentius de Franchis decis. 605. num. 6. & 9. in fine. Fontanella de pact. nupt. caus. 6. gloss. 2. part. 3. num. 43. & sequent. Lancellottus de atton. 2. part. cap. 1. Limit. 24. Pontanus de alimentis cap. 12. Rosignol. loc. cit. num. 8. & alii. Et ratio est, quia si alimenta peti solent solum a die late sententia, & non a die petitionis, debitor eorumdem possit suis cavillationibus, & subterfugiis diu sententiam protrahere, & Alimentarium eludere, sicque commodum ex sua malitia, & dolo reportare, quod nullatenus est dcedum, per text. in cap. Intelleximus 7. de iudicis, ibi: Ne videatur de sua malitia commodum reportare; leg. Non fraudantur 134. §. 1. de Regul. Juris, ibi: Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, adeoque &c.

Alimenta debentur Filio auctenti se esse Filium, quamvis Pater neget, si sit in quasi possessione Filiationis. Bartolus in l. sineget 7. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, Molina de Primogenit. lib. 2. cap. 16. num. 36. Covaruvias Practic. cap. 7. num. 8. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. cap. 238. num. 43. Paschalis de patria potest. cap. 2. num. 7. Molina Theologus de Justit. tom. 3. disp. 616. num. 15. vers. quando autem. Rosignol. loc. cit. disquisit. 1. §. 10. num. 2. Rota Rom. dec. 21. num. 2. apud Verallum. Et ratio clara deducitur a paritate eorum, quæ habentur in l. Si quando 7. §. 2. godsi et, Cod. de ordine cognit. ubi itatur, quod si ille, qui est in quasi possessione libertatis, fuerit impoliatus bonis ab eo, qui se Dominum aucterit, & talem se esse contendit, debet ab eodem habere pendente lite alimenta, & litis expensas, adeoque dicendum est etiam in hoc casu cum id æquitas postulet, ne defectu necessariorum decidat dictus Filius a suo bono Jure, quod fovet.

Si autem non sit in quasi possessione Filiationis, debet Judex summarie cognoscere, & si consiterit de Summo Jure ejusdem petentis, debebit decernere alimenta, & litis expensas, donec in plenario Judicio lis Filiationis absolvatur, textu expresso in l. Si quis a liberis §. 8. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, & concordat l. Si iudex 10. ff. de bis, qui sui, vel alicui juris sunt, sic expresse docet cum pluribus ibi allegatis Rosignol. loc. cit. num. 3.

Alimenta sunt a Patre iterum præstanda Filio, quamvis hic culposè contempserit quantitatem sibi assignatam pro eisdem alimentis. Baldus in l. Si captivi ad fin. Cod. de Episc. & Clericis. Jaion in l. Si cum doctem §. 1. n. 7. & sequent. ff. soluto Matrim. Fontanella de pactis nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 1. part. 1. num. 78. Azorius part. 2. cap. 4. qu. 12. Merenda contror. var. lib. 4. cap. 34. num. 6. Rosignol. loc. cit. disput. 2. §. 1. nu. 2. & alii. Et ratio est clara, quia Pater tenetur de Jure naturæ ad præstanda alimenta necessaria Filio; tale autem Jus naturæ adhuc viget, quamvis Filius portionem sibi assignatam pro alimentis culposè in comestationibus, ludis, & meretricibus contempserit; Cum Jura naturalia nullo extrinseco accidenti tolli possint per text. in l. eas obligationes 8. ff. de capite minutis, l. Intra sanguinis 8. ff. de Regulis juris, & §. Sed naturalia 11. Instituit. de Jure naturali; adeoque extante Filio in necessitate alimentorum, non obitante tali culpabili consumptione, adhuc tenetur Pater iterum alimenta præstare.

Alimenta quando, & quomodo debeantur Patrono Beneficij a Beneficiario? Vide verb. Suppatronatus art. 4. n. 114. ad 132.

Clerici privati Beneficij Ecclesiasticis, ad quorum Titulum ordinati fuerunt, nullum Jus habent pro consecutione alimentorum super eorum fructibus, quamvis non habeant aliunde, quo se alere possint. Sic Monacell. tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 410. cum Pignatello; ubi testatur pluries Sacram Congregationem Concilii declarasse, posse ipsos ob sua demerita privati Beneficij abique ulla præservazione alimentorum; & signanter in Firmana 30. Maji 1665. in Romana 18. Martii 1684. & in Vercellens. 15. Decembris 1690. uti refert tom. 2. tit. 23. formula 3. n. 22. & in Asculana 13. Augusti 1707. ad 1. ubi de Canonico Collegiate, qui Canonicatum loco Patrimonij pro congrua sustentatione subrogari obtinuerat.

Clericus a Beneficio suspensus, si aliunde non habeat, debet ex fructibus illius alimenta percipere. Gloss. in c. Cum Vintoniensis Ecclesia 25. de electione verb. Administrant. & alia Gloss. in c. Sradeat 39. dist. 50. verb. Et sui. Monacell. tom. 4. supplement. ad 3. tom. n. 8.

95 Parentes, & alii exponentes infantes in publicis Hospitalibus, aliisque locis, aut ante ostium alterius, an, & quando teneantur refundere alimenta, seu restituere expensas. Vide verb. Parentes a n. 24. ad 32.

96 Si Filius in querela inofficiosi Testamenti in prima instantia obtinuit pro se sententiam, sunt ei decernenda alimenta, & litis expensæ usque ad finem ejusdem litis per ultimam sententiam. Communis, & certa per Textum expressum in l. Si injusta 27. §. 3. ff. de inofficioso Testament.

97 Imo quamvis in prima instantia circa querelam inofficiosi Testamenti nondum fuerit sententiam consecutus, si tamen habeat validas præsumptiones pro se ipso, & foveat bonum jus, potest exigere etiam in eadem prima instantia per Judicem sibi decerni alimenta, & litis expensas. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. c. 236. n. 4. Molina de primogenit. Hisp. cap. 15. n. 36. Alter Molina Theologus de justitia tom. 3. dispart. 616. n. 16. Merenda Contror. Jur. tom. 1. lib. 5. cap. 30. num. 2. Paschalis de patria potest. part. 2. c. 3. n. 60. Fontanella de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. d. part. 4. n. 26. Rosignol. loc. cit. disquisit. 1. §. 11. n. 3. Annot. ad decis. 617. n. 18. cum sequent. n. 26. cum seq. n. 136. cum seq. part. 4. t. 3. cum cum pluribus Rotæ decisionibus ibi allegatis, & ibidem n. 138. Notatur quod cit. Lex si instituta 27. §. 3. ff. de inofficioso Testamento procedit etiam in hoc casu, quando Filius, seu alius colligitans pauper, & fovens bonum Jus etiam in prima instantia petit alimenta, & sumptus litis, & ibi ad id adducuntur clarissimi Doctores, & Rotæ decisiones. Et ratio est, quia cum constat de bono Jure Actoris, eadem ratio pro exigendis dictis alimentis, & litis expensis militat, quando nulla obtenta sententia veriamur adhuc in prima instantia, ac quando jam est obtenta sententia in prima instantia in ordine ad prosequendam causam in secunda instantia appellationis: Si quidem ratio, ob quam Jura decernunt esse præstanda dicta alimenta, & sumptus litis est inopia Agentis, seu colligitantis, ne pauper colligitans ob impotentiam cogatur ium bonum Jus, & litem deserere; quæ ratio ut de se patet, habet locum in utroque casu; Ubi autem eadem est ratio, eadem est Legis dispositio; l. ideo 27. ff. de Legibus, l. Illud 32. ff. Ad Leg. Aquiliam, c. Inter corporalia 2. de transact. Episcop. Cum ratio Legis sit anima Legis: l. Cum ratio 7. ff. de bonis damnator.

98 Alimenta, & litis expensæ, pendente lite super inofficioso Testamento, debentur etiam Filiis emancipatis, si sint pauperes, & foveant bonum Jus. Item Filiis Legitimis per subiequens Matrimonium. Item Filiis in utero existentibus ventris nomine. Item Filiis adoptivis. Item Nepotibus per lineam virilem descendentibus extantibus debitis conditionibus. Item Patri Patri, Avo, & Ascendentibus adversus hæredes Filii, Nepotis, &c. Item Fratribus, & Sororibus indigentibus. Item Filiis illegitimis, & spuris. Sic quoad omnes Sapientissimus Pater Rosignol. loc. cit. disquisit. 1. §. 12. cum pluribus ibi allegatis arg. cit. l. Si instituta 27. §. 3. ff. de inofficioso Testamento, alisque Juribus ab ipso adductis.

99 Alimenta, & sumptus litis debentur cuicumque Actori pauperi, quando cum paupertate concurrat etiam præsumptio boni Juris; Annotat. ad decis. 617. a nu. 18. Rota recent. part. 4. tom. 3. Rota part. 2. decis. 749. n. 1. part. 3. decis. 81. n. 1. part. 4. tom. 2. decis. 223. n. 1. decis. 423. n. 2. cum seq. part. 8. dec. 124. n. 6. part. 11. decis. 211. n. 1. part. 12. decis. 158. n. 1. decis. 263. n. 15. part. 13. decis. 398. n. 1. part. 14. decis. 204. n. 15. part. 16. decis. 117. n. 5. part. 18. tom. 1. decis. 402. n. 1. & sæpe alibi. Alimenta enim, & sumptus litis nunquam solent denegari pauperi Actori stante paupertate cum præsumptione boni Juris; Quæ opinio a toto Orbe communi applausu est recepta, tam ab Italis, Germanis, Hispanis &c. quam ab omnibus Scribentibus Pontificiis, Cæsareis, Regentibus, Consulentibus, Antiquis, & Modernis; Annotat. ad dec. 617. a n. 26. ad 28. Rota Romana part. 4. tom. 3. ubi plurimæ ad id allegantur ejusdem decisiones cum suis Juribus.

100 Et dicta conclusio locum habet distincte, sive Judicium sit universale, & agatur ad universitatem bonorum; sive particulare, & lis agitur super re particulari; adeo ut contraria opinio plenis votis sit reprobata, d. Annotat. ad dec. 617. n. 29. cum sequent. part. 9. tom. 3. Rota part. 2. decis. 749. num. 5. part. 9. t. 1. decis. 50. num. 10. part. 13. decis. 398. num. 11. part. 18. tom. 1. decis. 307. n. 2. cum sequent. & sæpe alibi. Causa enim, ob quam præstari debent alimenta, & sumptus litis non consistit in eo, quod agatur magis ad unam rem, quam ad aliam, de cujus boni Juris præsumptione constat; sed ideo præstatur, ne pauper ob inopiam cogatur deserere ejus

bonum Jus, & litem; Annotat. ad cit. decis. 617. nu. 33. cum sequent. Rota in Fanen. Dotis 20. Novemb. 1641. coram Cerro, & sæpe alibi.

Alimenta si sint debita ex sola dispositione Juris, non potest Alimentarius sine causa ea exigere extra domum hæredis. Rota recent. part. 4. tom. 3. decis. 680. num. 9. Et hæc conclusio est innixa rationi, ut sic minus gravetur hæres. Rota ibid. num. 13. cum pluribus ibi citatis; Rosignolus loc. cit. disquisit. 1. §. 9. num. 3. cum variis aliis ibi allegatis. Et ratio est, quia quando alimenta sunt debita ex sola dispositione Juris, regulariter debentur solum in subsidium; ut sic provideatur Alimentario aliunde non habenti, quo se alere possit; sufficienter autem provideatur Alimentario, si ei alimenta præstentur in domo hæredis, adeoque non potest sine justa causa ea exigere extra ipsius hæredis domum, ut sic minus gravetur hæres juxta allegaram rationem Rotæ.

Justa autem, & sufficiens causa exigendi alimenta extra domum hæredis est, si hæres sit rixolus, & iracundus, vel habeat uxorem rixolam, & iracundam; vel habeat Personas similes in domo; Annot. ad decis. 636. num. 147. ad 149. Rotæ part. 4. tom. 3. Vel si Legatarius non habitet cum hærede propter aliquod odium vigens inter eos; Ead. Annot. num. 150. Vel si inter Legatarium, & hæredem agitur aliqua lis, etiam super eisdem alimentis; Ead. Annot. num. 162. cum seq. Et ipsa Rota part. 4. t. 1. decis. 199. part. 18. t. 1. decis. 307. n. 15. part. 19. t. 1. decis. 241. num. 20. cum seq. Vel si vigeat discordia, & lites criminales inter alendum, & hæredem, Rota part. 15. decis. 256. num. 13. Quod procedit etiam in Filio adstringente Patrem ad alimenta sibi præstanda; Rota ibid. n. 14. & par. 19. tom. 1. decis. 241. num. 21. Et idem procedit quoad Fratrem litigantem cum altero Fratrem, qui pariter potest ab eodem petere alimenta extra domum; Rota ib. cit. decis. 241. num. 19. cum sequent. Vel ubi hæredi prætendenti alimenta in domo, præstare obstat Legatarii Professio in Religione; Rota part. 4. tom. 1. dec. 199. num. 6. Vel ubi Legatarius vult cum propria uxore, & filio habitare; Rota ibid. n. 6.

In hac tamen questione qualis sit justa causa petendi alimenta extra domum, remittitur arbitrio Judicis a Jure regulando; Annotatio ad d. decis. 636. num. 172. Rotæ part. 4. tom. 3. ubi plures ad id allegantur Doctores, & Rotæ decisiones. Et Judex, etiam si alimenta essent Legata in Domo, potest cogere hæredem ex justa causa ad ea præstanda extra domum; cit. Annot. ad decis. 646. num. 173. & ipsa Rota part. 5. tom. 1. dec. 157. n. 18. par. 19. tom. 1. dec. 241. n. 19. cum seq.

Si autem alimenta sint debita ex dispositione hominis, seu Testatoris, tunc aut Testator simpliciter alimenta legavit absque alia adjectione, & hoc casu Legatarius facultatem habet habitandi ubi vult; & hæres tenetur eidem alimenta præstare; dict. Annot. ad dec. 536. n. 73. cum sequ. & ipsa Rota par. 15. dec. 256. num. 10.

Quæ conclusio procedit etiam in legato alimentorum facti a Viro Uxori, quæ potest habitationem eligere ubi vult, & ibi petere alimenta; dict. Annot. ad dec. 636. n. 77. ad 81. ubi traditur ex Doctoribus, hanc opinionem veluti communem receptam tempore fuisse, & in praxi observatam. Et ratio prædictorum est, quia in hoc casu legatum censetur factum a Testatore favore Legatarii, & non hæredis, ideoque ipsius Legatarii commodum attendendum venit: cum semper in dubio favore ipsius libertatis judicandum sit; l. Inter pares, ff. de re iudicat. l. in obscura, l. Quoties, & Libertas, ff. de regul. Juris, l. Julia, ff. de manumiss. & expresse dict. Annotat. ad dec. 335. num. 82.

Aut Testator tunc alicui alimenta legavit in domo; vel sub conditione, vel cum onere morandi, vel habitandi in domo, vel cum hæredibus, vel per aliud equipollens constat de tali voluntate Testatoris, & in eo casu Legatarius non potest alimenta exigere extra domum hæredis: Ad quem effectum non sufficit, Legatarium habitare in eadem domo, nisi comedat cum hærede. Quia tunc onus habitandi, & comedendi cum hærede, censetur adjectum favore ipsius hæredis, dict. Annot. ad dec. 636. a n. 103. ad 112. ubi ad id afferuntur plures Doctores, & Rotæ decisiones cum variis Juribus.

Quæ tamen conclusio non habet locum, quando aliter hæredi vilium fuerit, quia cum dictum onus in hoc casu fuerit adjectum favore hæredis, iste poterit dicta alimenta præstare extra domum, etiam invito Legatario; dict. Annot. num. 124. cum sequentibus, cum pluribus Juribus, & Doctoribus ibi allegatis.

Sicut neque habet locum, ubi agitur de Legato facti Mulieri

lieri in domo hæredis, quæ nec commode, nec honeste ibi morari potest, puta, quia ipsa est juvenis, & heres pariter est juvenis & luxuriosus, tunc enim poterit ipsa petere alimenta extra domum hæredis, quia dicta conditio morandi cum hærede apposta Legato, tamquam turpis, in isto casu habetur pro non scripta, dicta *Annotat. ad dec. 636. num. 129. cum seq. & n. 145. cum seq.* cum pluribus Juribus, & Doctoribus ad id allegatis.

111 Sic si mulier, cui fuerunt Legata alimenta, sit copulata Matrimonio, non tenetur percipere alimenta ex Mentis hæredis. *Rota part. 14. dec. 442. n. 10.*

112 Idem procedit, quoties concurrat aliqua iusta causa, quo casu, non obstante onere habitandi cum hærede, Legatarius potest petere alimenta etiam extra domum hæredis; *dict. Annotat. ad dec. 636. a n. 147. ad 171.* ipsa *Rota part. 4. tom. 1. decis. 199. n. 6. part. 3. tom. 3. decis. 680. nu. 14. part. 15. decis. 256. num. 12.*

113 Quæ opinio procedit etiam si alimenta essent legata sub hac lege, ne possint peti extra domum. *Rota part. 7. tom. 2. dec. 369. n. 18.* Quænam autem sit ad id iusta, & sufficiens causa, vide supra *n. 102. 103. 104.*

114 Conuetudo, ut populus alimenta præstet Prædicatori, est servanda, & sufficit decennialis. *Ripa consil. 1. n. 44. de consuetud. Surdus consil. 63. n. 17. vol. 1. Sperell. decis. 70. num. 1. Bellet. disquisit. Cleric. tit. de Clerico debitore §. 15. n. 7. Campanil. in divers. sur. Canon. rubric. 12. c. 13. num. 17. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 1. c. 8. n. 6. & fuit clarissime cautum per Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 4. ibi: *imponis eorum, qui ea præstare, vel tenentur, vel solent, & sic pluries resolvit Sac. Cong. ut testatur Sperell. l. c. n. 1.* Ad cuius laudabilis consuetudinis observantiam Episcopus populum cogere potest per text. in c. ad Apostol. c. 43. de Simonia, & ex sententia Sacre Cong. tenet Leo l. cit. n. 6.*

115 Cessante autem dicta consuetudine, non populus, sed Episcopus, vel respective Parochus, si redditus Beneficii sint insufficientes, tenetur alimenta præstare Prædicatori. *Sperell. loc. cit. num. 15.* Tondutus *quest. & resolut. Beneficial. lib. 1. ca. 39. num. 14.* Frances de *Ecclesijs Cathedralibus cap. 18. num. 126.* Barboia in *Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2. a num. 9. & sess. 24. de reformat. cap. 4. num. 10.* & iurisdictioni cum aliis; Et ratio est, quia cum munus prædicandi spectet ad Episcopum, & respective ad Parochum ex Concil. Trid. *cit. sess. 5. de reform. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.* sequitur ipsum teneri suis sumptibus Prædicatorem alere; quia, dum is, ad quem pertinet actus, illum per substitutum peragere potest, tenetur id facere suis sumptibus, per text. in l. *Sed si hereditas* II. §. 1. ff. *Ad exhibendum, c. Inter cetera* 15. de *Offic. Ordinarii*, ibi: *Quibus ipsi, dum indigerint, congrue necessaria subministrant, & ibi tradit Abbas, Surdus de alimentis tit. 1. qu. 59. num. 7. 8. & 9. Riccius in Prax. For. Eccles. decis. 536. n. 1. Tondut. l. c. n. 14. Frances l. c. n. 121.*

116 Excipe tamen, si adierit aliquod Legatum vel redditus sufficiens pro alimentis, & mercede Prædicatoris, tunc enim nullus alius esset molestandus, ut ex sententia Sacre Cong. firmat Leo l. c. n. 6. *Sperell. l. c. n. 16.* & alii.

117 Alia ad rem. Vid. Verb. *Adulterium*, verb. *Filius*, verb. *suppatronatus*, verb. *Necessitas*, verb. *Parentes*.

Supplementa Auctoris et II. Editione.

118 Relate ad ea, quæ tradita sunt in hoc art. n. 45. assertur Decretum Supremæ & Universalis Inquisitionis Romanæ, quo Fratres Minores de observantia; Reformati & Capuccini declarantur exempti a solutione alimentorum pro iis; qui in dicto Tribunali carceri sunt mancipati.

Feria III. die 15. Julii 1732.

Lectis Litteris P. Inquisitoris Regii datis die 13. Junii proximi, quibus significat PP. Ordin. Min. Observant. dictæ Civitatis reculare solutionem alimentorum, quæ ab illa Inquisitione præstantur P. . . in carceribus dicti S. Officii detento, & ad carceres arbitrio Sacre Congregationis, ob præsentem sollicitudinem in Confessione damnato, cum perpetua inhabilitatione ad audiendas Confessiones Sacramentales, & ideo supplicat ei rescribi, quomodo se gerere debeat, & relato decreto edito die 3. Augusti 1707. & Epistola illius vigore scripta P. Inquisitori Arimini in simili casu, nempe Capuccinos, Fratres Ordin. Min. Obser. Min. Obser. Reformat. alio-

que Regulares, qui dietim viunt ex elemosynis, non teneri ad solutionem expensarum cibariarum.

Eminentissimi dixerunt: *Servandum Decretum editum die 3. Augusti MDCCVII.*

Novæ additiones ex aliena manu.

AD dignoscendum, quid nomine alimentorum veniat, & quomodo taxanda sint, inspicere oportet, quæ ex causa debeantur. Multum enim interest, utrum alimenta ex contractu, vel legato, an vero ex sola pietate & concurrente legis præcepto debita sint. Si ex contractu debeantur, videndum quid actum sit inter contrahentes. Alimenta autem in genere conventa præstari debent juxta commodam Alimentariorum sustentationem, habito respectu ad gradum familiæ, & consuetudinem loci, *Rot. in Ariminen. Alimentorum 27. Jun. 1749. §. sed quod maxime, cor. bo. me. Lana.*

Si debeantur ex legato, Testatoris voluntas spectanda est. Sic de ea non conitet, id præstandum quod Testator præstare solitus erat. De hoc si neque constet, ex facultatibus Defuncti ex dignitate Personæ, & charitate ejus cui alimenta relicta, statui de alimentorum præstatione oportet, *Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 33. tit. 1. n. 6.*

Si debeantur ex pietate, circa modum alendi multum Officio Judicis videtur esse tribuendum. Venit autem, quod etiam, observat Auctor, non modo victus, & amictus pro qualitate & conditione Personarum alendarum, & earum quæ alimenta præbent, sed etiam habitatio, medicamenta quoque valetudinis curandæ causa adhibita, *Voet. in comment. ad Pandect. lib. 25. tit. 3. num. 4.* An etiam in studia sumptus, in artes liberales aut mechanicas, confer eundem Auctorem eodem loco. Inter hos, qui ex officio pietatis alimenta præstare tenentur, primo loco occurrit Pater. Quod si Pater inops sit, aut mortuus, onus alendi ad Matrem spectat. Deficiente, aut inopente Patre, atque Matre, alendi sunt Nepotes alique descendentes posteriores ab Avo paterno atque materno, cæterique Ascendentibus. Viceversa Parentes inopes alendi etiam a liberis. Fratres quoque ac Sorores inopes a fratre aut sorore alii placuit, sive germani, sive consanguinei, sive uterini sint. Cognatis autem omnibus remotioribus, qui sunt ultra fratres & sorores, alendi onus a jure impositum haud est. Coniugale de his omnibus differenter *Voet. loc. cit. num. 5. ad plur. sequent.* ubi de eo etiam agit, an affinitatis vinculum in eodem gradu ad alendum obliget, ad quod vinculum cognationis adstringit.

In concursu plurium ad alendum obligatorum, cui onus alendi imponendum sit, vide *Capzov. definit. For. part. 2. Conflit. 10. defin. 19.*

De modis, quibus cessat obligatio præstandi alimenta ex officio pietatis, plene *Voet. ubi supra num. 14. & plur. sequent.* An Patrem vel Avam liberet ab alendi necessitate, quodam bonorum partem liberis unde se exhiberent assignaverit, & ea per prodigalitatem aut infortunium dissipata sit, adi *Voet. ibid. num. 5. & Rot. in Romana alimentorum 13. Januarii 1747. cor. Reverendiss. Bussio.*

Ex quibus Pater filiis alimenta extra paternam domum præstare teneatur, agit *Rota in Perusina assignamenti 5. Apr. 1745. coram illustriss. Caprar.* An & quando alimenta promissa ab aliquo in sua domo, debeantur etiam extra illam, dicitur idem Sac. Tribunal in *Reat. aliment. super quarto dubio 1748. cor. bo. me. Lana.*

De alimentis, an debeantur ex fideicommissio ascendenti, & transveriali ulterioribus vocatis ad ipsum, vide *Rot. in Fabrianen. aliment. 2. Martii 1742. cor. bo. mem. Viccom. in Romana annui legati scutorum 2000. 17. Februarii 1745. cor. eodem, & in Rom. alim. 13. Januarii 1747. coram Reverendiss. Bussio*, ubi agitur de alimentis ex fideicommissio transveriali præstandis illis, qui non immediate post actuale possessorem sunt successuri, sed vix habeant potentiam succedendi.

An Creditores jus habeant super annua præstatione relicta filio titulo alimentorum, expressio nomine legitime, tractat *Rot. in Rom. Legitime 3. Decembris 1742. & 11. Mar. 1745. cor. R. P. D. Camilliac.*

Beneficiatus an & quando ex redditibus sui beneficii præstare teneatur alimenta Patrono, tum de aliis ad hoc ipsum argumentum pertinentibus, vide *Rot. in Salern. alim. 11. Jan. 1712. & 20. Junii ejusdem anni cor. clar. mem. Scott. 10. Dec. pariter ejusdem anni, & 22. Febr. 1723. coram Falconer. inter impress. dec. 6. & 8. de aliment.*

De alimentis præstandis a Monasterio Monacho, vel Monialium intra tum extra ipsum Monasterium, fere omnibus distinctis casibus agit *Card. Petr. in Comment. Const. Apost. Constit. 7. Innocentii III. sect. unic. per tot.*

ALLUVIO. Vid. verb. *Dominum artic. 3. a numer. 47. ad 50.*

ALTARE.

Altare ab altitudine est in primis nomen sortitum apud antiquos Ethnicos, qui secundum Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 30. num. 4.* Barbof. *de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 27. num. 20.* Lezan. *verb. Altar.* & alios, in ædificiis a terra elevatis sacra faciebant diis Superis, in terra diis terrestribus, in effossis diis inferioribus: apud Latinos vero Altare dicitur a forma, & ritu, quasi *alta res*, seu *alta ara*, & describitur, quod sit *Mensa*, *super quam conficitur, & offertur Eucharistia Sacramentum, & Sacrificium.* Et hoc Altare est duplex, unum fixum, seu stabile, & immobile, & alterum portatile, seu viaticum, & mobile. Fixum, & stabile est, quod alicui loco affixum immobiliter in eo consistit, ut sunt Altaria, quæ communiter in Ecclesiis reperiuntur. Portatile, seu mobile est, quod pro commoditate, vel necessitate Sacerdotis, aut aliorum de loco in locum moveri, & transferri potest, per hoc *cap. ultim. de privilegiis in 6.* vocatur Altare Viaticum pro commoditate itinerantium, seu viatorum. Et utrumque hoc Altare debet esse lapideum, *cap. Altaria de consecrat. dist. 1. ex Conc. Agathens. cap. 6.* ubi habentur præcisa verba: *Altaria si non fuerint lapidea Chrismatis unctione non consecratur.* Hoc tamen debet intelligi, quod sufficiat esse lapideum in ea parte, quæ supponitur Altari, & in qua materia consecranda est apponenda, uti in praxi fieri consuevit, & ut decrevit *Sac. Cong. Rituum in Cajetana 10. Novembris 1612.* in qua censuit Altare ligneum cum ara lapidea permitti debere, non obstanti Constitutione Synodali.

Et hæc ara lapidea debet esse saltem tantæ latitudinis, ut in ea commode stare possit pes Calicis, & Hostia consecrata, ut tenent communiter Doctores. Altari portatili, seu viatico nequeunt hodie uti Regulares quicumque quantumvis olim privilegiati, imo neque Episcopi, & majores Prælati, etiam si essent Cardinales ex novissimo Decr. *Clemen. XI. edito 15. Decembris 1703.* in quo expresse derogat omnibus privilegiis etiam clausis in corpore Juris, & interdicit uti tali Altari portatili, seu viatico Episcopis, & his majoribus Prælatibus, etiam si Cardinalatus Dignitate fulgentibus, & quibuscumque Regularibus quantumvis privilegiatis: Vide verb. *Missæ art. 5. num. 8.* ubi ad litteram refertur ipsum Decretum; unde nisi adsit specialis concessio, & novum privilegium posterius ipso Decreto, nulli hodie licebit uti Altari portatili, seu viatico. Vide tamen verb. *Oratorium num. 70.* ubi assertur posterior Pontificia declaratio.

Altaris consecratio de Jure communi non potest fieri, nisi per Episcopum, *capit. Quamvis dist. 68. capit. Nullus Presbyteror. & cap. Concedimus de consecrat. dist. 1.* Nec potest simplex Sacerdos Altare consecrare de sola commissione, & facultate Episcopi, quia Episcopus non habet potestatem in Jus commune Canonicum: Jus autem Canonicum expresse interdicit talem consecrationem Presbyteris, *cap. Ministrare 26. quest. 6.* per hæc verba: *Consecrare Altare Presbyter non præsumat.* Potest autem simplex Sacerdos Altaria consecrare ex privilegio, & commissione Summi Pontificis, cum Summus Pontifex habeat omnimodam facultatem super Jus commune Canonicum, & solum de Jure Canonico potestas consecrandi Altaria sit reservata Episcopis: *cap. Quamvis dist. 68. & cap. Nullus Presbyter. 2. dist. 1. de consecrat.* Et de factis Leo X. concessit Fratribus Ordinis Minorum proficiscendis ad Indias Orientales, & Paulus III. Presbyteris Societatis Jesu, ut in locis remotissimis infidelium, ubi Episcoporum copia non habetur, possint Altaria consecrare, ut refert *Rodrig. tom. 1. Resp. qq. quest. 28. art. 2.* In una sola Missa potest Episcopus consecrare plura Altaria in eadem Ecclesia, *cap. Cum sis 5. hoc tit. ubi præcisè habetur: Noveris, quod plura in Ecclesia Altaria simul poteris consecrare.* Abbates, qui sunt hoc privilegio suffulti, nequeunt hodie consecrare, nisi Altaria suarum Ecclesiarum, ut pluries decrevit Sacra Cong. & signanter in *caus. Placentina inter Episcopum Placentinum ex una, & Abbatem S. Sixti ejus Civitatis Ordinis S. Benedicti Cong. Cassinensis parte ex alia super Jure consecrandi*

quæcumque Altaria fixa, aut portatilia: die 16. Augusti 1644. *Sac. Rituum Congreg. proponente Eminentiss. & Reverendiss. Card. Franciotto, auditis partibus, & attentis privilegiis Ordini prædicto ab Apostolica Sede concessis, censuit non licere Abbati consecrare Altaria, nisi pro usu propriarum Ecclesiarum, & Religiosorum ejusdem Ordinis tantum, & ita servari mandavit.* Et sic expresse decrevit coram SS. Domino Nostro Alexandro VII. 27. Septembris 1659. in decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopis inferioribus concessorum *num. 19.* & in declaratione ejusdem Decreti pro Congregatione Cassinensium 20. Julii 1660. Vide verb. *Abbas num. 31.*

In Altaris consecratione, stando in rigore Juris, non videtur necessaria, & de essentia repositio Sacrarum Reliquiarum, quia in Jure, ubi fit mentio de consecratione Altaris, nihil prorsus dicitur de repositione Reliquiarum: Unde in *cap. Altaria 2. de consecrat. dist. 1. ex Concil. Agathens.* ubi statuitur quomodo Altaria sint consecranda, solum requiritur unctionio Chrismatis, & Sacerdotalis, nempe Episcopalis benedictio: habentur enim ibi solum hæc præcisa verba: *Altaria placuit non solum unctione Chrismatis, sed etiam Sacerdotali benedictione sacrari;* & in summario hujus Canonis præcisè dicitur: *Chrismatis unctione, & Sacerdotali benedictione sacrantur Altaria.* Et probatur ratione, quia Reliquiæ ex natura sua non habent vim sanctificandi, nec sunt aliquod Sacramentale ab Ecclesia institutum ad sanctificandum, sicut est Chrisma, Aqua benedicta &c. Neque adeest aliquod præceptum reponendi Reliquias in Altaris consecratione, quia in *cap. Placuit de consecrat. dist. 1.* quod est Achilles adversariorum, reprobatu solummodo abusus erigentium Altaria in Villis, & agris in memoriam Martyrum, ubi nulla certa, & fundata memoria, seu notitia de ipsis aderat; sed fingebatur pro inanes revelationes, & proinde hujusmodi Altaria esse evertenda, si fieri potest, tamquam superstitiosa, quia erant incitamentum ad colendam memoriam Martyrum, ubi non aderat. Non autem Canon vult everti talia Altaria, quasi sint nulliter consecrata defectu Reliquiarum Sanctorum Martyrum; quod clare constat ex eo, quod ibi subditur, quod scilicet nulla memoria Martyrum acceptetur, nisi ex fidelissima origine sit; Et hoc clarissime patet talem Canonem integre legitur: Adde quod in antiquis Missalibus legitur hæc Rubrica: *Si Reliquiæ non fuerint in Altari, omitteatur illa particula orationis, quæ dicitur post Confessionem, scilicet, Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt, quæ Rubrica esset superflua, si sine Reliquiis Altaria consecrari non possent;* Et pro hac opinione stant Sotus, Suarez, Valquez, Fagundez, Reginald. Rodriguez, Card. de Lugo, Coninch. Hurtad. Palaus, Trullench. Caspens. Lezana, Granad. Zerol. Valer. Leand. Dicastill. Tambur. Quarant. Filiucc. Franciscus Lugo: Garcias cum Pignatell. *tom. 1. consil. 93. num. 32. & 33.* Layman. Rosignol. & alii.

In praxi tamen non est recedendum a communi usu, & consuetudine Ecclesiæ, & opinione Canonistarum, quod scilicet debeant reponi Reliquiæ in consecratione Altarium: *cap. Placuit 26. de consecrat. dist. 1.* & summarium talis Canonis, ubi præcisè dicitur, *Erant autem Altaria, quæ sine Sanctorum Reliquiis eriguntur.* Gloss. in *cap. Fabrica init. de consecrat. dist. 1.* & in *d. cap. Placuit, verb. Reliquiæ: Abbas, Archidiaconus, Hostien. Azorius, Tufchus, Durand. Silvester, Bonacina, Barboia lib. 2. Juris Eccles. univers. capit. 7. numer. 7. S. Thomas 3. part. quest. 83. art. 3. in corp.* ubi expresse dicit: *Consecratur Altare cum Reliquiis Sanctorum;* & maxime ad hoc facit ut verificetur oratio, quam dicit Sacerdos, dum ad Altare ascendit: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt;* adeoque pertinere debet, dicit Layman. *lib. 5. tract. 5. cap. 6.* ad Ecclesiarum Prælatos providere, ut pia hæc antiqua, & laudabilis consuetudo reponendi Reliquias in Altaribus perseveret, quantum commode fieri potest, maxime post Decretum 13. Septembris 1593. dicens: *Reliquiæ, quibus in Altaris consecratione utitur Episcopus, debent esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum.*

Nullatenus autem reponenda est particula Hostiæ consecrata, quando deficiunt Reliquiæ Sanctorum in consecratione Altaris, prout existimavit Durand. in *Rational. lib. 1. cap. 7. num. 23.* & Bacconius approbare videtur; Hoc enim esset pervertere usum Sacramenti, & esset nimis indecens, & irritabile; ut tenet Sylvester verb. *Altare num. 4.* Suarez *tom. 3. in 3. part. dispnt. §. 1. Section. 5.* Lugo de *Sacrament. Eucharist. dist. 20.*

quæcumque Altaria fixa, aut portatilia: die 16. Augusti 1644. *Sac. Rituum Congreg. proponente Eminentiss. & Reverendiss. Card. Franciotto, auditis partibus, & attentis privilegiis Ordini prædicto ab Apostolica Sede concessis, censuit non licere Abbati consecrare Altaria, nisi pro usu propriarum Ecclesiarum, & Religiosorum ejusdem Ordinis tantum, & ita servari mandavit.* Et sic expresse decrevit coram SS. Domino Nostro Alexandro VII. 27. Septembris 1659. in decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopis inferioribus concessorum *num. 19.* & in declaratione ejusdem Decreti pro Congregatione Cassinensium 20. Julii 1660. Vide verb. *Abbas num. 31.*

In Altaris consecratione, stando in rigore Juris, non videtur necessaria, & de essentia repositio Sacrarum Reliquiarum, quia in Jure, ubi fit mentio de consecratione Altaris, nihil prorsus dicitur de repositione Reliquiarum: Unde in *cap. Altaria 2. de consecrat. dist. 1. ex Concil. Agathens.* ubi statuitur quomodo Altaria sint consecranda, solum requiritur unctionio Chrismatis, & Sacerdotalis, nempe Episcopalis benedictio: habentur enim ibi solum hæc præcisa verba: *Altaria placuit non solum unctione Chrismatis, sed etiam Sacerdotali benedictione sacrari;* & in summario hujus Canonis præcisè dicitur: *Chrismatis unctione, & Sacerdotali benedictione sacrantur Altaria.* Et probatur ratione, quia Reliquiæ ex natura sua non habent vim sanctificandi, nec sunt aliquod Sacramentale ab Ecclesia institutum ad sanctificandum, sicut est Chrisma, Aqua benedicta &c. Neque adeest aliquod præceptum reponendi Reliquias in Altaris consecratione, quia in *cap. Placuit de consecrat. dist. 1.* quod est Achilles adversariorum, reprobatu solummodo abusus erigentium Altaria in Villis, & agris in memoriam Martyrum, ubi nulla certa, & fundata memoria, seu notitia de ipsis aderat; sed fingebatur pro inanes revelationes, & proinde hujusmodi Altaria esse evertenda, si fieri potest, tamquam superstitiosa, quia erant incitamentum ad colendam memoriam Martyrum, ubi non aderat. Non autem Canon vult everti talia Altaria, quasi sint nulliter consecrata defectu Reliquiarum Sanctorum Martyrum; quod clare constat ex eo, quod ibi subditur, quod scilicet nulla memoria Martyrum acceptetur, nisi ex fidelissima origine sit; Et hoc clarissime patet talem Canonem integre legitur: Adde quod in antiquis Missalibus legitur hæc Rubrica: *Si Reliquiæ non fuerint in Altari, omitteatur illa particula orationis, quæ dicitur post Confessionem, scilicet, Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt, quæ Rubrica esset superflua, si sine Reliquiis Altaria consecrari non possent;* Et pro hac opinione stant Sotus, Suarez, Valquez, Fagundez, Reginald. Rodriguez, Card. de Lugo, Coninch. Hurtad. Palaus, Trullench. Caspens. Lezana, Granad. Zerol. Valer. Leand. Dicastill. Tambur. Quarant. Filiucc. Franciscus Lugo: Garcias cum Pignatell. *tom. 1. consil. 93. num. 32. & 33.* Layman. Rosignol. & alii.

In praxi tamen non est recedendum a communi usu, & consuetudine Ecclesiæ, & opinione Canonistarum, quod scilicet debeant reponi Reliquiæ in consecratione Altarium: *cap. Placuit 26. de consecrat. dist. 1.* & summarium talis Canonis, ubi præcisè dicitur, *Erant autem Altaria, quæ sine Sanctorum Reliquiis eriguntur.* Gloss. in *cap. Fabrica init. de consecrat. dist. 1.* & in *d. cap. Placuit, verb. Reliquiæ: Abbas, Archidiaconus, Hostien. Azorius, Tufchus, Durand. Silvester, Bonacina, Barboia lib. 2. Juris Eccles. univers. capit. 7. numer. 7. S. Thomas 3. part. quest. 83. art. 3. in corp.* ubi expresse dicit: *Consecratur Altare cum Reliquiis Sanctorum;* & maxime ad hoc facit ut verificetur oratio, quam dicit Sacerdos, dum ad Altare ascendit: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt;* adeoque pertinere debet, dicit Layman. *lib. 5. tract. 5. cap. 6.* ad Ecclesiarum Prælatos providere, ut pia hæc antiqua, & laudabilis consuetudo reponendi Reliquias in Altaribus perseveret, quantum commode fieri potest, maxime post Decretum 13. Septembris 1593. dicens: *Reliquiæ, quibus in Altaris consecratione utitur Episcopus, debent esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum.*

Nullatenus autem reponenda est particula Hostiæ consecrata, quando deficiunt Reliquiæ Sanctorum in consecratione Altaris, prout existimavit Durand. in *Rational. lib. 1. cap. 7. num. 23.* & Bacconius approbare videtur; Hoc enim esset pervertere usum Sacramenti, & esset nimis indecens, & irritabile; ut tenet Sylvester verb. *Altare num. 4.* Suarez *tom. 3. in 3. part. dispnt. §. 1. Section. 5.* Lugo de *Sacrament. Eucharist. dist. 20.*

19 *disp. 20. sect. 2. num. 75.* & alii. Solet autem reponi, & includi in fovea Reliquiarum nomen Episcopi consecrantis, & Sancti illius, in cuius honorem Altare coniecratur cum ceremoniis, & ritibus Ecclesie consuetis, de quibus Suarez *tom. 3. dist. 80. sect. 5.* Azorius *Institut. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 8.* Valer. Reginald. Roderic. & alii.

20 Altare fixum, & stabile execratur ita ut nova indigeat consecratione; Primo quando mensa superior, seu lapis superpositus, qui sigillum continet, ita enormiter, & notabiliter frangitur, & diminuitur, ut pars, quae remanet, nequeat amplius commode continere Calicem, & Hostiam cum Patena; *cap. Ad haec si Altare 1. cap. Quod in dubiis 3. de consecrat. vel. Altar.* Si autem non enormiter, sed solum modice lapis confringatur, aut diminuatur, ut adhuc Calix cum Patena secundum majorem sui partem in eo commode stare possit, uti V. G. si partes in cornibus tantum, vel ipsa cornua confringantur, aut minuatur, tunc Altare non amittit consecrationem, neque debet denuo consecrari; habetur expresse *cap. Ligneis 6. hoc tit. his praecis verbis: Cum tabula Altaris enormiter lesa non fuerit, nec Altare debet denuo consecrari.* Quando autem remanet dubium, an Altare sit enormiter fractum, vel non; tunc relinquatur iudicio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilius dignoscere poterit, an sit secuta execratio, & Altare debeat denuo consecrari. Sic Barboza *de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 27. num. 26.* Pialec. Ugolin. Miranda, Layman, Pirhing. Anacler. & alii passim.

21 Altare portatile, seu mobile execratur solummodo, quando ita frangitur, & diminuitur, ut ea pars, quae remanet, non sit amplius apta commode continere Calicem, & Patenam cum Hostia; & quando Anguli ipsius, in quibus Christina ponitur, notabiliter, & enormiter franguntur; *cap. Ad haec 1. cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* & quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum; *Sac. Cong. 5. Martii.*

22 Per aliam autem modicam fractionem, per separationem a lignis, quibus aliquando innitur, vel circumdatur, & per mutationem loci, non execratur, cum Altare portatile, seu mobile, hoc speciali sine consecratur, ut mobile sit, & de loco ad locum transferatur; & allegata Jura in *cap. Ad haec, cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* intelligenda sunt solummodo quoad amotionem de Altaribus fixis, & immobilibus. Et sic sentiunt Silvester *verb. Altare §. 19.* Tabiena, Rosignolus, Barboza, Azorius, Amstaz, Suarez, Card. de Lugo, Petra, & alii passim.

23 Execratur Altari portatili, & mobili non execratur Ecclesia, nec e contra execrata Ecclesia execratur Altare portatile, quia si, sicut dictum est *n. 27.* execrato Altari fixo non execratur Ecclesia, nec e contra propter rationem iam adductam, multo minus execrato Altari portatili execratur Ecclesia, nec e contra, cum inter Altare portatile, & Ecclesiam sit minor connexio, quam inter Ecclesiam, & Altare fixum. Sic pariter polluta, seu violata Ecclesia non cenetur pollutum, seu violatum Altare portatile, quia licet polluta Ecclesia cenetur etiam pollutum Altare fixum, ex quo pollutio, seu violatio Ecclesiae totam Ecclesiam amittat, adeoque etiam omnia Altaria in ea fixa, & contenta, utpote unum corpus cum ipsa Ecclesia efficiantur: non tamen polluta, seu violata Ecclesia debet cenferi pollutum, seu violatum Altare portatile, cum hoc non habeat tantam connexionem cum ipsa Ecclesia, sicut Altare fixum, & cenetur esse extra Ecclesiam, cum extra ipsam transferatur de loco in locum juxta exigentiam, & commoditatem Perionae privilegiate; Sic Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 27. q. 14.* Amstaz, Silvester, Petra, & alii. Nullum autem Altare, sive fixum, sive portatile execratur ex eo, quod in ipso celebraverint excommunicati, interdicti, & degradati, ut Honorius III. respondit *cap. A nobis de Sacramentis non iterandis.*

24 Tertio Altare fixum execratur, quoties sepulchrum Altaris, seu repositorium, ubi reconduntur Reliquiae, frangitur, removetur, vel minuitur, quavis enim stando in rigore Juris repositio Reliquiarum non sit de essentia consecrationis Altaris, ut fuit dictum *n. 14.* & per hoc non videatur deperdi consecratio per fractionem, remotionem, seu minutionem repositorii Reliquiarum; Tamen quia stando in praxi fuit dictum *n. 17.* non esse recedendum a communi consuetudine Ecclesiae reponendi Sacras Reliquias in Consecratione Altaris, ideo dicitur, quod per fractionem, remotionem, vel minutionem talis sepulchri, seu repositorii amittatur consecratio, quia ut dicit Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. nu. 9.* cum Sepulchrum hoc cenferatur praecipua pars Altaris, merito ob eius fractionem, remotionem, vel minutionem, ipsum Altare notabiliter fractum vel imminutum aestimatur; adeoque licet ipse *num. 8.* teneat non esse necessariam repositionem Reliquiarum in consecratione Altaris, nihilominus putat servandam esse Ecclesiarum consuetudinem communi Doctorum sententia firmatam, ut Altaria iterum consecrentur, & sic tenent Barboza *de Offic. & potest. Episc. Allegat. 26. num. 25.* Silvester, Azorius, & Canonistae passim *arg. cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi expresse habetur: *Si Altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuo consecrari, & colligitur etiam ex cap. Placuit de consecrat. dist. 1. & ex summario talis capituli ubi dicitur: overtantur Altaria, quae sine Sanctorum Reliquiis eriguntur, Et Sac. Rit. Congreg. 5. Martii 1603. sic decrevit: Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum.*

25 Execratur Altari fixo, & mobili, non execratur Ecclesia, nec e contra; *cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi praecise habetur: *propter hoc (idest ex quo ob execrationem Altaris illud denuo consecratur) propter hoc nequaquam reiterare suam consecrationem Ecclesia consuevit, & in ejus summario dicitur: Amoto Altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur Altare, non autem Ecclesia.* Polluta autem, vel violata Ecclesia, polluitur etiam, vel violatur Altare in ea fixum; Et ratio disparitatis est, quia consecratio Ecclesiae est distincta a consecratione Altaris, consecratio enim Ecclesiae consistit in

parietibus, & consecratio Altaris in integritate ipsius; Unde potest dari, quod execratur Altare V. G. per contractionem superioris tabulae, & tamen consecrata manet Ecclesia, ex quo remaneant illi, & intacti sui parietes, & e contra Ecclesia execratur, comouitis, vel destructis suis parietibus, & tamen consecratum remanet Altare, ex quo adhuc illesum & intactum consistit. Violatio autem, seu pollutio Ecclesiae concernit totam Ecclesiam, & per hoc polluta, seu violata Ecclesia, polluuntur, seu violantur omnia Altaria in ea fixa, ut bene advertunt Abbas in *cap. Propositum 4. de consecrat. Ecclesiast. Silvester, Pirhing. & alii communiter.*

26 Altare portatile, seu mobile execratur solummodo, quando ita frangitur, & diminuitur, ut ea pars, quae remanet, non sit amplius apta commode continere Calicem, & Patenam cum Hostia; & quando Anguli ipsius, in quibus Christina ponitur, notabiliter, & enormiter franguntur; *cap. Ad haec 1. cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* & quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum; *Sac. Cong. 5. Martii.*

27 Per aliam autem modicam fractionem, per separationem a lignis, quibus aliquando innitur, vel circumdatur, & per mutationem loci, non execratur, cum Altare portatile, seu mobile, hoc speciali sine consecratur, ut mobile sit, & de loco ad locum transferatur; & allegata Jura in *cap. Ad haec, cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* intelligenda sunt solummodo quoad amotionem de Altaribus fixis, & immobilibus. Et sic sentiunt Silvester *verb. Altare §. 19.* Tabiena, Rosignolus, Barboza, Azorius, Amstaz, Suarez, Card. de Lugo, Petra, & alii passim.

28 Execratur Altari portatili, & mobili non execratur Ecclesia, nec e contra execrata Ecclesia execratur Altare portatile, quia si, sicut dictum est *n. 27.* execrato Altari fixo non execratur Ecclesia, nec e contra propter rationem iam adductam, multo minus execrato Altari portatili execratur Ecclesia, nec e contra, cum inter Altare portatile, & Ecclesiam sit minor connexio, quam inter Ecclesiam, & Altare fixum. Sic pariter polluta, seu violata Ecclesia non cenetur pollutum, seu violatum Altare portatile, quia licet polluta Ecclesia cenetur etiam pollutum Altare fixum, ex quo pollutio, seu violatio Ecclesiae totam Ecclesiam amittat, adeoque etiam omnia Altaria in ea fixa, & contenta, utpote unum corpus cum ipsa Ecclesia efficiantur: non tamen polluta, seu violata Ecclesia debet cenferi pollutum, seu violatum Altare portatile, cum hoc non habeat tantam connexionem cum ipsa Ecclesia, sicut Altare fixum, & cenetur esse extra Ecclesiam, cum extra ipsam transferatur de loco in locum juxta exigentiam, & commoditatem Perionae privilegiate; Sic Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 27. q. 14.* Amstaz, Silvester, Petra, & alii. Nullum autem Altare, sive fixum, sive portatile execratur ex eo, quod in ipso celebraverint excommunicati, interdicti, & degradati, ut Honorius III. respondit *cap. A nobis de Sacramentis non iterandis.*

29 Tertio Altare fixum execratur, quoties sepulchrum Altaris, seu repositorium, ubi reconduntur Reliquiae, frangitur, removetur, vel minuitur, quavis enim stando in rigore Juris repositio Reliquiarum non sit de essentia consecrationis Altaris, ut fuit dictum *n. 14.* & per hoc non videatur deperdi consecratio per fractionem, remotionem, seu minutionem repositorii Reliquiarum; Tamen quia stando in praxi fuit dictum *n. 17.* non esse recedendum a communi consuetudine Ecclesiae reponendi Sacras Reliquias in Consecratione Altaris, ideo dicitur, quod per fractionem, remotionem, vel minutionem talis sepulchri, seu repositorii amittatur consecratio, quia ut dicit Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. nu. 9.* cum Sepulchrum hoc cenferatur praecipua pars Altaris, merito ob eius fractionem, remotionem, vel minutionem, ipsum Altare notabiliter fractum vel imminutum aestimatur; adeoque licet ipse *num. 8.* teneat non esse necessariam repositionem Reliquiarum in consecratione Altaris, nihilominus putat servandam esse Ecclesiarum consuetudinem communi Doctorum sententia firmatam, ut Altaria iterum consecrentur, & sic tenent Barboza *de Offic. & potest. Episc. Allegat. 26. num. 25.* Silvester, Azorius, & Canonistae passim *arg. cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi expresse habetur: *Si Altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuo consecrari, & colligitur etiam ex cap. Placuit de consecrat. dist. 1. & ex summario talis capituli ubi dicitur: overtantur Altaria, quae sine Sanctorum Reliquiis eriguntur, Et Sac. Rit. Congreg. 5. Martii 1603. sic decrevit: Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum.*

parietibus, & consecratio Altaris in integritate ipsius; Unde potest dari, quod execratur Altare V. G. per contractionem superioris tabulae, & tamen consecrata manet Ecclesia, ex quo remaneant illi, & intacti sui parietes, & e contra Ecclesia execratur, comouitis, vel destructis suis parietibus, & tamen consecratum remanet Altare, ex quo adhuc illesum & intactum consistit. Violatio autem, seu pollutio Ecclesiae concernit totam Ecclesiam, & per hoc polluta, seu violata Ecclesia, polluuntur, seu violantur omnia Altaria in ea fixa, ut bene advertunt Abbas in *cap. Propositum 4. de consecrat. Ecclesiast. Silvester, Pirhing. & alii communiter.*

29 Altare portatile, seu mobile execratur solummodo, quando ita frangitur, & diminuitur, ut ea pars, quae remanet, non sit amplius apta commode continere Calicem, & Patenam cum Hostia; & quando Anguli ipsius, in quibus Christina ponitur, notabiliter, & enormiter franguntur; *cap. Ad haec 1. cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* & quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum; *Sac. Cong. 5. Martii.*

30 Per aliam autem modicam fractionem, per separationem a lignis, quibus aliquando innitur, vel circumdatur, & per mutationem loci, non execratur, cum Altare portatile, seu mobile, hoc speciali sine consecratur, ut mobile sit, & de loco ad locum transferatur; & allegata Jura in *cap. Ad haec, cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* intelligenda sunt solummodo quoad amotionem de Altaribus fixis, & immobilibus. Et sic sentiunt Silvester *verb. Altare §. 19.* Tabiena, Rosignolus, Barboza, Azorius, Amstaz, Suarez, Card. de Lugo, Petra, & alii passim.

31 Execratur Altari portatili, & mobili non execratur Ecclesia, nec e contra execrata Ecclesia execratur Altare portatile, quia si, sicut dictum est *n. 27.* execrato Altari fixo non execratur Ecclesia, nec e contra propter rationem iam adductam, multo minus execrato Altari portatili execratur Ecclesia, nec e contra, cum inter Altare portatile, & Ecclesiam sit minor connexio, quam inter Ecclesiam, & Altare fixum. Sic pariter polluta, seu violata Ecclesia non cenetur pollutum, seu violatum Altare portatile, quia licet polluta Ecclesia cenetur etiam pollutum Altare fixum, ex quo pollutio, seu violatio Ecclesiae totam Ecclesiam amittat, adeoque etiam omnia Altaria in ea fixa, & contenta, utpote unum corpus cum ipsa Ecclesia efficiantur: non tamen polluta, seu violata Ecclesia debet cenferi pollutum, seu violatum Altare portatile, cum hoc non habeat tantam connexionem cum ipsa Ecclesia, sicut Altare fixum, & cenetur esse extra Ecclesiam, cum extra ipsam transferatur de loco in locum juxta exigentiam, & commoditatem Perionae privilegiate; Sic Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 27. q. 14.* Amstaz, Silvester, Petra, & alii. Nullum autem Altare, sive fixum, sive portatile execratur ex eo, quod in ipso celebraverint excommunicati, interdicti, & degradati, ut Honorius III. respondit *cap. A nobis de Sacramentis non iterandis.*

32 Tertio Altare fixum execratur, quoties sepulchrum Altaris, seu repositorium, ubi reconduntur Reliquiae, frangitur, removetur, vel minuitur, quavis enim stando in rigore Juris repositio Reliquiarum non sit de essentia consecrationis Altaris, ut fuit dictum *n. 14.* & per hoc non videatur deperdi consecratio per fractionem, remotionem, seu minutionem repositorii Reliquiarum; Tamen quia stando in praxi fuit dictum *n. 17.* non esse recedendum a communi consuetudine Ecclesiae reponendi Sacras Reliquias in Consecratione Altaris, ideo dicitur, quod per fractionem, remotionem, vel minutionem talis sepulchri, seu repositorii amittatur consecratio, quia ut dicit Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. nu. 9.* cum Sepulchrum hoc cenferatur praecipua pars Altaris, merito ob eius fractionem, remotionem, vel minutionem, ipsum Altare notabiliter fractum vel imminutum aestimatur; adeoque licet ipse *num. 8.* teneat non esse necessariam repositionem Reliquiarum in consecratione Altaris, nihilominus putat servandam esse Ecclesiarum consuetudinem communi Doctorum sententia firmatam, ut Altaria iterum consecrentur, & sic tenent Barboza *de Offic. & potest. Episc. Allegat. 26. num. 25.* Silvester, Azorius, & Canonistae passim *arg. cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi expresse habetur: *Si Altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuo consecrari, & colligitur etiam ex cap. Placuit de consecrat. dist. 1. & ex summario talis capituli ubi dicitur: overtantur Altaria, quae sine Sanctorum Reliquiis eriguntur, Et Sac. Rit. Congreg. 5. Martii 1603. sic decrevit: Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum.*

33 Execratur Altari fixo, & mobili, non execratur Ecclesia, nec e contra; *cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi praecise habetur: *propter hoc (idest ex quo ob execrationem Altaris illud denuo consecratur) propter hoc nequaquam reiterare suam consecrationem Ecclesia consuevit, & in ejus summario dicitur: Amoto Altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur Altare, non autem Ecclesia.* Polluta autem, vel violata Ecclesia, polluitur etiam, vel violatur Altare in ea fixum; Et ratio disparitatis est, quia consecratio Ecclesiae est distincta a consecratione Altaris, consecratio enim Ecclesiae consistit in

parietibus, & consecratio Altaris in integritate ipsius; Unde potest dari, quod execratur Altare V. G. per contractionem superioris tabulae, & tamen consecrata manet Ecclesia, ex quo remaneant illi, & intacti sui parietes, & e contra Ecclesia execratur, comouitis, vel destructis suis parietibus, & tamen consecratum remanet Altare, ex quo adhuc illesum & intactum consistit. Violatio autem, seu pollutio Ecclesiae concernit totam Ecclesiam, & per hoc polluta, seu violata Ecclesia, polluuntur, seu violantur omnia Altaria in ea fixa, ut bene advertunt Abbas in *cap. Propositum 4. de consecrat. Ecclesiast. Silvester, Pirhing. & alii communiter.*

34 Altare portatile, seu mobile execratur solummodo, quando ita frangitur, & diminuitur, ut ea pars, quae remanet, non sit amplius apta commode continere Calicem, & Patenam cum Hostia; & quando Anguli ipsius, in quibus Christina ponitur, notabiliter, & enormiter franguntur; *cap. Ad haec 1. cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* & quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum; *Sac. Cong. 5. Martii.*

35 Per aliam autem modicam fractionem, per separationem a lignis, quibus aliquando innitur, vel circumdatur, & per mutationem loci, non execratur, cum Altare portatile, seu mobile, hoc speciali sine consecratur, ut mobile sit, & de loco ad locum transferatur; & allegata Jura in *cap. Ad haec, cap. Quod in dubiis 3. & cap. Ligneis 6. de consecrat. vel. Altar.* intelligenda sunt solummodo quoad amotionem de Altaribus fixis, & immobilibus. Et sic sentiunt Silvester *verb. Altare §. 19.* Tabiena, Rosignolus, Barboza, Azorius, Amstaz, Suarez, Card. de Lugo, Petra, & alii passim.

36 Execratur Altari portatili, & mobili non execratur Ecclesia, nec e contra execrata Ecclesia execratur Altare portatile, quia si, sicut dictum est *n. 27.* execrato Altari fixo non execratur Ecclesia, nec e contra propter rationem iam adductam, multo minus execrato Altari portatili execratur Ecclesia, nec e contra, cum inter Altare portatile, & Ecclesiam sit minor connexio, quam inter Ecclesiam, & Altare fixum. Sic pariter polluta, seu violata Ecclesia non cenetur pollutum, seu violatum Altare portatile, quia licet polluta Ecclesia cenetur etiam pollutum Altare fixum, ex quo pollutio, seu violatio Ecclesiae totam Ecclesiam amittat, adeoque etiam omnia Altaria in ea fixa, & contenta, utpote unum corpus cum ipsa Ecclesia efficiantur: non tamen polluta, seu violata Ecclesia debet cenferi pollutum, seu violatum Altare portatile, cum hoc non habeat tantam connexionem cum ipsa Ecclesia, sicut Altare fixum, & cenetur esse extra Ecclesiam, cum extra ipsam transferatur de loco in locum juxta exigentiam, & commoditatem Perionae privilegiate; Sic Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 27. q. 14.* Amstaz, Silvester, Petra, & alii. Nullum autem Altare, sive fixum, sive portatile execratur ex eo, quod in ipso celebraverint excommunicati, interdicti, & degradati, ut Honorius III. respondit *cap. A nobis de Sacramentis non iterandis.*

37 Tertio Altare fixum execratur, quoties sepulchrum Altaris, seu repositorium, ubi reconduntur Reliquiae, frangitur, removetur, vel minuitur, quavis enim stando in rigore Juris repositio Reliquiarum non sit de essentia consecrationis Altaris, ut fuit dictum *n. 14.* & per hoc non videatur deperdi consecratio per fractionem, remotionem, seu minutionem repositorii Reliquiarum; Tamen quia stando in praxi fuit dictum *n. 17.* non esse recedendum a communi consuetudine Ecclesiae reponendi Sacras Reliquias in Consecratione Altaris, ideo dicitur, quod per fractionem, remotionem, vel minutionem talis sepulchri, seu repositorii amittatur consecratio, quia ut dicit Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. nu. 9.* cum Sepulchrum hoc cenferatur praecipua pars Altaris, merito ob eius fractionem, remotionem, vel minutionem, ipsum Altare notabiliter fractum vel imminutum aestimatur; adeoque licet ipse *num. 8.* teneat non esse necessariam repositionem Reliquiarum in consecratione Altaris, nihilominus putat servandam esse Ecclesiarum consuetudinem communi Doctorum sententia firmatam, ut Altaria iterum consecrentur, & sic tenent Barboza *de Offic. & potest. Episc. Allegat. 26. num. 25.* Silvester, Azorius, & Canonistae passim *arg. cap. Ad haec 1. hoc tit.* ubi expresse habetur: *Si Altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuo consecrari, & colligitur etiam ex cap. Placuit de consecrat. dist. 1. & ex summario talis capituli ubi dicitur: overtantur Altaria, quae sine Sanctorum Reliquiis eriguntur, Et Sac. Rit. Congreg. 5. Martii 1603. sic decrevit: Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum.*

pi, *ex cit. cap. Nullus Presbyter.* ita nulli licet sine ejus consensu tale Altare destruere; & sicut in Ecclesiis non consecratis potest erigi Altare a Presbyteris sine alia facultate, ex Glossa in *cit. cap. Quamvis*; ita etiam sine alia facultate, poterit tale Altare destrui. Sic sentiunt Barboza, Azorius, Tamburrin. & Quart. locis citatis, Lezana in *summa verb. Altare num. 12. & alii.*

39 Altaris lapis profanatus, seu execratus potest vendi, & licite teneri ab emptore, dummodo in loco honesto, & decenti, *Sac. Rit. Cong. in Reatina 9. Maii 1606.* In Altari non consecrato nemo celebrare potest; *cap. Altaria 2. de consecrat. dist. 1.*

40 Et in ipso celebrans peccat mortaliter, cum haec sit transgressio gravis Legis, & consuetudinis Ecclesiasticae, in qua nec Episcopus dispensare potest. Non requiritur tamen, quod Altare fixum sit consecratum, sed sufficit quod alterutrum, idest vel fixum, vel portatile sit consecratum, Sic Suarez *tom. 3. in 3. par. disp. 81. sect. 5.* Lezana, Bonacina, & alii passim. Et sic stricte est vetitum celebrare in Altari non consecrato, quod praecipitur consecrari Altaria, quae ambigua sunt de consecratione, antequam super illa Missae celebrentur; *cap. Eccles. de consecrat. dist. 1. ubi habentur praecisa verba, Altaria, quae ambigua sunt de consecratione, consecrentur.*

41 In Altari, in quo Episcopus Missam cantavit, non potest alius Sacerdos eodem die celebrare, *cap. final. de consecrat. dist. 2. ubi habentur praecisa verba: In Altari, in quo Episcopus Missam cantavit; Presbyter eodem die aliam celebrare non praesumat, & in summario dicitur praecite: Presbyter in Altari Missam non celebret, in quo eadem die Episcopus celebravit.* Hoc tamen si alicubi observaretur, esset intelligendum nisi adesset licentia ejusdem Episcopi, aut necessitas sic faciendi, prout exponit Glossa *ibid.* addens hoc fuisse statutum propter Episcopi reverentiam. Verum hoc decretum exolevit, ut observat Claudius la Croix *lib. 6. par. 2. num. 316.* Azorius, Lavman, Castropal. Tambur. Dicaill. Pignatell. *qu. 1235.* adeoque quoad hoc est standum Regionis consuetudini, ut notat Lezana *verb. Altar. num. 11.* Vide intra *num. 61.* In Altari Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli solus Papa celebrat, nec alii permittitur, nisi mediante Brevi Pontificio, ut testatur Bertachin. in *reper. verb. Missa, & Ceremonial. editum sub Leone X. l. 3. sect. 1. tit. de Bullis pro celebr. supr. Altari S. Petri.* Sic Pign. *tom. 4. consil. 31. num. 13. & novissime Card. Petra tom. 4. in Const. 1. Gregor. XI. fol. 155. n. 10.*

42 Altare erectum super Sepultura non potest consecrari, sed prius replendum est locus ille, & si jam sepultum fuerit in eo loco aliquid cadaver, est prius extrahendum, seu ejus ossa, & cineres, & locus replendus, *c. Praecipendum 13. quest. 3. cap. Non oportet de consecrat. dist. 1. & tradunt communiter Glossa ibidem, Divus Antoninus 3. part. tit. 12. cap. 8. §. 9.* Tabiena, Armilla, Pialec. Gavant. Card. Petra & alii passim. Et sic pluries decrevit *Sac. Cong. Episcop. & Regular.* & si nanter in *Interammen. 13. Septemb. 1593. Altaria, sub quorum predellis cadavera sunt sepulta, licet propter ea consecrationem non amittant, debent tamen interdici, donec dicta cadavera, vel Altaria ipsa in alium deferantur locum.* Et in eadem *S. Febr. 1599. Episcopo, che non permettesse, che sotto gli Altari, e per quanto circonda la predella siano cadaveri, ne sepulture etiam sotterranee, & essendone, le facesse riempire di muro, essendo essi ordine della riforma, e disposizione de' Sacri Canon.*

43 Et cum Episcopus exinde apponisset Interdictum Ecclesiae Fratrum S. Augustini, quia hujusmodi sepulturas replere distulerat; *Sac. Congregatio 30. Martii 1594. mandavit fratres praedictos parere debere, & in Mesanen. 2. Maii 1601. all. Arcivescovo: quanto alli Altari, sotto i quali, o nel mezzo sono sepolti Prelati, o Laici, non pare, che in modo alcuno si abbia da tollerare, che vi si celebri per P. avvenire, onde voi vi provvedete: nisi ossibus amotis sepulchrum terra replatur, eadem Sac. Congregat. in una S. Dominici 15. Junii 1635. sic refert Pignatell. *tom. 4. consil. 32. num. 2. & novissime Card. Petra t. 2. comm. in const. 3. Celestini III. num. 12. fol. 108.* Et per hoc sepulturae debent esse remotae ab Altaribus, ut Sacerdos celebrans non cogatur pedibus insiltere super defunctorum corpora; tribulque cubitis ostium sepulchri distare debet ab Altaris pedali, seu scabello, ut ipsum sepulchrum, pedale, seu scabellum non attingat, tradit Pign. *num. 5. & Cardinal. Petra loc. cit.**

44 Cum Altaria in Regularium Ecclesiis quandoque reperiantur de aliorum Jurepatronatus, quibus nulla, vel exigua sane est dos assignata, quaeque paramentis necessariis privata, ac

vetustate consumpta, ruinam minentur in grave dedecus Ecclesiarum hujusmodi, & ad Divini Cultus praerudicium, moneri debent Patroni hujusmodi a locorum Ordinariis, ut infra brevem aliquem sed, competentem terminum ea restaurent, dotent, ac ornent, alioquin si id facere detrectaverint, vel demoliantur hujusmodi Altaria, vel iidem Patroni omni Jure, & Actione, in iis competentibus priventur. *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Mutinen. 16. Januar. 1604. refert Barboza de Jure Eccles. univ. lib. 2. cap. 7. num. 28. & collect. dec. Apost. verb. Altare num. 6.* Vide verb. *utensilia num. 10.* Altare majus licet ex veteri consuetudine sit, ut Orientalem Mundi plagam respiciat, cum etiam antiqua consuetudine servatum sit, ut versus Orientem Ecclesia edificetur, ut testatur Clemens *lib. 2. Apost. Constit. cap. 61.* Durand. in *Rational. lib. 1. cap. 4. Pialec.* Azorius, Bonacin. Barboza, & alii: Id tamen nec universaliter in Ecclesia fuit receptum, nec modo est necessarium, nisi secundum quamdam decentiam; quando commode fieri potest, ut patet ex usu, & praxi Ecclesiarum Urbis, & Orbis: Lezana *verb. Altare num. 9.* Suarez *tom. 3. in tertia par. disput. 81. sect. 5.* Valquez *3. par. disput. 238. cap. 2. & alii passim.*

In Altari majori Ecclesiarum Cathedralium non debet aservari Sanctissimum Sacramentum propter functiones Pontificales, debet tamen in Altari majori iervati in Ecclesiis Parochialibus, & Regularibus, ut pluries fuit declaratum a *Sacra Congreg. Episc. & Regul.* his verbis: *Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari majori propter functiones Pontificales, quae sunt versis rebus ad-Altare. In Parochialibus vero, & Regularium Ecclesiis debet esse in Altari majori regulariter tamquam digniori.* In *Lucensi 10. Febr. 1597. In Aquilana 29. Aug. 1594. in Casertana 28. Novembris 1594.* Altaria, & Capellas in Regularium Ecclesiis, etiam per Secularium Confraternitates constructa visitare non potest Episcopus. *Sac. Congr. Episc. & Regul. in Papien. 22. Aug. 1615. & in Tarraconen. 22. Jan. 1616. apud Barboza loc. cit.*

Non debet unum Altare dis cooperiri ut cooperari aliud, *56 cap. Cum causam 36. de Prabend. Clement. Quia contingit 2. de Religio. domib. 6. Novella 6. collat. 1. tit. 6. cap. 2. §. Si vero. Pagan. lib. 3. decretal. in cap. Ex parte 8. l. e Clericis non resident. num. 46. Rota recent. par. 11. decis. 72. n. 9. & par. 15. decis. 177. num. 5.*

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Altarium numerus in Ecclesiis Graecorum augeri permittitur; Benedictus XIV. tom. I. Constit. 57. incip. *Esti §. 6.* Item Altaria plura in Ecclesiis Graecorum Melchitarum permittuntur: Idem Constit. 87. incip. *Demandata §. 9.*

Super Altari in quo Missae celebrantur, juxta Rubricae, & Pontificalis praescriptum Crux collocari debet. Amplia, etiam in ipso Altari aservetur Sanctissima Eucharistia in tabernaculo. At si expositum sit in ipso Altari SS. Sacramentum, servetur consuetudo loci; Benedict. XIV. tom. 2. Constit. 17. incip. *Accepimus*, in qua inter alia eruditissime adducta pro servanda consuetudine loci collocandi, vel non, Crucem in Altari, quando expositum est in ipso SS. Sacramentum, adducit Decretum editum a S. R. C. die 2. Septembris 1741. quae postquam omnia diligenter, accurateque perpendit, decrevit, ut qualibet Ecclesia morem & institutum, quod antea servaverat, in posterum quoque retineret. Si in Tabula Altaris Crucifixi imago depicta, aut calata sit, eaque potiore loco, cum in ipsa tabula obtineat, omitti potest Crux inter candelabra; Idem *ibid.* ubi ad id adducit Decretum *Sacra Rituum Congreg. sub 16. Junii 1663.* quod recenter Meratus *tom. 1. par. 1. tit. 20. de preparatione Altaris, num. 6. & in indice decretorum eod. tom. p. 2. num. 400.* Vide in nostro tom. 8. decret. S. R. C. n. 247. & 428.

Supplementa Auctoris, e III. Editione.

Ad Altare, ad quod Episcopus eo die Sacrificium obtulit, nequit simplex Sacerdos celebrare, nisi prius obtenta ab Episcopo licentia: Bened. XIV. Constit. incip. *In postremo.* Concordant tradita supra *a n. 44. ad 46.*

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 NUM primi Christiani ad sacra conficienda mysteria, Altaria, Templaque habuerint, haud conveniunt Critici. Confidenter, ut solet, negat hæreticus Bohemer. in *Decretal. lib. 13. tit. 40. §. 51.*
- 2 Afirmat vero, & quidem rectius Bing. *Origin. Eccles. lib. 8. cap. 1. §. 13. & sequent.* Adde *Thomassin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. part. 3. lib. 1. cap. 2. num. 11. & rursum cap. 3. num. 3. & 4. & Vanespen. Jur. Eccles. univ. par. 2. tit. 5. cap. 8. num. 1.*
- 3 Disputatur etiam inter Eruditos: num usus Altaris portatilis primis Ecclesie temporibus invaluerit? *Vanespen. Jur. Eccles. univ. part. 2. tit. 5. num. 10.* putat, aras viaticas VII. Ecclesie sæculo primum in usum fuisse; quod idem sensisse videtur *Thomassin. citat. oper. part. 1. lib. 2. cap. 25. num. 3.* Verum in alia sententia est *Gatt. de usu Alt. portat. cap. 1. num. 11.*, cum ejus usum ab Apostolorum usque temporibus repetat.
- 4 Ejusmodi porro mos celebrandi in aris viaticis itent uique ad tempora Concilii Tridentini, quod *sess. 22. cap. 9. de observan. & evitand.*, cum magnus circa id irrepsisset abusus, diutius inhibuit Episcopis, ne amplius alibi, quam in Ecclesiis, Oratoriisque divino cultui nominatim destinatis, secretisque ac privatis domibus, Missæ sacrificium celebrare facerent &c. Quo factum est, ut hodie nisi a Summo Pontifice aræ portatilis privilegium impertiri possit: nec amplius, ut antea, illud indiscriminatim concedere valeant Episcopi, nisi necessitate urgente, ut puta ob ruinas, pestem, incendia, expeditiones militares &c. Unde ejusmodi potestatem haud omnimode fuisse Episcopis sublatam, sed tunc tantum, cum necessitas non urgeat, iustaque non adit causa, contendunt *Rodriguez in summ. verbo Missæ, & Gatt. cap. 9. n. 7.*, qui & *toto cap. 10.* fute expendit causas, propter quas usus altaris viatici non est denegandus.
- 5 Ex his patet, antiquata etiam circa hoc fuisse quæcumque privilegia ante Trid. tempora Regularibus concessa; quod & pluries statuit S. C. Concilii interpret., ut videre est apud laudatum auctorem a *num. 1. usq. ad 10. cap. 13.*; ubi & is recenset nonnulla ejusmodi privilegia quibuscum Regularium ordinibus post Concilium Trident. concessa; quæ ideo vigere etiam num demonstrare pro virili parte conatur.
- 6 At ipsis Episcopis tale privilegium per *Conc. Trid.* minime ademptum fuisse constat: Adeoque Episcopi uti eo possunt etiam in domibus Laicorum, ut in aliena Diocesi sit. Quod vero ita est intelligendum: ut Episcopi ejusmodi privilegio uti non possint, nisi ad propriam commoditatem, & (ut haeret ex novissimis Pontificum declarationibus relatis a Benedicto XIV. epistola data 2. Junii 1751. ad Primat. &c. Poloniæ) tantum domi propriæ habitationis, ubi scilicet vel moram trahunt ab ordinario domicilio in casibus a jure permissis, aut ob impetratam Sedis Apostolicæ licentiam absentes: vel hospitio excipiuntur visitationis, itinerisve occasione.
- 7 Verum præfati privilegii prætextu nec Episcopis permissum est in ara viatica offerre in Navi, & ut quibuidam viuum, in Urbe; licet circa hoc posterius contra tentiat *Gatt. cit. op. cap. 12.*
- 8 Nulli igitur permissum est in Navi offerre, nisi ex speciali Apostolico privilegio; quod raro impertiri solet, *Gatt. cap. 11.* ubi etiam de peculiaribus quibuidam ejusmodi concessionibus mentio est.
- 9 Quod demum aræ viaticæ privilegio gaudeant S. R. E. Cardinales, res ipsa loquitur. Sed præter eos, nullos alios quacumque auctoritate ac jurisdictione pollentes dicto privilegio trui, cum tantum respiciat Episcopos, & quidem consecratos, aut saltem Præconizatos, pluribus ostendit sæpe *cit. Gatt. d. cap. 12. a num. 18. usq. ad 22.*

ALTARE PRIVILEGIATUM.

- 1 Altare privilegiatum solet concedi a Summis Pontificibus ad tempus, vel in perpetuum, pro uno, vel pro pluribus, aut singulis hebdomadæ diebus juxta numerum Missarum, quæ solent celebrari in Ecclesia, in qua reperitur tale Altare, & per hoc attendendæ sunt Litteræ concessionis, quæ solent esse, ut sequitur, pro concessione.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Volentes Ecclesiam vestram, in qua Altare privilegiatum non est erectum, dummodo in ea septem Missæ quotidie celebrentur, & in ea sit Sancti, vel Sanctæ N. N. nuncupatum, hoc speciali dono illustrare, Dei misericordia confisi, ut quodcumque Sacerdos aliquis Missam Defunctorum in die commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infra octavam illius, ac feria sexta cujuslibet hebdomadæ pro anima cujuscumque Fidelium Defunctorum, ad præfatum Altare celebrauit, anima ipsa de thesauro Ecclesie per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut Domini Nostri Jesu Christi suffragantibus meritis a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, præsentibus ac septennium tantum valituris. Datum Romæ &c. Septennium hoc incipere non a die Gratie concele Romæ, sed a die publicationis factæ per loci Ordinarium tenerunt hactenus Doctores, sed hodie alter est sentiendum, ex quo emanavit decretum hoc Sacræ Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ; An attentis verois, quæ in Brevibus Indulgentiarum apponi solent, *Præsentibus ad septennium tantum valituris*, septennii initium a die publicationis Brevis de iudicandum sit? *Eadem Sac. Cong. die 18. Maji 1711. declaravit, non a die publicationis, sed a die datæ Brevis septennii tempus incipere. Et facta relatione Sanctissimo Domino Nostro per me infra scriptum Secretarium die 20. ejusdem mensis, Sanctissimus S. C. Congregationis sententiam approbavit. I. M. Card. Gabriellus Præfectus. Raphael Cosinus de Hieronymis Secretarius. Romæ typis Camera Apostolicæ 1711.*

Clauſula in brevi solita apponi, dummodo in dicta Ecclesia tor missæ quotidie celebrentur, debet intelligi juxta declarationem datam de mandato Sanctissimi a Sacra Congregatione Concilii ad sequentia dubia: Primo, an absentibus Religiosis, ex causâ Prædicationis tempore Quadragesimæ & Adventus, vel quando occasione Festivitatum, vel Funerum, aut similibus, a Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, Indulgentiæ concele cum certo numero Missarum, qui ob dictas causas adimpleri non possunt, prorsus cessent, vel pro eo tempore, quo dictus numerus Missarum non fuerit adimpletus, sint suspensæ, vel potius remaneant in suo robore?

Secundo, an idem sit statuendum deficiente præfixo numero Missarum ob infirmitatem Sacerdotum tam Regularium, quam Secularium?

Tertio, an pariter idem sit statuendum deficiente prædicto numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis secularibus Canonice, & Sacerdotum per aliquot dies, & mensis?

Sacra Congregatio Concilii Tridentini &c. 30. Julii 1701. respondit:

Ad primum, quo ad primam partem pro tempore Adventus, & Quadragesimæ remanere suspensiones, non autem in reliquis, dummodo raro contingat.

Ad secundum remanere suspensiones.

Ad tertium provilum in primo.

Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit anno Jubilæi, non comprehenduntur Altaria privilegiata, nec aliæ Indulgentiæ pro solis defunctis concessæ, *Sac. Congr. Indulgentiis. Sacrisque Reliquiis præposita 24. Januarii 1700.* Altaria privilegiata pro Defunctis non comprehenduntur sub Clauſula illa: *Volumus autem ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam visitantibus aliqua alia indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentibus Litteræ nullæ sint*; nec sub alia clauſula consimili, *Sac. Congreg. 13. Junii 1676.* quod decretum utpote alia comprehendens, & de mente Sanctissimi Innocentii XI. editum per extensum hic datur.

Cum a Sacra Congregat. Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præposita Cameracensis Archiepiscopus quaesivisset, quæ vis, & sententia Clauſula (quæ hodie Brevibus Indulgentiarum apponi solet) Volumus autem ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam quolibet anni die visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentibus Litteræ nullæ sint: Sacra Congregatio re diligentius examinata, clauſulam sic explicandam censuit, si videbitur Sanctissimo Do-

ALTARE PRIVILEGIATUM.

mino Nostro; Ea minime contineri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo personarum generi concessas, ut Contraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliasve hujusmodi preces recitantibus, ac iis qui Christiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, & qui Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti expositioni cum oratione quadraginta horarum interlunt, neque stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias in septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum quæ pro unica vice conceduntur. Cæterum si alia Indulgentia sive plenaria, sive non plenaria, in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generatim Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu Capellam visitantibus eodem anni die, vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in Litteris Apostolicis mentio, has Litteras ob adjectam Clauſulam esse prorsus irritas ac nullas. Datum die 23. Junii 1676. De his autem facta relatione ad Sanctissimum Dominum Nostrom die 16. Martii 1677. Sententiam Congregationis approbavit. Cardinalis Maximus. Michael Angelus Riccius Secretarius.

Missæ celebratæ de Festo currente in Altaribus privilegiatis in diebus, quibus non licet Missas de Requiem celebrare, habent eandem vim, & Indulgentias perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requiem, seu Defunctorum. Et hoc sive Altaria sint privilegiata in perpetuum, sive ad tempus, sive pro omnibus, sive pro aliquo solo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, sive ex obligatione, sive ex sola Fidelium devotione Missæ celebrentur nedum in Festis duplicibus, sed etiam in Dominicis, & octavis, & omnibus aliis diebus, in quibus juxta rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt; Et per hujusmodi Missas celebratas de oratio currente in Altaribus privilegiatis satisfit obligationibus, ac si in ipsis privilegiatis Altaribus fuissent celebratæ Missæ de Requiem, seu Defunctorum. Sic expressè fuit definitum ab Innocentio XI. die 4. Maji 1688. in sua Constitutione incipien. *Alias*, confirmativa, ampliativa, & declarativa Constitutionis Alexandri VII. incip. *Creditis*, & Constitutionis Clementis IX. incip. *Cum felicis*. Vide verb. *Missæ art. 14. num. 10. 11. & 12.* ubi omnes tres istæ Constitutiones ad litteram adducuntur, & sub *num. 13.* alia novissima resolutio.

Altare privilegiatum quotidianum, & perpetuum conceditur a Benedicto XIII. Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus, ut infra.

Pro Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus totius Orbis Catholici Ecclesiis, Altare privilegiatum quotidianum, & perpetuum.

B E N E D I C T U S P P . X I I I .

Ad perpetuam rei memoriam.

Omnium Saluti paterna Charitate intenti, sacra interdum loca spiritalibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium Defunctorum animæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, & illis adjunctæ ex Purgatorii pœnis ad æternam Salutem per Dei misericordiam perducere valeant. Volentes igitur omnes, & singulas Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales totius Orbis Catholici Ecclesias, in quibus Altare privilegiatum, quotidianum perpetuum forsitan non reperitur concessum, & in eis Altare per Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos respectively locorum gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentes semel tantum designandum, hoc speciali dono illustrare auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate, ut quodcumque Sacerdos aliquis secularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, seu Institutu Regularis Missam Defunctorum pro anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prædictum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesie per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus: Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis: seu exemplis

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Julii 1724. Pontificatus nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Translato legitima auctoritate Altari privilegiato de loco ad locum, adhuc durat Indulgentia, si ipsa sit concessa Altari in reverentiam alicujus Sancti, vel Mysterii, in cujus honorem dedicatum sit, ita ut censetur idem Altare, licet translatum. Imo etiam si Imago sit alia ejusdem Mysterii, vel Sancti, quia renovatur, vel restauratur representatio; moraliter enim, censetur idem Altare, Gobat *tom. 2. tract. 4. num. 143.* cum aliis ibi citatis. Vide *ibi* multa ad rem.

Additio ex Auctore.

Super Altari, in quo Missæ celebrantur, juxta Rubricæ & Pontificalis præscriptum, Crux collocari debet; amplia etiam si in ipso aliterve Sanctissima Eucharistia in Tabernaculo, at si expositum sit in ipso Altari Sanctissimum Sacramentum, servetur consuetudo loci: Benedictus XIV. *tom. 2. Constit. 17.* incip. *Accepimus*, in qua inter alia eruditissime adducta pro servanda consuetudine loci collocandi, vel non, Crucem in Altari, quando expositum est in ipso Sanctissimum Sacramentum, adducit Decretum editum die 2. Septembris 1741. a Sac. Rit. Congreg., quæ postquam omnia diligenter accurateque perpendit, decrevit, ut quælibet Ecclesia morem & institutum, quod antea servaverat, in posterum quoque retineret. Si in Tabula Altaris Crucifixi imago depicta, aut cælata sit, eaque potiore locum in ipsa Tabula obtineat, omitti potest Crux inter candelabra: Idem *ibidem*, ubi ad id adducit Decretum S. C. R. sub 16. Junii 1663., quod receniet *Meratus tom. 1. part. 1. tit. 20. de preparatione Altaris num. 6.*, & in *Indice Decretorum codem tom. part. 2. num. 400.* Vide verb. *Resolutiones Sac. Congreg. in Indice 1. Merati dict. num. 400.* ubi affertur dictum Decretum.

Altaria, Pontifice consecrata, plura privilegia adnectuntur, nempe quod in ipso nemo celebret sine speciali Pontificis Indulto, ut patet de hujusmodi Altaribus in Ecclesiis Lateranensis, Vaticanæ, aliisque Patriarchalibus Urbis existentibus. Sixtus autem Quintus in Altari, ad quod Sacrum fecerat, cum ritum Canonizationis mei Sancti Didaci perageret, quodque Pontificium declaravit, ac Philippo Catholico Regi dono misit, permisit Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus Mitratibus, primis dignitatibus in Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus, ac Generali meæ Seraphicæ Religionis, & Priori Monasterii S. Laurentii, Missam celebrare diebus festis Domini, Beatissimæ Virginis, Feria V. in Cæna Domini, in celebritate Sanctorum Omnium, ac S. Didaci, ut patet ex ejus diplomate sub die 20. Augusti 1578. promulgato.

Benedictus vero XIV. in Altari, quod solemniter consecravat Romæ in Ecclesia S. Antonii Lusitanorum; ac in eo celebravit, & Joanni Portugalliæ & Algarbiorum Regi fuit missum, permisit absque ulla dierum ut Sacerdotum limitatione, ut ipse Rex, aliique Lusitanæ Reges pro tempore futuri suo nomine & S. Sedis Apostolicæ facultatem impertiant Sacrum faciendi, pro certo habens, id ipsum negotium cum tali cautela ac prudentia ab ipsis pertractandum esse, ut nihil unquam futurum sit, quod rationi parum consentaneum videatur: ipsumque Altare perpetuo privilegiatum declaravit, ac Regi Lusitanæ pro tempore, item Reginis, caterisque eorum consanguineis & affinibus usque ad tertium gradum inclusive, plenariam Indulgentiam quoties concessi & Sacra Synaxi refecti ante ipsum Altare preces ad Deum effunderent pro hæresum extinctione, Christianorum Principum concordia, & Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, concessit: Sic *tom. 1. in sua Constit. 116.* incip. *Dilectus Filius*.

Altarium numerus in Ecclesiis Græcorum augeri permittitur; Benedictus XIV. *tom. 1. Constit. 57.* incip. *Et si §. 6.* Item Altaria plura in Ecclesiis Græcorum Melchitarum permittuntur; Idem *Constit. 87.* incip. *Demandatum §. 9.*

Indultum Altaris privilegiati perpetui conceditur pro singulis Cathedralibus Ecclesiis Maronitarum, & eorum Ecclesiis Parochialibus, in quibus aliud Altare privilegiatum sive perpetuum, sive ad tempus concessum non reperitur, nec sufficiens Missarum numerus celebratur, & conceditur Altare privile-

vilegiatum pro uno die in hebdomada, per Ordinarium loci designando, ad viginti quinque annos: Sic Benedictus XIV. *Constit. 79. incip. Nuper*, ubi id demandat Patri Fr. Jacobo a Luca mei Seraphici Ordinis de Observantia Conventus S. Sepulchri, ejusque dependentium, Visitatori ac Commissario Apostolico.

31 Missa pro Defunctis celebrata in Altari privilegiato non suffragatur, nec Indulto satisficit, nisi sit de Requiem, licet in Indulto non exprimitur, *Sac. Rit. Cong. 1. Junii 1601. in Pi-storien. & 13. Julii ejusdem anni in Toletana*. Intellige tamen pro illis diebus, quibus secundum Ritum non prohibentur Missæ defunctorum, quia pro illis diebus, quibus secundum ritum non licet Missas de Requiem celebrare, Missæ celebratae de Festo occurrente in Altaribus privilegiatis habent eandem vim, & Indulgentias, ac si essent ibi celebratae de Requiem, per Apostolicas declarationes citatas supra num. 10. & allatas sub verb. *Missa art. 14. a num. 10. ad 13.*

23 An privilegium in Altari privilegiato perpetuo ad dies non impeditis ante declarationem Alexandri VII. concessum suffragetur universim etiam diebus impeditis festo post illam declarationem? Respondit *Negative Sac. Indulg. Cong. 26. Julii 1725.*

24 Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit anno Sancto, non comprehenduntur Altaria privilegiata, nec aliæ Indulgentiæ pro solis Defunctis concessæ, Benedictus XIII. die 10. Januarii 1725.

25 Intuitu alicujus Altaris privilegiati in aliqua Ecclesia non licet exponere tabellam supra januam Ecclesiæ *indulgentia per li Morti*, sed tantum super ipso Altari privilegiato consuetis verbis, *Altare privilegiatum pro defunctis*, *Sac. Rit. Cong. 13. Augusti 1667. in Romana*.

26 Cum in Indultis Altarium privilegiatorum hæc adjici solet clausula: *dummodo in dicta Ecclesia tot Missæ quotidie celebrentur*; queritur, an attenda dicta clausula, necessaria omnino sit singulis diebus celebratio Missarum in Indultis hujusmodi præfixitarum, vel potius sufficiat aliquibus, licet non omnibus, diebus cujuslibet hebdomadæ? Sacra autem Congregatio Concilii respondit *affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam, ac proinde celebrationem Missarum in Indultis præfixitis, ut præfertur, præfixitarum omnino necessariam esse singulis diebus in eadem Ecclesia*; Ita die 3. Junii 1694. approbante Innocentio XII. die 11. Septembris.

27 In Collegiata S. Caroli Civitatis Mutinensis datur Altare privilegiatum pro omni Feria Hebdomadæ ea lege, ut singulis diebus in Ecclesia legantur triginta Missæ, sed contingit, quod tempore ætivo per quatuor menses vix legantur decem, aut duodecim: E contra aliis octo mensibus numerus ita excrevit ultra triginta, ut si divideretur in omnes dies anni æqualiter, haberentur singulis diebus triginta quatuor Missæ. Queritur, an & pro quo tempore concessum privilegium suffragetur? Respondit *Suffragari pro tempore, quo triginta Missæ in Ecclesia celebrantur*, *Sac. Cong. Indulgent. 10. Junii 1720.*

28 Altare majus Fratrum Minorum Conventualium Montis Fusculi Diocesis Beneventanæ habet perpetuum privilegium, cum restrictiva ad Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ, concessum a Gregorio XIII. Cum autem in Brevis habeantur hæc verba: *In Ecclesia duodecim Sacerdotibus ornata*, & nunc tantum existant sex Sacerdotes, queritur, an privilegium adhuc subsistat? Respondit *Negative Sac. Cong. Indulg. 16. Julii 1725.*

29 In Ecclesia B. V. Terræ Forigii Sanctissimus concessit Altare privilegiatum pro duabus feriis hebdomadæ ad septennium sub duabus conditionibus. I. Ut in ea Ecclesia quotidie legantur quatuordecim Missæ. II. Ut soli Sacerdotes præfata Ecclesiæ illo privilegio uti possint. Sed Episcopus has Indulgentias non publicavit. Interrogatus a Sacra Congregatione respondit, se credidisse, conditiones non verificari, quia Missæ ibi fundatæ, & Confratrum, & Montium vix ascendunt ad numerum 3400. ut proinde in diem vix referantur decem. Aliæ Missæ adventitiæ Sacerdotum adventantium sunt quidem plures quam quatuordecim, se tamen credidisse, Pontificem noluisse alligare Indulgentias eventui accidentali non stabili. Secundo illa Ecclesia non est Collegialis, nec Parochialis, nec receptitia, adeoque non videtur habere Sacerdotes proprios, prout in Brevis exprimitur. Queritur, an nihilominus Episcopo injungenda sit publicatio Indulgentiarum? Respondit *affirmative Sac. Congreg. Indulgent. 25. Septembris 1713.*

30 Clemens IX. an. 1668. 3. Julii per Brevis concessit Romæ Ecclesiæ S. Andreae Camaldulensium Indulgentiam plenariam in Festo S. Andreae, & S. Gregorii, & in dedicatione, & per

octavam Defunctorum in perpetuum applicandam pro Defunctis. 2. Concessum est a Clemente VIII. privilegium perpetuum ad Altare per Cardinalem Salviati constructum. 3. A Paulo V. pro privilegiatis declarantur per Brevis Altare S. Andreae, & S. Silveriæ. Cum vero, Ecclesia renovata, destructa fuerint Altaria, & nova facta, petitur, 1. Confirmatio Indulgentiæ concessæ a Clemente IX. 2. Confirmatio privilegii a Clemente VIII. concessi. 3. Confirmatio privilegii Pauli V. Reip. Ad 1. non indigere confirmatione. Ad 2. idem. Ad 3. *idem confirmatione non indigere*; Ita Sac. Congreg. Indulg. 13. Septembris 1723.

Capucini in loco Stanz Constantiensis Diocesis, diruta quadam Ecclesia, in qua habebatur Altare privilegiatum, petunt pro nova Ecclesia similem gratiam; Respondit *negative Sac. Congregat. Indulg. 18. Julii 1712.*

Tuderti destructo Oratorio Sodalitatis S. Mariæ Gratiarum, illud in alio loco reedificatum est. Queritur 1. an Indulgentiæ perleverent in nova Ecclesia? 2. an, & quæ de novo concedendæ? Respondit *gratia translationis Indulgentiarum pro Confratribus tantum*, *Sac. Cong. Indulg. 16. Februarii 1732.*

Moniales Monasterii S. Basilii Civitatis Justinopolitanæ obtinuerunt aggregationem ad Basilicam Lateranensem, & consueverunt communicationem privilegiorum. Horum intuitu contentum, non solum se lucrari posse Indulgentias ejusdem Basilicæ præter Indulgentias sui Ordinis, sed etiam se frui posse perpetuo privilegio Altari illius Basilicæ concessio. Petunt declarari, an vi aggregationis ad Basilicam Lateranensem concessum intelligatur privilegium Altaris? Respondit *negative*, *Sac. Cong. Indulg. 9. Maji 1729.*

In Cathedrali Murana erat Altare privilegiatum perpetuum concessum a Gregorio XIII. Verum cum an. 1694. ea per terræmotum passâ fuerit, Altare fuit ibi in eadem Ecclesia, & sub eodem titulo B. V. noviter extractum. Queritur, an nihilominus gaudeat privilegio? Reip. *affirmative*, *Sac. Cong. Indulg. 13. Septembris 1723.*

Patres Oratorii S. Philippi Mantuæ exponunt, suæ Ecclesiæ a Clemente XI. concessas esse omnes Indulgentias, & gratias, quæ sunt Romæ in Oratorio S. Philippi in Vallicella. Cum vero ibi sint duo Altaria privilegiata, queritur 1. an in prædicta generali communicatione Indulgentiarum & gratiarum comprehendatur privilegium perpetuum pro duobus Altaribus? 2. an saltem unum Altare privilegiatum quotidianum absque expressione numeri Missarum? Respondit ad 1. *negative*. Ad 2. *Altare privilegiatum ad septennium juxta numerum Missarum, quæ in Ecclesia Oratorum quotidie celebrantur*, *Sac. Cong. Indulg. 25. Martii 1725.*

Concessio unius Altaris privilegiati quotidiani perpetui facta a Sanctissimo D. N. D. Benedicto Papa XIV. Ecclesiis Fratrum Ministro Generali totius Ordinis S. Francisci subiectorum.

Intus

BEATISSIME PATER.

„ Frater Raphael a Lugagnano Ordinis Fratrum Minorum
 „ S. Francisci Minister Generalis ad pedes S. V. humillime
 „ provolutus exponit, quod san. mem. Benedictus XIII. sub
 „ die 24. Decembris 1725. dignatus fuit omnia Altaria privi-
 „ legiata quotidiana variis Ecclesiis dicti Ordinis in perpetuum
 „ jam concessa approbare & confirmare. Iis vero ejusdem
 „ Ordinis Ecclesiis, quæ tali privilegio quotidiano in perpetuum
 „ non gaudebant, concessit illud, sed proportionate
 „ ad Missarum numerum, quæ in eis celebrantur, videlicet
 „ pro quinque feriis in hebdomada, iis Ecclesiis, in quibus
 „ 25. Missæ quotidie celebrantur. Pro quatuor feriis iis, in
 „ quibus 20. Pro tribus, in quibus 15. & sic gradatim. Cum
 „ autem, Beatissime Pater, comprobaverit experientia,
 „ hoc minime sufficere ad satisfaciendum Populorum devo-
 „ tioni, & ex alia parte variæ quotidie inurgant difficultates,
 „ ex eo quod non semper idem Missarum numerus in dictis
 „ Ecclesiis celebratur, nec celebrari valet. Ideo enim S. V.
 „ supplicat Orator, ut, prævia revocatione privilegii Altari-
 „ um pro determinatis hebdomadæ feriis, ut supra per san-
 „ mem. Benedictum XIII. concessi, dignetur cuilibet Eccle-
 „ siæ Fratrum Oratorii jurisdictionis subiectæ, Altari privi-
 „ legiato quotidiano perpetuo non decoratæ, unum concedere,
 „ Rescriptum, seu aliter, ut S. V. benevolum fuerit.

„ Et Deus &c.

Foris.

SS: D: N:

D. BENEDICTO PAPÆ XIV.

*Pro Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum
 S. Francisci.*

Rescriptum Sanctissimi.

Ex audientia Sanctissimi die 17. Decembris 1748.

Sanctissimus benigne annuit pro gratia juxta petita, pro Missis tamen, quæ a Fratribus Minoribus S. Francisci in Altaribus per Ordinarios respective designandis, celebrantur; & voluit etiam gratiam hujusmodi per hoc præfens Rescriptum perinde valere, ac si per Apostolicas Litteras in forma Brevis solitis omnibus muniti clausulis expedita fuisset.

Joseph Levizzani Secretarius.

Loco * Sigilli.

Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apostolica 1748.

Præfens transumptum concordat cum suo originali, in quorum fidem &c. Datum Romæ ex Araçali die 21. Decembris 1748.

Loco * Sigilli.

Fr. Joseph Maria de Fano Procurator Generalis Ordinis.

Supplementa novissima e III. Editione.

33 Altare privilegiatum quotidianum ad septennium, in perpetuum, a SS. D. N. Clemente XIII. conceditur omnibus Ecclesiis Parochialibus Orbis Christiani, Decreto tenoris sequentis.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus N. Clemens Papa XIII. prævio Voto S. Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ, indulget die 19. Maii 1759. omnibus Ecclesiis Parochialibus Orbis Christiani Altare privilegiatum quotidianum ad septennium, quo expleto Sanctitas Sua præcipit omnibus Episcopis, Abbatibus, & Sede vacante, Vicariis Capitularibus pro unaquaque suarum Diocesium Parochia pro confirmatione ejusdem Privilegii ad septennium. Idque fieri jubet sub unico tantum Brevis, atque vult, hoc unicum Brevis suffragari omnibus uniuscujusque Diocesis Ecclesiis Parochialibus. Ne autem Parochi expensis graventur, vetat omnibus tum Episcoporum, quum Abbatum Officialibus, sub pœna nullitatis præfati Privilegii, ne quicquam penitus exigant a Parochis, si ve pro ipsis certiorandis, si ve in expediendis litteris pro designatione Altaris privilegiati in eorum Parochiis.

34 Ad rem quoque addendum est sequens novissimum Decretum Sac. Cong. Indulgentiarum, quo Altaria omnia cujuscumque Ecclesiæ privilegiata declarantur pro die Commemor. omnium Fidelium Defunctorum perpetuis futuris temporibus.

DECRETUM

Sacra Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ.

Cum ex veteri more, & laudabili Ecclesiæ instituto die secunda Novembris omnium Defunctorum memoria recoli, eorumque animæ ab universis Christiifidelibus orationibus elemosynis, aliisque piis operibus, & Ecclesiæ suffragiis, potissimum vero acceptabili Sacre sanctæ Missæ Sacrificio juvari soleant, SS. D. N. Clemens PP. XIII. ex paterna sua charitate erga omnes fideles tam vivos quam defunctos, Animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia & charitate Dei, nondum tamen omnibus mundanis toribus expiatis, decesserunt, de inexhausto Catholice Ecclesiæ thesauro abundantius suffragari quam maxime cupiens, ut celerius e Purgatorii pœnis liberentur ad æternam gloriam per Dei misericordiam pervenire valeant, de consilio VV. S. R. E. Cardinalium

Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositorum, universali hoc Decreto perpetuis futuris temporibus valituro benigne concedit, ut Missa die prædicta Commemorationis Defunctorum a quocumque Sacerdote seculari, vel cujuslibet Ordinis & Institutu Regularis celebranda, gaudeat Privilegio, ac si esset in Altari privilegiato celebrata, decernendo tamen, ut non nisi consuetam elemosynam uniuscujusque Sacerdos pro dicta Missa licet privilegiata accipiat, & in ea tantum quantitate, quæ a Synodalibus Constitutionibus, seu a Loci consuetudine regulariter præfixita fuerit. Quibuscumque in contrarium scientibus non obstantibus.

Datum die 19. Maji 1761.

N. Card. Antonellus Præfectus

Loco * Sigilli.

I. de Comitibus S. Cong. Indulg. Secret.

Novæ additiones ex aliena manu.

Quamplures, eæque non leves circa hoc argumentum a Theologis, & Canonistis excitantur quæstiones, quæ sunt legendæ apud *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. tom. 1. tit. de Sacrific. oblat. in Altar. privileg. quest. 729. & plur. sequent.*; dum nos pauca tantum de more indigitabimus, quæ Canonistarum magis propria sunt.

Quæri igitur solet: An inter eas Religiones, quæ habent communicationem privilegiorum, fiat etiam communicatio Altarium privilegiatorum? Et fieri non posse statuit *Pasqualig. cit. loc. quest. 756.*, quia licet inter ejuimodi Religiones etiam circa Indulgentias facta sit privilegiorum communicatio a Leone X. *Constit. 32. tom. 1. Bullar.*; tamen communicatio cadit tantum super iis Indulgentiis, quæ conceduntur ipsis Religiosorum personis, & ideo non se extendit ad Indulgentias directe concessas pro Defunctis, quales sunt illæ Altarium privilegiatorum.

Quoniam vero favore quarundam Religionum concessa fuerunt a SS. Pontificibus quædam specialia privilegia quoad Altaria privilegiata; inspicendus, & perpendendus tunc est tenor concessionis; Hinc enim si primo & directe concernat erectionem Altarium privilegiatorum, aut Indulgentias concessas pro Defunctis; non est locus communicationi; si concessio primum & per se contineat gratias personales, per quas alicujus Religionis personis conceditur facultas applicandi Indulgentias, quas Pontifex intendit concedere: ejuimodi est privilegium concessum Religioni Conventualium; quod scilicet Prior Conventus possit semel pro semper deputare Altare, in quo Religiosus Conventualis celebrans Missam de Requiem pro aliqua anima, eam liberet a Purgatorio: communicatum intelligitur tale privilegium, ut videre est apud eundem Auctorem *ibid. quest. 757.*

Deinde *quest. 761.* clare citatus *Pasqualig. demonstrat*, quod non destruat ejuimodi privilegium, si Altare, cui fuit annexum, ex parte notabili destruat, etiam si consecrationem amitteret, dummodo tamen remaneat secundum majorem sui partem; quia in ejuimodi concessionibus respectus habetur ad Altare secundum totum suum esse materiale, non vero secundum formam consecrationis.

Verum, si in concessione Indulgentiæ destinatur Altare ut alicui Sancto dicatum, mutata deinde dedicatione, puta si loco illius Sancti alius substituat, prorsus perit privilegium, quia mutata est illa Altaris qualitas, quæ contemplata fuit a Pontifice, & illum movit ad Indulgentiam concedendam tali Altari in specie, seu nominatum dicato tali Sancto, *ead. quest. num. 6.*

Si Pontifex in concessione non designavit Altare, sed eum designandum reliquit, facta semel designatione unius Altaris, nequit alterum destinari, nam pro una vice tantum delegata censetur ejuimodi destinatio, cum Pontificis dispositio restringatur ad certum casum, ut juxta *text. in l. boves §. hoc sermone ff. de verb. signific. firmat dict. Pasqualig. dict. oper. quest. 762.*

Dubitari etiam potest: num, quando ex dispositione Testatoris celebranda est vel in perpetuum, vel ad tempus Missa in Altaribus privilegiatis, possit tum in Altaribus privilegiatis de tempore dispositionis existentibus, tum in Altaribus privilegiatis postmodum erectis celebrare? Et posse tenet *supra cit. Pasq. q. 746. ejusd. op.*

ALTERNATIVA

Quoad ea, quæ concernunt Beneficia.

Alternativa quoad Beneficia ortum duxit a Nicolao V. de anno 1447. ut notat Pyrrhus Corradus in *praxi Beneficiana lib. 3. cap. 6. num. 8.* Ipse enim Nicolaus V. ut dicit Rota Romana recent. *par. 19. tom. 1. decis. 121. num. 13.* fuit Auctor Regulæ nonæ, alias octavæ Cancellariæ, in qua referuntur Summo Pontifici menses Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris, & contemnerentur Ordinariis menses Martii, Junii, Septembris, & Decembris. Et exinde ad alliciendo Episcopos ad residentiam, concedunt eis alii duo menses, ita ut jam alternatim cum Papa possint providere; Papa quidem in mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris, Episcopi vero, qui hanc Gratiam acceptaverint, in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris. Et hæc Gratia dicitur communiter *Alternativa*, & sic expresse appellatur in prædicta Regula nona Cancellariæ, alias octava, ut videri potest in ipsa ad litteram relata *verb. Beneficia art. 9. reg. 9.*

Hac Alternativa ut gaudeant Episcopi, requiritur, quod per Patentes Litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua respective Civitate, vel Diocesi datas expresse declarent, se hujusmodi Alternativam acceptare; & Litteras ipsas ad Datariam Summi Pontificis transmittant, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc solum, & non antea possunt incipere uti Gratia talis Alternativa. Sic expresse ita dicitur in citata Regula nona, alias octava Cancellariæ, ut videri potest *loc. cit.* Ex tempore igitur habitæ notitiæ registrationis, seu annotationis litterarum factæ in Dataria Apostolica incipit Episcopus gaudere jure Alternativa; quæ operatur, ut menses alternati inrogentur loco aliorum, Rota recent. *part. 3. dec. 379. num. 2.* Et sic mensis, quo Episcopus gaudet Alternativa non est amplius Apostolicus, sed Ordinarius, Rota *part. 4. tom. 1. decis. 336. sub num. 1. & part. 13. decis. 127. num. 3.* Unde cessat reservatio ratione mensis, & illa inducta per *Extravagant. Ad regimen*, Rota *d. decis. 127. num. 5.* Hinc Episcopus in alternativa lucratur menses *Aprilis, & Octobris*, & cedit Martium pro *Februario*, & *Septembrem* pro *Augusto*, menses autem *Junii*, & *Decembris* nec lucratur, nec cedit, sed illos retinet, ut prius, quos ideo menses fixi solent appellari, Barbofa *part. 3. de offic. & potest. Episc. allegat. 53. num. 40.* Rota & alii mox citandi sub *n. 8.*

Unde notandum est, quod sicuti Papa retinet sibi medietatem suorum octo mensium, scilicet Januarii, Majum, Julium, & Novembrem, in quibus nullo casu vult posse competere Jus aliquod Ordinario etiam perpetuo residenti, ut patet in citat. Regul. nona, alias octava Cancellariæ, & ideo vocantur menses fixi, & perpetuo reservati Sedi Apostolicæ, sive Episcopus gaudeat Alternativa, sive non, ut obierunt, & tenet communis Doctorum cum Rota recent. *part. 5. tom. 2. dec. 445. num. 5. part. 9. tom. 1. decis. 293. num. 4. part. 9. tom. 2. decis. 389. num. 6. decis. 458. num. 3. part. 13. decis. 223. num. 3. part. 16. decis. 192. num. 6. part. 18. tom. 1. decis. 232. num. 3. part. 11. tom. 2. decis. 554. num. 16. part. 19. tom. 2. decis. 453. num. 8.* & sepe alioi. Ita æquissimum est, quod etiam Episcopus sibi retineat medietatem suorum quatuor mensium, scilicet *Junii*, & *Decembrem*, in quibus nullum unquam Jus possit competere Papæ, etiam si post acceptationem Alternativa Episcopus non residerit, & ideo menses *Junii*, & *Decembris* appellantur menses fixi pro Episcopo: Non enim potest dici, quod concedantur a Papa per Alternativam Episcopo, quia licet in ea fiat mentio etiam de his duobus mensibus causa demonstrationis, conditio tamen, & onus residentia, non censetur appositum respectu illorum, sed aliorum quatuor, qui per Alternativam de novo conceduntur. Dicti autem duo menses cum jam fuerint proprii Episcopi sine Alternativa sit acceptata, sive non, etiam si post acceptationem Episcopus non residerit; Sic Rota in *una Papiensi Beneficii 10. Aprilis 1617.* in qua responsum fuit quoad dictos duos menses fixos, quod nulla potest considerari reservatio, ex eo quod Papa neque in prima parte Regulæ, neque in secunda eos reservat, & ita illos fixos etiam appellat; Rota in *una Giennen. Canonicatus penes Bistratt. decis. 242. num. 1.* ibi: *Nam Canon-*

catus, de quo agitur, non est reservatus ratione mensis, cum vacaverit de mense Junii, qui semper est Ordinarius, & fixus. Et ita tenet Barbofa *de offic. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 13. num. 38. & 45.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 18. num. 4. disc. 93. num. 13. & 14.* Garcias *par. 5. cap. 1. sub n. 56. circ. suum*, & fuscus Pyrrhus Corrad. *lib. 3. cap. 6. num. 2. & 4.* ubi testatur sic tenere, & servare Datariam, & Cancellariam.

Contrarium tamen non improbabiler tenent Gonzalez *ad Regul. 8. Gloss. 43. sub num. 122.* Lotter. *quest. 41. num. 38.* & alii, quia Papa concedit Episcopo Gratiam Alternativam acceptanti, ut possit omnia Beneficia vacantia in mensibus *Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris* conferre, quando apud Ecclesiam, & Diocesim suam residerit dumtaxat: Unde si non resideat in mensibus *Junii, & Decembris*, conferre, dicunt ipsi, non poterit, quia sic intrat reservatio, cum concessum sub conditione residentia, censetur denegatum sub contraria conditione, videlicet absentia, seu non residentia ad textum in *l. Pecuniarum, ff. si cert. pet. l. Item quia, ff. de pactis cum aliis adductis per Gonzalez loc. cit.* Tum quia, ut dicit Antonel. *de tempore leg. l. lib. 3. cap. 1. num. 25.* ideo per Alternativam Papa concedit sex menses Episcopo, cui alias non dantur, nisi quatuor, ut cum hoc lucro, & augmento compententur necessitas, & obligatio residendi in omnibus sex mensibus; *arg. l. Eum qui 30. ff. de jurejurand. & l. Feudi partem 79. ff. de contrahen. emptio.*

Quantum ad alios duos ex quatuor mensibus concessis Episcopo, nempe *Martium, & Septembrem*, dicendum est absolute, quod Episcopus, qui acceptavit Gratiam alternativam, non possit providere Beneficia vacantia in ipsis, quando ipse non residet, quia jam effecti sunt reservati Papæ, cum isti duo menses, qui alias erant Ordinarii, vigore acceptationis Alternativæ fuerint effecti Apostolici; Sic Rota in *Salmonen. Alternativa 14. Maji 1610. coram Card. Lancelotto*, in qua cum dubitatum fuisset, An collatio Beneficiorum vacantium in mensibus *Martii, & Septembris* Episcopo a sua Diocesi abente, ad Episcopum, vel potius ad Summum Pontificem spectaret? Respondit absolute spectare ad Summum Pontificem, cum isti duo menses, qui alias sunt Ordinarii, per acceptationem Alternativam efficiantur Apostolici. Sic refert, & tenet solide respondens contrarius Aloysius Riccius in *praxi fori Ecclesiæ, decis. 684. in prima edit. & resolut. 682. in secunda edit. & antea fuisse decisum in una Maurianen. Canonicatus 15. Novembris 1593.* ac etiam sepe, refert Gonzalez *Gloss. 43. num. 133.* & tenet Pyrrhus Corrad. *loc. cit. n. 5.* Barbofa *loc. cit. n. 36.* Castropal. in *opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 23. §. 21. n. 4.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 18. n. 4. disc. 93. n. 13. & 14.* & alii plures contra Analtal. Gernor. Monetam, Francicum Leonem, & alios.

Episcopus habens duas Ecclesias potest acceptare Alternativam pro una, & non pro altera, & si velit ea potiri pro utraque, debet utriusque nomine eam expresse acceptare; Sic expresse *cit. Regul. 9. alias 3.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 19. num. 5. & disc. 27. n. 20.* Gonzalez, Leurenus, & alii passim. Et si pro utraque acceptavit, residendo in una potest providere Beneficia alterius, Card. de Luca *de Benefic. disc. 27. num. 6.* Rota ibi ab ipso citata in *Maurianen. & Acten.* & alii.

Secuta acceptatione Alternativæ non potest Episcopus ab illa recedere sine consensu Papæ; nec e contra Papa sine consensu Episcopi, ut expresse habetur in *cit. Regul. 9. alias 3. Cancellaria*, cum ejusdem acceptatio sit quasi contractus in inter Papam, & Episcopum; Papa enim ex suis octo mensibus quatuor communicat duos Papæ; Rota recent. *part. 3. decis. 221. n. 8. part. 19. tom. 1. decis. 76. num. 8.* Barbofa *loc. cit. n. 36.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancellaria Gloss. 43. n. 106. & Gloss. 58. num. 14.* & alii communiter. Si acceptatio Alternativæ fiat ab Episcopo in aliquo mense Apostolico, non incipit usus illius, nisi toto mense elapso; e contra vero si fiat in mense proprio Episcopi, tunc incipit usus illius a die acceptationis, adeo ut mensis Ordinarius a dicta die efficiatur Apostolicus, & reservatus, Rota *part. 10. decis. 49. num. 23. cum sequent. & num. 32. cum sequent. & decis. 299. n. 4. & 8.* & communis Doctorum; & ratio est, quia acceptatio, vel non acceptatio Alternativæ est in sola facultate Ordinarii, qui si acceptaverit in principio alicujus sui, mensis, sibi impunitare debet, cum potuisset expectare finem talis mensis, si vero acceptavit in aliquo mense Apostolico non est ratio consonum, ut hoc Papæ præjudicet, cum etiam ipse posuerit in facultate Episcopi, quando velit acceptare Alternativam, Rota *part. 10. decis. 49. num. 28. & decis. 117. n. 23.* & Doctores passim.

Alternativa incipit, ac respective definit a media nocte primi, & ultimi diei mensis unumquemque spectantis, Rota *p. 19. tom. 2. decis. 98. n. 5.* Ut alternativa suffragetur Episcopo: debet constare de illius acceptatione, & subsecuta admissione in Dataria, Rota *part. 15. decis. 5. num. 2.* quatenus nempe miserit Litteras acceptationis ad Datarium, a quo receptæ, & recognita fuerint, Rota *part. 10. decis. 49. num. 28.* & habetur totum ex *Regula 9. alias 3. Cancellaria*. Et ideo ejus acceptatio probatur ex libro Alternativarum ipsius Datariæ, Rota *part. 1. decis. 154. num. 2. part. 3. decis. 349. num. 1. part. 4. tom. 1. decis. 105. num. 2. part. 11. decis. 108. num. 3.*

Ut Episcopus possit uti Alternativa, requiritur ejus residentia in sua Diocesi, Rota *part. 2. decis. 64. num. 2.* conceditur enim Episcopus quando apud Ecclesiam, aut Diocesim suam vere, & personaliter residerit dumtaxat, ut expresse dicitur in *cit. Regul. 9. alias 3. Cancellaria*. Unde non potest ea uti, etiam si absit ex iustissima causa, etiam pro servitio Sedis Apostolicæ, etiam si pro exercitio sui officii Inquisitoris Generalis; Barbofa *loc. cit. n. 34.* Card. de Luca *Benefic. disc. 18. num. 9. disc. 93. num. 16.* Annotat. ad *Concil. disc. 4. n. 10.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancellaria Gloss. 43. num. 84.* Corradus *loc. citat. num. 33.* Aloysius Riccius, Gallet. Stephanus Gratianus, Garcias, Castropal. & alii passim. Nec potest ea uti, etiam si absit in tribus mensibus permissis a Concilio, vel cum licentia Superiorum, Rota *part. 7. decis. 98. num. 9. 10. & 11.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 93. num. 15.* Corrad. *loc. cit. num. 42.* Garcias & alii cum la Croix *lib. 4. num. 477.* qui dicunt, sic declarasse *Sacram Congregationem*, Barbofa *loc. cit. num. 35.* cum aliis, qui referunt ita etiam declarasse *Sacrosanctissimum*. Nec potest ea uti, etiam si ex iusta causa absit ad duos dies tantum, & interim vacasset Beneficium, quamvis toto mense resideret, sed requiritur residentia actualis, quando incipit vacare Beneficium, Rota in *Segobienfi sub die 26. Martii 1604.* quam refert, & sequitur Castrop. in *opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 23. §. 1. n. 2.* Barbofa *loc. cit. num. 34.* La Croix *loc. cit. num. 477.* & alii passim.

Item nec ea uti potest, quamvis abfuerit timore mortis, vel violentia impeditus, Castropal. *loc. cit. num. 3.* Garcias, & alii cum Leurenio apud la Croix *loc. cit.* contra Gonzalez *loc. cit. Gloss. 43. num. 200.*

Si Episcopus resideat initio mensis, & non postea, totum tempus sequens est Apostolicum, quia mensis a die quo ob non residentiam Episcopi factus est Apostolicus perleverat semper talis, quamvis Episcopus ad residentiam; Lotter. *lib. 2. q. 40. n. 57.* la Croix *l. c. n. 479.* Barbofa *l. c. n. 42.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 28. n. 9. & disc. 93. n. 18.* Rota apud Martinum Andream *decis. 110. num. 16. 17. 18.* ubi late materia discutitur, & in *Calven. Parochialis 13. Junii 1642. cor. Peutingerio*. Et si Episcopus non resideat initio mensis, totus mensis est Apostolicus, & sic toto mense caret privilegio Alternativæ; quia mensis semel Apostolicus, semper est talis, Lotter *loc. cit. a num. 54.* Barbofa *loc. num. 43.* la Croix *loc. cit.* Card. de Luca *loc. cit.* & idem tenuit Rota in *Segobienfi Beneficii 26. Martii 1604. coram Justo, & in Papiensi Beneficii 10. Aprilis 1617. coram Martino Andrea, & in dicta Calvens. Parochialis 23. Junii 1642. coram Peutingerio*.

Nihilominus Gonzalez *ad Regul. 8. Gloss. 43. n. 140.* Garcias *de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 697.* & alii defendunt contrarium, volentes quod si Episcopus redeat ad residentiam, possit uti privilegio Alternativæ quoad Beneficia vacantia post reditum, quia, dicunt ipsi, non est necessaria continuata residentia totius mensis, si enim Papa id voluisset, utique, cum potuisset exprimere, expressisset, *arg. cap. inter corporalia 2. de transl. Episcop. §. Sed neque istud cap. Ad audientiam 12. de decimis, & cap. Quia circa 22. de privileg.* Tum quia illa dictio *Quandiu* apposita in dicta Regula nona, alias octava, Cancellariæ, tempora dividit, & potest verificari in qualibet parte mensis, in qua Episcopus residet, juxta textum in *l. Si quis ita legaverit 8. ff. de Cond. & demon.*

Dicta tamen Regula concedens Episcopo privilegium Alternativæ, quando apud suam Ecclesiam vere, & personaliter residerit; intelligi debet de presentia ordinata ad effectum permanendi, & residendi in sua Ecclesia, non autem de casuali, affectata, seu fraudulenta, & malitiosa, non cum animo permanendi, sed recedendi, *arg. text. in §. 1. habitare ff. de his, qui decesserint, vel effuderint, & in l. Postliminii §. captivus, ff. de cap. & postlimin. revers.* Non enim habetur pro residente, qui ut plurimum in alio loco extra Diocesim habitat, Millin. *decis. 171.* Gregor. *decis. 70.* Antonell. *de rem-*

pore legal. lib. 3. cap. 1. num. 30. Card. de Luca mox citandus cum variis aliis Sacræ Rotæ Decisionibus. Hinc etiam si de tempore quo sequitur vacatio ipse Episcopus reperiretur in residentia occasionaliter, seu affectate, non suffragaretur, Card. de Luca *de Benefic. disc. 18. n. 9. & disc. 93. n. 17.* cum variis Rotæ decisionibus ibi citatis, Antonell. *loc. cit. num. 30.* & alii passim. Et ratio est, quia sic aperiretur via, & aditus multis fraudibus, videns enim Episcopus imminenti vacationi alicujus Beneficii posset ad residentiam accedere, & secuto casu, & facta provisione, statim discedere, & sic semper imminente aliqua vacatione redire, & secuto casu recedere, contra dispositionem utriusque Juris, tum Civilis *l. In fundo ff. de rei vindicat.* ibi: *Neque malitiis indulgendum est; Cum hi ff. de transact.* ibi: *Non debet via aperiri malitiis; & l. Si Legatoribus Cod. de Legatis* ibi: *Ut non accipiat fructus sua caliditatis.* Tum Juris Canonici, *cap. Ex litteris 2. de dolo, & contumac.* ibi: *Non attendentes malitiam, & dolum nulli patrocinari debere, cap. Sedes 15. de rescriptis* ibi: *Quia fraus, & dolum ei patrocinari non debent; cap. Ex tenore 16. eod. tit.* ibi: *Quia fraus, & dolum alicui patrocinari non debent; cap. Tue 12. de Cleric. non resident.* ibi: *Cum fraus & dolum nemini debeat patrocinium impertiri.*

Episcopus, ut possit uti Alternativa, debet residere in sua formaliter Diocesi; nec sufficit esse in loco etiam vicinissimo, quia concessio præcise dicitur *quandiu apud Ecclesias, aut Dioceses suas vere, & personaliter residerint dumtaxat*, Barbofa *cit. allegat. 53. n. 34.* La Croix *loc. cit. num. 478.* Garcias, Castropal. & alii passim. Imo ut ei profit Alternativa, debet eam acceptare, dum manet in propria Civitate, vel Diocesi, nec potest instare pro tali acceptatione, dum reperitur præsens in Romana Curia: sed oportet quod prius vadat, & redeat ad suam Diocesim, indeque Litteras acceptationis ad Datariam transmittat; Corradus *cit. lib. 3. cap. 6. num. 16.* ubi dicit, non semel visum fuisse denegari talem Gratiam Episcopi in Curia Romana presentibus eam petentibus; *arg. cit. Regula nona, alias octava, Cancellaria*, quæ expresse requirit ut Litteræ talis acceptationis sint datæ in sua propria Civitate, vel Diocesi, ibi: *In sua quisque Civitate, vel Diocesi datas declarare.* Et ratio est, quia cum concessio talis Alternativæ fiat ad hoc, ut Episcopi alliciantur ad residendum in suis Civitatibus, vel Diocesibus, proinde vult Papa, quod hujusmodi residentia incipiat ab acceptatione Alternativæ, & quod Litteræ prædictæ acceptationis dentur in propria Civitate, vel Diocesi, alias autem nihil fiat, Gonzalez *ad dictam Regulam 8. Gloss. 62. num. 20.* Corrad. *loc. cit. num. 16.* Garcias, Castrop. & alii.

Alternativa conceditur solis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, non autem Prælati, & Collatoribus inferioribus, nec Cathedrali Capitulo; Rota in *Salamantina Alternativa 22. Octobris 1581. cor. Robusterio*, Card. de Luca *de Benefic. disc. 93. num. 12. & in Summario num. 100.* Leuren. *quest. 570.* Garcias *part. 5. cap. 1. num. 683. & sequent.* Riccius in *praxi part. 3. resolut. 4. & 5. Coccin. dec. 51.* Gonzal. Castrop. cum la Croix *loc. cit. num. 480.* Et hoc non solum colligitur ex littera Regulæ 9. alias 8. quæ loquitur tantum de ipsis, sed etiam ex ratione, quæ fuit ejus causa, alliciendo scilicet Episcopos ad residentiam, quæ ratio non adeo in Prælati inferioribus desideratur, neque Capitulis congruit. Alternativa concessa Episcopo residenti comprehendit Beneficia tam intra, quam extra suam Diocesim existentia, dummodo collatio ad eum spectet, Rota *part. 15. decis. 291. n. 8. cum sequent.*

Alternativa habet locum solum in Beneficiis, quæ sunt liberæ collationis Episcopi; Sic expresse ipsamet Regula 9. alias 8. Cancellariæ per verba mox citanda. Rota recent. *part. 10. decis. 299. num. 3. part. 4. tom. 2. decis. 247. num. 2. part. 10. decis. 299. num. 11. part. 11. decis. 319. num. 3. part. 13. dec. 127. num. 9. part. 15. decis. 30. num. 12.* Card. de Luca *de Benefic. disc. 5. sub num. 8. & seq. disc. 17. num. 4. disc. 18. num. 2. & 10. & disc. 93. num. 4.* Antonell. *loc. cit. num. 32.* Gonzalez, Garcias, Castropal. Leurenus cum La Croix *loc. cit. num. 480.* & alii passim. Non autem in Beneficiis, quæ non sunt liberæ, sed simultaneæ collationis Episcopi cum Capitulo, aut ad præsentationem, electionem, seu de consilio, consensu, vel interventu Capituli, vel aliorum; Habetur expresse ex verbis dictæ Regulæ 9. alias 8. Cancellariæ, ibi: *Ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitularium, vel aliorum*

aliorum, aut alias pertinentibus. Rota part. 3. decis. 683. n. 1. decis. 686. num. 4. part. 4. tom. 1. decis. 245. num. 1. decis. 336. num. 3. part. 10. decis. 49. num. 1. & 14. decis. 299. num. 15. & 19. part. 18. tom. 2. decis. 635. num. 3. & 5. part. 19. tom. 1. decis. 274. num. 8. Et sic communis Doctorum cum supra citatis.

34 Si autem collatio Beneficiorum pertinentium ad Episcopum una simul cum Capitulo, vel cum aliis, ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno, juxta Clementin. 2. & ibi Gloss in verbis alternis vicibus, de Jure patron. poterit Episcopus uti Alternativa in dictis Beneficiis vacantibus in anno, vel turno suo, & in mensē alternato. Rota in Salamantina Alternativa 22. Octob. 1581. coram Robustero, Garcias de Beneficiis part. 5. cap. 1. num. 726. ubi dicitur hoc procedere etiam si concordia non sit confirmata, Antonell. loc. cit. num. 35. Leurenus quest. 582. La Croix loc. cit. num. 480. & alii; & ratio est, quia Beneficia stante hujusmodi concordia, & turno dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non una cum Capitulo seu cum aliis; totum enim Jus conferendi pro illa vice censetur translatum ex vi concordie in illum solum, qui est in turno, & non dicitur divisius usus tantum, sed totum Jus conferendi est penes ipsum solum, etiam Jure proprio, & non jure communi. Tum quia Alternativa est favorabilis, & consequenter late interpretanda in favorem Episcoporum; arg. cap. Odis 15. de Regul. Juris in 6. ibi: Favores convenit ampliari; & ex cap. Olim 16. de verb. signifi. Beneficia Principum sunt largissime interpretanda.

35 Episcopus potest uti Alternativa, quamvis collatio pro certo genere Personarum fuerit restricta. Rota part. 10. decis. 279. num. 18. Non enim collationis libertas ad effectum Alternativæ excluditur eo quod Episcopus teneatur conferre certo generi Personarum. Rota part. 2. decis. 600. num. 5. Card. de Luca de Benefic. discept. 93. num. 5. Gonzalez, Garcias, La Croix loc. cit. num. 480. Item potest Episcopus uti Alternativa etiam in Parochialibus, licet in ipsarum collatione requiratur examen, & Examinatorum approbatio, cum nihilominus solus Episcopus dicatur conferre. Rota part. 2. decis. 600. num. 10. Leurenus quest. 581. La Croix loc. cit. num. 480. & alii; Non enim impeditur Alternativa, ex eo quod collatio fieri debeat cum approbatione, & testimonio alicujus, quia nihilominus dicitur libera. Rota ibid. numer. 10. Item potest Episcopus uti Alternativa pro Beneficiis in posterum vacaturis, non autem pro medio tempore vacatis inter unam, & alteram Alternativam; Rota part. 19. tom. 1. decis. 76. num. 9. ubi decidit, non posse Episcopum pro Beneficiis vacatis post expiratam primam Alternativam ex morte Pontificis, qui eam concesserat, uti alia Alternativa obtenta a Successore Pontifice, sed ista nova Alternativa posse solummodo uti pro Beneficiis in posterum vacaturis.

36 Alternativa ex simplici facultate optandi Canonice concessa, ceteris deficientibus requisitis non cessat, quia quando factum positivum, vel consilium, aut consensus alterius personæ non debet intervenire in ipsa collatione, sed simpliciter Ordinarius aditringitur Beneficium conferre optanti, vel digniori, aut habenti certam qualitatem, tunc ad effectum Alternativæ collatio Episcopi adhuc dicitur libera, cum limitatum tantum, & restrictum sit Jus conferendi passivum, non autem activum, quod penes ipsum remanet absolutum, & liberum, dum solus confert privative quoad omnes. Rota part. 13. decis. 127. num. 10. & 11. Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 45. num. 19. cum quatuor sequentibus, ubi sub numer. 23. specialiter loquitur de optime. Garcias de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 476. & alii. Cum enim Episcopus solus conferat, nullum respectu Alternativæ adeit impedimentum, licet in cui dando non sit absoluta potestas, & Beneficium cuiquam conferre non possit, Rota cit. num. 12. & 13. Gonzalez, & Garcias loc. cit. & alii. Cessat tamen Alternativa stante statuto per Papam confirmato; in quo non solum datur facultas optandi, sed expresse disponitur optionem habere vim validæ collationis, & provisionis. Rota cit. part. 13. dec. 127. num. 14. ubi citat aliam decisionem in Urgellen. Sacristæ 3. Junii 1624. coram Patriarcha Manzanedo, & aliam in Messanen. Decanatus 1. Februarii 1641. cor. Dumozetto.

37 Exclusa censetur Alternativa ex quasi possessione Episcopi libere conferendi Beneficia. Rota part. 10. decis. 49. num. 21. Secus vero si Episcopus non sit in hac quasi possessione, etiam si bonum Jus foveat super proprietate. Rota part. 15. decis. 30. num. 13. Adeoque quasi possessio conferendi Beneficia sufficit ad excludendam Alternativam, quando lis inter Epi-

scopum, & Capitulum, sed inter provisos. Rota part. 10. decis. 49. num. 4. Quando unus est provisos ab Episcopo, qui dicitur residere, & alter est provisos a Papa, quia Episcopus negatur residere, tunc provisos ab Episcopo incumbit probare, quod Episcopus vere residet; Cum enim velit gaudere privilegio residentie, tenetur eam probare. Gonzal. Garcias, Caltrop. De Luca, Leuren. cum La Croix loc. cit. num. 482. & alii passim.

Alternativa expirat per mortem Papæ concedentis, & per mortem Episcopi, cui fuit concessa, non enim transit ad successores. Rota part. 19. tom. 1. decis. 76. num. 7. La Croix loc. cit. num. 483. Leurenus, & alii communiter. Item expirat per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam. Card. de Luca de Benefic. disc. 93. num. 22. La Croix loc. cit. num. 483. & communis aliorum. Item expirat statim ac declaratur Episcopus scienter, & malitiose sese intromisisse in mentes Papales, & in Beneficia aliorum dispositioni, aut Sedi Apotolicae alias quomodolibet reservata, vel affecta; aut impedivisse provisiones Papales: Habetur sic expresse sancitum in dicta Regula 9. alias 8. Cancellarie, & tenet communis Doctorum. Item expirat quando Episcopus renunciat, & renunciatio est acceptata a Papa: Habetur expresse in cit. Regula 9. alias 8. & tenet communis Doctorum cum Rot. part. 11. decis. 108. ubi dicit quod quando conceditur Alternativæ dissolutio, nihil aliud agitur, nisi acceptationem semel factam cancellare, atque cassare ex libro Datarie, in quo describi solet, adnotando in margine acceptationis diem, mensē, & annum, quo fuit dissoluta.

Novæ additiones ex aliena manu.

Refert Auctor alternativæ originem cum P. Corradi ad annum 1447. Sed confundit Regulam mensium cum alternativa: illa enim ortum habuit dicto anno sub Nicolao V. Hæc vero indulgeri cepit sub Paulo II. circa annum 1470. Confer Riganti in Com. in 2. P. Regul. IX. Cancell. §. 1. n. 4. & sequ. Merito propterea Lotterius de re benef. lib. 2. quest. 37. n. 10., cavendum esse ait a decis. 196. coram Cavalerio, afferente, tempore Sixti IV. ad Pontificatum assumpti an. 1471. alternativam non adhuc fuisse in usu.

Alternativa proprie gratia non est, sed contractus Pontificem inter & Episcopum, Amyden. de stylo Datar. lib. 1. cap. 29. num. 3., & sequ. Ros. de resid. Episcop. cap. fin. num. 18.

Quamvis ut notat Auctor literæ patentes subscriptæ ab ipso Episcopo, & proprio sigillo munitæ requirantur ad effectum gaudendi Alternativæ, earumque formulam referant Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 62. num. 33., Van-Espen in Jus Eccles. antiq. part. 2. tit. 23., cap. 6. num. 18., aliique; Tamen limitatur primo hæc regula, si facta fuit acceptatio per publicum instrumentum, illudque Dataris admittit: Poterit enim Episcopus hoc in casu uti beneficio alternativæ, Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num. 156., Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap. 6. num. 24., Riganti loc. cit. §. 2. num. 3.

Rursus licet debeant esse subscriptæ ab ipso Episcopo, tamen fuit admissa alternativæ acceptatio, cum subscriptione Vicarii Generalis, nomine Episcopi Chiragra impediti, Gonzalez Gloss. 63. num. 43. Leuren. in For. benef. part. 2. sect. 3. cap. 1. quest. 574. num. 4.

Demum licet debeant esse proprio Episcopi sigillo munitæ, tamen si per Datarium fuerint admittæ, licet non adesse sigillum, adhuc valebit acceptatio. Corrad. lib. 3. cap. 6. num. 24. Riganti loc. cit. num. 5.

Alternativa hæc a Sixti V. tempestate non conceditur (quod etiam observat Auctor) nisi Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis. Hinc si Episcopus, uti Abbas, & possessor Monasterii jus habeat conferendi beneficia a Monasterio dependenter, non potest, in illorum collatione gaudere alternativæ, quia ea non confert, uti Episcopus, sed tamquam Abbas, & Collator inferior, Cardin. de Luca de benef. disc. 93. num. 12. Piton. discept. 95. num. 12.

Sed contrarium locum obtinet, quando Abbatia est incorporata, & subjective unita mensæ Episcopali, Piton. dict. discept. 95. num. 22., Riganti post alios ad d. regul. 9. Cancell. in p. 2. §. 1. num. 16., & Rota a prius decis. recedendo coram Herrera decis. 148. num. 4. & 5. confirmata 6. Maji 1726. cor. Crispolto, 20. Januar. 1727. coram Nunez, & 16. Januarii 1728. coram Corio.

An & quando Alternativa concessa Episcopis, iis suffraganeis, etiam pro beneficiis unitis Sedi Episcopali, ipsisque extra-

diocesim existentibus, plene discutit Rota in Casaragustana Beneficii 17. Martii 1747. coram Clemente.

11 An beneficio alternativæ gaudere possint Prælati inferiores, habentes territorium separatum cum jurisdictione quasi Episcopali? Negativam tuentur Van-Espen in Jus Eccles. univ. part. 2. tit. 23. cap. 6. num. 5., Prosper de Terris. separat. quest. 27. num. 41., & 42. late Piton. discept. Eccles. 95. a num. 24. & sequ. & num. 39. in fine, quos confer.

12 Ut alternativa magis sit Episcopis proficua, quo mensē ab ipsis acceptari debeat? Vide Riganti. ad dict. Regul. 9. Cancell. §. 3.

13 Alternativa, ut innuit Auctor num. 32. habet locum solum in beneficiis, quæ sunt liberæ collationis Episcopi. Beneficium autem liberæ collationis ad hunc effectum dicitur illud, quod excludit factum, seu concursum alterius; nam ubi requiritur electio, præsentatio, nominatio, consensus, consilium, interventus, aut quocumque alio modo dispositio alterius, beneficium non dicitur liberæ collationis; Van-Espen. d. tit. 23. cap. 6. num. 21., Riganti. post alios ad d. Regul. 9. §. 4. num. 5. Et ad hunc effectum magis attenditur quasi possessio, quam proprietates, Gonzalez Gloss. 45. §. 2. per tot. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num. 478. Riganti. loc. mox cit. num. 61. & 7.

14 Quod scribit Auctor num. 34. in beneficiis simultaneæ collationis Episcopi cum Capitulo, si collatio ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata, in suo turno. posse Episcopum gaudere alternativæ: intellige si divisio percutiat substantiam, & proprietatem juris conferendi, nec sufficit, quod inter ipsum & Capitulum divisum fuerit solum exercitium simultaneæ, juxta receptionem sententiam, quam reprobo nominatim Gonzalez, firmant Barbosa Vor. decis. 95. n. 10. & sequ. Piton. de contr. Patron. alleg. 100. num. 17., Riganti. loc. proxime citat. n. 29., & 30.

17 Pariter alienum a vero videtur, quod ait Auctor cit. n. 34.: hoc procedere etiam si concordia non sit confirmata; quia quando concordia super illius divisione inita, aut non fuit per Sedem Apostolicam confirmata, aut confirmata fuit cum clausula salvis Apostolicis reservationibus, tunc nec favore Episcopi locus erit alternativæ in provisione beneficiorum simultaneæ collationis cum Capitulo; confer sæpe laudatum Riganti. d. §. 4. num. 31.

18 Quid autem in terminis optionis, an dicatur beneficium liberæ collationis, quod velle videtur Auctor num. 38., quando debetur optanti? Vide Riganti. ad dict. §. 4. num. 13. & sequ., qui negativam tuetur.

19 Quando divisio simultaneæ collationis inter Episcopum, & Capitulum est facta per menses, & tunc si Episcopo contingant Martius, & September, habet locum alternativæ, scilicet si Junius, & December, quia alias Capitulum amitteret jus conferendi beneficia, in dictis Mensibus vacantia, Garzias de benef. part. 5. cap. 1. num. 711., Riganti. d. §. 4. num. 32.

20 Stante simultaneæ beneficiorum collatione inter Episcopum, & Capitulum, non potest Episcopus ad illius divisionem provocare, & cogere Capitulum invitum ad dividendum, Rota in Hispanen. Divisiois simultaneæ 11. Februarii 1697. coram Muro, & 4. Junii 1700. coram Priol.

21 Episcopo negligente conferre Beneficia in Mensibus alternatis vacantia, devolutio sit immediate ad Papam, Lotterius de re benef. lib. 2. quest. 24. num. 36., Riganti. d. §. 4. n. 46., & sequ.

22 An Episcopus possessor Ecclesiæ, in qua Cardinalis indulto gaudeat conferendi Beneficia in octo Mensibus reservatis, possit vigore alternativæ conferre beneficia in sex mensibus alternatis vacantia? Vide Card. de Luca de Benef. disc. 126. per tot.

23 Quæ, & qualis residentia requiratur, ut suffragetur alternativæ, & quando, & quomodo cesset? Ultra ea, quæ ab Auctore observantur, confer late disputantem Riganti. in d. part. 2. Regul. 9. Cancell. §. 5., & 6.

A L T E R N A T I V A .

Quoad aliqua Miscellanea.

Alternativa, ut verificetur, satis est alteram partem esse veram; Alternativæ enim natura est, ut alterum sufficiat, cap. Inter ceteras 4. de re scriptis, cap. In Alternativis 70. de Regulis Juris in 6. ibi: In alternativis... sufficit alterum adimpleri; l. Si quis ita stipulatus fuerit; & l. Si quis ita Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

stipuletur ff. de verborum obligatione, Rota recent. part. 2. decis. 719. num. 2. part. 6. decis. 285. num. 5. part. 12. dec. 156. num. 5. part. 3. decis. 119. num. 6. & decis. 226. num. 5. & sæpe alibi Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. Inter ceteras 4. de re scriptis num. 2. & lib. 3. in cap. Qualiter 9. de Clericis non resident. num. 32. & alii communiter.

Alternativa regulariter est electionis, non ordinis; sufficit enim ut verificetur, quod altera pars eligatur, & adimpleatur ex supra citatis Juribus, Fagnan. lib. 1. decretal. in cit. cap. Inter ceteras num. 47. & alii passim. Fallit si Alternativa sit posita inter diversas Personas, & in primo nominatis sublit major ratio, quam in posterioribus in secunda parte Alternativæ comprehendis; Tunc enim Alternativa ordinem inducit, non electionem; & ad secundam partem Alternativæ perveniri non debet, nisi in subsidium, & in defectum primæ; Colligitur ex cap. Metropolitanano 09. juncta Glossa in verb. Ex Presbyteris disc. 63. ubi cum jubeatur, ut Metropolitanus defuncto, in ejus locum subrogetur alius ex Presbyteris vel Diaconis, Glossa notat illis verbis esse designatum ordinem, id est ut ex Diaconis Metropolitanus non eligatur, nisi defint Presbyteri. Item probat text. in l. Hæredes mei §. fin. ad Trebell. ubi Fideicommissum relictum alternative nepotibus, vel ceteris cognatis, non debetur ceteris cognatis, donec extant nepotes, qui prædilecti præsumuntur; colligitur etiam ex l. Si fundum sub conditione, §. His verbis ff. de leg. 1. & cap. Mandato de præbend. in 6. & expresse dicit Glossa in cap. In alternativis 70. de Regul. Juris in 6. ibi: Sunt tamen quedam Alternativæ, in quibus debet ordo servari, Fagnan. loc. cit. num. 48. & alii.

In alternativis electio regulariter est debitoris, cap. In alternativis 70. de Regul. Juris in 6. ibi: In alternativis debitoris est electio, l. Plerumque 10. §. final. ff. de Jure Dot. & §. Huic autem qui loco 33. Instit. de Actio. Rota recent. part. 3. decis. 49. num. 2. part. 15. decis. 288. num. 3. part. 17. decis. 83. n. 1. & decis. 122. num. 8. & sæpe alibi, Card. de Luca de locat. disc. 17. sub num. 6. Fagnan. loc. cit. num. 42. & alii passim. Fallit tamen in debitore moroso, vel doloso se gerente, & licet contestante, quo casu dicta electio transfertur in creditorem, Rota part. 17. decis. 88. num. 2. part. 19. tom. 2. decis. 362. num. 9. Item fallit in Legatis alternativis, quorum electio in dubio est Legatarii, Glossa in l. Lucio in verb. Vendicare ff. de legat. 2. Alexand. in l. Qui duos ff. de legat. 1. Imola in cit. cap. Inter ceteras 4. de re scriptis num. 5. Felinus ibid. num. 4. Fagnan. ibid. num. 43. Bald. in d. leg. Lucio, Decius in cit. cap. In alternativis, & alii. Item fallit in penis alternative appositis, quarum electio est Judicis, & non rei, & sic debitoris, Gloss. final. in cap. A crapula de vita, & honestat. Clericorum; quam sequuntur Doctores communiter, teste Fagnano loc. cit. Item fallit quando Alternativa est posita in favorem creditoris, quo casu creditor in ea habet electionem, Rota recent. part. 2. decis. 264. num. 1. part. 17. tom. 2. decis. 215. num. 4.

In alternativa prohibitionem sufficit alterum verificari, ut sit locus pænæ, l. Si quis ita stipulatus in sine ff. de verborum obligatione, Decius in cap. In Alternativis ver. Ad secundam partem appono de Regul. Juris in 6. Fagnan. lib. 4. decretal. in cap. Insinuante 7. Qui Clerici vel vocentes num. 53. & alii. Alternative petens non censetur præcise alterum petere, §. Huic autem, Instit. de actio. Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. Inter ceteras 4. de re scriptis num. 4. & in cap. Super literis 20. tit. eod. num. 36. & alii passim. Obligatus ad duo alternative potest præstare, quod maluerit, ut liberationem consequatur, l. penult. Cod. de condict. indeb. & cap. Referente, de præbend. Gloss. in cit. cap. Inter ceteras in verb. Istorum, quam communiter Doctores recipiunt, teste Fagnano ibid. num. 4.

Alternativa seu Turnus inter Regulares eligendi alternatim modo ex una, modo ex alia Natione Superiores, tum Generales, tum Provinciales, alioque Officiales, an congruat, & liceat nec ne? plene disputatur per Fagnanum in cap. Cui dilectus 8. de consuetudine a num. 37. & per Card. de Luca de Regularibus disc. 3. a num. 9. ubi constituitur regula negativa firmata per Sacram Rotam part. 1. recent. decis. 65. num. 7. & 8. Quod scilicet iste Turnus potius est in Jure prohibitus, & contra naturam electionis, & talis electio est minus tuta, maxime in parvis Religionibus, & Provinciis, ubi Electores ratione talis Alternativæ, seu Turni sapius coguntur neglectis vere dignis, & undequaque Religioni, seu Provinciæ proficuis, eligere minus dignum, & Religioni, seu Provinciæ undequaque inutilem. Sic se docuisse experientiam testatur Fagnanus, qui non erat Regularis; Quid vero testarentur Regulares?

lares hac in die , experientia edocti ? Quum me peritiores , & indequaque expertissimos alloquar , ipsi testentur .

13 Scio tamen , quod electio coarctata ad paucos eligibiles est ipso Jure nulla , ut advertunt Portell. de dub. verb. Election. 4. Lezana quest. Regul. part. 1. cap. 15. num. 11. Barbof. Vor. decis. 35. num. 65. & seq. Sigilimund. a Bononia de elect. dub. 52. Castellin. eod. tract. cap. 3. num. 7. Passarin. eod. tract. cap. 2. num. 12. & 48. Card. de Luca de Canonic. decis. 2. nu. 2. Urfava tom. 3. part. 1. discept. 13. num. 13. & alii passim ; Et ratio est , quia in his casibus magis obligat Lex divina prohibens eligere indignum , quam Lex positiva limitans electionem ad certum genus personarum , ut considerat Passerin. de elect. cap. 2. num. 12. & 48. ubi de restrictione ad quinque Religiosos , & refert ita resolutum a Sac. Congr. Concil. Et Rodriquez qu. Regular. tom. 2. qu. est. 51. art. 11. refert irritationem trium electionum ob paucitatem eligendorum , quem in terminis Alternativæ inter Criollos , & Hispanos refert , & sequitur Solorzan. De sur. Ind. lib. 3. cap. 26. num. 102. & sequent. Et respectu P. Francisci Montani Criolli , electi Provincialis immediate ante P. Martinum de Jxar , resoluit Sac. Cong. Episc. & Regul. in Quinqu. Confirmationis electionis anno 1690. Ponente Card. Carpineo , in qua neglecta fuit dicta Alternativa eodem defectu non probate existentia Hispanorum eligibilium . Sic refert Urfava loc. cit. num. 15.

14 In illis autem Religionibus , & Provinciis , ubi talis Alternativa , pro pace , & quiete , & pro servanda Junitia distributiva legitime introducta , & concessa est , nisi vere deficerent Religiosi habiles , & capaces , est omnino servanda , alias electio esset nulla ex adductis per Passerin. de elect. cap. 2. num. 6. Castellin. eod. tract. cap. 11. num. 31. per Urfavam tom. 3. part. 2. discep. 15. num. 111. & alios passim ; & servandam esse respondit novissime Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Hydruntina pro Reformatis die 29. Aprilis 1712. in qua propositis tribus sequentibus dubiis a Cardin. S. Clementis fuerunt resoluta ut sequitur .

Dub. I. An sit servanda Alternativa , seu concordia in Provincia S. Nicolai de anno 1690. seu potius sit exequendum Laudum in casu ?
Dub. II. An dicta Provincia sit realiter dividenda in duas partes , & quatenus affirmative ?
Dub. III. An sit distribuenda in tres districtus in casu &c.
Ad primum Affirmative , quoad primam partem , Negative quoad secundam , & amplius .
In reliquis provisum in primo .

15 Ad hoc vero , ut Alternativa legitime introducat , debet concedi a S. Sede , vel fulciri ejus speciali auctoritate , prout fufe ex multis ostendit Petrus de Baifio in suo directorio electiois , quem citat , & sequitur Donatus Rer. Regular. prax. tom. 2. quest. 32. num. 2. & alii ; Et sic a Leone X. in Bulla Unionis fuit concessa Alternativa Ordini Minorum de Observantia pro eligendo Ministro Generali alternatim , modo ex Familia Ultramontana , modo ex Familia Cisimontana ; Et in hac Cisimontana Familia ab Alexandro VII. sub die 30. Augusti 1664. in Brevis incip. illius , qui Charitas est , & ab Innocentio XI. sub die 3. Junii 1688. in Brevis incip. Inter gravissima , fuit stabilita Alternativa pro eligendo Commissario Generali alternatim uno triennio ex Reformatis , & altero triennio ex Observantibus . Et die 10. Maii 1706. a Congregatione particulari deputata a Sanctissimo , a quo fuerat ultra sexennium prorogatum Capitulum Generale , fuit resolutum , ut interim , ne violaretur Alternativa , duo eligerentur Vicecommissarii Generales , unus pro Observantibus , alter pro Reformatis , effectum subsecuto ex Sanctissimi approbatione , & electione dictorum duorum Vicecommissarior. Generalium , scilicet P. Coelestini a Mediolano pro Observantibus , & P. Antonii a Monte Bufio pro Reformatis ; Et sic saepe saepius fuit a Sancta Sede concessa Alternativa aliis Religionibus , & varijs particularibus Provinciis .

16 An autem talis Alternativa concedi , seu demandari possit a Capitulis Generalibus ? respondendum est cum distinctione ; Aut consentiant Patres habentes Jus , & Interesse in electionibus & tunc fieri potest , ea ratione , quia eadem Partes possunt proprio Juri renunciare . Aut vero Partes non sunt concordantes , & tunc illa demandari non potest a Capitulis Generalibus . Ita Passerin. de elect. cap. 2. num. 61. Urfava tom. 3. part. 2. discept. 15. num. 113. & alii . Nisi forte Capitula Generalia ipsam concederent , aut demandarent ex permissione , & approbatione Sedis Apostolicæ , ex cujus permissione , & approbatione , ita possent Capitula Generalia in Ordine Prædi-

catorum testatur Donatus loc. cit. num. 2. ejusdem Inclyti Ordinis Sapiientissimus Filius .

Pro Ordine Minorum de Observantia in Capitulo Gener. Mediolani celebrato 1729. 4. Junii in Conventu S. Angeli , (cui interfui & ego ut quamvis immerito , Provincialis ,) fuit statutum ut sequitur , ibi num. 44. In Provincijs habentibus ex auctoritate legitima Alternativam , statuitur , ut desiciente in Definitorio aliquo Patre , non subrogetur loco ipsius Pater dignior Provinciae , sed dignior illius partis , in qua defectio accidit .

Novæ additiones ex aliena manu .

Defuncto Commissario Generali Patrum Minorum Observantium , & Reformatorum , num Vice-Commissarius eligendus sit ex illa ipsa familia , cujus erat defunctus Commissarius Generalis , vigore Alternativæ , in dicto ordine vigens , consule Lanfredinum respon. Eccles. 38. per tot.

Plura alia afferri hic possent , sed magis congruum ducimus de iis suis locis differere .

AMPHIBOLOGIA . Vide verb. Accusatus a num. 31. ad & verb. Juramentum art. 1. a num. 23. ad 25 ac verb. Restrictio mentalis per tot ; ac verb. Virtus a num. 34. ad 75.

A N I M A .

ANIMA rationalis , seu intellectiva per se est forma hominis ; Contrarium est heresis , Clement. 1. de fide Catholica , Conc. Viennens. Generale 15. §. porro ; ubi fuit sic definitum præcisus his verbis ; quod quisquis deinceps avertere , defendere , seu tenere pertinaciter presumpsit , quod anima rationalis , seu intellectiva non sit forma corporis humani per se , & essentialiter , tamquam hereticus sit censendus . Anima rationalis , seu intellectiva est immortalis , & contrarium asserens est hereticus , ut habetur ex pluribus Sacre Scripturæ locis , sed præcipue Matthæi 10. ex verbis Christi ; Nolite timere , qui occidunt corpus , animam autem non possunt occidere , sed eum timere , qui potest animam , & corpus in gehennam perdere , ex quo præcipue loco statuit Ecclesia in Concilio Lateranensi sub Leone V. sess. 8. immortalitatem animæ firma Fide tenendam esse , & omnes , qui eam mortalem asserunt , tamquam hereticos damnandos his verbis : Damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse , & hoc in dubium vertentes , cum illa non solum vere , & per se , & essentialiter humani corporis forma existat , verum & immortalis , quod manifeste constat ex Evangelio . Anima rationalis non est ex substantia Dei , & hoc asserens est hereticus , sicut Manichæus , & Priscillianus , Conc. Bracharen. 1. cap. 5. Nec simul cum carne nascitur per Adamum , ut multi Sancti Patres antiqui dubitarunt , & dixerunt esse rem insolubilem in hac vita , ut colligitur ex Gregor. I. lib. 7. ex regul. cap. 54. his præcisus verbis : De origine animæ inter Sanctos Patres requiritur non parva versata est , sed utrum ipsa ab Adam descenderit , an certe singulis detur , incertum remansit , eamque in hac vita insolubilem fassi sunt . Gravis eniç est questio , ne valet ab homine comprehendere , quia si de Adam sustantia anima cum carne nascitur , cur non etiam cum carne moritur ? Si vero cum carne non nascitur , cur in ea carne , que de Adam prolata est , obligatis peccatis tenetur ? sed cum hoc sit incertum &c. Sed est certum . & firmum , quod a Deo creatur , ut statuit credendum esse Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. cap. 1. de Fide , & summa Trinitate .

Animæ hominum non fuerunt omnes creatæ in principio Mundi ; Leo I. epist. 39. cap. 10. Concil. Constantinop. 3. general. 6. actio. 11. Nec antequam unicum corpori iunt creatæ extra , & contrarium asserens est hereticus ; Concil. Bracharen. 1. cap. 6. Nec sunt duæ animæ in uno nomine , & contrarium asserens est anathema ; Concil. Constantinop. 4. general. 8. cap. 10. Nec est una anima in hominibus , sed in quolibet est propria , & contrarium asserens est hereticus ; Leo X. Const. 4. incipient. Apostolici . Et ista anima infunditur , & multiplicatur ad multiplicationem corporum , & contrarium asserens est hereticus ; Concilium Lateranense V. sessio. 8.

Animæ mortuorum non vident ea , quæ apud nos geruntur , & quæ nobis bona , malave accidunt suapte ingenio minime assequuntur . Tribus autem modis ea scire possunt , scilicet , aut divino Spiritu eas illustrante , aut Beatis Angelis , qui rebus nostris præsto sunt , indicantibus , aut aliis animabus , quæ ad eadem

eadem loca demigrant , Deo permittente , nunciantibus . Sic expresse D. Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda c. 13. 14 15. 16. & lib. de anima , & Spiritu cap. 29. Et quod animabus beatis nostræ preces sunt notæ , inficiari non possumus , vel ad eas deferentibus Angelis Sanctis , ut significat D. Dionysius in 2. cap. Celest. Hierarch. vel in Verbo videntibus , ut placet D. Gregorio l. 12. moral. cap. 13. quem citat , & sequitur D. Thomas 2. 2. q. 83. art. 4. nam de rebus nostris in Verbo vident ea , quæ eos decet videre , ut ibi inquit idem S. Thomas , & tenent S. Bonaventura , Scotus ; & alii passim . Animæ , quæ sine peccato post Baptismum separantur a corpore , celo recipiuntur ; Sic etiam animæ , quæ pœnas condignas pro peccatis solverunt , sive in corpore , sive in Purgatorio ; Conc. Florent. sess. ultim. in Litteris unionis .

15 In Purgatorio patiuntur pœnas , quibus debuerant in vita satisficere ; Idem Concil. ibid. In Purgatorio juvantur suffragiis Fidelium , ut Missis , orationibus , Indulgentiis , & alijs , quæ fieri solent pro eis per Ecclesiam ; Idem Concilium ibid. 17 Post Purgatorium in Cœlum ascendunt , & ibi vident Deum sicuti est ; Idem Concil. ibid. Animæ vero , quæ cum peccato mortali decedunt , in Infernum descendunt , & ibi dispares pœnas patiuntur pro disparitate culparum , Idem Conc. Florent. 18 ibid. Animæ , quæ sicut in Purgatorio sunt securæ de sua salute , 19 Leo X. in Bulla contra Lutherum . In Purgatorio non iunt amplius in statu merendi , Idem ibid. Ipse Animæ quærentes requiem , & horrentes pœnas non peccant , Idem ibid. Liberatæ a pœnis per suffragia Fidelium dum in Cœlum recipiuntur , non minus beantur , quam si per se ipsas satisficissent pro illis pœnis , Idem ibid. 22 Animæ in Purgatorio existentes an possint pro nobis orare , vel aliquid de congruo mereri , vel impetrare ? duæ sunt opinioniones . Prima est S. Thomæ 2. 2. q. 83. art. 11. ad 3. & in 4. dist. 15. q. 4. art. 5. q. 2. ad 2. Alexand. part. 4. q. 26. n. 3. art. 4. ad 4. Azorij Institut. moral. part. 1. lib. 9. cap. 10. q. 12. & plurimum aliorum dicentium , eas non posse pro nobis orare , nec aliquid nobis mereri , vel impetrare . Et ratio est , dicunt ipsi , quia Animæ Purgatorii non sunt in statu orandi pro alijs , & aliquid impetrandi , sed potius in statu , ut oretur pro illis , quam ut ipse orent pro alijs , sunt enim debitrices , & in carcere propter debita propria . Tum quia cum adhuc Deum non videant , non possunt cognoscere , quæ nos hic facimus ; aut cogitamus , nec quibus indigemus , nam ut ait D. Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda c. 13. mortui ignorant , quæ nos hic agimus , adeoque frustra orarentur a nobis , cum nostras orationes cognoscere nequeant . Secunda sententia est Bellarmini lib. 2. de Purgatorio cap. 15. Suarez disp. 42. sect. 2. num. 9. Fabri Faventini in 4. sentent. dist. 19. disp. 36. q. unica num. 105. Mastrii in Theologia Morali disp. 24. q. 2. art. 3. n. 42. de Purgatorio , Astesani lib. 3. tit. 38. art. 1. Brancati disp. 26. art. 8. Ricardi in 4. dist. 45. art. ultim. quest. 2. & 3. Soti in 4. dist. 45. q. 3. art. 1. Valentia , Medina , & plurimum aliorum cum la Croix lib. 6. part. 2. num. 1337. volentium Animas Purgatorii posse pro nobis orare , & aliquid nobis de congruo mereri , vel impetrare . Et ratio est , quia animæ Purgatorii iunt Sanctæ , & Deo caræ , & quamvis ab ipso affligantur , non tamen affliguntur tamquam ab inimico , sed tamquam a iusto Iudice , & Patre benigno , Cum igitur nos ex charitate diligant , & sint gratissimæ in recompensatione orationum . aliorumque bonorum operum . quæ in earum suffragium a nobis fiunt , pie , & rationabiliter credendum est eas pro nobis orare , Eo vel maxime quod innumera beneficia referantur passim a scriptoribus ab Animabus Purgatorii præstita suis devotis statim ac fuerunt rogatæ .

23 Nec valet dicere , quod ipse non possunt scire orationes nostras , aliaque bona opera in earum suffragium facta , nec cognoscere indigentias nostras . Non valet , inquam , quia licet hæc scire nequeant ex se ipsis , possunt tamen intelligere ex relatione animarum , quæ ex vivis ad illas accedunt , ut docet S. Augustinus loc. cit. & ex Sanctis Angelis , qui sine dubio res nostras cognoscunt , ut S. Augustinus ibid. probat , vel ex alio Dei munere , & adiutorio , cap. Favendum est 29. caus. 13. quest. 2. Ex 2. enim Machabæorum cap. ult. habetur , quod Onias , & Hieremias in Limbo orabant pro viventibus , & pro sancta Civitate , & tamen nec illi videbant indigentias viventium , & sanctæ Civitatis .

24 Nec valet etiam dicere , quod Animæ Purgatorii sint debitrices , & in carcere propter debita propria . ibique maximis tormentis afficiantur , adeoque non posse pro nobis orare , sed potius indigere , ut pro ipsis oretur . Non valet , inquam ,

quia etiam nos debitores sumus , & tamen pro alijs oramus , & quamvis sint debitrices , & in carcere , hoc tamen non obstante iunt in gratia , & gratæ Deo , & ideo possunt pro nobis orare . Nec facit , quod ibi maximis tormentis afficiantur , quia , ut notat Bellarminus loco citato , Dives in Inferno orabat pro Fratribus suis ! Luc. 16. & tamen erat in tormentis maioribus , quam sint animæ in Purgatorio , Et Martyres in hoc mundo in tormentis constituti orabant pro se , & alijs , ut patet de Sancto Stephano Actor. 7. Tum quia animæ Paichalii , & S. Severini licet in pœnis Purgatorii adhuc existerent , tamen miracula operabantur , ut referunt S. Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 4. & S. Petrus Damianus in Epistola de miraculis sui temporis , adeoque possunt a fortiori orare pro nobis .

Nec valet tandem dicere , quod ipse non possunt pro nobis orare , & intercedere , seu aliquid impetrare , quia iunt nobis inferiores . Non valet , inquam , quia animæ Purgatorii , quamvis nobis sint inferiores ratione pœnarum , tamen iunt superiores ratione gratiæ , & Charitatis , in qua jam confirmatæ sunt . Tum quia in hoc mundo nos oramus pro Episcopis , & Summis Pontificibus , qui iunt nobis superiores , & etiam oramus pro illis , quos non dubitamus esse sanctiores , sicut orabant Christiani olim pro Apostolo Paulo , qui eorum orationes petebat , ad Rom. 15. & alibi .

Licet animæ in gratia decedentes non recipi in Beatitudinem nisi post diem Iudicii aliqui docuerint , & varii dicant , huius sententiæ fuisse etiam Joannem XXII. tamen ipsum fuisse sententiæ contrariæ ostenditur , Primo auctoritate Doctorum Parisiensium , qui eodem anno , quo illam opinionem erroneam damnarunt , palam professi sunt eam sententiam a Pontifice productam esse , non quod veram crederet ; sed solum indaganda veritatis gratia , præcisus his verbis : Advertentesque , quod multorum in fide dignorum relatione audivimus , quod quidam in hac materia sua Sanctitas dixit , non aliterendo , seu opinando protulit , sed solummodo recitando . Sic Spondanus ad annum 1334. Histor. univers. Parisiens. ad eximium annum , Natalis Alexand. secul. 14. disp. 11. artic. 2. juven. dist. 4. cap. 2. & Card. Petra in Constitut. 4. Benedict. XII. num. 12. Secundo ex verbis ipsiusmet Pontificis in Epistola ad Philipp.

25 Valet Regem : Adhuc in iisdem Litteris Regiis vidimus concludi , quod a pluribus dicebatur , quod Nos miseramus Generalium Generalem Minorum Parisios ad docendam , & prædicandam , quod anima separata a corpore , & a panis purgata divinam essentiam usque post resurrectionem corporum non videbunt ; ad quod dicimus , ut asserimus coram Deo , quod nunquam hoc cor nostrum intravit , nec exiit ab ore , Sic Wading. in quest. ad annum 1333. Card. Petra ubi supra num. 13. & hanc fuisse suam mentem clarius constat ex alijs ipsius Pontificis verbis in Epistola relata a Guarnieri l. 2. de Ecclesia militante cap. 22. num. 130. Ecce , ait Pontifex , ecce quod nostram intentionem , quam circa statum animarum habemus , & habuimus , serie præsentium declaramus : Facemur siquidem , & credimus , quod anima purgata separata a corporibus sint in Cælo , Cælorum regno , & Paradiso cum Christo in consorcio Angelorum congregatæ , & vident Deum facie ad faciem , & Divinam essentiam clare in quantum condicio , & status patitur animæ separata . Mattheucci , controverf. 6. cap. 4. num. 59. & Joannes Villanus lib. 11. cap. 9. dicit intellexisse ex fratre suo , qui in Palatio ipsius Joannis XXII. commorabatur , ipsum Pontificem die 3. Decembris 1334. palam professum fuisse hanc sententiam se habere , & antehac se habuisse , & sic Maimburgus ipse lib. 6. de Imperii occasu , Wading. & Card. Petra loc. cit. n. 13. 30. & sic ex Bulla Canonizationis S. Ludovici Episcopi Tolosani incip. Sol oriens in § 18. expresse dicit : Tandem gloriosam resolutus in mortem , qui hic vivus ambulavit in innocencia a medio domus sue ad Deum suum contemplandum in gaudio facie revelata (nota) in sua innocencia est ingressus ; & similia habet in Bulla Canonizationis S. Thomæ de Aquino incip. Redemptionem . in qua apertissime proficitur , Cælum credentibus , & humilibus patere . A Christo in Cælos ascendente reserantur dudum clausam in se credentibus januam Paradisi . Ipsum Sanctum Thomam devisio , triumphatoque mundo in perpetuas æternitates receptum in patria ejus animam Cælum possidere ; Et pariformia habet etiam in Bulla Canonizationis S. Thomæ Herfordiensis Episcopi inc. unigenitus . ex quibus omnibus clarissime patet , fuisse Joannem XXII. sententiæ contrariæ , cum nullimode potuisset ita loqui , si Beatitudinem Sanctorum ad extremum usque Iudicii diem differit credidisset .

Animas iustorum ante diem Iudicii visuras esse intuitive Deum

Deum post purgatam poenam, si cum aliquo reatu ex hac vita decesserint, expresse definit Benedictus XII. in sua Constit. incip. *Benedictus Deus*, præcis his verbis: *Definimus quod secundum communem Dei ordinationem Animæ Sanctorum omnium mox post mortem suam, & purgationem præfatam in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant, etiam ante resurrectionem suorum corporum, & iudicium generale post Assumptionem Domini Nostri Iesu Christi in Cælum fuerunt, sunt, & erunt in Cælo Calorum regno, & Paradiso Cælesti cum Christo, Sanctorum Angelorum consortio aggregata, & post Christi Iesu passionem, & mortem videntur, & vident, & videbunt divinam essentiam immediate se bene, & clare, & aperte illis ostendentem, & quod nihilominus in die iudicii omnes homines ante Tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de factis propriis rationem, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum.* Quod autem hoc non determinavit Joannes XXII. est, quia cum ad decisionem se præpararet, fuit morte præventus, ut testatur idem Benedictus XII. in cit. Constit. *Benedictus Deus*, his verbis, *Cumque idem Prædecessor noster, ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad decisionem se pararet, tamen morte præventus, sicut Domino placuit, perficere illud nequivit.*

ANNIVERSARIUM.

- 1 **A**niversarium secundum Gloss. in cap. cum creatura de celebratione Missarum dicitur quod pro Defuncto fit anno revoluto a die mortis sue. Unde in communi, & stricto sensu sumitur anniversarium pro onere, seu adimplemento oneris impositi ad suffragia singulis annis pro defunctis impartienda eorum anni die, qua accidit, recurrit mors Inhiutoris. Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum, cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari etiam ipsorum obitus dies incidit in Festum duplex majus, ut decrevit Sac. Congr. Rit. 22. Novemb. 1664. & Alex. VII. 22. Jan. 1667. in decreto incip. *Credita*. Advertendum hic tamen est, quod Decretum loquitur de Anniversariis, & Missis cantandis ex dispositione Testatorum, non autem ad placitum vivorum. Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ certo die dici debent, ut die tertia, septima, & trigesima, eo impedito transferri possunt in sequentem diem, *Sacra Rit. Congreg. 27. Septembris 1607. & 19. Maji 1614.* Certius autem, Raymundus, & la Croix lib. 6. part. 2. num. 510. recte dicunt anticipari posse, ut citius succurratur Defunctis. Unde clare, & patet, nullimode cani posse Missas de Requiem ad solum placitum vivorum in duplicibus, & quandocumque est Officium excludens duplicia; cum possit sic satisfieri eorum piæ voluntati, & petitioni, vel anticipando, vel transferendo in diem non impeditam, ne violentur Rubricæ, & decreta hoc ventantia.
- 2 Habens injunctum onus faciendi celebrari Anniversarium, quindecim V. G. vel viginti Missarum pro anima Fundatoris, non tenetur celebrari facere Missam cantatam, quia nisi aliud exprimat in fundatione, tale Anniversarium intelligitur de quindecim, vel viginti Missis privatis eadem Anniversaria die celebrandis in loco Hæredi, seu Beneficiario benivolenti. *Sac. Congreg. Concil. in Placentina 3. Januarii 1691.* Ipsæ tamen Missæ privatæ, licet legatæ de mente Testatoris, nequeunt dici & legi de Requiem, si ejus dies Anniversaria incidat in duplici, & quandocumque est officium, excludens duplicia, *Sac. Cong. 28. Augusti 1627. & 21. Junii 1670.*
- 3 Anniversarium ordinatum a Testatore pro anima sua sine declaratione, an pro unica vice, vel an in perpetuum, præsumendum est pro perpetuo, quia in dispositione indefinita, quando dispositum est iterabile, non intelligitur de unica vice, per textum in *leg. cum quidam, ff. de ann. legat. prout explicat Cumanus in leg. eum qui Kalendis in princip. de verb. significacione*; sed dies Anniversaria recipit reiterationem, ut eleganter tenet Lancellotus *decis. in dist. leg. cum quidam*, & Barbosa in *leg. divorzio, §. quod in annuo 11. ff. solut. Matrimon.* Anniversarium enim secundum communem conceptum non restringitur ad unum annum, ut dicit Perez de *Annivers. & Capell. lib. 1. & 3. numer. 13.* Et ad hoc facit textus in *l. Anna 20. §. atria, ff. de annis legat.* ubi cum Atria dispositisset, ut ex redditu cœnaculi, & horrei sui post ejus obitum daretur quædam summa Sacerdoti, aliisque ministris in die nundinarum, quas ibi posuit, responsum fuit, quod illa summa non semel tantum, sed in perpetuum danda esset. Et etiam textus in *l. Defuncta in fin. ff. de usufructu*, ubi cum esset le-

gata sexta pars fructuum oleris, quam Testator habebat in agro, responsum fuit, non pro anno, sed quotannis intelligi relictum. Sic Perez de *Annivers. & Capellan. lib. 1. cap. 3. num. 9. & seq. per tot.* & alii plures ab ipso cit. cum Rosignol. de *Eucharist. quest. 23. art. 3. num. 3.*

Onera in fundo imposita pro Anniversariis transeunt cum eodem fundo, quia Testator, ex quo fundum illum assignavit pro onere Anniversarii, ut ex ejus fructibus, seu redditibus onus ejusdem persolvatur quotannis, intelligitur ipsum fundum obligasse, per illam enim assignationem talis fundi quodammodo separavit ipsum fundum a cætero corpore suorum bonorum, seu suæ hereditatis, ut firmiori vinculo dilaberetur; & patet a pari, quia quando Testator assignat determinatum fundum pro alimentis alicui præstandis, tunc fundus ille intelligitur hypothecatus pro eisdem alimentis, ut notat Glossa in *leg. Lucius, de aliment. Legat. textus in leg. 2. ff. eodem titul.* adeoque idem dicendum est, quando assignatur fundus pro Anniversariis, ut expresse tenet Guido Papa *decis. 576.* Salazar de *usu, & consuetudine cap. 21. num. 34.* Tiraquel. Petrus, Jacobus, Mascardus, Rosignol. & alii passim.

Anniversarium relictum a Testatore, ut celebretur pro anima sua in Ecclesia, in qua statuit sepeliri, cessat si Testator culpabiliter se ipsum occiderit, aut in puteum se projecerit, *cap. Pro obeuntibus 13. quest. 2.* ubi pro impiis, qualis esset, qui culpabiliter se interficeret, expresse prohibetur orari his verbis: *Non tamen pro impiis, quamvis Christiani fuerint, tale quid agere licebit;* ex quo autem per hanc sanctionem Gregorii Papæ oritur prohibitio orandi, & adimplendi Legatum, Legatum ipsum definit per textum in *leg. cum tale §. falsam, ff. de condit. & demonst. & leg. si quis ita legaverit §. fin. ff. de adimen. leg. Sic Perez de *Annivers. & Capell. lib. 1. cap. 11. fere per totum*, Turcremata, Covarruvias, Menochius, Rosignolus, ut alii passim. Si autem Anniversarium fuerit ordinatum a Testatore pro sua anima & animabus suorum, non cessat, quamvis Testator culpabiliter se ipsum occiderit, quia licet tale Anniversarium non possit consequi effectum in favorem Testatoris, qui se ipsum culpabiliter occidit, potest tamen consequi in favorem aliorum, in quorum suffragium est institutum, in hac enim, & simili dispositione æque principaliter veniunt suffragia pro animabus suorum, nec sunt ita necessario connexa suffragia pro animabus suorum cum suffragiis pro anima sua, ut illis cessantibus, debeant etiam illa cessare, sicuti illa non cessarent, etiam si certo contaret, Testatorem suffragiis non amplius pro se ipso indigere, ex quo certo sciretur ipsum jam esse in Gloria perfectæ beatum.*

Anniversaria non fixa, & alia similia, quæ ex expressa voluntate Testatorum, & Fundatorum prohibentur dari absentibus ex quacumque causa, & jubentur dari solummodo ipsis physice & corporaliter interessentibus, non participantur ab absentibus Indultum a Papa, ut etiam in absentia possint participare omnes, & quacumque distributiones ordinarias, & extraordinarias, & quocumque nomine nuncupentur. Et ratio est, quia Testator conditionem, ac legem, quam vult, in suo Testamento, & Legatis, rebusque suis dare, & apponere potest; *leg. in re mandata Cod. mandat. leg. cum acutissimi in fin. Cod. de Fideicom. l. ex facto ff. de hæred. insti.* Quæ non minus, quam leges Juris Communis servandæ sunt, *leg. Plane 94. §. 1. de Legatis 1. l. Paulo 27. §. 1. ff. de Legat. lll. & contra quas nunquam præsumitur Papam voluisse dispensare, Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 43. n. 63.*

Imo Papa potius piæ voluntati Testatorum adhæret, quam præjudicet, ut recte dixit Rota Rom. *part. 7. decis. 158. n. 24.* Nec obstant verba illa generalia in Indulto apposita, scilicet, *omnes & quascumque distributiones ordinarias, & extraordinarias, & quocumque nomine nuncupentur*; quia hæc restringi debent solummodo ad eas, quæ debentur ex provisione Juris communis, non autem ex provisione hominis, quæ facit cessare provisionem Legis, & dum Papa huic hominis provisioni speciatim, & expresse non derogat, ejus Rescripta, & Indulta secundum dispositionem Juris communis semper interpretanda sunt, *cap. Cum delictis, & ibi Glossa verb. iure communi de consuetud. Castad. decis. 38. num. 7. super regul. Gonzal. ad regul. 8. Glossa 4. num. 135.* Passerin. *cap. unic. de Cleric. non resident. in 6. num. 133.* Moneta, Cened. *Castropal. Panimol. Pignatell. tom. 9. consult. 134. num. 11. Rota part. 3. decis. 194. num. 3. part. 4. tom. 2. decis. 361, & part. 7. decis. 59. num. 7.*

- 20 Et sic fuit pluries decisum a Sacra Congregatione, & signanter in Neapolitana Indulti, quod fuerat concessum Canonico Neapolitano causa studii cum sequentibus verbis; „ Omnia, & singula dicti Canonici, Præbende, & proventus, fructus, redditus, jura, & emolumenta quacumque, necnon distributiones etiam quotidianas ordinarias, & extraordinarias quomodolibet nuncupatas, & in quibusvis rebus consistentes, ac undequaque provenientes, ac etiam solis præsentibus, & Divinis Officiis, singulisque diurnis, & nocturnis Horis interessentibus dari, & præstari solitas, & ad se si in dicta Ecclesia personaliter resideres, ac Officiis, & Horis prædictis assidue interesses, præstantibus, & pertinentibus, percipere, & exigere &c. „ Disputatis sub scriptis dubiis in *Sacra Congr. Conc. 20. Februarii 1677.* Primo, An Canonico Ragna debeantur integræ distributiones quotidiana & omnia, quæ loco distributionum quotidianarum succedunt? Secundo; an emolumenta interessentium Anniversariis? Tertio, Funeralibus? Quarto, Missis assignatis? *Sacra Congregatio* respondit affirmative quoad distributiones, in reliquis negative. *Et idem respondit Sacra Congreg. Episcop. in Monopolitana 9. Sept. 1667. Et idem in una Bituntina Anniversariorum, in qua cum quædam fuisset, An vigore Indulti Jubilationis Canonici Jubilatus percipere valeret perinde ac si Choro personaliter interesset, emolumenta Anniversariorum? Sacra Congregatio Concilii die 1. Julii 1679. respondit negative.* „ Et similiter in Romana 5. Martii 1678. in *Novariensi. 29. Novembris 1681. & in Persina 17. Julii 1688.* ubi fuit decretum Canonico Jubilato deberi etiam, quæ proveniunt ex emolumentis Processionum, & Anniversariorum, & aliorum, dummodo Testator voluntas non obstat. Et sic etiam in *Romana Jurium Canonicalium 5. Maii 1703. in qua ad dubium: An Indultum vacandi a Choro, aliisque Divinis Officiis ex causa infirmitatis concessum, valeat etiam pro Laudemius, quindennis, Capitulis, Anniversariis, Festivitatibus, Processionibus, ac quibuscumque functionibus in Ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta communia nuncupata, & etiam victualia, & Candelas? Respondit affirmative, etiam quoad laudemiam, exceptis anniversariis, & aliis conventionibus non fixis, & in quibus diversimode fuerit a Testatore dispositum; „ quæ etiam confirmata fuit die 20. Junii 1705.*
- 24 Ex quibus omnibus satis constat, quod Indultum quantumcumque amplum non comprehendat Anniversaria non fixa, & pro solis vere, & corporaliter interessentibus a Testatore relictæ, nisi in Indulto sit expressa voluntas Papæ Testatoris menti clare derogantis, & etiam talia Anniversaria Indultario explicite indulgentis. Nec talia Anniversaria possunt reponi in distributionibus quotidianis per Episcopum, quia commutatio voluntatis Testatorum spectat ad Summum Pontificem, ut declaravit *Sacra Congreg. Conc. in Elboren. 12. Martii 1592.*
- 26 Anniversaria autem fixa & alia similia, in quibus non adstet contraria dispositio Testatoris, & Fundatoris participantur ab Indultariis, ac si personaliter interessent, cum taliter privilegiati pro interessentibus habeantur, quia licet Papa non faciat vere præsentem tales privilegiatos, qui revera tales non sunt, facit tamen tales quoad effectus inde resultantes, cum fictio Principis idem operetur, ac veritas; & sic ficti præsentem, habeantur pro vere præsentibus, ut egregie Lotter. *de re benefic. lib. 2. quest. 52. num. 45. & lib. 3. quest. 15. num. 64. quest. 52. num. 45. & lib. 3. quest. 15. num. 64. & 65.* Pignatell. *tom. 3. consult. 19. num. 33. & sequent.* ubi dicit, sic observari in Basilicis Urbis quoad dispensatos per breve, & sic tenuit Rota *dec. 1251. n. 16. & 17. coram Seraphino.*

Additio ex Auctore.

27 Anniversarium, uti jam diximus supra num. 1. secundum Glossam in *Cap. Cum creatura de celebratione Missarum*, numerari debet a die obitus illius, pro quo celebrandum venit, & non a die Sepulturæ, ut colligitur etiam clare ex verbis sequentium Decretorum, *recurrente obitus die,* & clarius ex verbis Decreti 19. Junii 1700. ibi: *Dummodo sermo sit de die vere anniversaria a die obitus.* Ubi ly vere expresse declarat veram, & non fictam diem obitus. Nec obstat ly *depositionis diem* in Anniversarii Missa repertam, cum talis dies æque proprie pro die obitus aptus sit recipi, ubi dies obitus non nisi improprie pro die Sepulturæ accipi valet, ut recte exponit doctus P. Cavalieri *loc. cit. cap. 4. num. 7.*, qui tamen *ibidem*

num. 8. aliter censet de diebus tertia, septima, & trigesima, credens harum numerationem petendam esse non a die obitus, sed a die Sepulturæ, uti & nos docebimus sub verb. *Missæ art. 14. num. 15.*, quamvis non desint, ut ipse refert *loc. cit. num. 6.*, qui ex verbis Collectæ Missæ *Pro anima famuli tui, quam hodie de hoc seculo migrare jussisti*, liberum censent ab utroque die numerationem petere, cum Ecclesia per dicta verba videatur totum temporis spatium ab instanti mortis usque ad sepulturam pro uno die reputare in favorem recens mortui; quod revera sine contradictione a variis in praxim deduci in dies conspiciuntur.

Anniversaria, & Missæ cantatæ de Requiem relictæ ex dispositione Testatorum, quotannis in dies ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentes possunt celebrari, & proinde in Decreto die 5. Augusti 1662. edito non comprehenduntur S. R. C. 22. *Novembris 1664. in Novariensi.*

Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus incidit in festo duplici majori, non tamen de præcepto; *Sac. Rit. Congreg. 20. Julii 1669.* annuente Clemente IX. 13. *Augusti ejusdem anni* in Decreto Generali.

In Anniversario occurrente in festo duplici 2. classis non potest cantari Missa de Requiem. S. R. C. 6. *Julii 1698. in Colleen.*

Intra octavas privilegiatas non potest cantari Missa Defunctorum in anniversario, & officio solemni. S. R. C. 5. *Julii 1698. in Colleen.*

Missæ cantatæ mortuorum infra octavam Corporis Christi non sunt celebrandæ, nisi præsentem Corpore. S. R. C. 12. *Sept. 1671. in Nyscana.*

Anniversaria, & aliæ Missæ pro defunctis certo die dicendæ, eo impedito, possunt transferri in diem sequentem. S. R. C. 27. *Septembris 1608.*

Ex privata devotione Parochianorum petentium sæpius per annum anniversaria pro Defunctis parentibus, fratribus, amicis, & aliis Defunctis, potest in ruralibus Ecclesiis cantari Missa solemnis de Requiem in festo duplici minori, altera Missa cantata de festo, ubi adimplet, vel saltem duo Sacerdotes, dummodo sermo sit de die obitus. S. R. C. 19. *Junii 1700. in Curien.*

Anniversaria, sive Missæ quotidiæ cantatæ de Requiem relictæ ex dispositione Testatorum pro certis diebus, hinc impeditis die Dominico, seu alio festo de præcepto, cantari possunt in diebus subsequenibus, seu antecedentibus, in quibus occurrunt officia de duplici majori, non tamen de præcepto, præcipue de Sanctis alicujus Ordinis, non relictæ tamen Missa in cantu de duplici minori occurrente, quatenus adstet obligatio cantandi. S. R. C. 4. *Maii 1686. in una Canon. Regul. Lateran.*

In Ecclesiis Parochialibus ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantum Sacerdos celebrat, & sine cantu, potest dici Missa de Requiem, quando anniversaria ex Testatorum dispositione, recurrente obitus die, incidunt in festum duplex minus. Non idem tamen dicendum est de diebus 3. 7. & 30. sed servetur Decretum generale editum 5. Augusti anno 1662. quod incipit, *Cum sanctissimus.* S. R. C. 19. *Junii 1706. in Curien.*

In diebus relictis a Testatore 3. 7. & 30. Missa solemnis de Requiem potest cantari etiam in duplici majori, dummodo non sit festum de præcepto, & non sit duplex 1. vel 2. classis. S. R. C. 27. *Septembris 1669.*

Non valentes satisfacere anniversariis Defunctorum in diebus ferialibus, possunt ipsa adimplere in festis duplicibus, non tamen de præcepto. S. R. C. 3. *Martii 1629. in Papien.*

Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ certo die dici debent eo impedito, transferri possunt in sequentem, prout transtulit S. R. C. 19. *Maii 1614. in Turritana.*

In die anniversarii, & depositionis non potest cantari Missa Defunctorum loco conventualis. S. R. C. 5. *Julii 1698. in Colleen.*

Missæ Conventualis non potest celebrari pro anniversario sed cantandæ sunt duæ Missæ. In die vero depositionis dicenda est Missa pro Defuncto, non obstante contraria consuetudine. S. R. C. 12. *Julii 1628. in Januen.*

Quando adest obligatio, & onus faciendi diversa anniversaria statis diebus, in quibus occurrunt festa duplicia, sive semiduplicia, nec non etiam tempus quadragesimale, & quatuor tempora, vigilia, & similia, Missa Conventualis nullo pacto est

est ornittenda, sed utraque Missa cantanda est, altera de die, altera de requiem, etiam si occurrat festum duplex, dummodo non sit festum de precepto, ad hoc ut Testatorum voluntates adimpleantur, & licite elemosina lucrari possit, ut declaravit S. R. C. 1. Septembris 1607. in Pampilonen. & 29. Nov. 1628. in Iamnen.

43 Convivia, & prandia tolerari possunt in Anniversariis Defunctorum, ubi est consuetudo, praesertim, si ita a defuncto cautum fuisset in dispositione testamentaria, habita ratione pauperum, qui de illis participant, sed providendum erit, ut absit excessus sumptuum, & quidquid potest esse scandalum. Sac. Congreg. Episcop. 6. Decembris 1588. Sic praedicta Decreta refert, & sicte explicat eruditissimus P. Cavalieri in Agenda Defunctorum.

Novae additiones ex aliena manu.

- 1 NUM Episcopus ea, qua secundum Concil. Tridentinum sess. 25. c. 4. de Reform. pollet facultate reducendi in Synodo Dioecessana numerum Missarum, uti possit quoad Anniversaria, consule Fagnan. in cap. Ex parte n. 30. de Constit.
2 Tum an Episcopus valeat immutare Anniversaria in Missas Conventuales de die, ad Pasqualig. de Sacrif. nov. Leg. to. 2. tit. de Reduct. Missar. quest. 188. per tot.
3 De quaestione, quam tractat Auctor n. 10. an scilicet Anniversarium ordinatum a Testatore pro anima sua nullo alio expresso censeri debeat perpetuum, confer Louvrex dissert. can. 23. n. 46. & plur. sequent.
4 Quid juris si quis Ecclesiae, in qua sepulturam elegit, legatum reliquit pro Anniversario, & deinde mutato consilio alibi sepeliri voluit, legato expressum haud revocato, vide Louvrex loc. cit. n. 50. & sequent.
5 Si Testator fundum aliquem vel redditum annum praexistentem & antea constitutum pro Anniversario reliquerit, fructus & proventus ab Ecclesia percipiendi sunt ea die qua cedunt. Sin autem Testator redditum annum ab haerede suo praerari voluerit, solutio facienda est eo tempore, quo anniversarium celebrari debet, Louvrex eod. loc. n. 52. Quod si fundus vel redditus annuus, super quo fundatum est Anniversarium, in totum, vel partem perierit, magna quaestio est an ab haerede alius sit praerandus? Alibi de ea agemus; interim legendus Louvrex ubi supra a n. 353.
8 De abientibus ex causa infirmitatis, ex causa studii, ob utilitatem Ecclesiae, tum de Canonicis in servitio Episcopi occupatis, & demum de Canonicis jubilatis, an & quando participant de Anniversariis, videndus idem Louvrex in pluries citata dissert. 23. a n. 36.

ANNUNCIATIO BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Non est hic opus Summario.

1 S I Festum Annunciationis Beatae Mariae Virginis occurrit in feria sexta in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transfertur ejus Officium una cum praepcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus ad feriam secundam post Dominicam in Albis, protracto ad aliam diem Festo in ea occurrente, nisi fuerit duplex primae Classis; Sacra Rituum Congreg. 11. Martii 1690. Notandum primo, quod si alicubi in praedicta Feria secunda occurreret duplex primae Classis, ibidemque Annunciatio celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annunciatio. Notandum secundo, quod licet Annunciatio sit secundae Classis, si tamen haberetur reponendum Officium translatum primae Classis, nihilominus in praedicto casu esset agendum de Annunciatione. Notandum tertio, quod protracta ulterius Annunciatione ob Festum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus. Si simul transferenda sint Festa S. Joseph, & Annunciationis, prius reponatur Annunciatio, deinde

S. Joseph, non obstante decreto edito in contrarium sub die 12. Junii 1628. Decretum est 14. Junii 1692. Annunciationis Festum non licet celebrare in majori hebdomada. Sac. Congr. 7. Rit. 15. Martii 1614. Nec potest fieri ejus Officium in Dominicis Quadragesimae, nisi in Ecclesiis sub Annunciationis invocatione dedicatis. S. C. R. 1. Septemb. 1612.

Demum SS. D. N. Clemens XIII. sub die 19. Julii 1760. concessit, ut Annunciationis Festum in Dioecesi Venetiarum celebraretur cum Octava, etiam si transferendum occurrat.

A N N U L U S .

Annuli primum ad signandum sunt adinventi. Et hoc initium constat ex lege Civili, cum causa custodiae usurperetur in leg. Cum pater 77. §. pater pluribus ff. de legat. 2. & leg. argento, & ornamento ff. de auro. & argento legat. & Macrobius lib. 7. Satur. cap. 13. expresse ait: Veteres non ornati, sed signandi causa annulum circumferebant; & idem dicit Polydorus Virg. lib. 2. cap. 21. Card. Petra tom. §. 3. Proximal. n. 50. & aperte colligitur ex pluribus Sacrae Scripturae locis, vetustissimum fuisse morem annulos pro obsignando adhibere, ut Regum cap. 21. num. 8. ubi de Jezabele contra Naboth habetur: Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signavit eas annulo ejus. Esther cap. 3. num. 12. de Aman nomine Assueri contra Judaeos habetur: Litterae signatae ipsius annulo missae sunt per Curiores Regis &c. Esther cap. 8. num. 8. habetur, signantes litteras annulo meo, & ibidem num. 10. ipsaque epistola. . . . annulo ipsius obsignatae sunt. Daniel. cap. 6. num. 17. de lapide supra lacum Leonum habetur, quem obsignavit Rex annulo suo, & annulo optimatum suorum; & ibidem cap. 14. num. 10. de ostio Templi Bel habetur: Signa annulo tuo, & num. 13. signantes annulo Regis. Hinc annuli signatorii, & sigilla promissive fuerunt usurpata ab utroque Jure, ut in Canon. 1. dist. 73. & in leg. Signatorius 74. ff. de verb. significat. leg. Argumento 25. §. ornamenta ff. de auro, & argento legato. Progreffu tamen postea temporis cum utus luxuriantis aetatis hos annulos signatorios pretiosis gemmis coeperit decorare, quod prius ad signandum fuerat adinventum, ad virorum, & mulierum ornamentum, & luxuriam, ut in dies cernitur, fuit mutatum.

Annulus Piscatoris est signum, seu sigillum illud ex cera rubra, quo signantur Brevia. Et dicitur Annulus Piscatoris, ex quo contineat imaginem Divi Petri modo, quo e navicula in mari piscabatur, & eo simpliciter usum fuisse Divum Petrum traditur, ut optime de suo more observat Eminentissimus Petrus tom. 1. comment. ad Constitut. Apost. §. 2. pro. emial. num. 1. & 2. Hinc Annulus Piscatoris maxima custodia servatur ab intimo Papae Familiari, & post Papae mortem statim frangitur per Cardinalem Camerarium; idem ibidem num. 9. Annulus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium; Sacra Congreg. Rituum 13. Februarii 1625. & 20. Novembris 1628. Possunt tamen Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie; Sacra Congregat. Rit. 4. Augusti 1663. Benedictus XIII. in Concil. Rom. titul. 16. cap. 3. ita ut in Missae celebratione esse deponendum. Communionem de manu Episcopi capiens, antequam capiat ipsam communionem, debet manum Episcopi osculari, non autem annulum; Bauldry in Manuali Sacrar. Ceremon. cap. 29. num. 4. & alii (*).

Novae additiones ex aliena manu.

Annulum ferre prohibitum est Clericis, iis exceptis, quibus competit ex officio dignitatis, cap. 15. de vit. & honestat. Clericor. si autem, quibus competit ferre annulum ex officio dignitatis, sunt Episcopi, & Abbates, quibus jus Pontificalium est concessum: Confer Gonzal. in d. cap. 15. de vit. & honestat. Clericor. num. 13.

Plura de annulis congerunt Kochier in Face Histor. cent. 2. 3. cap. 12. & 97. Henricus Kidsecus de jur. auri annuli, Calvin. in Lexic. & Du-Cange in Glossario ad Scriptores med. & infim. Latinit. verb. Annulus.

AN-

(*) Episcopis inter reliqua sui Ordinis insignia traditos annulos, mille & amplius annorum testimonia habemus tum in Ordine Romano, & aliis sacramentorum antiquissimis libris, tum &c. Verba sunt Cardinalis Bona Rer. Liturg. l. 1. cap. 24.

§. 13. Item primis etiam Ecclesiae saeculis, Christiani utebantur annulis nuptialibus, quos ferreos fuisse scribit Tertullianus de Habitu Mulierum cap. 15. Videndus & Clemens Alexandrinus l. 3. Pedagog. cap. 11.

Novae Additiones ex aliena manu.

- 1 ANnus, ut tenet Varro lib. 5. de lingua latina, dicitur ab Annulo, eo quod in se ipsum redeat. Et Archidiaconus in cap. Si propter num. 3. verj. annus dicitur, de rescript. m. 6. existimat, annum dici ab ana quod est circum, & nonas quasi circumiens, per text. in cap. Quadragesima, de consecrat. dist. 5. Annus enim ubi incipit, ibi definit, & resolvitur, ut inquit Baldus consult. 458. in fin. vol. 1. Glo. 1a & DD. in leg. ita vulneratus §. aestimatio ff. ad leg. Aquilianam, & qua hora incipit, finitur; Bartol. in leg. Libellorum ff. de accusationibus. Annus ut recte accipiatur in Sacris Canonibus, Bullis, Decretis, Statutis, & similibus, est regulandus secundum sequentes regulas a Theologis, & Canonistis observatas.
3 Primo si Leges, Bullae, &c. assignent annum in genitivo, ut si dicatur; Ne quid fiat ab aliquo, nisi fuerit verb. grat. 20. annorum, tunc requiritur annus completus; Silvester in Summ. verb. etas quest. 2. Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 5. cap. 28. §. Dubia est quaestio, Portellus in dub. Regular. verb. Annus, Lezana, & alii.
4 Secundo, si assignent annum per accusativum, & praepositionem ad, ut si dicant ad quatuor annos, sufficit, quod sint incepti; l. Qui filium ff. ad Trebellianum, & Iuracitati Doctores.
5 Tertio, si assignent annos in accusativo cum praepositione per, verb. grat. si dicatur per septem annos, requiruntur anni completi; leg. Non putabam, & leg. si annos ff. de condit. & demonstrat. & citati Doctores.
6 Quarto, si assignent annos cum praepositione ante, & cum accusativo verb. grat. si dicatur ante annos viginti duos, vel viginti quinque, tunc sufficiunt incepti; colligitur ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 12., ubi assignans annos requisitos ad Ordines Sacros recipiendos, dicit ante viginti duos, ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis praesens Ecclesiae demonstrat.
7 Quinto, si assignent annos cum praepositione post, & accusativo, V. G. si dicatur post decem annos, tunc intelligendum est de annis completis; colligitur ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 11. ubi praecipit, ut nulli promoveantur ad Sacros Ordines, nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum Ordinum, quod de anno completo per Doctores intelligitur.
8 Sexto, si assignent annum cum praepositione in, & in ablativo, V. G. si dicant, quod fiat aliquid in anno quinto, sufficit annus quintus inceptus, ita ut quocumque die illius quinti anni fieri possit, cum per quaecumque diem sit inchoatus ille annus quintus, dicatur id fieri in anno quinto.
9 Septimo, si in Bullis, Decretis &c. nulla reperitur aliquid ex supradictis particulis, & res sit dubia, an debeat intelligi de annis inceptis, vel completis: tunc in materia favorabili sufficiunt anni incepti, leg. Ideo de usucap. l. de etat. de Testament. leg. ad Rempublicam ff. de municip. & in materia odiosa requiruntur anni completi, leg. In omnibus de action. §. obligat. leg. 3. §. minoribus, & Rota Rom. part. 1. decis. 175. num. 7. cum pluribus ibi citatis.
10 Anni initium non ubique eodem tempore, sed diverso pro diversis Regionibus, & variis styli calculatur. Antiqui tam Hebraei, quam Ethnici incipiebant annum a Kalendis Martii, ut incipiunt adhuc in dies Astrologi, & alii communiter pro calculandis Kalendis mensium. Moderni in actibus privatis, & epistolis annum incipiunt a die prima Januarii, quo tempore plurimum annum calculant, & incipiunt in omnibus actibus familiaribus, & etiam Judicialibus suorum Tribunalium, uti signanter fit Romae in omnibus suis Tribunalibus etiam Sacrarum Congregationum. In actibus vero publicis, & Instrumentis annum incipiunt a die 25. Decembris, uti signanter fit a Notariis in Italia, ut testatur Rota Romana part. 4. tom. 3. decis. 596. num. 1. In Bullis Pontificiis initium anni in data fit a die Incarnationis 25. Martii. In Brevibus Papae a die Nativitatis 25. Decembris. In Decretis Sacrarum Congregationum, a die Circumcisionis 1. Januarii. Unde ne equivocis laboremus, attendendus est proprius stylus uniuscujusque Regionis, & Tribunalis, quia ut docte observat praecipue in data Bullarum, & Brevium Pyrrhus Corradus in praxi dispensat. Apostolor. lib. 2. cap. 8. num. 47. & 49. si in Bulla, vel Brevis stylus proprius non servetur, adesset suspicio falsitatis; cap. Quam gravem de crimine falsi, nisi hinc inde probaretur veritas per textum in leg. Sacri affatus 6. de diversis rescriptis, Barbosa ibidem num. 6. Matcard. de probat. conclus. 1269. Rebuff. in prax. benefic. tit. Opponi qua contra Bullam possunt num. 27. pag. 150.
Ferrar. Biblioth. Tom. 1,

Annus inceptus quando haberi possit pro completo, & quando non, tradit Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 44. tit. 31. Subdit vero idem Auctor eodem loco, quod ubi de momento in momentum tempus computandum est, disputari subinde potest, quo tempore hora lapsa intelligatur, an incipiente praesidio, an pulsu primo Campanae horarum numero designatis, an pulsu finito. Definitum vero Ultrajecti fuit ex iudicio Mathematicorum, praesidium sequentis horae esse finem praecedentis, ne praesidium longius, aut brevius horam anticipet, vel retardet.

Agit quoque laudatus Auctor ubi supra num. 2. & duobus sequent. de anno continuo, & de anno utili, & utrumque eleganter explicat. Hic autem omittendum haud est, quod quoties in statutis sit simpliciter mentio anni, utrum de anno continuo, an de anno utili intelligi debeat, non levis quaestio est; Anton. Mattheus de Auction. lib. 2. cap. 6. num. 26. Van-Lew. vven censur. For. part. 1. lib. 4. cap. 20. num. 8. sentiunt de anno continuo intelligendum esse. Contra vero Groeneveg. ad tit. in lit. de Perpet. & Temporal. Aetion. num. 4. & sequent. tenet intelligendum esse de anno utili.

De actionibus, quae de jure civili ipatio unius anni praescribuntur, consule Cujacium de divers. praescript. cap. 20. per tot. De anno qui plura cupiat, adeat Calvin. in Lexic. verbo Annus, tum Du-Cange in Gloss. ad Script. med. & infim. latin. verb. Annus.

ANNUS PROBATIONIS, SEU NOVITIATUS.

Annus probationis institutus est, ut Religio probeat mores Novitii, & Novitium austeritatem Religionis; habetur expresse cap. Apostolicam de Regularibus, & cap. 15. qui Monasterium; & cap. Non solum de Regularibus in 6. Et hic annus probationis sive in masculis, sive in feminis incipit solum a die susceptionis Habitus, sive ab eodem die, quo in Habitu Religionis Novitii incipiunt sequi communem aliorum Religiosorum vitam, ex Conc. Trid. cap. 15. sess. 25. de Regularibus. Habitus enim Regularis de essentia, & substantia a Novitii est deferendus per annum probationis, ut expresse habetur ex eodem Concil. ibid. praecisus his verbis: Nec qui minori tempore, quam per annum post susceptum Habitum in probatione steterit, ad Professionem admittatur; Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem; Sic tenent communiter Doctores, & Gloss. in cap. final. verb. Habitus 17. q. 2. & in cap. Super eo de Regular. ubi expresse dicit, probationem debere fieri in Habitu Monachali, & cap. Statuimus de Regularibus, alioquin, inquit, non posset probare austeritatem Monachalem, quae magna ex parte in vestibus consistit. Et quod in Habitu seculari nequeat fieri Novitiatu, expresse decrevit Sac. Congreg. Episc. & Regul. in una Senogallien. 17. April. 1602. & in una Mediolan. 25. Octobr. ejusdem anni 1602.

Pro admittendis ad annum Probationis, seu Novitiatu licet in Jure nulla reperitur statuta praecisa aetas, & in Constitut. Clementis VIII. incip. Cum ad Regularem, dicitur praecise: Quisque recipiendus in aliquo ordine Regulari etiam Mendicantium in ea sit aetate constitutus, quam ejus Ordinis in quo recipitur, Regularia Instituta, & ordinationes requirunt; Tamen ex Sacra Congreg. ut refert Nicol. in Joscul. verb. Novitium num. 5. fuit sic decretum: Recipiendi Novitii decimum quintum saltem aetatis suae annum attingant; in una Theatinorum 16. Julii 1632. & in una Observantium 7. Aprilis 1624. Et pro paellis ibid. num. 25. refert fuisse sic decretum. Puella, quae non complevit annum duodecimum recipi poterit interim pro educanda; in una Venetiarum 21. Novembris 1600. Sed regulariter Novitia vestiri non potest ante 14. annum expletum; & tunc de licentia Sacrae Congregationis, si velit esse formaliter Novitia ante 15. expletum; in una Perisien. 5. Novembris 1602. Pro conversis autem Religiosis a Clem. VIII. in sua citat. Constit. incip. Cum ad Regularem fuit sic statutum; Ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum.

Annus probationis, seu Novitiatu debet esse continuus, ita ut Novitius annum probationis animo Religionem deserendi interrumpens licet per duas solas horas, teneatur incipere de novo annum Novitiatu, ex Decreto Sac. Congreg. Concil. quae ut

- ut refert Fagnan. in cap. Ad nostram, de Regul. num. 27. & in cap. Infimante, qui Clerici, vel vocentes num. 36. interrogata a Procuratore Generali Ordinis Minorum, An Novitius, qui a Monasterio, ut aliam Religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantum horas in alio Conventu moram traxerat, ac statim deinde facti penitens reversus fuerat, teneatur incipere novum annum probationis? Respondit, teneat ab eo die, quo rediit. Si tamen, dicit Fagnan. loc. cit. in cap. Infimante, Novitius non exivisset a Monasterio, sed animo fugiendi intra claustra aliquantisper latitasset, non propterea annus probationis censetur interruptus, ut ex facto respondit Navarr. conf. 33. Puer quidem de Regularibus. Imo secundum Galv. conf. 12. num. 17. Tamburin. tom. 3. disp. 6. quæst. 7. num. 18. Bartholom. de Vecchis, & Barbofam iur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 42. num. 128. annus Novitatus non interruptur etiam si Novitius retento Habitu perterritus severtatur, vel iracundia, aut minis Superioris, aut Magistri, Monasterium abdite exeat, causa se celandi, dummodo habeat animum redeundi. Et de uno, qui a Religione S. Francisci de Paula per spatium 20. horarum extra Monasterium sine Habitu permanit, declaravit Sacra Congregatio Episcop. & Regular. 11. Augusti 1626. posse tollerari de exitu cum habitu, & animo redeundi. Sic apud Barbofam loc. citat. num. 124.
- 11 Annus Novitatus, seu probationis non interruptur, si Novitius Habitu Religionis indutus e Monasterio ex sui Superioris licentia exeat causa peregrinandi ad stationes, vel ad alia loca pia, vel invisendi parentes, aut cognatos agrotantes, vel mendicandi, seu recreandi, aut alia hujusmodi causa: vel etiam si ob adversam valetudinem maneat extra Monasterium; Ita tenent Jacob de Graff. in aur. decis. part. 1. lib. 3. cap. 9. num. 18. Fr. Emmanuel. quæst. 15. art. 7. Peyring, Gonzalez, Stephanus Gratian. Barbofa iur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 42. num. 126. cum aliis, & Bartholomeus de Vecchis disp. 12. dub. 3. num. 13. ubi refert, fuisse ita a Sac. Congr. decisum. Annus tamen Novitatus, seu probationis interruptur a Novitia, quæ infirma morbo contumaci remittitur curanda domum, ex Sacra Cong. in una Neapolitana 14. Decembris 1593. & 4. Augusti 1597. Eo pacto ut reverla reincipiat Novitiatum a capite, ut decrevit eadem Sacra Congr. in una Venetiarum 14. Decembris 1605. & in Traneis. 15. Septembris 1634. 10. Februar. 1645. & 12. Aprilis 1647. Abique tamen caremoniis ad evitandas expensas; In Neapolitana 26. Novem. 1624.
- 12 Sed si Novitatus annum expleverat, poiteaque ex causa supradicta de consensu Monialium, & Superioris exitit, potest, cum redit, admitti sine novo Novitiatu, in Neapolitana 8. Novembris 1619. sic refert Nicol. in Floscul. verb. Noviti. num. 39. & 40.
- 13 Annus probationis non dicitur interrumpi, nec discontinuari a Novitiis, qui completo anno probationis propter infirmitatem ante emissam Professionem cum licentia Superiorum de Monasterio exeunt; Sic Divus Antoninus, Joannes Andreas, Silvester, Sanchez, Lopez, & alii passim, Glossa in cap. Eum qui de Regul. Juris in 6. quæ dicit, eum, qui certus est, certiorari amplius non oportere, & sic etiam fertur fuisse responsum ad dubium, an is qui Habitu Regulari suscepto per annum integrum mansit in Religione, eoque lapsu gravi morbo correptus, & propterea Professione nequaquam emissâ, permissu Superiorum ad seculum rediit, possit inde ad triennium morbo liberatus, & ad Monasterium reverlus, protinus emitte Professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneatur? Die 27. Februarii 1596. Sacra Congr. censuit, posse statim emitte Professionem non expectato alio probationis anno, nisi Religionis, aut Persona conditio sit immutata; Idque Superiores Religionis animadvertere diligenter debere.
- 14 Imo neque deberet alium annum Novitatus emitte, qui finito, & integre completo anno probationis exiret etiam sine licentia; nam proposito dubio, an Novitia, quæ finito anno probationis exivit e Monasterio absque licentia Ordinarii, iterum reverla possit sine nova probatione ad Professionem emitte admitti? Die 12. Februarii 1598. Sac. Congregat. censuit posse, nisi conditio Religionis, aut Persona sit immutata, idque Superioribus Monasterii diligenter esse dispiciendum Sic tenet & refert Fagnanus in cap. Qui Presbyterum de penis, & remiss. n. 117.
- 15 Sic etiam Novitius, qui finito anno probationis, fuit habitu spoliatus, potest iterum admitti, & profiteri abque novo Novitiatu: sicut si Habitu deposuisset. Sacra Congr. in una Observantium 26. Aprilis 1616. apud Nicol. in Floscul. verb. Novitiatus num. 11. Et sic etiam non interruptur annus No-

vitatus a Novitio, seu Novitia, si intra annum probationis, seu Novitiatus a Capitulo dimittatur, & Habitu Religionis expolietur, & postea mutata sententia ad habitum restituitur, antequam exeat e Monasterio, quia in hoc casu Habitus dimissio non est cum effectu egressionis. Suarez, Vecch. Peyring, & alii passim.

Annus probationis, seu Novitiatus debet esse completus de momento in momentum, colligitur ex cap. Non solum de Regularibus in 6. ubi habentur præcisâ verba: *Distributi inbibemus, ne ante annum probationis elapsum quempiam ad Professionem vestri Ordinis recipere præsumatis*; & ex Trident. sess. 25. de Regular. cap. 15. nullam declarante Professionem illius, qui minori tempore, quam per annum post susceptum Habitu, in probatione steterit; quod indicat, annum probationis debere esse integrum, & completum de momento in momentum, ut expresse declaravit Sac. Congr. Concil. 1. Febr. 1613. Adeo ut Professio facta, nondum completo anno etiam per modicum tempus, esset nulla, ex eadem Sac. Congregat. Concil. quæ 21. Januar. 1617. declaravit, *Professionem emissam non completo anni curriculo etiam per duas horas tantum non valere.*

Imo debet esse ita completus, & integer annus Novitiatus, seu probationis, ut anno bissextili debeat necessario expectari lapsus diei, qui tunc de novo additur, cum illi duo dies pro uno computentur, arg. text. in l. Minorem 3. ff. de minoribus, & in l. Cum bissextus ff. de verbor. significat. & in cap. Quæsitum eodem titulo. Et sic expresse habetur ex Sac. Congr. Concil. quæ in una Patavina 4. Junii 1527. censuit, non valere Professionem respectu anni bissextili cuiusdam, qui ingressus est Religionem 27. Martii, & die 26. ejusdem Mensis sequentis anni corrente anno bissextili emisit Professionem. Et in una Andegavensi 31. Augusti 1533. eadem Sacra Congr. Concil. censuit, *Professionem emissam a Fratere Ordinis Recollectorum S. Francisci in anno bissextili non expectato lapsu diei, qui illi anno accrescit, esse invalidam, ut emissam ante lapsum anni præscripti a Conc. Trident.*

Anno probationis completo, non potest a Superioribus Regularibus ultro protrahi tempus probationis, non solum reluctante Novitio, cum hoc esset nimis ei gravosum, arg. cap. Ad Apostolicam de Regularibus, sed neque ipso Novitio consentiente, cum expresse obstat Concilium Trident. quod cum cap. 15. sess. 25. de regularibus præfixerit pro probatione terminum unius anni, in cap. 16. immediate sequent. præcipit per hæc præcisâ verba: *Ut finito tempore Novitatus Superiores Novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut a Monasterio ejiciant*; contra quam Conciliarem dispositionem Superiores Regulares, & omnes Papa inferiores nequeunt dispensare, Extravagant. Sancta Romana §. quidam autem; & ibi Glossa in verb. Concilii de Religiosis domibus. Et juxta hoc Tridentini Decretum Sacra Congregatio Concilii, teste Miranda quæ 8. de Monialibus art. 3. declaravit, Monialibus elapso tempore Novitatus, si habiles sint, præfixendum esse terminum quindecim, aut viginti dierum, ad deliberandum, num velint profiteri, nec ne; & si renuant profiteri, continuo remittendas eis ad parentes, aut consanguineos.

Aliqua tamen rationabili, & justa causa interveniente sentio cum Rodriguez, Suarez, Miranda, Navarr. Sanchez, Lefcio, Faust. Fagnan, & aliis, posse Superiores annum probationis, & Professionem prorogare ad breve tempus, & proinde verba illa Concilii finito tempore intelligenda esse civiliter, & cum moderata latitudine, & quando nulla subest rationabilis & justa causa prorogandi, & sic declaravit Sacra Congregatio 21. Maji 1597. ut refert Aldan. in Compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 25. num. 10. Tempus autem, usque ad quod possunt Superiores Professionem prorogare ex justa, & rationabili causa, dicem esse usque ad sextum mensem, maxime si Novitius, vel Novitia de præsentis esset inhabilis ad profitendum, & adesset spes superventuræ habilitatis, ut declaravit S. Pius V. pro Patribus Dominicis in eorum Constitutione ad text. 11. cap. 14. de Novit. dist. 1.

Si autem propter aliquam pertinacem infirmitatem, vel aliam causam esset protrahenda Professio ultra sex menses, tunc pro facultate esset adeunda Sedes Apostolica, & sic fuisse decisum a Sac. Congreg. refert Fagnan. in cap. Ad Apostolicam de Regularibus. 9. 10. 11. pro Novitia longa infirmitate correpta, quæ cum pro remedio adisset Sacram Congregationem Concilii, ipsa Sacra Congregatio censuit agendum cum Sanctissimo, ut concedatur prorogatio ultra menses sex a finito anno, donec duret spes recuperandæ sanitatis; Sanctissimus annuit, ut concedatur ista prorogatio; & ibidem refert Sac. Congr. censuisse opus esse,

- ut Sanctissimus daret dilationem Olimpiæ Spinulæ Novitiæ, quæ verebatur, ne emissâ Professione bona sua apud Mercatores existentia recuperare non posset; Sanctitas sua indulgit sex menses ultra annum Novitiatus, ut manere posset in Monasterio abique Professione.
- 36 Annus Novitiatus, sicuti, & Professio sub pœna nullitatis debet necessario fieri in Conventibus designatis ex Decretis Clementis VIII. Et ut clare hoc pateat, dantur hic ad litteram ipsa Decreta. Decretum primum editum 12. Martii 1596. sic præcisè habet: „Præcipimus omnibus Generalibus, ut de cætero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad Habitum Regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra designandis; Insuper sancimus, ut quo ad hujusmodi Conventus per Nos deputati non fuerint Superiores a receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad Habitum, sive ad Professionem omnino ablineant; Et infra: „Receptiones vero & Professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus. Secundum Decretum editum 20. Junii 1599. habet præcisâ verba: Sanctissimus cum districte prohiberet, ne quis ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profitereturque, quouique Monasteria, & Conventus aliquot destinarentur, quia tamen non obstante tali prohibitione cognovit nonnullos prætextu licentiarum receptos, & admisso fuisse, nunc denuo præcipit, ne quemquam nisi per Litteras in forma Brevis ad Habitum Regularem suscipiendum nisi in Conventibus designandis, recipere, aut receptos ad Professionem admittere ullo modo audeant; quinimmo receptos contra primam prohibitionem etiam si imperfectum Habitu, aut sine capucio gerant, omnino ejicere debeant. Et infra: Receptiones vero, & Professiones quaslibet eorum, qui contra Decretum admissi fuerint, nulla & irrita esse ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat.
- 37 Ex istis Decretis manifeste patet, non posse extra Conventus designatos fieri neque Novitiatum, neque Professionem sub pœna nullitatis, sunt enim clara verba Pontificis, & Novitiatus, & Professionem extra tales Conventus emissam irritantia: „A receptione quorumcumque Novitiorum sive ad Professionem omnino ablineant. . . . Ne quis ad suscipiendum Habitum Religionis admitteretur, profitereturque. . . . Ne ad Habitum Regularem suscipiendum, nisi in Conventibus designandis, recipere, aut receptos ad Professionem admittere nullo modo audeant. Receptiones vero, & Professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat. „Ubi vides, quod Decreta in clausula irritante loquuntur copulative, & absolute volunt, quod tam Novitiatus, quam Professio fiant in Conventibus designatis, aliter si sine Novitiatus solus, sive sola Professio erit absolute nulla, cum talis sit natura copulæ; l. Si heredes ff. de condit. instit. „Si quis ita stipulatus in fine ff. de verbor. oblig. & cap. Ex parte de rescriptis, ut late probant pluribus adductis Fagnanus lib. 4. decret. cap. Infimante; Qui Clerici, vel vocentes, Pignatell. tom. 9. consult. 173. n. 56. & consult. 175. n. 24. Moron. respons. 82. num. 94. & seq. Passerin. de statu homin. quæst. 189. art. 10. num. 334. Donatus tom. 2. part. 2. tract. 8. q. 2. & 4. Trifaya tom. 8. part. 1. disput. 33. n. 34. Matthæus. Offic. cur. cap. 34. n. 20. & alii plures. Vide verb. Professio num. 19.
- 38 Non obstant tamen supra allegata Clementina Decreta, quin possit aliquis a Superioribus ad habitum recipi in Conventu non designato, ut sic ejus Filius instituitur, dummodo postea transmittatur ad Conventum designatum, & ibi integrum annum Novitiatus peragat incipiendo a die residentie, & Religiosi convictus in tali designato Conventu, & ipso sic completo in eodem Conventu designato Professionem emitte, quia sic salvatur finis Summi Pontificis, qui fuit, ut Novitii probarentur in Conventibus strictioris observantie, atque ibi probati per integrum annum, & idonei reperti ad Professionem admitterentur, vel si inhabiles e Monasterio ejicerentur ad præscriptum Tridentini cap. 15. & 16. sess. 25. de Regularibus. Verba enim illa: *Præcipimus, ut de cætero neminem sub quovis prætextu ad Habitum Regularem admittant, vel similia, intelligenda sunt cum effectu, arg. cap. Relato de Cleric. non resident. cap. Aut verba de penit. dist. 1. Gloss. in Extravag. suscepti, in verb. Cum effectu, ne sede vacant. Feder. de Senis consil. 10. casus talis est, in fine, Fagnan. in lib. 4. Decret. cap. Infimante, Qui Clerici, vel vocantes n. 46. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.*

Talis autem Novitius inspecto effectu dicitur admittus, & receptus in Conventu designato, ubi per annum de momento in momentum completum probat auferitatem Religionis, & Religio mores illius juxta textum in cap. ad Apostolicam de Regularibus. & ibi postea ad solemnem Professionem admittitur, ad præscriptum Concilii Tridentini. cap. 16. vers. finito tempore Novitiatus sess. 25. de Regularibus. & juxta ipsa Clementina Decreta superius allegata. Licet enim indutus fuerit habitu Regulari in Conventu non designato, non tamen fuit ibi indutus, ut Novitiatum perageret in tali Conventu non designato, sed ut Novitiatum perageret integre in Conventu designato, & plene completo in tali Conventu designato ibi Professionem emitte, juxta Decreta Clementis VIII. die 12. Martii 1596. & 20. Junii 1599. & Urbani VIII. die 2. Aprilis 1632. a quo declarantur solum invalidæ Professiones eorum, qui annum probationis non fecerint in Conventibus ad recipiendos Novitios designatis. Sic solide cum pluribus aliis Fagnan. loc. cit.

Annus probationis post Concil. Trident. non potest renuciari neque a Novitio, neque a Monasterio; Concil. Trident. sess. 25. de Reg. c. 15. ubi irritat omnes Professiones factas ante annum Novitiatus emissum; Decretum autem irritans inducit formam, qui renunciari non potest, ut notat Bald. in l. 1. n. 2. vers. in contrarium ff. de liber. & posth. & Albert. Brun. in tract. de forma fol. 3. col. 1. ubi enim est data forma, contentus partium non operatur, Gloss. in c. statutum in princip. in verb. Committatur, de rescript. lib. 6. & ita anno probationis renunciari non posse sapius declarasse Sacram Congr. Concilii testatur Fagnan. lib. 3. decretal. in cap. Ad Apostolica, de Regul. n. 24. & tenet Barbofa in Trident. sess. 25. de Regul. cap. 16. num. 33. Navarr. Roderic. Fr. Emmanuel. & alii communiter.

Annus probationis seu Novitiatus ad valide profitendum exigitur etiam in Religione Hierosolymitana, ex statut. 28. de reception. Fratr. & sic declaravit Sac. Congreg. Conc. ut refert Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. num. 620. & Stephan. Gratian. discept. forens. 163. n. 17. & Fagnan. lib. 5. decretal. in cap. Qui Presbyterum de Penit. & remiss. Excipiuntur tamen Bohemi quibus indultum est, ut non teneantur esse in probatione nisi per sex menses. ut ordinat. 39. de reception. Fratr. in nov. & 36. in antiq. Sic Fagnan. loc. cit. Alia vide verb. Professio.

Nova additiones ex aliena manu.

DE jure antiquo annus probationis consensu mutuo utriusque Patris Novitii nempe & admittentium illum ad professionem dimitti poterat; tunc vero de jure novo Concilii Tridentini ut recte observat Auctor num. 43.

Equites Ordinum militarium, seculo proprio statuto, emitte professionem valent nondum completo anno probationis, propterea quod Concilium Tridentinum solummodo comprehendit Religiosos in commune viventes, strictam paupertatem, castitatem, & obedientiam profitentes, quales non sunt Equites ordinum militarium. Addidi seculo proprio statuto, nam Equites S. Joannis statutum habent, ne possint professionem emitte ante 16. ætatis annum completum, & ante annum probationis exactum, confer Schlmazgrueber Jur. Eccles. univ. lib. 3. part. 5. tit. 31. §. 4. num. 49.

Commendatarii Monasteriorum, quæ capita Ordinum sunt intra sex menses professionem solemnem emitte debent, vel cedere commendas, Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 21. de Regularibus. Idem Auctor eodem loco num. 56.

Moniales S. Dominici si legitimam ætatem habeant, & judicio Medici in articulo mortis constituta sint, possunt probationis anno nondum completo professionem emitte ex privilegio concessio a san. mem. Pio V. in constit. 109. hujus Pontificis Bullar. nov. tom. 2. Verum hæc professio solum operatur; ut Monialis professâ capax sit indulgentiarum, & aliarum gratiarum, quas in articulo mortis Professe, & Professi consequuntur. Cæterum si Monialis convalescat, ut cætera jura Professis competentia participare possit, probationis annum complere debet, & denuo professionem emitte prius editam ratam habere; Donat. tom. 2. Prax. Regul. tract. 9. q. 16. num. 1. & 2. Gaudent vero mox dicto Privilegio alii Novitii utriusque sexus cujuscumque ordinis, modo cum Ordine Divi Dominici in privilegiis communicent, Mirand. in Manual. Tralat. tom. 1. quæst. 22. art. 10. in fin.

Quædam novitia in ætate erat professionem emitte, tum annum probationis compleverat; nondum tamen professionem emitte. Correpta gravi morbo professionem emisit, & deinceps

de obit. Quæstio exorta fuit, utrum professio hæc facta dicenda e.let juxta jus commune & Concilium Tridentinum, an secundum mox dictum Privilegium. Magni erat momenti hæc quæstio ob effectus diversos, qui ab una & altera professione promanant. Si enim professio referebatur ad Privilegium, dos Monialis spectare nequibat ad Monasteriorum. Delata autem causa ad Rotam, ea decidit professionem emissam dici conformiter ad jus commune, & Concilium Tridentinum. Vide Barchinonen. dotis 26. Junii 1650. cor. Reverendiss. Corrada.

ANNUS S ANCTUS.

Annus Sanctus ab anno Jubilei veteris legis sumptus originem, & denominationem, unde sicuti apud Hebræos annus ille plenissime remissionis sanctificabatur, & Jubileus vocabatur; Sanctificatioque annum quinquagesimum, & vocabatur remissionem cunctis habitatoribus terræ, ipse enim est Jubileus. Levit. cap. 25. n. 10. Sic apud Christianos conluevit vocari annus Sanctus ille universalis Jubileus, qui cæteris revolutis temporibus pro integro anno Romæ solet indicari, & etiam juxta S. Isidorum Hispalen. in Origin. lib. 5. hic Jubileus interpretatur remissionis annus. Et licet Polydorus Virgilius, & varii alii censent, anni Sancti, seu magni Jubilei inchoationem, & institutionem derivare a Bonifacio VIII. ex quo ipse vere magnum Jubileum instituerit pro anno 1300, ut clare constat ex ejus Extravagant. incip. Antiquorum de pœnit. & remiss. Tamen reperitur etiam ante ea tempora fuisse celebratos Jubileos, ut ostendunt Navarrus de Jubileo vot. 1. & Benzonius lib. 3. cap. 4. Cardinal. Laureæ, Panzirol. Panvin. Victor. Turrecremata, & multi alii; Et Palaus §. 1. principium Jubilei refert ad tempora Apostolorum Petri, & Pauli; Et Gherard. in histor. lib. 13. pag. 410. sustinet anni Jubilei institutionem, vel ab ipsi Apostolis ortam, vel ab eorum immediatis Pontificibus; Et Scaliger. in Euseb. part. 18. & Petavius in Rational. tempor. referunt Jubileos celebratos ann. 49. & 50. post Christum natum. Et Joannes Card. Monachus testatur in cit. Extravagant. Antiquorum, quod ex ipsius Bonificii ore audivit, se ad hujusmodi Constitutionem edendam impulsum esse, quia vulgatum est, quod talis Indulgentia in annis centesimis a Nativitate Christi olim concedi solebat.

Annus Sanctus a Bonifacio VIII. fuit indictus pro unoquoque centesimo, & ex quo ipse Pontifex percepti. et, incolas Romanos una voce tenere, quod, qui Basilicam Sancti Petri visitarent unoquoque centesimo, plenariam Indulgentiam consequerentur, & de facto comperi. let 1. die Januarii 1300. turmarum populum Romanum ad limina Apostolorum convolare, & in dies augeri peregrinorum concursum, omnes uno ore ex majorum relatione exclamando in Basilica Sancti Petri maximam esse peccatorum expiationem, & signanter propriis auribus audivisset a quodam sene atatis annorum 107. quod ius Pater proximo tunc elapso centesimo Romam petisset, ipsumque in sua ultima voluntate admonuisset, ut venturo seculo tantum spirituales thesaurum lucrificere non ommitteret, Cardinalium, & Romani populi supplicationibus annuens die 22. Februarii suprascripti anni 1300. Felto Cathedra S. Petri Antiochiæ recurrente, magni Jubilei celebritatem quolibet centesimo recolendam inauguravit. Sic refert Cajetanus de Stephaneichis Card. S. Georgii ad velum aureum, seu Velabrum. & ipsius Bonificii alius in suo libro de anno centesimo inserto tom. 6. Biblioth. Patrum.

Annus sic a Bonifacio dispositus, fuit statim a Deo tanquam sibi gratissimus Miraculis comprobatus. Plurimi enim in Sanctorum Apostolorum Basilicis a diversis morbis, & infirmitatibus liberati sunt, & præsertim varii a Demonibus obsessi, a quibus exhibant clamantia, & cuncta, quod non solum ab Apostolis a multitudine animarum populi Christiani virtute, Sancti Jubilei cogebatur exire, & quod ex dictorum Apostolorum meritis animæ in Purgatorio existentes a pœnis liberatæ Gloriam æternam jam obtinere meruerunt: sic diffusè refert Raynald. ad ann. 1300. n. 7. Et tanta fuit ipsa multitudo populi ex omnibus mundi partibus ad lucrandum hunc magnum Jubileum accurrentis, quod ex omnibus nationibus, quæ sub cælo sunt, sine Romanis, semper, & continuo peregrinorum ducenta millia connumerabantur, absque venientibus, & recedentibus; ut testatur S. Antoninus part. 2. hist. tit. 20. cap. 8. §. 11. Et quod mirum est, huic pene infinitæ multitudini, nil ad victum defuit, & pretio satis commodo, ita ut sensibilibiter cognosceretur esse speciale opus Dei, ut narrat Brietius in Annal. ad num. 1300.

Annus Sanctus a Bonifacio VIII. pro unoquoque centesimo determinatus 1300. in sua Constitut. incip. Antiquorum, fuit postea redactus ad quinquagesimum a Clemente VI. 1350. in sua Constitut. incip. Unigenitus, & sic 1350. fuit prima vice Jubileus quinquaginta annis anticipatus. Deinde Urbanus VI. creatus Pontifex 1378. instituit, ut ob memoriam annorum triginta trium, quibus Christus Dominus in terris vixit, Jubileus celebraretur quovis anno trigesimo tertio, ut late scribunt Benzonius lib. 3. cap. 6. & Sanctarellus cap. 1. dub. 3. Et hanc Urbani reductionem ad triginta tres annos ratam habuerunt, & servarunt Martinus V., & Nicolaus V., ut enunciat Paulus II. in sua constitutione incip. Ineffabilis pro videntia, in qua anno 1470. ut omnis ætas tanti thesauri particeps efficeretur, statuit ipse Paulus II. ut in posterum Jubileus perageretur anno quolibet 25. Et hoc tempus 25. annorum a Paulo II. determinatum fuit ab omnibus ejus Successoribus usque ad præsens servatum. Post ipsum enim annos Jubileos indixerunt Sixtus IV. pro anno 1475. Alexander VI. pro anno 1500. Clemens VII. pro anno 1525. Julius III. pro anno 1550. Gregorius XIII. pro anno 1575. Clemens VIII. pro anno 1600. Urbanus VIII. pro anno 1625. Innocentius X. pro anno 1650. Clemens XI. pro anno 1675. Innocentius XII. pro anno 1700. qui tamen non potuit ipsum claudere ex quo obiit die 28. Septembris ejusdem anni 1700. & ipsum clausit Clemens XI. qui fuit electus Pontifex Max. die 23. Nov. ejusdem anni 1700. Benedictus XIII. pro anno 1725. Et Bened. XIV. pro anno 1750.

Anno Sancto imminente, die Ascensionis Domini ante Annum Sanctum maximo apparatu in Basilica Sancti Petri post Evangelium recitatur publice Pontificis Diploma de proximi anni Jubileo; Et annus Sanctus incipit a primis Vesperis Nativitatis Domini, & durat usque ad primas Vesperas ejusdem Nativitatis Domini anni sequentis, cum hac tamen diversitate, quod Vesperæ initio anni Jubilei dicuntur post aperitionem Portæ Sanctæ, at in fine ejusdem anni Jubilei dicuntur antequam ipsa porta Sancta claudatur, unde Jubileus perseverat, dum porta Sancta fuit aperta; Et vocatur Sancta eo quia, qui per eam, ut decet, ingrediuntur, sanctitatem, seu Gratiam Divinam consequuntur, & dum ea clauditur, benedicuntur lapides, calx, & alia id genus.

Porta autem Sancta aperitur, ut sequitur. In vigilia Nativitatis Domini instituitur mane supplicatio celeberrima, cui interit Summus Pontifex cum Cardinalibus, Principum Legatis, Prælati &c. Post meridiem Pontifex e sacello Palatii confert ad Ecclesiam Sancti Petri, æque ac reliquæ claustram, cuique portam mutatam, quæ dicitur Porta Sancta, ter ipse malleo argenteo percutit, Summus Pœnitentiarius bis, tunc a Fabris murariis disjicitur murus foribus Ecclesie Sancti Petri appositus, cujus omnes lapides, ac cæmentum magna cum devotione accipiunt Populus Romanus, ac peregrini. Deinde Pontifex Templum ingreditur, interestque Vesperis solemnibus; & interim cum magno comitatu Cardinalis Decanus pergit ad aperendam portam Sanctam Basilicæ S. Pauli, & Cardinales Archipresbyteri ad aperendas Portas Sanctas quilibet suæ respective Basilicæ Lateranensis, & Sanctæ Mariæ Majoris. Postquam autem per totum annum dictæ Sacra Basilicæ visitate fuerunt, paulo ante Nativitatem Domini edicitur, Portam Sanctam Divi Petri claudendam esse in vigilia Nativitatis ejusdem Domini post Vesperas, quas præcessit non minus solemnem a Palatio Apostolico supplicatio, quam quando aperienda erat.

Unde postquam ipse Summus Pontifex, & postmodum ipse Summus Pœnitentiarius in medium liminis ingressum ipsius Portæ Sanctæ jecit calcem trulla, seu cochleari argenteo, ternosque lapides posuit; tunc mox in altum, latumque murus erigitur, manetque integer donec redeat alius annus Sanctus. Et dum Porta Sancta Basilicæ Sancti Petri ab ipso Summo Pontifice, & aliæ portæ Sanctæ aliarum Basilicarum a suis respective Cardinalibus destinatas aperiuntur, & clauduntur, recitantur variae, & determinatæ preces, quas præ aliis refert Navarrus in fine sui commentarii.

Pro anni Sancti Jubileo lucrando indictæ sunt variae Ecclesie visitandæ. Bonifacius VIII. determinavit visitandas esse Basilicam Apostolorum Petri, & Pauli. Clemens VI. addidit visitandam Basilicam Lateranensem. Et Gregorius XI. adjecit visitandam Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, prout usque ad præsens servatur, & semper expræmuntur Basilicæ visitandæ in Constitutionibus, quæ publicantur per Summos Pontifices in indictione hujusmodi magni Jubilei anni Sancti. Inter

Interdum tamen justis de causis fuerunt subrogatæ aliæ Ecclesie prædictis Basilicis, ut contigit sub Urbano VIII., a quo fuit deputata visitanda Ecclesia Sanctæ Mariæ Transyberinæ loco Basilicæ S. Pauli extra mœnia ratione pestis, quæ tunc temporis grassabatur in Urbe, & Regno Neapolitano, & Sicilia. Et tales Basilicæ debent visitari per triginta vices a Romanis, & incolis Urbis, & per quindecim vices ab exteris in gratiam laborum, & pœnarum itineris. Quandoque tamen ad minores vices fuerunt redactæ dignis de causis a variis Summis Pontificibus, & data etiam facultas Pœnitentiariis Basilicarum tales visitationes diminuendi, ut observat Archiepiscopus Tarfensis Maria Phebæus in suo libro de progressu celebritatis anni subilei. p. 240. Alia ad rem, Vid. verb. Jubileum.

ANTIQUATA propositio. Vide verb. Propositiones damnatæ, num. 44. Apocrypha propositio. Vide ibid. n. 43. Apocryphæ Indulgentiæ. Vide verb. Indulgentia art. 4. per tot. Athea propositio. Vide dict. verb. Propositiones damnatæ num. 29.

APOSTASIA, APOSTATA.

Apostasia ex vi nominis significat quandam defectionem, vel recessum a Deo in aliquo bono, in quo homo tenebatur perseverare, vel ex præcepto, vel ex voto; Unde quia a Deo tripliciter recedere possumus secundum tres modos conjunctionis debet ad ipsum, scilicet per Fidem, Obedientiam, & Religionem professam, vel Sacrum Ordinem susceptum, ideo triplex est Apostasia, seu defectio, scilicet a Fide, Obedientia, Religione professâ, vel Sacro Ordine suscepto; Ita communiter Doctores cum Divo Thoma 2. 2. quæst. 12. art. 1. & Glof. in cap. 1. de Apostatis. Apostasia a Fide (quæ propriissime Apostasia est, & a communi post Glof. in cap. 1. de Apostatis verb. Apostata, Apostasia perfidiæ vocatur) est totalis discessus, seu defectio a Fide Christiana; Unde Apostata a Fide ille dicitur, qui in totum a Fide Christi recedit, sive toto aliter eam deserit, ut si Christianus efficitur Judæus, vel Turca, sive Paganus; l. 1. & 2. Cod. de Apostat. cap. non potest. 24. caus. 2. quæst. 7. Pirhing. lib. 5. tit. 9. §. 1. Farinac. tract. de Hæresi q. 183. §. 2. n. 13. Sylvester verb. Apostasia, & alii communiter.

Hinc Apostasia differt ab Hæresi solum secundum magis, & minus, ex quo Apostasia deficit a Fide Christi totaliter, & Hæresis solum partialiter; Apostata enim dicitur, qui Christum, & Fidem Christianam, quam suscepit, totaliter abnegat; Hæreticus vero non totaliter abnegat, sed solum partialiter secundum unum, vel aliquos Articulos, ideoque magis late patet Apostasia, quam Hæresis; omnis enim Apostata est Hæreticus, sed non omnis Hæreticus est Apostata, ut de se patet, quia licet Lutherani, Calvinistæ, & alii Hæretici vulgo, & improprie dicantur Apostatæ, vere tamen, & proprie loquendi non sunt Apostatæ a Fide Christi, cum adhuc Christiani sint ad differentiam verorum Apostatarum, qui amplius non sunt Christiani, sed vel Judæi, vel Pagani secundum sectam, quam amplexi sunt.

Unde Apostatæ ultra quam quod incurrunt omnes pœnas, quas incurrunt Hæretici, ut expresse habetur cap. contra Christianos 13. de Hæreticis in 6. præcis his verbis: Contra Christianos, qui ad ritum transferunt, vel redierint Judæorum &c. erit tanquam contra Hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Judæos convicti, & sicut contra fautores, receptatores, & defensores Hæreticorum, sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est procedendum. Et tenent communiter Doctores; Adhuc tamen alias majores, & graviores incurrunt, quam ipsi Hæretici; cum Apostatæ semper quandiu vivunt, & post mortem usque ad quinquennium accusari, & in tuis puniri possint, l. Si quis 1. & l. Apostatarum 4. Cod. de Apostatis; Nec suffragatur eis pœnitentia, ut suffragatur Hæreticis, l. Hi qui 3. Cod. de Apostatis; ubi aperte dicitur: Lapsi enim, & pœnitentibus subvenitur, perditis vero, hoc est Sanctum Baptisma profanantibus, nullo remedio succurritur; Et si alios seducant, spoliantur omnibus bonis, & capitali sententia damnantur, l. Cum 5. Cod. de Apostatis.

Quæ autem pœnæ de Jure sint statutæ Hæreticis, & consequenter Apostatis, Vide suo loco verb. Hæresis. Apostatæ a Fide in Turcharum ditionibus existentes, si ibi redeant ad pœnitentiam, omnino debent abjurare Apostasiam coram Fidelibus captivis, quibus dederunt scandalum, in pro-

priis carceribus publice, & explicite; at coram infidelibus non videtur hoc necessarium, sed sufficit, ut coram ipsis abstineant ab actibus infidelitatis, deponantque habitum protestativum, falsæ Religionis, & curent ut successu temporis cognoscant etiam infideles vel ab ipsis, vel ab aliis eorum abjuratorem, licet id cum periculo vitæ; Sacra Congregatio Sanctissimæ Inquisitionis 18. Julii 1620. Sacra Cong. de Propaganda Fide sub die 7. Aprilis 1629. quam refert Laurent. de Peyrinis de privileg. Regul. tom. 3. in addit. ad Constitut. Leonis X. cap. 4. num. 26. pag. 430.

Apostatæ reversi ad Fidem in terris infidelium tuta conscientia omnem habitum indistincte deferre possunt nationis discretivum, dummodo non sit protestativus falsæ Religionis, donec nanciscantur occasionem transfugiendi ad Fideles; Nec proinde de arce di sunt a susceptione Sacramentorum, si propositum habent profitendi Fidem, quando Juridice de illa interrogentur; Sacra Congregatio de Propaganda Fide 7. April. 1629. cujus meminit Laurent. de Peyrin. loco superius cit. num. 27. Sac. Cong. S. S. Rom. & universalis Inquisitionis coram Sanctiss. D. N. Urban VIII. 18. Julii 1630. apud eundem Laurent. de Peyrinis dict. cap. 4. num. 41. censuit deponendum esse habitum infidelium, quatenus sit protestativus falsæ Religionis; si vero sit æquivocus, potest illum deferre, quod si ex illa delatione ratione personæ aliqua oriretur suspicio, tenetur auferere quam primum poterit.

Apostatam pœnitentem in articulo mortis constitutum, & in terris infidelium existentem absolvere debet Confessarius, abjurata prius verbo Apostasia in Foro conscientia, & si per aliquod temporis spatium supervixerit, poterit abjurare in balneo coram Fidelibus: Quod si non poterit, relinquat Chirographum suæ abjuratæ saltem signo Crucis subscriptum; Quod si neque hoc possit, committat Confessario, ut suam abjuratorem Fidelibus manifestet. Non autem tenerur pœnitens tunc in periculo vitæ constitutus, etiam tuadentibus Turcis cum periculo vitæ Fidem Catholicam, quam tunc, abjurata infidelitate, amplexus est, confiteri, sed eorum suasionibus eludere, vel non respondere, vel æquivocis verbis utendo; Sac. Congreg. S. Rom. & Universalis Inquisitionis 18. Julii 1630. teste Laurent. de Peyrinis d. cap. 4. n. 42.

Apostasia a Fide per Chirographum fraude Dæmonis facta nullum Jus illi tribuit, & reconciliandus est Apostata, absque eo quod Dæmon cogatur Chirographum reddere, cum in tali casu sufficiat vera pœnitentia commissi criminis, seu Apostasie, ex illo enim Chirographo nullum Jus acquiritur Dæmoni, ut bene advertit Lupus in Edictis inquis. par. 3. lib. 22. dist. 5. art. 2. diff. 2. Nec valet dici illud esse requirendum ad probandam Apostasiam Malefici, quia neque ad hoc est necessarium, cum corpus delicti apostasie non oporteat per scripturam probari, dum de eo conitat per confessionem ipsius rei; Card. Albit. de inconst. in Fide cap. 32. n. 153.

Apostasia ab Obedientia late capta est omnis mortalis Divinæ Legis transgressio, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 12. art. 1. ad 1. juxta illud Ecclesiast. 10. Initium superbiæ hominis apostatare a Jure. Stricte tamen, & proprie loquendo Apostasia ab Obedientia sumitur pro recessu a mandatis Ecclesiæ, cum quis ex superbia, vel contemptu Schismaticè resistit Ecclesiæ legitime præcipienti, vel suis Canonibus, Conciliaribus Decretis, & justis Legibus obtemperare contumaciter recusat; colligitur ex c. 2. de majorit. & obedientia, & c. 1. caus. 3. q. 4. & c. 2. ejusdem caus. & quæst. ubi præcisè dicitur: Transgressores enim sponte Legis suæ, ejusque violatores Apostatæ nominantur; & hujus Apostasie præcipua species est Schisma, de quo vide verb. Schisma.

Apostasia a Religione proprie loquendo est criminosa discessio a Religione cum animo non amplius redeundi ad Regulare Institutum. Dicitur criminosa discessio ad denotandum, quod ad incurrandam veram Apostasiam debet esse temeraria discessio, & facta sine licentia Superioris, unde Apostatæ non sunt, qui discedunt cum legitima facultate, vel liberantur a Regulari obedientia, vel ad Episcopatum legitime transferuntur, juxta Clement. 1. de elect. Dicitur autem cum animo non amplius redeundi ad Regulare Institutum, ad denotandum, quod ut incurratur vera Apostasia, debet habere animum deliberatum nunquam redeundi, sive ad suum derelictum, sive ad aliud quodcumque Regulare Institutum. Unde qui a Religione professa etiam sine legitima facultate ad aliam laxiorem Religionem transiret, non esset rigorosè & proprie Apostata, quia, ut inquit Innocentius in cap. Intelleximus in fine de atat. & qualitat. in nullo venit contra ea, quæ sunt de substantia Ordinis,

nis, cum semper sit in alicujus obedientia, nam non dicitur Apostata proprie, nisi qui ad saculum redit, & tenet Gloss. in cap. ult. de Apostatis, Abbas, Joannes Andreas, Archidiaconus, Silvester, Fagnan, Pirhing, Rodrig, Cajetan, Layman, & alii plurimi.

23 Apostasiam vere incurrit, & dicitur Apostata, qui a Religione temere discedit cum animo non amplius redeundi, etiam si retineat Habitum, nam nihil refert, an cum, vel sine Habitu discedat, dummodo habeat animum deliberatum non amplius redeundi, sicut enim Habitum non facit Monachum, sed Professio Regularis, cap. Porrextum; cap. Ex parte, de Regularib. Ita retentio Habitum tantum non debet facere quempiam esse in Religione, ut aequaliter fiat dissolutio, & colligatio vinculi; l. Nihil est, de Reg. Jur. Leg. Ab emptione. Cod. quando licet, & item per acceptilationem, Instit. quib. mod. obligat, tollat. Et expresse a Clemente VIII. in decreto pro reservatione casuum edito 26. Maii 1593. vocatur Apostasia sive fiat habitu retento, sive dimisso, praecisus his verbis: *Apostasia a Religione sive Habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa Monasterii, sive Conventus fiat egressio.* Quod decretum fuit etiam confirmatum ab Urbano VIII. 21. Septembris 1624. Sic tenet Abbas in cap. 1. num. 2. de Apostat. Farinac. tract. de Heresi quae est. 183. §. 1. num. 62. Cajetanus, Sanchez, Rodriguez, Angelus, Sylvester, Pirhing, Anaclet. Donatus, & cum plurimis aliis Pignatell. tom. 7. cons. 63. num. 5.

25 Quamvis autem ex dictis colligatur rationem formalem, Apostasiae proprie dictae in hoc praecite consistere, quod discessio a Religione fiat cum animo non amplius redeundi, adeoque eos, qui cum animo redeundi discedunt, non esse proprie Apostatas, sed fugitivos: Tamen in praxi communiter accipiuntur, & tractantur ut veri Apostatae, qui extra Clausura sine Superiorum licentia Habitum etiam retento, & cum animo redeundi ad Religionem vagantur, prout refert Sancto. com. in statut. Relig. S. Francisci cap. 2. statut. 61. esse definitum per statuta Papalia Julii II. cap. 7. part. 31. praecisus his verbis: *intelligimus autem Apostatam omnem, qui sine licentia, vel contra obedientiam suorum Praelatorum per terras, loca, seu patrias cum Habitu, vel sine, cum socio, vel sine illo ierit, atque quomodolibet discedentem.* Et sic pro eodem sumuntur in Decretis de Apostatis, & ejectis a Sac. Congreg. Conc. jussu Urbani VIII. 21. Septembris 1624. editis, ubi §. 3. expresse dicitur: *Rursus statuit, ut fugitivi, & Apostatae sine Habitum Regularem deferant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopis loci, ubi moram trahunt, in Carceres conjici, ac Superioribus Regularibus consignari secundum Regularia statuta puniendi.* Et pro eodem etiam sumuntur a Clemente X. in Constitut. incip. *Pastoris aeterni vices* edita 18. Februar. 1675. in qua habetur praecise: *Ut Regulares Apostatae & fugitivi &c. tunc poenarum ipsis propter Apostasiam hujusmodi infligantur, vel infligendarum &c.*

29 Non est tamen Apostata Regularis, qui injuste, & notabiliter gravatus a Superiore recta via ad Generalem, Provincialem, aut alios, ad quos de Jure, accedit absque licentia Superioris. In tali enim casu talis Religiosus non peccat, nec recedit ab obedientia, sed dicitur appellare de facto, quamvis antea non appellaverit. Appellatio autem ex Pasqualigo ad Lauretum de Franchis part. 1. num. 1359. est defensio contra injustitiam, & praesidium innocentiae; & defensio per omnes est de Jure naturae, adeoque Regularibus nedum licita, sed & necessaria, ut per majorem Superiorem a gravamine Superioris inferioris liberentur. Non est enim dicibile, utpote nimis durum, quod ex proprio statu Regulares sint deterioris conditionis, quam ceteri homines, qui ab injustis gravaminibus possunt appellare, & ad majores Judices recurrere, cap. Suggestum, cap. Pastoralis Officii de appellationibus lib. 2. tit. 28. Et sic tenent Lezana sum. tom. 1. cap. 16. num. 8. Peyrin. de subdito quae est. 1. cap. 20. Ameno de delictis tit. 2. §. 1. Apostasia num. 27. Pignatell. tom. 10. Consult. 24. num. 27. & plurimi apud ipsum, Pirhing, Bonacina, Tamburin, & alii.

32 Nec officit, quod Concilium Trid. cap. 4. sess. 25. de Regular. decernat: *Nec liceat Regularibus a suis Conventibus recedere, etiam praetextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; Qui vero sine praedicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam desertor sui Instituti puniatur.* Nam, ut inquit Rodriguez tom. 1. quae est. Regul. 3. art. 3. & Pignatell. tom. 10. Consult. 24. num. 28. non est credendum, Concilium voluisse derogare Juri naturali de se defendendo ab injuste gravante, &

iniquo oppressore, & loqui voluisse de Religiosis sic injuste gravatis, & inique oppressis, sed solum de illis, qui sine vera causa, & solo apparenti levi, ac emendicato praetextu recurrunt, uti illa dictio *praetextu* significare videtur. Mens igitur Concilii fuit providere, ne Regulares ex quocumque levi, inani, & colorato praetextu vagandi, & se subtrahendi a Superiorum obedientia occasione quaerant, ut fassissime in dies accidebat, & per hoc praecipit tales Regulares esse puniendos tamquam sui Ordinis desertores, etiam si similibus emendicatis praetextibus accedendi ad Superiores a Conventu, vel Monasterio sine facultate discedant; non autem prohibere ne in causa veri, & realis notabilis gravaminis praesentis, vel imminentis ad majores Superiores posse haberi recurrat, eo vel maxime, quod non est petenda licentia ab illo, ad cujus gravamen tollendum agitur. Et sic declaratum fuisse a Sac. Congregat. refert Rodriguez loco citato; Et tenent Navarr. com. 2. de Regul. num. 67. juxta Gloss. in cap. Cum Pastor 2. quae est. 7. & arg. cap. Ex parte de accus. Suarez de Religione tom. 4. lib. 2. cap. 102. num. 4. Quaranta, Ameno, & alii plurimi. In tali enim casu praetimitur licentia tacita Superioris ad quem, ut optime dicit Suarez tom. 4. tract. 5. lib. 3. cap. 1. num. 6. Lezana tom. 1. cap. 16. num. 9. Pignatell. tom. 10. Consult. 24. num. 28. Barbol in Concil. sess. 25. cap. 4. num. 9. cum Arrogon & plurimis aliis ibi citatis.

Nec etiam obstat, quod in multis statutis variarum Religionum declaratur Apostata, qui sine obedientia extra Conventum ierit etiam praetextu ad Superiores accedendi, etiam si recta via coram Superiore se sistat, ut signanter cavetur in Constitutionibus Minorum de observantia statut. Sambucan. cap. 2. §. 8. num. 5. nam ut optime dicit Sancto in compendio Commentariorum super ipsa statuta Minorum, verb. *Apostasia, & Apostata* num. 7. statuta recurrit, & confugium ad Superiorem non condemnant absolute, sed frivolum, & sub praetextu ob causas scilicet leves, & frivolas: *Non enim est Apostata qui supra modum gravatus ad Superiorem sine licentia confugit.* Penal. cap. 9. quae est. 2. & constitut. cap. 3. statut. 22. Et talem non esse Apostatam tenent etiam Lantucha verb. *Appellatio* num. 8. Ameno de delictis tit. 2. §. 1. Apostasia n. 31. Matteucci Official. quoad Apostatas num. 16. & 17. Rodriguez, Portell. ex noitris.

Et a fortiori non est Apostata Regularis recurrens recto tramite ad Urbem a gravaminibus Superiorum sine eorum licentia, dummodo non vagetur, & se praesentet R. P. D. Secretario Sac. Cong. ut pluris fuit Decretum, & signanter in Valentia 6. & 27. Junii 1698. Monacell. tom. 1. in Appendic. adnotat. ad Decret. de Ejectis num. 1. Ursaya Instit. Criminal. lib. 1. tit. 8. num. 29.

Debet tamen talis Religiosus ad Superiorem majorem sine obedientia confugiens et sic notabiliter, & manifeste gravatus, ut evidenter constet, vel de facili probari possit, non habere aliud remedium, nisi ut ad majorem Superiorem contugiat, & sic apud illum se ipsum tueatur. Ad iustificandum tamen suum recurrit, & ut nulla pro Foro etiam externo sit Apostasiae umbra, & suspicio fugae, nec contra eum militent iuncta a Sac. Congreg. Regular. anno 1537. in decreto incipit. *Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio &c.* & a Sixto V. in sua Constitut. incip. *Ad Romanum spectat* §. 20. & a Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 4. super recessu Regularium sine Obedientialibus a Conventibus, his verbis: *Nec liceat Regularibus a suis Conventibus recedere etiam praetextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine praedicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam desertor sui Instituti puniatur.* expediret, imo esset sic instruendus, ut prius ipse recurreret peteret facultatem a Superiore gravante adeundi majorem Superiorem, & tali facultate sit negata, peteret testimoniales Apostolos a testibus fide dignis de petita, & sibi denegata tali facultate.

Et dato quod nec tales testimoniales Apostolos posset obtinere propter aliquem timorem, vel respectum, aut aliam causam in testibus, seu potius petendo tales testimoniales Apostolos, aut licentiam, aliquod majus gravamen certo timeret, quod nisi festinanter, & occulte discederet, statim incarcerationetur, & adderentur gravaminibus gravamina, tunc nulla petita licentia, & nullis testimonialibus, posset recta via Superiorem adire pro necessario sublevamine, quia nemo tenetur sibi majus malum procurare, & in tali casu, licet non verbo, facto diceretur appellare, quod plus est: cap. *Dilecti filii* 2. de appellat. & Gloss. ibi: Navar. Pignatell. Suarez, Peyrin. Ame-

40 Ameno, Nicolius, & alii supracitati. Imo plurimi, ut Peyrinus cit. ex Portello in addit. ad dubia Regular. verb. *Habitum* num. 3. Diana tom. 3. tract. 2. resolut. 115. & alii tenent, quod in tali periculoso casu possit etiam Regularis Habitum dimittere absque incurfu Apostasiae, & sic incognitus directe ad Superiorem accedere, dummodo vere, & certo timeat, quod in itinere capiatur, & reducatur per vim ad manus Superioris gravantis. Et hoc est juxta caput Clerici officia, ubi expresse dicitur: *Nisi iusta causa timoris exegerit Habitum transformari, & Glossa ibi explicite: Clericus iusta de causa potest postponere Habitum Clericalem, nec censetur Apostata, & Gloss. in cap. Ut periculosa, Ne Clerici, vel Monachi in 6. verb. temere, ubi habet praecisa verba: Ex causa licet Habitum transformare, si iusta sit, puta timor.*

42 Et quod Regularis dimittens Habitum ad evitanda pericula non sit Apostata, tenent expresse Sylvester verb. *Habitum* n. 3. Divus Antonin. in 3. part. tit. 24. c. 33. & Pignatell. tom. 10. Consult. 24. c. 14. num. 14. cum plurimis aliis ibi citatis. Addo quod evitandi periculi causa licet Clericis arma deferre juxta Gloss. in cap. *Clerici arma*, ubi dicit: *Clerici arma portare non debent sine iusta causa: Justam causam intellige, si per loca periculosa transitum faciunt, tunc possunt portare arma ad terrorem latronum.* Et etiam ad evitanda pericula licet esse comam deferre, Gloss. in cap. *Clericus neque Comam*, ubi dicit, quod cum quidam reprehenderetur a Papa, sic pro sua iusta defensione respondit.

Tutius ut peterem Laici sub imagine Romani; Fas fuit, ut siverem luxuriare comam.

44 Regularis cum Litteris Obedientialibus itinerans, & ad liberius divagandum Habitu Regulari in itinere dimisso, & in veste seculari incedens, non est Apostata, quia ex superius dictis ratio formalis Apostasiae est, quod discessio a Religione fiat cum animo deliberato non amplius redeundi, hic autem Regularis, ut supponitur, habet animum, & voluntatem iterum redeundi ad claustra sub obedientia Superiorum, & in tantum dimisit Habitum Regularem, ut liberius sub veste seculari divagaretur; Sanchez lib. 6. Moral. cap. 8. n. 5. Pirhing. lib. 3. tit. 31. sess. 5. n. 187. & alii. Nec etiam talis Regularis censendus est fugitivus, quia recessit a Conventu seu Provincia cum legitima facultate suorum Superiorum.

45 Ligatur tamen Excommunicatione lata in Regulares temere Habitum dimittentes liberius vagandi causa, ut periculosa, Ne Clerici vel Monachi in 6. ibi: *Ut periculosa, Religiosis vagandi materia subtrahatur, distinctius inhibemus, ne de caetero aliquis Professus temere Habitum dimittat. Si quis autem temerarius violator extiterit, Excommunicationem incurrat sententiam ipso facto.* Et hanc Excommunicationem etiam incurrit, qui Habitum defert, sed ita coopertum, ut cognosci non possit, ut cum multis a se citatis tenet Peyrin, de subdito c. 26. & facit Gloss. in Clementin. de vita, & honestat. Cleric. cap. *Quoniam qui verb. extrinsece.* Et ratio est clara, quia licet ipse non dimittat Habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, & deferre illum coopertum alio Habitu, idem est ex Quaranta Summ. Bull. verb. *Apostatu*, ac illum non deferre, & ita faciliter potest libere vagari deferendo Habitum coopertum, ac si nullo modo ipsum deferret; & per hoc Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19. decrevit sic: *Ne detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi Habitum suae Religionis.*

48 Regulariter autem quantumcumque Habitum etiam ex lascivia relinquatur, vel cooperiatur, si non relinquatur animo deliberato illum non assumendi, non contrahitur Apostasia, ut respondit Oldrad. conf. 102. in hanc rem edito, & tenet Rodrig. tom. 1. q. Regul. 30. art. 1. Pignatell. tom. 10. conf. 24. num. 15. Peyrin. & alii &c.

49 Poenae Apostasiae a Religione, seu statu Religioso de Jure communi sunt sequentes. Prima est Excommunicatione, quae ipso facto incurritur, si fiat Apostasia cum dimissione Habitum, ut expresse habetur in cap. *Ut periculosa* 2. ne Clerici vel Monachi in 6. Secus autem si Apostasia fiat cum retentione Habitum, quia nullus textus dictam Excommunicationem infligens allegari potest. Ipse enim textus cap. *ut periculosa*, quem aliqui in contrarium allegant, loquitur solum de illis, qui Habitu dimisso discedant, ibi: *Ne caetero aliquis Professus temere, Habitum dimittat &c.* Sic tenet Gloss. de temp. Ordinand. verb. *Apostata*. Abbas in cap. fin. n. 2. de Apost. Sanch. lib. 2. moral. cap. 8. n. 20. Pirhing, hoc tit. num. 9. Sylvester, Oitien. & alii communiter.

Secunda poena est suspensio ab Ordinibus Sacris, quod Apostasia, cap. *Consulationi*, de Apost. & reiter. Baptism. lib. 5. & 9. Et si durante suspensione celebret, vel alios Ordines exerceat, sit Irregularis, cap. *Cum aeterni*, de sentent. & rejud. lib. 2. tit. 14. in 6. & cap. *cum medicinalis*, de sentent. excomm. pariter in 6. A qua Irregularitate licet de Jure communi non possit dispensare nisi Papa, ut clare innunt dicit duo Canones *Cum aeterni*; & *cum medicinalis* de Jure tamen particulari per privilegia possunt ab ipia dispensare cum suis subditis omnes Praelati Regulares, ut patet ex concessione Sixti IV. in Bulla Maris Magni incipien. *Regimini*; Pauli III. incipien. *Licet debitum* & S. Pii V. incip. *Dum ad Congregationem Cassinensem*. Vide verb. *Irregularitas* art. 3. num. 16. & 17.

Tertia poena est, quod durante Apostasia Regularis Apostata exultat privatus privilegiis suae Religionis; Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19. ubi expresse dicit: *Interim vero nullo privilegio suae Religionis juvetur.* Praeter autem has poenas a Jure communi statutas, sunt etiam aliae, ut privatio vocis activae, & passivae, carceris, Flagellationis, jejunii, & hujusmodi, quae diversimode a qualibet Religione in particulari pro suis Apostatis sunt impositae, & ideo circa litas potest quisque consulere propriae, & particulares suae Religionis Constitutiones, in quibus fere omnibus est imposita Excommunicatio ipso facto incurrenda ab Apostatis, & fugitivis, sive Habitu retento, sive dimisso fiat Apostasia, aut fuga.

Apostatas, & fugitivos recipientes, retinentes, vel occultantes, aut eis pro fuga, & Apostasia consilium, aut auxilium praestantes, peccant mortaliter, & ipso facto Excommunicationem incurunt, ut patet ex pluribus Constitutionibus Pontificiis citat. a Catarub. in compendio privilegior. verb. *Apostata ab ordine*, ubi n. 19. signanter refert Constitutionem Innocentii VIII. qua in favorem Ordinis Minorum Regularis observantiae statuit ut recipientes, & detinentes hujusmodi Fratres a suis Conventibus sine licentia suorum Superiorum recedentes, sint ipso facto Excommunicati, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & Litteris Apostolicis in genere, vel in specie quibuslibet locis, vel Personis per Sedem Apostolicam concessis, & imposterum concedendis. Et fere idem statuerunt alii Pontifices pro aliis Ordinibus, ut videri potest etiam apud Hyacinth. Donat. tom. 1. tract. 7. q. 22. Mirandam tom. 1. quae est. 51. art. 1. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 8. section. 4.

Praelati seu Superiores Regulares tenentur fugitivos, seu Apostatas requirere, & revocare, & eos cogere, ut ad Ordinem revertantur, Sic expresse praecipitur a Gregorio IX. in cap. Ne Religiosi 24. de Regular. lib. 3. tit. 31. Ne Religiosi vagandi occasionem habentes propriae salutis detrimentum incurant, & sanguinis eorum de Praelatorum manibus requiratur, itatumus ut Praesidentes Capitulis celebrandis secundum statutum Concilii Generalis (scilicet Lateranensis sub Innocentio III. cap. 22. quod refertur cap. In singulis de statu Monachorum) seu Patres Abbates, seu Priores fugitivos suos, & ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent, & tandiu faciant ab Ecclesiis Praelatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

Nec valet dicere, hunc Canonem sic praecipientem fuisse consuetudine abrogatum, quia ut solide probat Fagnanus in hoc capite, *Ne Religiosi de Regular. n. 4. & seq.* haec obligatio, quae incumbit Praelatis inquirendi, & reducendi fugitivos, & Apostatas, oritur ex Jure Divino, quo tenentur omnes, quibus animarum cura commissae est, oves suas curare, & errantes reducere; fugitivi vero, & Apostatae non desunt esse subditi Praelatorum Regularium, ideoque consuetudo contraria non revocandi illos, cum nutriat peccatum, tam ex parte Superiorum, quam Subditorum, qui extra Religionem vagando, propriae salutis detrimentum incurunt, ut dicitur in principio ipsius capituli *Ne Religiosi &c.* non valet; Eo vel maxime quod haec obligatio perquirendi, & reducendi ad ordinem fugitivos, & Apostatas fuit renovata, & iterum imposita Superioribus Regularibus de mandato Urbani VIII. a Sacra Congreg. Concilii in suis Decretis editis 21. Septembris 1624. in quibus §. 4. sic praecise praecipitur: *„ Rursus statuit, ut fugitivi, & Apostatae sine habitum Regularem deferant, sive non possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt in carceres conjici, ac Superioribus Regularibus consignari secundum Regularia Instituta puniendi; Utque ipsa quoque Superiores teneantur (nota attente) eos requirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur. „ Quae obligatio eos perquirendi, & ad Religionem reducenda*

- 11 Christus æqualem potestatem fundandi ubique terrarum Ecclesias, creandi Episcopos dederit omnibus Apostolis, tamen voluit inter ipsos esse quamdam discretionem, ut scilicet Petrus esset eorum Caput, & tamquam suus in tota Ecclesia Vicarius, ordinarius, & perpetuo duraturam haberet potestatem, quæ una cum Officio Vicariatus Christi deinde transfret ad legitimos ejus Successores Romanos Pontifices, & Apostoli Petrum recognoscerent tamquam eorum Caput, & Principem, & sua iurisdictione esset solummodo personalis, & extraordinaria propter necessitatem illius temporis, & primæ foundationis Ecclesiæ; adeoque in se ipsis terminatura, nec transmissa ad suos successores, quales sunt Episcopi Papa inferiores. Melchisedech in *Epist. Decretali*, Anacletus Papa *cap. in novo dist. 21.* & idem Anaclet. *cap. Sacrosancta dist. 22.*
- 12 Apostoli singuli posuerunt suum articulum in Symbolo; Varii tamen variant in assignando ordine, quo quisque Apostolus suum articulum posuit; Et inter omnes verifimilior videtur ordo, quem tradidit Doctor meus Subtilis in *3. dist. 25. quest. mic.* Sic Petrus posuit primum articulum, scilicet: *Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Cæli, & Terræ.* Joannes posuit secundum, scilicet: *Et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum.* Jacobus Zebedæi posuit tertium, scilicet: *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.* Andreas posuit quartum, scilicet: *Petrus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Philippus posuit quintum, scilicet: *Descendit ad Inferos.* Thomas posuit sextum, scilicet: *Tertia die resurrexit a mortuis.* Bartholomæus posuit septimum, scilicet: *Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.* Matthæus posuit octavum, scilicet: *Inde venturus est judicare vivos, & mortuos.* Jacobus Alphæi posuit nonum, scilicet: *Credo in Spiritum Sanctum.* Simon Zelotes posuit decimum, scilicet: *Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum Communionem.* Judas Jacobi posuit undecimum, scilicet: *Remissionem peccatorum.* Sanctus Mattheus posuit duodecimum, scilicet: *Carnis resurrectionem, vitam æternam.* Et hic Scoti ordo fundatur in Sacra Scriptura; Nam *Actorum cap. 1. num. 13.* hoc eodem ordine referuntur Apostoli post Christi in Cælos Ascensionem: *Et cum introissent in Cenaculum, ascenderunt, ubi manebat Petrus, & Joannes, Jacobus & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi; Et exinde cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis, ibi n. 26.*
- 14 Unde verifimilium est, quod singuli Apostoli posuerint suos Articulos in Symbolo ab ipsis confecto, juxta ordinem post Christi Ascensionem inter se observatum, & a S. Luca hic *Actorum cap. 1. num. 13.* relatum.
- 15 Apostolorum Canones indicantur in *cap. Placuit dist. 16.* Di-
- 16 ti autem Canones Sanctorum Apostolorum per Clementem a Petro Apostolo Romæ ordinatum Episcopum in unum congesti, sunt sequentes.
- I. Episcopus a duobus, aut tribus Episcopis ordinator.
 - II. Presbyter ab uno Episcopo ordinator: item Diaconus, & reliqui Clerici.
 - III. Si quis Episcopus, aut Presbyter, præter ordinationem Domini, quam de Sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quedam, aut aves, aut aliqua animalia, aut legumina supra Altare obtulerit, ut qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: Excepto novo frumento, & uva opportuno tempore. Præterea licitum non est aliud quippiam admovere ad Altare, quam oleum in Candelabrum, & incensum, oblationis tempore. (*)
 - IV. Omnium aliorum pomorum primitiæ Episcopo, & Presbyteris Domum mittuntur, non super Altare. Manifestum est autem, quod Episcopus, & Presbyteri inter Diaconos, & reliquos Clericos eas dividunt.
 - V. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Uxorem suam prætextu Religionis non abjicit; si abjicit, segregator a communione; si perseverat, deponitor.
 - VI. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus sæculares curas non suscipito, alioquin deponitor.
 - VII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus sanctum diem Paschæ ante vernal æquinoctium cum Judæis celebraverit, deponitor.
 - VIII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quicumque ex Sacerdotali consortio, oblatione facta, non

communicaverit, causam dicito. Et si bona ratione subnixam sit, veniam promeretur. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tamquam qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eum suspitione, qui obtulit.

IX. Quicumque Fideles Ecclesiam ingrediuntur, & Scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tamquam qui ordinis in Ecclesia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

X. Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces junxerit, ille communione privator.

XI. Si quis cum deposito Clerico, ut cum Clerico, preces conjunxerit, deponitor & ipse.

XII. Si quis Clericus, aut Laicus a communione segregatus, seu nondum in communione receptus ad aliam profectus Civitatem sine commendatitiis Litteris receptus fuerit, a communione excluditor, tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus Excommunicationis protenditor.

XIII. Episcopo, qui Parochiam suam dereliquerit, alteri insilire neris cito, licet a pluribus ad hoc compellatur, nisi rationabilis aliqua causa subit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe quod plus lucri, & utilitatis his, qui illic constituti sunt, verbo pietatis conferre possit; neque hoc tamen a se ipso, sed multorum Episcoporum judicio, & exhortatione maxima.

XIV. Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quicumque tandem de Clericorum consortio, relicta Parochia sua, in aliam conceperit, & omnino transmigratione facta præter voluntatem sui Episcopi in alia Parochia moram traxerit, hunc jubemus, ne porro in ministerio publico sit Ecclesiæ, maxime si accerente ipsum Episcopo ejus redire contemnat; pervertio illic ordine perseverans, ut Laicus tamen ibi Laicorum in communionem admittitor.

XV. Quod si Episcopus, ad quem accesserint pro nihilo reputata vacationis a ministerio Ecclesiæ lico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos ut Clericos susceperit a communione excluditor ut perversi ordinis magister.

XVI. Qui post Baptismum duabus implicatus fuit nuptiis, aut concubina habuit is Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aut denique in consortio Sacerdotali esse non potest.

XVII. Qui vitam duxit, aut divortio reparatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam quæ publicis mancipia sit spectaculis, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, aut denique ex consortio Sacerdotali esse non potest.

XVIII. Qui duas Sorores duxit, aut Comobrinam Clericus esse non potest.

XIX. Clericus, qui fidejussionem dat, deponitor.

XX. Si quis humana violentia eunuchus factus est; aut in periecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitur Episcopus.

XXI. Qui sibi ipsi virilia amputavit, Clericus non efficitur, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

XXII. Si quis cum Clericus esset, virilia sibi ipsi amputaverit deponitor, homicida etenim sui ipsius est.

XXIII. Laicus, qui se ipsum mutilavit per tres annos a communione ejicitur, puta, quia ipse viæ suæ posuit insidias.

XXIV. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in fornicatione, aut perjurio, aut furto deprehensus deponitor: non tamen a communione excluditor: Dicit enim Scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges; Eidem conditioni consimiliter, & reliqui Clerici subduntur.

XXV. Ex his qui cœlibes in Clerum pervenerunt, jubemus, ut Lectores tantum, & Cantores (si velint) nuptias contrahant.

XXVI. Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, qui vel Fideles delinquentes, vel Infideles injuriam inferentes percussit, & terrorem ipsis per hujusmodi vult incutere, deponi precipimus. Nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutebat cum laceteretur convitiis, non reddebat convitium, cum pateretur non comminabatur.

XXVII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ob certa crimina juste depositus attingere Ministerium, quod aliquando tractaverat, præsumpserit, omnino hic ab Ecclesiâ ab cinditor.

XXVIII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, pecu-

pecuniæ interventu, hanc Dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quam qui eum ordinavit & omnino a communione abicinditor, quemadmodum Simon Magus a me Petro.

XXIX. Si quis Episcopus sæcularium Magistratum familiaritate usus, per ipsos Ecclesiam nactus fuerit, deponitor; segregator quoque a communione quicumque cum ipso communionem habent.

XXX. Si quis Presbyter proprium aspernatus Episcopum, seorsum conventicula egerit, & Altare erexerit, cum de nullo crimine Episcopum in pietate, ac justitia condemnarit, deponitor, quasi qui Principatum ambiat: Tyrannus enim est. Consimiliter, & reliqui Clerici, qui iuum illi calculum apponunt; Laici vero a communione segregantur; Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam Episcopi exhortationem fiunt.

XXXI. Si quis Presbyter, aut Diaconus per Episcopum a communione exclusus sit, hunc nequam ab alio fas esto suscipi, quam ab eo, qui ipsum a communione exclusit, nisi forte fortuna Episcopus, qui ipsum a communione segregavit, defunctus sit.

XXXII. Nemo peregrinorum Episcoporum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum sine commendatitiis suscipitor Litteris, & si eas obtulerit attentius in disquisitionem vocator: Et quidem si Prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntur: sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaveritis, ad communionem, & ulteriorem ipsos consuetudinem non admittitote, multa enim per obreptionem fiunt.

XXXIII. Cujusque gentis Episcopus oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius voluntate quidquam agere insolitum: illa autem iola quemque pro se tractare, quæ ad Parochiam ejus & loca ipsi subdita attinent. Sed neque in illa citra omnium voluntatem aliquid facito; Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in Sancto Spiritu.

XXXIV. Episcopus extra terminos suos in Civitatibus, & Regionibus sibi non subiectis ordinationes facere non præsumit; Si vero præter voluntatem eorum, qui Civitates illas, aut Regiones detinet, id fecisse convictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam hi, quos ordinavit.

XXXV. Si quis ordinatus Episcopus ministerium, & curam populi sibi committam non susceperit, hic a communione se junctus esto tandiu, donec susceperit obedientiam accommodans. Similiter autem Presbyter, & Diaconus si vero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit, maneto ipse quidem Episcopus; Clerus vero ejus Civitatis a communione segregator; eo quod tam inobedientem populum non corripuerit.

XXXVI. Bis in anno Episcoporum celebrator Synodus; ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocato: neque non in Ecclesiis incidentes contradictiones dirimunt: semel quidem quarta feria Pentecostes, secundo duodecima Hyperbæretæi, ideit Octobris.

XXXVII. Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto quidpiam ex iis sibi tamquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt; quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato, non tamen horum prætextu res Ecclesiæ venundato.

XXXVIII. Presbyteri, & Diaconi absque voluntate Episcopi nihil peragunto: ipsius enim fidei populus Domini committitur, & pro animabus ab ipso repetetur ratio.

XXXIX. Manifestæ sunt privatae res Episcopi, si modo & privatae habet: manifestæ item sunt Dominicæ ut privatae quidem res Episcopus cum moritur, quibus vult & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione Ecclesiasticarum rerum intercidant res Episcopi, qui nunquam uxorem, & liberos, cognatos, aut servos habet. Justum enim est quod Deum pariter, & homines, simul ne Ecclesia per ignorationem rerum Episcopi, damni aliquid sustineat, simul ne Episcopus, aut cognati ejus prætextu Ecclesiæ obladantur; aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, ejusque mors implicetur diffamationibus.

XL. Præcipimus, ut Episcopus res Ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiose hominum animæ ejus committende sunt; multo utique magis oportuerit, & de pecuniis mandatum dare, ut illius arbitrato dispensentur, neque non cum timore Dei, summaque sollicitudine per Presbyteros, ac Diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exce-

ptorum fratrum usus opus habet, ne quo modo ipse posterior loco habeatur, quam cæteri. Ordinavit enim Lex Dei, ut qui Altari inveniunt, de Altari nutriantur, quando nec milites unquam suis annonis hostibus arma inferunt.

XLI. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.

XLII. Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector, qui consimilia facit, vel desinito, vel a communione se jungitor; Similiter & Laici.

XLIII. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui usuras a mutuum accipientibus exigit, vel desinito, vel deponitor.

XLIV. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui cum hæreticis preces conjunxerit, dumtaxat a communione suspenditor. Si vero etiam ipsos tamquam Clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

XLV. Episcopum, aut Presbyterum, qui hæreticorum, Baptisma, aut Sacrificium susceperint, deponi precipimus. Quæ etenim conventio inter Christum, & Belial, aut quæ particula Fidelis cum Infideli?

XLVI. Episcopus, aut Presbyter, si eum, qui verum Baptisma habeat, iterum baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponitor: ut qui Crucem, & mortem Domini derideat, neque dicernat veros Sacerdotes a Sacerdotibus impostoribus.

XLVII. Si quis Laicus, cum suam a se uxorem abjicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, a communione segregator.

XLVIII. Si quis Episcopus, aut Presbyter secundum ordinationem Domini non baptizaverit in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres Filios, aut tres Paracletos, deponitor.

XLIX. Si quis Episcopus, aut Presbyter in una initiatione non tres immersiones, sed unam dumtaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit Dominus: In mortem meam baptizate, sed profecti docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

L. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quivis omnino de Sacerdotali consortio, nuptiis, & carnis, & vino abstinuerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitator, sed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod maculatum, & fenunam, Deus creavit hominem, sed diffamationibus læsæns creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, aut ex Ecclesiâ rejicitor. Consimiliter Laicus.

LI. Si quis Episcopus, aut Presbyter eum, qui a peccato revertitur, non recipit, sed rejicit, deponitor, eo quod Christum offendant, qui dixit, sed unum peccatorem, qui respiciat, gaudium oboriri in Cælo.

LII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus carnis, & vino Festivis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tamquam qui cauterio notatam habet conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.

LIII. Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a communione excluditor: excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune divertit hospitium.

LIV. Si quis Clericus Episcopum contumelia affecerit, deponitor, Principi enim populi tui non maledices.

LV. Si quis Clericus contumelia affecerit Presbyterum, aut Diaconum, a communione segregator.

LVI. Si quis Clericus mancum, aut mutum, surdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitiosus inceus est, subiannaverit, a communione privator. Consimiliter, & Laicus.

LVII. Episcopus, aut Presbyter, qui negligentius circa Clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregator. Si vero in ea locordia perseveravit, deponitor.

LVIII. Si quis Episcopus, aut Presbyter Clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditaverit, a communione rejicitor; Sin perseverat, deponitor, ut qui Fratrem suum necaverit.

LIX. Si quis falso inscriptos impiorum libros tamquam Sacros in Ecclesiâ ad populi & Cleri corruptionem publicaverit, deponitor.

LX. Si accusatio contra Fidelem instituat de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & convictus fuerit, in Clerum non producitor.

LXI. Si quis Clericus per metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel Hæretici negaverit, si quidem nomen Christi,

ab Ecclesia rejicitur, si vero nomen Clerici, deponitur; pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipitur.

LXII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicumque ex Sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ ejus, aut a bestis abreptum, aut suffocatum, deponitur: hoc enim Lex prohibuit. Sin vero Laicus fuerit, a communione excluditur.

LXIII. Si quis Clericus, aut Laicus Synagogam Judæorum, aut Hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces cum illis conjungat, deponitur, & a communione excluditur.

LXIV. Si quis Clericus in concertatione aliquem pulsaverit, & uno ictu, ac pulsatione interemerit, deponitur propter temeritatem suam. Sin vero Laicus sit, arcetur a communione.

LXV. Si quis Clericus dominicum diem, aut Sabbathum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, deponitur, sin Laicus, a communione ejicitur.

LXVI. Si quis virginem sibi non desponsatam admota vi detinet, a communione suspenditur. Non licitum autem esto aliam ducere: sed eam detinet, quam sollicitavit, quamvis pauperula sit.

LXVII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitur tam ipse, quam qui ipsum ordinavit: nisi forte comiter ordinationem eum habere ab Hæreticis. Qui a talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque Fideles, neque Clerici esse possunt.

LXVIII. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor Sacram Quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceve non jejunaverit, deponitur, præterquam si imbecillitate impediatur corporis: Sin Laicus sit, communione privatur.

LXIX. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aut omnino quicumque ex Clericorum consortio cum Judæis jejunaverit, aut communem Festum diem cum ipsis egerit, aut Lautitia Festi, nempe azyma, aut aliud hujus generis ab eis susceperit, deponitur: Si Laicus, a communione segregatur.

LXX. Si quis Christianus oleum ad Sacra Gentilium, aut in Synagogam Judæorum in Festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditur.

LXXI. Si quis Clericus, aut Laicus ceram, aut oleum ex Sancta subripiat Ecclesia, & a communione se jungat.

LXXII. Vas aureum, & argenteum sanctificatum, aut velenum, linteumve nemo amplius in suos usus assumit; iniquum enim est. Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctatur.

LXXIII. Episcopus de aliquo per fide dignos accusatum homines, ab Episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus, convictusque fuerit, censura irrogatur Ecclesiastica. Si vero vocatus non obtemperaverit, secunda quoque vice vocatur, missis duobus ad ipsum Episcopis, Quod si per contumaciam, nec sic quidem comparuerit, Synodus suam contra ipsum pronuntiatio sententiam, ne quid tergiversando, detrectandoque judicium lucrifacere videatur.

LXXIV. In dictionem testimonii contra Episcopum Hæreticus non admittitur, sed neque Fidelis, si solus sit; In ore enim duorum, aut trium testium consistit omne dictum.

LXXV. Item non oportet Episcopum Fratri, aut Filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim Ecclesiam Dei conferre debet in hæredes; Enimvero si quis id fecerit, irrita permanet ordinatio: ipse autem Excommunicatione percussor.

LXXVI. Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, Episcopus efficitur: non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

LXXVII. Qui vero mutus, surdusve, & cæcus est, Episcopus non efficitur: non quia oblatore corpore est, sed ne Ecclesiastica impediatur munia.

LXXVIII. Si quis Dæmonem habeat, Clericus non efficitur: sed neque cum Fidelibus preces fundito; Mundatus vero recipitur. & si dignus fuerit, efficitur.

LXXIX. Qui ex vita gentili advenerit, & baptizatus est, aut ex conversatione prava; eum justum non est protinus promovet in Episcopum. Injustum enim est, eum, qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum Doctorem existere, nisi alicubi dono Divinæ Gratiæ hoc fiat.

LXXX. Dicimus, quod non oporteat Episcopum, aut Presbyterum publicis se administrationibus immittere: sed vacare, & commodum se exhibere usibus Ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitur. Nemo enim potest

duobus Dominis servire juxta præceptum Dominicum.

LXXXI. Servi, si in Clerum promoveantur citra Dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem: Si quando vero servus quoque gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noster Onesimus apparuit, & Domini consenserint, manuque emiserint,) & domo sua ablegaverint, efficitur.

LXXXII. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui militiæ vacaverit, & simul utrumque retinere voluerit, tam Officium Romanum; quam sanctionem Sacerdotalem, deponitur, Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo, LXXXIII. Quisquis Imperatorem, aut Magistratum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si Clericus sit, deponitur; si Laicus a communione removetur.

LXXXIV. Sinto omnibus vobis Clericis simul, & Laicis venerandi, ac sacri Libri, veteris quidem Testamenti, Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesu filii Nave unus, Judicum, unus, Ruth unus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Hester unus, de Machabæorum gettis tres, Job unus, Psalterium unus, Salomonis tres. Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum; Prophetarum duodecim: Unus Esayæ, Hieremie unus, Daniel unus; Inquiretor autem a vobis extrinsecus, ut adolentes vestri addiscant item Sapientiam eruditi Syrach. Noltra vero, hoc est novi Testamenti Evangelia, quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis: Pauli Epistolæ quatuordecim, Petri Epistolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis Epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis Episcopis per me Clementem in libris octo nuncupate sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quædam arcanæ, quæ in se continent: Et actiones nostras Apostolorum (*), Apostolorum traditiones non possunt in dubium revocari, & ab omnibus sunt observandæ. Concil. Ephesin. in Epist. civil. ad Theodosium. Marcell. 1. Epist. 1. Apostolorum. Canones Apostolorum Litteras contemnens est hæreticus, cap. Quid autem caus. 24. q. 3. Apostoli cum Christo habuerunt unum, & dominium aliquorum mobiliū, & affirmare contrarium, est hæreticum, cap. Cum inter. Extravagant. Joann. XXII. de verbis. significat. Apostoli cum Christo multa habuerunt, de quibus poterant disponere; cap. Quia quorundam, Extravag. Joann. XXII. de verbis. significat. Apostolorum præceptum de pecunia non habenda, non fuit rigorosum; cap. Quia quorundam ibidem §. Adhuc licet; ubi post multa habentur hæc præcisa verba: Præterea Augustinus dicit expresse, quod illud non fuit præceptum, sed potestas recipiendi necessaria ab iis, quibus prædicabant Evangelium quam servare Apostolis licuit, vel etiam non observare.

Novæ additiones ex aliena manu.

P Lura de Apostolis ab Auctore asseruntur, quæ non solum in controversiam revocantur, sed etiam ut falsâ exploduntur ab omnibus ætatis nostræ eruditis Viris. Nos vero tum ea, quæ omisit ipse, supplebimus, tum ea indicabimus, quæ ex auctoribus hæc de re suspectis nimis confidenter asseruit. Apostolos itaque Christus Dominus elecit duodecim, non generis nobilitate, non honoribus, nec literis conspicuos, sed idiotas elegit, ut confunderet Mundum, teste Augustino tract. 7. in Joannem; & humiliter natos, inhonoratos, illiteratos, ut quidquid magnum essent & facerent, ipse in eis esset & faceret, ut idem asserit S. Pater lib. 18. de Civit. Dei cap. 49. Rem præclare exponit Ambrosius lib. 5. in Lucam. cap. 6. per hæc verba: Adverte celestis consilium: non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed Piscatores, & Publicanos, quos dirigeret, elegit, ne traduxisset prudentia, ne redimisset divitiis, ne potentia, nobilitatisque auctoritate transisset aliquos ad suam gratiam videretur, ut veritatis ratio, non dispositionis gratia prevaleret.

Origine Galilæi fuere. Nam Angeli Auctorum 19. Viros Galilæos appellaverunt, & Judæi divertarum nationum Galilæos eisdem dixerunt, dum eos audientes mirarentur dicentes, Nonne omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt? quos tamen nos audimus loquentes nostris linguis Magnalia Dei. Qui fratres Domini dicuntur, ortum ex Tribu Juda habuere; reliquos vero ex Tribu Zabulon & Nephthali fuisse tradunt Hieronymus in Esaiam cap. 9. & Theodoretus in psal. 67.

Præter duodecim a Christo selectos tres alii recensentur Apostoli.

(*) Iste Canon ex Bail, & aliis hic, est apocryphus, quia omittit varios libros Canonicos, & alios non Canonicos admittit.

Apostoli, S. Matthias in locum Judæ proditoris ab Apostolis iussus, atque Paulus & Barnabas peculiari Sancti Spiritus instinctu Apostolatus munere insigniti. Nec desunt, qui dicant, S. Joannem Baptistam Apostolum fuisse Æterni Patris. Hieronymus in cap. 1. ad Galatas, ait, Unde & nos possumus intelligere Joannem quoque Baptistam & Prophetam & Apostolum appellandum; Siquidem ait Scriptura: Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.

Inquiri hic quoque solet, num fuerint Apostoli matrimonio conjuncti. Tertullianus lib. de Monogamia cap. 8. Petrum solum, inquit, invenio Maritum per Socrum. Eandem sententiam clarius exponit Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 14. Quoniam excepto Apostolo Petro non sit manifeste relatum de aliis Apostolis, quod uxores habuerint: & cum de uno scriptum sit, ac de cæteris tacitum; intelligere debemus sine uxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale Scriptura significat. Paulo vero infra subdit: Petrus & cæteri Apostoli, ut ei (hoc est Joviniano) ex superfluo interim concedam, habuerunt quidem uxores, sed quas eo tempore acceperant, quo Evangelium nesciebant. Qui assumpti postea in Apostolatum reliquerunt officium conjugale. Nam cum Petrus ex persona Apostolorum dicit ad Dominum: Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te: respondit ei Dominus: Amen dico vobis, quoniam nemo est, qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in sæculo ipso, & in sæculo futuro vitam æternam. Et epist. 50. ad Pammachium cap. 8. Apostoli vel Virgines vel post nuptias continentibus fuerunt. Ambrosius autem in ea eise videtur sententia lib. 4. in Lucam cap. 4. ut non solum Petro, sed etiam Andræe uxor fuerit, & quidem soror uxoris ipsius Petri: ait enim, fortassis in typo mulieris illius Socrus Simonis & Andræe variis crimmis febribus caro nostra languibat. Auctor Commentarii in Epistolas S. Pauli (qui non Ambrosius, sed Hilarius quidam Sardus secta Luciferianus & Anabaptista a viris eruditus centetur, & quem S. Hieronymus falsè irridens orbis deucalionem appellat adversus Luciferianos cap. 9.) in epist. 11. ad Cor. cap. 11. scripsit: Omnes Apostoli exceptis Joanne & Paulo uxores habuerunt. At obscuri suspectique auctoris sententia fidem non meretur. præsertim dum cum iis, quas recitavimus, auctoritatibus comparatur. Ferrunt nonnulli, Petrum ante Apostolatam ex conjugate filiam Petronillam suscepisse: Et si aliqui arbitrantur, Petronillam filiam Petri spirituales duntaxat fuisse, eodem proliis modo quo idem Petrus epist. 1. cap. 5. vers. 13. Marcum filium suum appellavit; idque comprobatur etiam Baronius ad annum 69. §. 3.

Quantum ad Apostolorum baptismum probanda nequiquam videtur Auctoris assertio, qua solum Petrum a Christo, Apostolos vero reliquos ab ipso Petro baptizatos contendit. Evodius enim ille, cuius ipse sententiam sequitur, non is est, qui Antiochenam Sedem post Petrum occupavit. Nam epistola illa, quæ inscribitur lumen, & ex qua sententiam istam decerpit Nicephorus, veteribus omnibus ignota fuit, ut Baronius ad annum. 71. §. 13. animadvertit, ac non nisi ut alterius obscuri Evodii sive suspecti Auctoris tætes haberi poterit. Nec tanta haberi potest fides Moscho haud multæ auctoritatis septimi sæculi Scriptori, dum id ex jam amio quinto hypotyposion Clementis Alexandrini libro comprobare studet. Nam scimus, in suo prato Spirituali plures hunc habere fabellas; & aliunde conitat, etiam Alexandrinum Clementem, apocryphis plerumque usum fuisse. Satis ergo ducimus, id hac in re tenere, quod indubiæ fidei auctores Patreque tradiderunt. Augustinus epist. 265. alias 108. ait, Scriptum est, quando baptizatus sit Apostolus Paulus, & scriptum non est, quando baptizati sint alii Apostoli: Verumtamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus sive baptismo Joannis, sicut nonnulli arbitrantur, sive, quod magis credibile est, baptismo Christi. Nam Christus apud Joannem cap. 13. v. 10. lotos illos ac mundos esse affirmat. Ambrosius vero in Lucam cap. 18. omnes a Christo baptizatos fuisse pro certo statuit: nam ait: laverat eos Jesus; lavacrum aliud non querebant. Vno enim Christus baptizate omnia solvit baptizata. Similia habet Hilarius Pictaviensis in Matth. cap. 20. ubi scribit, Apostolos sequutos esse Christum in regeneratione in lavacro baptismi, in fidei sanctificatione, in adoptione hæreditatis.

Apostoli in ultima cœna potestatem contulit conficiendi Eucharistiam, dum postquam dixerat Accipite & manducate, subjunxit, hoc facite in meam commemorationem. Sed post resurrectionem eisdem ligandi solvendique potestatem fecit

per illa verba, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in celis; & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in celis. Quoad extraordinariam eorumdem potestatem, nil Auctori addendum cenſeo. At certa res est. Petrum, a Apostolorum Principem, atque caput totius Ecclesiæ fuisse constitutum, cui jure ordinario, Successores quoque transferendo, jus, seu potestas esset in Universam Ecclesiam, cum privilegio conjuncto, quo errare non posset, dum gregi sibi concredito ea, quæ Christi Ecclesiæ suæ revelavit, inculcasset, proponeret, & explicaret. Nam soli Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalcbunt adversus eam: Sola Petro munus injunctum est etiam Fratres, hoc est, Episcopos in Fide confirmandi: Et tu aliquando conversus confirma Fratres tuos: Sola denique Petro post trinam de suo erga Christum amore Confessionem, dictum legimus; Pasce oves, pasce agnos meos. Iis sane, cum spectato verborum tenore, tum ex perpetua & constanti Ecclesiæ traditione edocemur, hanc Petro, ejusque Successoribus præ cæteris fuisse Apostolis concessam prærogativam, ut fundamentum illud sit, quo tota Christi Ecclesia regitur; Ut Caput sit, ac Princeps totius Christianæ Reipublicæ; Ut ille sit Pastor, qui universum Christianum populum, omnesque per Universum Orbem constitutos Episcopos, concredita sibi a Christo doctrina, regere debeat; Ut ille denique Judex sit, cujus sententia, quæ errori obnoxia esse non potest, ortæ de Religione controversiæ finiatur.

Non negamus, Apostolos condidisse Symbolum, Christianæ scilicet doctrinæ compendium, quo fideles veluti propriæ Fidei testera uterentur. Perpetua enim & constans hæc de re universæ Ecclesiæ traditio id extra controversiam ponit. Nam initio v. sæculi cum de hoc Symbolo ex professo tractare Patres cepissent, nemine contradicente veluti traditam ab Apostolis Fidei regulam jam antea ab omnibus Ecclesiis susceptam universim receptam ac commendatam fuit. Testatur id Rufinus in expositione Symboli, Hieronymus in Epistola ad Pammachium, Ambrosius tum variis in locis, tum præsertim in sermone ultimo de jejunio Eliæ, Augustinus de Fide & Symbolo, Maximus Taurinensis homilia de traditione Symboli, Petrus Chrysologus sermone 65. in Symbolum Apostolorum, Cælestinus Papa in Epistola ad Nestorium, Casianus lib. 6. de incarnatione cap. 3., ac Leo I. Epistola 27. quæ est ad Pulcheriam Augustam, atque alibi, si omnes, alique illius ætatis Patres duo testantur, scilicet omnes per universum dispersas Ecclesias hanc Fidei regulam habuisse, & credidisse omnes Ecclesias ab Apostolis hanc fuisse profectam. Itaque v. Ecclesiæ sæculo Ecclesiæ omnes Symbolum, quod ab Apostolis confectum crederent, habuerunt; nec icimus ab aliquo ante xv. Ecclesiæ sæculum fuisse id in dubium revocatum. Quamobrem certo statui posse videtur, rem ita se habere.

Sed clariora quoque suppetunt ad rem demonstrandam. Primum, quia verisimile non est, Apostolos Fidei compendium non edidisse, quod Cathecumenis memorie mandandum esset, & quo veluti tessera fideles discernentur ab aliis. Deinde, quia hujusmodi Symboli mentio occurrit quoque apud Patres sæculi, & tertii sæculi, qui palam faciunt, Ecclesias omnes ab Apostolis illud suscepisse. Irenæus lib. 1. adversus hæreses cap. 1. de regula veritatis immobili verba facit, quam quisque per baptismum acceperit: & cap. 2., Ecclesia, inquit, per universum orbem usque ad fines terre seminata ab Apostolis & Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Deum Patrem Omnipotentem &c.; ubi veluti paraphrasi explicatum, exhibet Apostolorum Symbolum. Tertullianus circa finem sæculi libro de velandis virginibus ejusdem Fidei confessionis mentionem facit, eamque Fidei regulam Christianis omnibus communem vocat, cujus initium esse ait; Credo in unicum Deum Omnipotentem &c.; Idemque repetit cum adversus Praxeam cap. 2. tum alibi passim. Cyprianus quoque ejusdem meminit Symboli Epistola, quæ est ad Magnum, atque alia ad Numidie Episcopos scripta. Itaque a Patribus trium priorum sæculorum iatis indicatum habemus Symbolum per Apostolos confectum. Ex quo facile concludere est, Patres quinti sæculi, qui literis illud tradidere, ac veluti in Ecclesiis omnes ab Apostolis derivatum commendavere, perpetuum atque constantem omnium sæculorum traditionem fuisse sequutos. Reliqua vide apud Natal. Alexand. Matthæum Peritidier in observationibus ad Bibliothecam Dupini, Cellier, alioque Theologos, qui Hæreticos ac imperatos illos Criticos confutaverunt, qui aut certum non esse Apostolos hujusmodi Symbolum confecisse cum Calvino & Erasmo asseruerant;

rant; aut paulatim ab Ecclesia fuisse confectum cum Kinchio, & Bagnagio docuerunt, vel denique ab Episcopis & Presbyteris Ecclesie Romanæ repetendum esse cum Voffio, atque Pachero arbitrantur.

12 Hactenus a nobis indicata ostendunt quidem, *Apostolos discessuros ab invicem normam prius fixuram sibi in commune prædicationis constituisse, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuisse, ab ipsis compositam*, ut scribit Rufinus in *expositione Symboli*, non vero quemlibet suum articulum pronunciatum, ut ex Auctore sermonis *de tempore* falso Augustino adjudicati Auctor noiter aheruit. Nam ad id certo aliquid Antiquorum traditio deest, & varietates, quæ in Symbolo occurrerent quinto Ecclesie sæculo, dum scripsit Rufinus, valde suspectam faciunt incertis illius Scriptoris auctoritatem, qui prædictum *de tempore* sermonem concipierat: Etenim articulus de descensu Christi ad inferos neque in Symbolo Ecclesie Romanæ, neque in Orientalibus reperiebatur, ut refert ipse Rufinus, sed Fides illi subiecta verbis continebatur *sepultus est*, ex ejusdem Rufini observatione: Item articulus de Sanctorum Communione in Symbolo Ecclesie Aquilejensis, atque in Græcis Latinisque antiquis Symbolis desiderabatur; Sicut etiam articulus de Vita æterna, qui articulo de Carnis resurrectione inclusus reputatur in Symbolis plerisque, quæ pro fine habebant, *Carnis resurrectionem*. Id autem demonstrare videtur, non extitisse prioribus sæculis traditionem de duodecim articulis ita a duodecim Apostolis confectis, ut suum quique pronunciatum; hæc enim traditio, ne illa occurreret variatio, obstitisset. Quamobrem statuendum videtur, fuisse quidem Fidei compendium ab Apostolis confectum, quo veluti testera uterentur fideles, sed incertum omnino esse, num ab uno alteri communicatum fuerit, num omnes simul convenerint, vel num singuli suum articulum pronunciatum.

Quantum ad Canones Sanctorum Apostolorum, quos ex *capite placuit* per Clementem Romanum in unum congestos aherit Auctor, hæc ex Joanne Domitio adnotare necessarium existimavimus.

13 Certum est, a temporibus Apostolorum, atque adeo ab ipsis Apostolis de rebus Fidei ac morum haberi cepta Concilia, ut vel ex Apostolorum actibus liquet. Unde nihil mirum, si antiquissima Regularum Ecclesiasticarum collectio aut collectio inatit sub canonum Apostolicorum nomine prodierit, quam J. C. Beveregius, qui nuper in Anglia Synodicon edidit, Codicem Canonum Ecclesie primitivæ merito dici posse opere proprio contendit.

14 Hæc sub Clementis Romani Episcopi titulo una cum octo libris Apostolicarum Constitutionum vulgata est: nec desunt qui Apostolis has Regulas assignaverint: atque in eo numero esse videtur Justinianus *Nov. 6. in sine præfat.* & Balsamon *in can. 2. Synodi Trullanæ*. Eaque de causa inter Hagiographas recententur a Joanne Damasceno, & aliis. Turrianus & Salmeron e Societate Jesu, in Concilio Hierosolymitano, quod in actibus Apostolorum memoratur, editas arbitrantur; & collectio Arabica, e Bibliotheca Boldejana a jam nominato Beveregio laudata, in summo Sionis condita, atque a Clemente Petri discipulo enunciatis refert. Contra *in præfat. Nomenclonis* Photius, Hincmarus, alique, in quibus ipsi Quinque Synodi Patres, non Canones Apostolorum vocant, sed *Canones, qui dicuntur Apostolorum*.

15 Clementem sane eorum Auctorem, aut editorem fuisse plurima sunt, quæ diluadeant; præsertim vero quod non pauca his Canonibus contineantur partim ab Ecclesie Romanæ usu aliena, ut prohibitio jejunandi Sabbato *can. 65.* partim quæ tempore S. Clementis recepta fuisse, ac certo jure constituta non facile probari possit: qualia forte Provinciarum Ecclesiasticarum & Parochiarum seu Dioceseon Episcopatum distributio, Concilia Metropolitanorum annua, bonorum ad Ecclesiam pertinentium ab Episcopi bonis distinctio, quo pertinent Canones 14. alias 15. 35. 38. & 40. Sed quamvis Eruditorum fere consensu nec Canones illi, nec Constitutiones & alia Clementi adscripta opus esse credantur aut Apostolorum, aut etiam Clementis Papæ, nihil tamen ambigitur, quin tum hæc tum illi satis expressa fervent antiquæ discipline vestigia, quæ Auctorem ostendunt non doctum modo & pium, sed præcicum quoque, nec tertio Christi sæculo posteriorem.

16 De tempore vetustæ hujus collectionis parum constat. Dubitari quidem non potest, quin non modo ante Chalcedonensem *can. 2. Chalced. ex 30. Apost.*, & Ephesinam Universales Synodos cogniti essent, cum in illis Synodis horum Canonum

aliqui non obscure indicentur; sed & ante Concilium Antiochenum. quod eorum non paucos innovavit, atque adeo Nicænum Œcumenicum 1. in lucem proditæ, facile probari potest, cum in hoc Canones illi partim insinuantur, partim etiam palam laudentur. Canon quippe Apostolicus textus designatur canone 9. Concilii Nicæni, ubi de criminis alicujus reis ad Ordines præter Canonem promotis agitur. Canon 15. sive 14. Apostolorum de migrationibus Episcoporum & Clericorum indicatur canone 15. & 16. Nicæni. Canon quoque 62. Apostolorum de lapsis non promovendis Canone Nicæno 10. demonstratur. Aperte vero repeti videntur Nicæno 1. Canon Apostolicus 21. & seqq. de Eunuchis per vim factis a Clero non arcendis. Canone autem 2. Nicæno, qui est de recens baptizatis non itatim promovendis contra Canonem Ecclesiasticum, quid aliud quam Canon Apostolorum 80. scribitur? Canone denique Nicæno 15. qui tradit de excommunicatis ab Episcopis unius Provincie servandum esse Canonem, qui ab aliis Episcopis eos admitti prohibet, nonne manifeste ad Canones Apostolorum 12. alias 13. & 32. alias 33. refertur?

Nondum innotuisse hanc collectionem anno Christi 258, quo agitabatur controversia de baptismo hæreticorum inter Stephanum Summum Pontificem illorum baptisma recipientem, atque B. Cyprianum Carthaginensem, & Firmilianum Casareæ in Cappadocia Episcopum illud repentes, & eo inducit Iulian. Petrus de Marca *lib. 3. de concord. sacerdot. & imp. c. 2.* quod Firmilianus cum Sanctorum Petri, & Pauli quadam loca non satis perspicua in suam sententiam adduceret, eamque consuetudine Asiaticorum tueretur; non tamen meminisse Canonum Apostolorum 46. 47. quos profecto, si illi tum in lucem prodissent, minime omisurus fuisset, utpote qui ejus sententiam manifeste adtulerent. Damnantur enim Canone 46. Episcopus & Presbyter hæreticorum baptismum admittentes; & Canone 47. deponi jubetur is, qui pollutum ab impiis (id est ab Hæreticis baptizatum) non baptizaverit, non minus quam is qui rite & secundum veritatem baptizatum adhuc baptizaverit. Hinc conjicit Eruditissimus Prætil, paulo post illum, Firmiliani adversus Stephanum contentionem, forte & ejus occasione, editos, aut collectos fuisse hos Canones, paulo scilicet postquam Iconii in Lycaonia vicinarum Orientis Regionum Episcopi frequenti Synodo convenissent; quæ Synodus eadem inxerat, quæ duobus illis Canonibus Apostolorum 46. & 47. continentur.

Verum nuperus Synodici Editor ante laudatus probat, horum Canonum aliquos antiquissimos tum Græcis, tum Latinis Patribus longè ante Iconientem Concilium cognitos fuisse, Clementi Alexandrino, ac Tertulliano circa annum Christi 195. Origeni non multo post, & Cypriano, qui anno 253, passus legitur. Indicantur ab iis verb. grat. Canones 7. 17. 31. 47. 50. 61. 81. deque iis rebus habita jam ante Concilia. Nam Cypriano teste *in Epistola ad tubajanum*; jam ejus tempore statum fuerat, ut hæretici ad Ecclesiam Catholicam conversi baptizarentur, cum, inquit, *jam multi anni sint, & longa ætas, ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum Episcopi hoc statuerint*; quod de Episcopis Africanis accipiendum est; Agrippinus enim Carthaginensis Episcopus fuerat. Idem autem, ut diximus, Canone Apostolorum 47. constitutum reperitur. Pascha quoque cum Judæis celebrari non debere, quo pertinet Canon Apostolicus 7. alias 8. Synodi plures ante annum 198. sanxerant, Romana sub Victore I. Palestina, Pontica, Gallica &c. de quibus Eusebius *lib. 5. Eccles. histor. c. 22.* & Beda; ex quibus patet, recte Hincmarus conjecisse, editos fuisse aut collectos Canones, qui dicuntur Apostolorum, iis temporibus, quibus nondum libere Concilia celebrabantur.

Quod attinet ad horum Canonum auctores, locumve, ubi primum prodierint, ex 1. illorum Canonum colligi potest conditos non esse ab Episcopis Asianæ Dioceseos, ut qui 14. luna Pascha celebrarent a temporibus S. Polycarpi. Et siquidem omnes simul, eodemque loco esse compositos constaret, minus impeditam quaestionem facere Hyperberetæi mensis habitatio *can. 38.* quo nomine cum October lingua Syro-Macedonica, ulu tunc per Syriam, & Orientem recepta, significetur, apparet, hunc Canonem in Syria conceptum; unde sequeretur cæteros quoque iisdem e locis manasse. Verum non desunt, qui satis probabiliter conjiciant, diversis in Synodis, diversisque temporibus editos. Huic ego sententiæ sic accedo, ut magnam partem ex Conciliis, quæ in Orientis præsertim tractibus sub finem secundi, & initium tertii sæculi habitant, partim ex moribus, qui per earumdem Regionum Ecclesias invaluerant, tertio currente sæculo, sive unius, quod

quod verisimilius videtur, plurimum Antilitum opera collectos existimem; neque aliud voluit Illustrissimus Marca, cum paulo post Iconientem anni 258. Synodum in lucem exiisse scripsit hanc Collectionem. Itaque Orientales Episcopi sub illud tempus antiquas discipline regulas & traditiones vel ab Apostolis acceptas revera, vel quas ab iisdem accepisse videri volebant, in unum codicem coniecerunt: cui ut majorem conciliantem auctoritatem, *Canones Apostolorum* appellarunt, & Clementem Petri Discipulum, ac Successorem pro illorum collectore venditarunt; idque forte, quemadmodum non incite suspicatur Marca, ut Stephano Romano Pontifici vetustioris longe Pontificis nomen opponerent.

20 Numerum horum Canonum alii alium constituunt. Græci 85. habent, vel 84. duobus in unum collatis. Apud Latinos non nisi 50. numerantur. At *Canon 2. dist. 16.* sub nomine Zephyrini Papæ sexaginta; vel quemadmodum alii legunt, septuaginta agnoscit. Quamquam Bellarminus errorem in numero suspicatur; & Polycarpus ex eodem Zephyrino quinquaginta tantum numerat. Verum hæc lis satis facile dirimi poterit, si dicamus, sub nomine Apostolorum revera proditos fuisse quinque & octoginta Canones: Sed veris Apostolorum, aut Apostolorum virorum traditionibus ac regulis quadam ab Hæreticis fuisse admixta, ita ut corrupti ac interpolati prodierint; quod & Epiphanius observavit: unde nihil mirum si non omnes ubique recepti fuerint, præsertim cum in Oriente compositi non pauca contineant ex moribus Orientalium Ecclesiarum ab Occidentalium usu aliena.

21 Auctoritatem eorum confirmare videtur, uti jam dictum est, Tertullianus *lib. adversus Praxeam*, dum Canones Apostolorum scribit esse nobis per manus traditos: S. Athanasius *in Synopsi* (siquidem ea vere Athanasii) ubi eos numerat inter Hagiographa; Synodus sexta in Trullo *can. 2.* jubens eos posthac firmos, & itabiles permanere; atque omnium, maxime S. Joannes Damascenus *lib. 4. de fide orthodox. cap. 14.* qui eos inter Scripturas Sacras videtur recentere. Accedit quod a Dionysio Exiguo inserti sunt initio Codicis Canonum Ecclesie Romanæ, atque ab Isidoro corpori Canonum præfixi, cujus in præfatione relata *can. 4. dist. 16.* eos cæteris Concilii se præponere ait: *propter eorum auctoritatem*; & quod *SS. Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, atque inter Canonicas Constitutiones posuerunt*: quæ verba sine dubio ad dictum Canonem 2. Synodi Quinque-Sextæ referenda sunt, cum illius quoque verba initio ejus *Canonis 4. dist. 16.* habeantur: ideoque tribui non possunt Isidoro Hispanensi ante illam Synodum defuncto. Sunt tamen alterius Isidori, qui ejus corpus Canonum amplificavit; qua de re infra. Contra Gelasius Papa *can. 3. dist. 15.* Vetus Isidori *can. 15. dist. 16.* eos apocryphis adscribit: posterior enim ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositos fuisse affirmat. Ad hæc concilianda observandum est, Apocrypha esse duorum generum, alia quippe omnino rejecta, atque damnata sunt ab Ecclesia Catholica; alia non improbata quidem, sed e numero Canonicorum, quibus a nonnullis inferebantur, rejecta. Hoc posteriore sentu Apocryphi sunt omnes illi Canones nomine Apostolorum inscripti; priore vero sensu illa dumtaxat, quorum sententia receptæ in Ecclesia doctrinæ adversatur. Generaliter vero, quamvis omnes a Græcis admittantur; a Latinis tamen ex parte tantum, hoc est quinquaginta priores recipiuntur, ex Urbano II. apud Gratianum *§. Verum sciendum post can. 6. dist. 32.* ex Humberto Cardinali sub nomine Leonis IX. *can. 3. dist. 16.* quos sequitur Hincmarus Rhemensis in *Opuscul. 55. Capitulum.* illi nimirum, qui a Dionysio Exiguo relati sunt in Codicem Canonum. Quin & in quinquaginta illis prioribus multa continentur, quæ temporum progressu apud Catholicos Occidentis non plene observantur, & res ipsa docet, & palam profitetur Martinus Perexius *de traditionibus p. 3. c. de auctoritate Canon Apostolic.* adeo ut Michael Medina *lib. 5. de Sacrorum hominum continentia c. 165.* scribere ausus sit, vix sex, aut octo in Latina Ecclesia observari; Quod sane hyperbolice dictum, cum nec tertia pars eorum in defuetudinem abierit; & vix duo, trefve reperiantur, quos palam Ecclesia repudiet: Hi sunt *Quadragesimus sextus* cum *Quadragesimo septimo* de Baptismo Hæreticorum non recipiendo (quos tamen duos Canones adhibita distinctione servari adhuc non abiurde dici potest, & *Quinquagesimus* de trina mersione in Baptismo necessaria ulurpanda. Nam *sextus* de Uxore ab Episcopo, aut Presbytero non abijecienda, alium habet intellectum ab eo, quem nonnulli putant; fortasse & *decimus* de iis, qui Ecclesiam ingressi communionem non percipiunt; & *Vigesimus* de Clerico

fidejussionibus interserviente, ac *Vigesimus Septimus*, qui non omnibus Clericis, sed Lectoribus tantum, Cantoribusque conjugium permittit. Vide Joan. Beveregium in *Pandectis Canonum, sive Synotico*, & Joan. Baptistam Cotelierum in *notis ad Clementem*. Videatur etiam Van-Espen *part. V.*

APOSTOLI, IDEST LITTERÆ. MISSORIÆ.

Apostoli dicuntur derivari a verbo græco *Apo*, quod latine valet idem ac *De*, & *Stolon*, quod latine idem valet ac *Missio*, quasi Dimissio alicujus causæ, quam facit unus Judex ad alium. Sic Hottienis relatus in *cap. Cordi nobis tit. 15. de appellat. in 6. verb. Petat*. Unde Apostolorum nomine in jure veniunt Litteræ dimissoriæ, quibus reus dimittitur a Judice, interiori ad Superiorem, qui per eos Apostolos intriuitur de causa, & processu; colligitur *ex cap. ut super de appell. in 6. & expresse Glossa in cap. Cordi nobis de appell. in 6. verb. Per. & Gloss. notabil. in Clement. cap. si a iudicibus de appell. verb. Nota Apostolos*; & *in cap. Quamvis rigor Clement. de appell.* Et isti Apostoli, qui petunt in causâ appellationis, interdum vocantur Epistole, & interdum Dimissoriæ, Gloss. *ibid. in Clementin. c. de appell. Quamvis rigor verb. Nota*, & dicuntur Dimissoriæ, quia ad eum, ad quem appellatur, causâ dimittitur; Joann. Andreas in *l. Dimissoriæ ff. de verbor. significat. num. 3.* Fagnan. in *cap. Significasti de Officio Archidiacon. & Communis*. Apostolorum quinque sunt species, scilicet Apostoli Conventionales, Dimissorii, Reverentiales, Refutatorii, & Testimoniales. Apostoli Conventionales sunt illi, qui dantur a parte adversa appellationem admittente, sive judicialiter tacente, vel refutante Judice, sive extrajudicialiter sine Judicis interventu; *cap. sæpe contingit de appellat.* Dimissorii sunt illi, per quos Judex dimittit appellentem ad Judicem ad quem, quia appellationi detulit, & eam admisit, *c. Ab eo, causa 2. quæ l. 6.* Reverentiales sunt illi, per quos Judex ob reverentiam Superioris appellati desert appellationi, cui alias deserre non tenebatur; *cap. 1. de appellat. in 6.* Refutatorii sunt illi, quos dat Judex non deserens appellationi, exprimendo simul causam, cur appellationem non admisit, *cap. Cordi nobis appellat. in 6.* Testimoniales sunt illi, qui non conceduntur a Judice, sed ab honestis, & probis viris, qui testantur, reum tempore & modo debito Apostolos petisse, & sibi fuisse denegatos; Sic Gloss. *notabil. in cap. si a iudicibus Clementin. de appell. verb. Nota Apostolos*. Et Gloss. *cap. Cordi nobis de appellat. in 6. verb. Petat in additione*. Speculator *in part. 4. tit. de appellat. §. sequitur*, Joannes Andreas, & alii passim.

Si Judex requisitus non tradit Apostolos, & appellanti eos denegat, & postea procedit in causâ, non valet processus, nisi renunciatum fuisset appellationi, *cap. ut super de appellat. in 6.* ubi expresse dicitur: *si vero non exhibuerit, si forte in causa procedat (nisi appellanti renunciatum fuisset) ejus invalidus, & irritus sit processus, & cap. Ab eo*, ubi etiam expresse dicitur: *ut si is, a quo appellatur, Apostolos appellanti non tribuat requisitus, ex tunc si forte in causa procedat (nisi appellanti renunciatum fuisset) ejus invalidus sit processus*. Si appellans non petat Apostolos infra triginta dies, confectur renuntiare appellationi. Et si Judex illos denegat, vel infra præmissum tempus multoties, aut negligenter ei tradere prætermittit, non valet ejus interim confectus processus; *cap. Ab eo de appell. in 6.* ubi dicitur expresse: *Ab eo, qui appellat, infra triginta dies instanter Apostoli peti debent. & eidem infra dictum tempus a iudice exhiberi; alias præsumitur appellanti sue renunciare appellans, si eos infra idem tempus petere prætermittat, etiam si vadat, aut mittat ad appellationem hujusmodi prosequendam. Illud autem, quod felicitis recordationis Innocentius Papa IV. Prædecessor noster statuendum decrevit, ut si is, a quo appellatur, Apostolos appellanti non tribuat requisitus, ex tunc si forte in causa procedat (nisi appellanti renunciatum fuisset) ejus invalidus sit processus, tunc demum obtrinet, cum Judex super hoc cum debita instantia, loco, & tempore congruo requisitus eos expresse denegat, vel infra præmissum tempus multoties, aut negligenter illi tradere prætermittit. Et quod triginta dies sint terminus ad petendum Apostolos, habetur clare etiam in leg. iudicibus Cod. de appellat. Et Rot. Rom. part. 10. dccij. 164. num. 7.*

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 **A**postoli, dimissoriae scilicet litterae, ab ἀποστολλῶν remitto dicti sunt: ἀποστολλῶν, idest Apostole, remissio est. Ab apostole missio, non autem stolon, ut Auctor putat, id quod notavit Galvin. in suo Lexico juridico verbo Apostoli.
- 2 Apostolorum autem, qui Libelli pariter dimissorii appellantur, formam atque solemniam de Jure Romanorum veteri exponit Brillonius ex leg. 1. ff. de libell. dimissor. ubi Marcianus hæc habet: Post appellationem interpositam litteræ danda sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, sive principem, sive quem alium. Quas litteras dimissorias, sive Apostolos appellant. Sensus autem litterarum talis est: APPELLASSE, puta LUCIUM TITIUM, A SENTENTIA ILLIUS, QUÆ INTER ILLOS DICTA EST. Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter & sepius, ut et; non accipiatur, ad ipsum contestetur. Vide Brillonium ipsum, ex quo excerptimus, de formulis lib. 5. formul. 179.
- 4 De Jure quoque Ecclesiastico Apostolorum usum testandæ Appellationis gratia habitum fuisse quoties Romam ad Summum Pontificem provocaretur, patet ex Concil. Lugdunen. an. 1245. nec non ex epist. Hildeberti Episc. Cenomanensis epistola 82. quam refert Du-Fresne verb. Apost. Adeo autem religiose modo hic & forma observari debebat, ut Judex superior ad quem fuerat appellatum, de causâ non judicaret, nisi constitisset, Apostolos per Appellantem positulatos fuisse, atque impetratos, cujus obervantia negligentiam, quæ aliquantum impleverat, graviter redarguit Concil. Narbonen. ann. 1430. apud Martene tom. 4. Anecd. col. 354.

A P P E L L A T I O .

A R T I C U L U S I .

Quoad ea, quæ concernunt Appellationis essentiam, divisionem, & finem.

- 1 **A**ppellatio est ab inferiori ad Superiorem Judicem provocatio ratione gravaminis illati, vel inferendi facta; cap. Placuit 2. q. 6. Est in jure communis. Est igitur duplex, Judicialis una, & Extrajudicialis altera; cap. Cordi nobis, cap. Concertationi de appellat. in 6. & Clementin. 3. eod. tit.
- 2 **A**ppellatio Judicialis est, quæ fit ab actu judiciali, scilicet a sententia Judicis, sive definitiva, sive interlocutoria, qua quis se gravatum existimat, aut cum quis citatur a Judice dato nimis brevi tempore peremptorio, tunc sic gravatus habet justam causam appellandi juxta cap. 1. de dilation. vel cum Judex delegatus juxta exceptionem partis, quod v. g. vi impetrati Rescripti Apostolici conveniri non possit, admittere non vult, tunc ea pars tamquam aggravata ad Superiorem appellare potest, juxta cap. Significaverunt 24. & cap. Rodulphus 35. de Rescriptis.
- 3 **A**ppellatio Extrajudicialis est, quæ fit ab actu aliquo extrajudiciali, quo quis se gravatum existimat, vel probabiliter gravandum timet; ut si quis injuste sit captus, vel incarceratus, vel nominatus, & obligatus ad tutelam, ad quam non tenetur, tunc potest, si se gravatum sentit, appellare;
- 4 **L. 1. §. Si quis Tutor ff. Quando appelland. fit.** Sic etiam Appellatio Extrajudicialis dicitur, quæ fit contra electiones, collationes, & provisiones, ex quibus se quis gravatum sentit; cap. Concertationi. de Appellat. in 6.
- 5 **A**ppellatio Judicialis, & Extrajudicialis tripliciter differunt inter se. Primo, quia Appellatio Judicialis supponit Judicium esse captum, cum sit provocatio a Judice inferiore ad Superiorem. Appellatio vero Extrajudicialis non supponit Judicium incaptum, sed ipsum Judicium, seu causam incipit, tunc enim solum incipit causâ, cum interponitur ipsa Appellatio Extrajudicialis, & ideo magis proprie dicitur provocatio ad causam, ut habetur cap. Cum sit Romana his verbis; Sacri Canonis etiam extra Judicium passim appellare permittitur: Nec solent hujusmodi dici Appellationes, sed provocaciones ad causam. Secundo differunt, quia Appellatio Judicialis supponit necessarium Judicem a quo, & Judicem ad quem; Extrajudicialis vero non necessario supponit Judicem a quo, cum possit extrajudicialiter appellari etiam contra alium quemcumque gravantem distinctum a Judice. Tertio differunt, quia Appellatio Judicialis etiam mere, & simpliciter proposita suspendit

executionem, & facit in contrarium attentata revocari; cap. Post appellationem §. Appellation. caus. 2. q. 6. & cap. Dilectis filiis de Appellation. Extrajudicialis autem non suspendit executionem, nec facit in contrarium attentata revocari, nisi sit bene, & rationabiliter proposita, expressa etiam causâ legitima appellandi, quæ ut talis sit a Superiore admittitur, ut colligitur ex cap. Constitutus 45. de Appellat. & ex cap. Cum in art. 16. de elect. ubi expresse habetur: Appellationem illam dicimus legitimam non fuisse, unde per eam electio non potuit impediri.

Appellatio alia est rationabilis, seu legitima, & est illa, quæ fit juxta de causâ, ac servatis jure servandis, & isti legitime Appellationi tenetur Judex regulariter deferre; cap. Cum Appellationibus de Appellat. in 6. Alia est Appellatio frustratoria, & est illa, quæ solummodo morandæ solutionis, aut protrahendæ litem causâ interponitur, ut l. Tutor. ff. de Usuris, & isti non tenetur Judex deferre; cap. Cum speciali de Appellat. Imo sic injuste appellans omnino puniendus est: cap. Omnino caus. 2. quest. 6. Alia est Appellatio trivialis, ac levis, & est illa, quæ fit ex minimis, ac trivialibus, seu inutilibus rationibus, & isti pariter non tenetur Judex deferre, sed merito potest eam sic cognitam statim rejicere; cap. Cum Appellationibus trivialibus de Appellat. in 6. & cap. Cum parati essent de Appellationibus lib. 2. tit. 28. in cuius Summario habetur expressè: Appellatio trivialis non excusat inferiorem, quominus teneatur obedire superiori, & ut de contemptu puniatur.

Appellatio propter tres causas potissimum introducta est. Prima est, ut gravamen iniuste oppretis illatum removeatur; cap. Suggestum 15. de Appellat. ubi Alexander III. scribens Archiepiscopo Eboracensi de motivo editæ sive Decretalis sic præcise dicit: Non ad deprimentam cujusque justitiam, sed ad removendum gravamen nos fecisse cognoscas, & cap. Cum speciali 51. de Appellat. ubi §. Porro, habentur præcisa verba: Cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad presidium innocentie in litem. Secunda est, ut iniquitas Judicantium, aut imperitia corrigatur; l. 1. §. 1. de appellat. & relat. ubi expresse dicitur: Appellandi usus iniquitatem Judicantium, vel imperitiam corrigit. Tertia, ut ex propria ignorantia, vel negligentia levis jus iniqui consequi possit; nam quæ in prima instantia Judicis nec allegata, nec probata sunt, ea in secunda, seu coram Judice Appellationis ab utraque litigantium parte allegari, & probari possunt, dummodo ea faciant ad decisionem causæ: l. Protulim 4. Cod. de temp. appellat. cap. Cum 10. annos 10. de id. instrument. Unde fieri potest, ut, licet sententia prioris Judicis sit formaliter iusta, sique recte processerit, tamen ea a Judice Appellationis propter novas allegationes rescindi debeat, ut patet exemplo in cit. cap. Cum 10. annos, ubi expresse habetur; Sententiam vero Judicem prædictorum, qui alias jure pronunciasse noscuntur (cum hujusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta) quoad dictum Capitulum injirmamus.

Novæ additiones ex aliena manu .

Appellatio extrajudicialis, definiunt Lyncher. tract. de gravamine per Judicem, vel Parte extra Judicium illato, vel inferendo. Vestigia hujus appellationis passim in Jure Canonico occurrunt. Videtur Cap. 5. de appellat. cap. 8. eod. tit. in 6. & Clement. 3. pariter eod. tit. De Jure vero Civili hæc appellatio minime permittitur, ut contutato Lyncher. probat Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 28. §. 2.

Gravamina extrajudicialia, a quibus appellare licet de Jure Canonico, vel a Parte proficiuntur, vel a Jure. A Parte multitudine gravari quis potest extra Judicium; quod exemplis illustratur in cap. 8. de appellat. in 6. Plura suppeditat Lyncher. d. tract. cap. 3. part. 1., veluti si quis iniuste a Collegio Opificum excluditur, si alicui iniuste alimenta denegentur, si quid in præjudicium jurispatronatus attentatur, si alienatio in præjudicium alterius suscipitur &c. Huc etiam pertinent gravamina, quæ a Judice non qua tali, sed qua privato procedunt. Hujusmodi vero appellatio non est proprie talis, sed potius provocatio ad causam, quæ naturam simplicis querelæ habet, Cap. 5. de appell. Sequitur hinc, quod non ad Superiorem itatum recurrendum sit, sed ad eum Judicem, qui de tali gravamine cognoscere in prima instantia valet. Proinde si Magistratus, ut privatus gravavit, hic coram Magistratu suo ordinario primæ instantiæ convenitur, nec præcise fatalia observanda sunt; Lyncher. d. tract. cap. 7. part. 2. §. 4.

A Ju.

- 8 **A** Judge, quæ tali gravari quis extra Judicium potissimum dicitur, quando Judex de facto, & sic non judicialiter procedit, scilicet abique omni, vel insufficienti causâ cognitione aliquid decernendo, vel mandando in præjudicium alterius; & quando aliquid decernit ante litem contestatam. Exornat hoc Lyncher. d. tract. cap. 3. part. 2. §. 1. uberrima exemplorum serie, veluti si denegatur processus, iustitia denegatur &c. Accedit autem hæc appellatio extrajudicialis ad naturam appellationis proprie dictæ. Quo fit, ut dirigatur ad Superiorem, interponenda sit intra decem dies a tempore scientiæ computandos, & intra annum finienda sit, licet hoc fatale justificandæ appellationis in Praxi vix observetur, Bohemer. in Decretal. lib. 2. tit. 28. §. 6. Vide, si plura cupias de appellatione hac extrajudiciali, Lyncher. sæpe dict. tract. de gravamine extrajud.
- 9 In appellatione judiciali Appellans, quæ in prima Instantia non probavit, adhuc probare, & non deducta deducere potest; l. 4. Cod. de temp. Appellat. Strych. in usu modern. Pandect. lib. 49. tit. 1. §. 15.
- 10 De differentia Appellationem inter & Relationem, tum de forma & solemnitate Relationis, consule Jacob. Gothofred. in comment. ad Cod. Theodosian. lib. 11. tit. 29.

A R T I C U L U S I I .

Appellare quis possit, vel non possit?

- 1 **A**ppellare potest omnis a Judice injuste gravatus, cap. Omnino oppressus 2. & seq. caus. 2. q. 6. & cap. Pastoralis 53. de appellat. Appellatio enim est remedium defensionis, & præsidium innocentie; cap. Cum speciali 61. §. Porro, & cap. Suggestum 15. de appellat. Adeoque jure naturæ omnibus injuste gravatis permittitur esse debet, ita ut etiam qui juraverit stare, sententiæ, vel præcepto, si injuste gravetur, appellare possit; cap. Ad hæc 20. de appellat. Etiam excommunicatus, si injuste opprimatur, & gravetur, appellare ipotest; cap. Cum inter 5. cap. Dilecti 8. & cap. Significaverunt 11. de exceptionibus. Imo non solum ille, qui gravatus existit, sed etiam alii, quorum interest, appellare possunt; l. 1. de appellationibus recipiendis, cap. Non solent. caus. 2. quest. 6. Sic Fideiussor appellare potest pro principali debitore; l. A sententia ff. de appellat. recipiend. Procurator pro Domino, & Tutor pro Pupillo, vel Minore; l. Tutor ff. de appellat. Pater, & Mater pro Filio, cujus causâ deserta est; l. 1. §. 1. ff. de appellatione. Filiusfamilias pro Patre, & Matre; l. Ex consensu 23. §. Filiusfamilias, junctâ Glossâ verb. Non nisi Patris ff. de appellat. Procurator, & gestor negotii alieni, dummodo Dominus mox id ratum habeat; citat. l. 1. de appellat. recipiend. & cit. cap. Non solent 2. quest. 6. Episcopus pro suo Clero, Abbas pro suo Monacho, Civitas pro Cive, Dominus pro subdito, vel servo; cap. Cum super 17. de sentent. & re judicat. & cap. Dilectis filiis, de appell. Clericus, vel Monachus pro sua Ecclesia, vel Monasterio; citat. l. 1. de appellat. cap. Non solent 2. quest. 6. cap. Dilectis filiis, de appellat.
- 2 Utraque pars litigantium appellare potest ab eadem sententia continente plures articulos, quatenus in aliquibus utrique parti est contraria, ut docet Glossa in cap. Significaverunt verb. Absolvit, de exceptionibus, & patet exemplo in cap. Si duobus 10. de appellat. & cap. Raynaldus 26. & cap. Raynaldus 18. de Testament. ubi a sententia prolata utraque pars appellasse legitur. Si eadem sententia plures reperiantur gravati, licet, cæteris non appellantis, unus solus appellet, iste debet audiri, & ejus appellatio pro omnibus prodest, si eadem sit ratio, & causâ pro omnibus; cap. Una sententia 72. de appellationibus, ubi expresse habetur: Una sententia pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium convolverit, illius victoria juri communi cæteris suffragatur, si communi jure juventur, idemque negotium, & eadem causâ defensionis existat.
- 3 Appellare non potest primo, qui appellationi renunciavit, vel expresse, vel tacite, negligendo fatalia; cap. Personas 4. cap. Cum sit 5. de appellat. vel prosequendo litem coram Judice a quo; cap. Gravatum 20. de Officio Delegati. Secundo, qui sententiam contra se latam expresse, vel tacite, ipsaque facto approbavit; l. Ultim. §. final. Cod. de temp. appellat. citat. cap. Gravatum; & Glossâ final. de Officio Delegati. Tertio, qui appellationi partis adversæ non detulit, in eadem causâ appellare non potest; cap. Constitutus 23. cap. An sit 42. de appellat. Quarto, qui confessus est, & convictus in Judicio; l. 2. Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Cod. Quorum appellat. non recipiend. cap. Ei, qui 41. §. Nullus etiam caus. 2. quest. 6. cap. Per quas 10. de probat. cap. Romana 3. de appellat. in 6. Quinto, qui est excommunicatus, non potest appellare extrajudicialiter appellatione, quæ habet se per modum provocationis, cum excommunicato provocare non licet; cap. Intelleximus de Judicis; potest tamen appellare judicialiter appellatione, quæ rationem defensionis habet; cap. Cum inter 5. cap. Dilecti 8. cap. Significaverunt 11. de exceptionibus, ut dictum est num. 3. antecedent. Sexto, appellare non potest ille omnis, cujus nihil interest appellatio; l. 1. ff. de appellatione recipiend. & cap. Non solent. caus. 2. quest. 6. ubi habentur præcisa verba: Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest; & cap. Cum inter 16. de election. ubi præcise dicitur: Cui nisi quorum interest audiri non solent appellantes, appellationem illam dicimus legitimam non fuisse.

Novæ additiones ex aliena manu .

De communi appellationis breviter agit hic Auctor numer. 12. At latius differendum de ea est. Communio Appellationis, definiunt Strychius iuridic. dissert. tom. 5. disput. 20. cap. 1. num. 75. est participatio beneficii ex interposita ab Altero appellatione Legum auctoritate Alteri indulta: Quibus autem a Legibus hæc participatio sit indulta, videndum est.

Communis in primis est appellatio omnibus consortibus ejusdem litem, licet illi expresse non appellaverint, vel adhaeserint; & quidem quoad omnes effectus, qui ex ipsa appellatione derivant; Strychius ubi supra cap. 2. num. 1. & plur. sequent. Notandum vero est, quod si sententia, a qua est appellatum, contineat res individuas, indistincte omnibus prodest appellatio; si autem circa res dividas versetur, sequenti hæc concurrant oportet, ut prodest appellatio cæteris litem consortibus. I. Ut ex eadem causâ sint omnes condemnati. II. Ut eadem defensionis sit causâ. III. Ut uterque jure communi fretus appellaverit, non si ex singulari jure ac ratione impetraverit appellationem. IV. Ut unus autem appellaverit. Si enim omnes appellaverint, alterque eorum in prosecutione appellationis defecerit, confortes ejus appellatione non juvabuntur. V. Ut confortes cum Appellante eundem non item diversum habeant Procuratorem. VI. Ut reliqui confortes sententiæ non acquieverint. VII. Ut intra decem dies iciverint esse appellatum. VIII. Demum ut contrarium prius non fuerint confessi Confortes. Vide de his omnibus fuse differentem Strychium d. cap. 2. a num. 17. ad num. 59.

His vero concurrentibus prodest appellatio omnibus litem consortibus, licet appellans protestatus fuerit, se ratione sui interesse, nequaquam vero in commodum reliquorum appellare. Et non modo in civilibus, sed etiam in criminalibus. Quinimo in criminalibus appellatio unius reliquis prodest, quamvis ii acquieverint sententiæ, nec alterius appellatione juvari voluerint.

Communis præterea est Appellatio parti adversæ, idest Appellato; l. Ampliorem. C. de Appellat. Distingui vero oportet, utrum a tota sententia, an a certis tantum capitibus fuerit appellatum. Priori casu liberum est Appellato, an interpositæ appellationi adherere velit nec ne. Adhæsiō autem intra decem dies fieri debet. Eaque facta nequit appellans appellationi renunciare. Quod si non adhæserit, potest Appellans suæ appellationi renunciare antequam citationem contra partem adversam extraxerit, ac appellationem interpositam prosequi inchoaverit. Postquam autem appellationem suam Appellans inchoavit, Appellatus se non minus appellatione juvare potest, ac si ipse appellasset, vel appellationi adhæserit, & Judex appellationis potest corrigere sententiam in favorem Appellati etiam in eo non petente; Confer Strychium citat. dissertat. cap. 3. a num. 1. ad plur. sequent. ubi de eo etiam inquirat, an Judex Appellationis debeat Appellantem condemnare in expensas, tum in utrasque intermedii temporis.

Posteriori autem casu videndum, utrum sententia capitula contineat connexa, an separata. Si contineat capitula separata, appellatio non est Appellato communis. Sin autem capitula connexa contineat, appellatio est communis Appellato. Connexio autem æstimanda est non ex rebus, sed ex causâ petendi, ita ut si hæc una sit, Capitula, quæ in actionem veniunt, tamen concepta sint de rebus diversis, adhuc tamen censentur connexa; Strychius d. cap. 3. a num. 61. ad num. 81. Vide quoque eundem a num. 82. ad finem, ubi de his etiam differit, an scilicet communis sit appellatio, si utraque Pars ap-

Q

Vide diffidentes inter se opiniones apud *Cletzelium de appellat. d. c. 4. num. 32. & sequent.*

6 Omisitque aliis questionibus, de quibus hic agit *idem Auctor* omnino hic videndus, claudat additionem hanc quæstio hæc: Si quis in appellatione erraverit, ut quum ad unum appellare deberet, ad alium appellaverit, num causa remittenda sit ad priorem Judicem, an vero ad primum tamquam delicta, executioni mandanda? Movet dubitationem, quod curant decem dies de momento ad momentu a tempore scientiæ, ita ut aut non interposita, aut non jure interposita appellatione, hujusmodi error post decem dies corrigi nequeat. Petenda autem reolutio hujus questionis ex *L. 1. §. 3. ff. de appellat.*, ut si quis ad parem vel majorem appellaverit, ad alium tamen pro alio, in ea causa sit, ut ei error non noceat, si ad minorem noceat.

9 Quod ita intelligendum, non ut interdicat appellatio, sed ad medium Superiorem remittenda veniat, nisi appellans data opera medium Superiorem prætergrediatur, & ipsum tamquam appellationis Judicem recognoscere noluerit. Si itaque medium Judex se opponat, & definitur ad illum appellandum fuisse, interdicat appellatio, ut exemplo illustrat *Grevæus ad Gail conclus. 111. num. 5.* quum ratio dicitur Legis *1. §. 3. ff. de appellat. c. 4. sub num. 30.*

11 Alias si alium pro alio quis adeat, nihil oberit, ac pro eo habebitur, atque si is aditus sit, qui adiri debuit. *L. 5. §. 3. ff. de appell. recip. vel non.* modo ad minorem non appellaverit, nam nisi intra decem dies iterum appelletur ad competentem, nihil ei hic error proderit, *d. L. 5. §. 3. ff. de appellat. recip. vel non.* Ex jura tamen cautia probabiliter ignorant ad quem appellandum, eaque propter appellanti ad alium Judicem quam deberet; de curis fatalibus, beneficio reitutions in integrum subveniendum, *Cletzel. de appell. cap. 4. sub num. 30.*

13 Ne quis itaque erret, consultus est, ut dicat: *Appello ad talem Judicem, aut ad quemcumque alium competentem.* Ita enim appellando iustinetur hæc alternativa appellatio. Hoc vero cum temperamento intelligi debet, modo intra decem dies certioretur, quis sit udex appellatus. Sin autem simpliciter appellatum, non expressio Judice, intelligitur ad Superiorem, competentem appellatum, *Cletzelius ubi supra.*

A R T I C U L U S I V .

A quibus sententiis, & quibus causis Appellatio fieri possit, vel non?

1 **A**D faciliorem captum est præmittendum, duplicem esse sententiam, unam definitivam, interlocutoriam alteram.

2 Definitiva est illa, quæ principalem causam, seu controversiam in Judicium deductam definit, eique finem imponit per absolutionem, vel condemnationem. Sic definitur ex *L. 1. ff. de re judicata*, & eam ita definit *Gloss. in Clement. unica verb. Definitiva de Sequestr. possess.* Abbas ad *Rubr. de sentent. & re judicata num. 4.* Hostiens. in *Summa n. 1. de sent. & re judic. Durand., Pirhing., & alii passim.* Interlocutoria vero est illa, quæ non super principali causa, & controversia, sed super aliquo emergente, vel incidente articulo inter principium, & finem causæ fertur, ut v. g. super dilationibus dandis, vel testimoniis producendis, recipiendis, examinandis, repellendis, & similibus rebus incidenter in Judicio se offerentibus; Sic *Gloss. cit. loc. Abbas, & Hostiens. pariter loc. cit. Maranta part. 6. Speculi auri tit. de sentent. n. 3. Speculator, Durand. Et est in re Communis.* Et dicitur *Interlocutoria*, vel quia Judex in ita sententia causam non definit, sed interlocuitur inter principium, & finem, vel quia inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronunciat, ut ex multis a se citatis tenet *Fagnan. in cap. Super eo, de appellat. num. 38.* Unde quidquid Judex decernit, & statuit inter principium, & finem litis contestatæ ante sententiam definitivam, pertinet ad ipsam litem contestatam, dicitur sententia *interlocutoria. Est in re Communis.*

5 Et hæc sententia Interlocutoria subdividitur in inere Interlocutoriam, & in Interlocutoriam habentem vim definitivam.

6 Sententia mere Interlocutoria est illa mox definita. Sententia vero interlocutoria habens vim definitivam est illa, quæ quidem causam principalem non definit, eam tamen ferme perimit, ut deducitur ex *L. Post sententiam Cod. de sentent. & interlocut. omn. Jud.* ubi dicitur: *Nec causam ullam interlocutiones plerumque perimunt:* Dicitur enim notanter *plerumque*, quia interlocutio aliquando rem firme perimit, ut ex alijs *Anaclet.*

lib. 2. tit. 27. §. 1. num. 17. & proinde talis sententia Interlocutoria dicitur habere vim sententiæ Definitivæ, ut est omnis illa sententia postquam non operatur alia sententia ferenda in eadem instantia, eo quod ipsi finem imponat, ut sententia absolutoria ab observatione Judicii. Sic etiam sententia, per quam pronunciat appellationem esse desertam, quia per talem quoque sententiam finitur instantia, vel per quam alicui multa imponitur, vel præcipitur aliquid esse dandum, vel faciendum, vel per quam finitur Officium Judicii, ut si Judex interloquendo pronunciat se non esse Judicem competentem, vel per quam definitur unus articulus substantialis controversiæ principalis, vel per quam admittitur, vel rejicitur exceptio peremptoria, & aliæ similes, ut videri potest apud *Felinum in Rubr. de sentent. & re judicat. Marant. Pirhing., Anaclet. Alexand. Jalón, & alios.*

De Jure Canonico appellari potest ab utraque sententia, scilicet Definitiva, & Interlocutoria, habetur expresse in *c. Super eo 2. de Appellat. præcisus his verbis: Sacri Canones ante, & post litis contestationem, & in prolatione sententiæ, & post, singulis facultatem tribuunt appellandi. Leges autem Saculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiam (scilicet definitivam, quæ nomine sententiæ absolute potest intelligitur, Abbas hic n. 6. (non admittunt; & colligitur etiam ex *c. Cum sit 5. de appellat. & c. Cordi, de appellat. in 6.* In appellatione tamen facta in Judicio ab Interlocutoria decem requiruntur, quorum si unum solum defuerit, non valebit appellatio. Primum est causa gravaminis illati, vel comminari, ut colligitur ex *c. Cum cessante 60. de appellatione.* Secundum, ut causa hujusmodi sit probabilis, id est talis, ut si forte probata, deberet legitima reputari, ut habetur in *c. De debitis 45. & c. Cum speciali 61. §. Exceptis, de appellat. & c. Romana, §. Cum autem; de appellat. in 6.* Tertium, ut sit vera, ut expresse habetur *c. Interposita 70. de appellat. Quartum, ut sit expresse, c. Cum Causam 52. & c. De debitum 47. de appellat. Quintum, ut appellantis petitio non sit admittenda, ut in *c. Interposita 79. de appellat. Sextum, ut sit facta appellatio, eo quia petitio non sit admittenda, ut expresse cavetur in *c. Dilecto filio 63. de appellat. Septimum, ut fiat appellatio in scriptis; c. Cordi nobis 1. de appellat. in 6. ibi: Causam appellationis in scriptis assignare deproperet. Octavum, ut petantur Apostoli; c. Cordi nobis, ibi: petat Apostolos. Nonum, ut si appellatus hoc petierit, veniat instructus appellans, *c. Cordi nobis, §. Post hoc. Decimum, ut appellatio fiat intra decem dies c. Bonæ memoriæ 3. de consuetud. utili, vel inutili, c. Cum inter 13. & c. Quod ad consultationem 15. de sentent. & re judic. c. Romana 3. §. Si vero, & c. Concertationi 8. de appell. in 6.*****

De Jure Civili appellari potest solum a sententia Definitiva; Ab Interlocutoria vero, etiam si prædicta decem concurrant, non potest appellari, nisi in quorundam casibus *cit. c. Super eo 2. de appellat. l. Apertissime, Cod. de Jud. l. fin. Cod. de sentent. Interlocutor. omn. Jud. & l. Ante sententiæ tempus, Cod. Quorum appellat. non recip.* Et ad dignoscendum, qui sint hujusmodi casus, in quibus de jure Civili potest appellari ab Interlocutoria communitur a Doctoribus traduntur duæ regulæ. Prima est, quod ubi post Interlocutoriam non expectatur alia Definitiva, tunc licet ab hujusmodi Interlocutoria appellari etiam de Jure Civili, ut colligitur ex *Gloss. fin. Antient. Habita, Cod. Ne Filius pro Patr. dum ait, a sententia, quæ quis pronunciat, se non esse Judicem competentem, licitum esse appellare, quia non expectatur alia definitiva, & hanc regulam assignant in *c. Super eo, de appellat. Abbas num. 3. vers. & qui sint isti casus, Franc. in not. vers. Et c. om. conclusus est. Preposit. num. 6. vers. & est alia regula, Fagnan. num. 27. Pirhing. lib. 2. tit. 28. sect. 3. num. 32. Lanfranc. & alii. Secunda regula est, quod, quotiescumque gravamen ante definitivam illatum, per ipsam Definitivam, vel per appellationem a Definitiva reparari non potest, tunc ab hujusmodi gravamine etiam de Jure Civili licitum est appellare, ut colligitur ex *Gloss. in Clement. 1. in verb. Ipso iure, de heret. §. l. 2. ff. de appellat. & hanc regulam etiam assignant citati Doctores pro prima regula.***

Concilium vero Tridentinum *sess. 13. c. & sess. 24. c. 20. de reform.* statuit, quod quantum ad hujusmodi appellationes, conformiter Juri Civili procedatur etiam in Jure Canonico; nam decrevit; quod *In causis Visitationis & correctionis, si se habilitatis, & inhabilitatis, nec non in Criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali ante definitivam sententiam ab Interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur; Nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi*

*modi, tamquam frivola, deferre teneatur, sed ea quocumque inhibitione ab appellatione Judice emanata, nec non omni stylo, & consuetudine etiam immemorabili, contraria non obstant, ad ulterius valeat procedere, nisi gravamen hujusmodi per Definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa Definitiva appellari non possit, quibus casibus sacrorum, & antiquorum Canonum statuta illibata persistant; sunt verba præcisa Concilii *sess. 13. cap. 1.* quod Decretum *sess. 24. c. 20.* extendit ad omnes causas ad Forum Ecclesiasticum pertinentes. Unde ex istis Concilii Decretis aperte colligitur, posse in Judicio, universaliter loquendo appellari in quatuor casibus tantum. Primo a sententia Definitiva, ut *cit. c. 20. sess. 24.* expresse dicitur, *nisi a Definitiva, quod procedit etiam in causis Visitationis, & Correctionis, ut patet in *cit. c. 1. sess. 13.* licet in his appellatione executionem non suspendat, ut decernitur in ipso *c. 1. sess. 13. & in *c. 10. sess. 24.* per expresse hæc verba: Nec in his, ubi de Visitatione, aut morum Correctione agitur, exemptio, aut alia inhibito, appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, aut judicata fuerint quoquo modo impediatur, aut suspendatur.* Et sic in causis prædictis post Definitivam sententiam admittitur appellatio devolutiva tantum, non autem suspensiva, nisi gravamen esset irreparabile, quia tunc liceret appellare quoad utrumque effectum, scilicet devolutivum; & suspensivum, ut declaravit *Sacra Congregatio Concilii* testis *Fagnan. in cap. Super eo, de appellat. n. 30.* Secundo appellari potest, ex Concilio, a sententia habente vim Definitivam, ut expresse habetur *cap. 20. sess. 24.* per hæc præcisa verba: *Vel a definitiva vim habente.* Tertio potest appellari, ex Concilio, a sententia Interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quando gravamen hujusmodi per sententiam Definitivam reparari non potest, *cit. c. 1. sess. 13.* per hæc præcisa verba: *Nisi gravamen hujusmodi per Definitivam sententiam reparari non possit.* Quarto potest appellari, ex Concilio, a sententia Interlocutoria, quotiescumque a sententia Definitiva appellari non potest, *cit. c. 1. sess. 13.* per hæc verba: *Vel ab ipsa definitiva appellari non possit.***

Extra autem hos recensitos casus ab Interlocutoria, vel quovis alio gravamine ante Definitivam sententiam hodie in Judicio appellare non licet, uti licebat de jure veteri, ex *c. Super eo, de appellat. in 6.* cum isti Canones quatenus permittunt appellationem ante sententiam Definitivam a quocumque gravamine, sint modificati, & restricti a Concilio, & redacti ad terminos juris Civilis, *Ne rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, & Episcoporum subterfugenda Judicia, querelas, & gravamina simulent, & appellationis diffugio Judicis processum impediatur; ne remedio ad innocentiam præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, ut loquitur Concilium *c. 1. sess. 13.* Inhibito autem ista Concilii comprehensio licet solum appellationes Judicialiter factas in Judicio, non autem appellationes extrajudicialiter factas extra Judicium, ut declaravit *Sac. Congr. ejusdem Concilii* interpretes: „ Nam proposito „ dubio, an Decretum Concilii *sess. 24. c. 27.* in principio loquendo cum habeat, quando Ordinarius extrajudicialiter procedendo gravat partes, adeo ut non liceat partibus a tali actu extrajudiciali ad alios Superiores Judices appellare, seu reclamare, quatenus id Jus permittat, sed omnino causa gravaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat, Responsum est, hoc casu non habere locum Decretum Concilii. Ut jura, quæ permittunt appellationem extra Judicium a quocumque gravamine etiam reparabili per Definitivam sententiam, ut in *d. c. Cordi*, in hoc non sunt correctæ a Concilio, sed ea tantum parte, in qua concedunt posse appellari ab Interlocutoria, vel alio gravamine Judicialiter illato; „ Sic decisum fuisse refert *Fagnan. in c. Super eo, de appellat. n. 37.**

Ex supra autem firmatis universalibus conclusionibus varii inferuntur casus, in quibus appellatio admittitur ab Interlocutoria, vel quia vim Definitivam habet, vel quia damnum irreparabile continet. Primo ab iniuria articulorum admissione, vel ab eorum denegata jura admissione appellari potest. *Bald. in leg. Post sententiam 9. n. 4. in fine. Cod. de sentent. & Interlocut. Mascard. de probat. conc. 131. & sequent. & multi alii*

35 *cit. a Barboia in Concil. Trident. sess. 24. c. 20. num. 22.* Secundo appellari potest ab admissione, vel rejectione testium, an scilicet testes admittendi sint, vel non admittendi? *Stephanus Gratian. c. 14. num. 15. c. 77. num. 13. Salgad. c. 1. n. 151. Otac decif. 25. num. 14. Barbol. loc. cit. num. 24.* Tertio appellari potest a rejectione probationum, *Marant. de Ord. Jud.*

part. 6. tract. de decif. judicii n. 44. in fine. Trivis. Venet. *decif. 4. part. 1.* *Surd. decif. 36. n. 15.* Scaccia, & alii cum *Barboia loc. cit. num. 25.* Quarto appellari potest a victore ab expressa absolutione experiarum. *Stephan. Gratian. Marchia decif. 50. num. 1. & 2. Gam. Lusit. decif. 65. num. 1.* *Barboia loc. cit. num. 27.* cum *Salgado c. 1. num. 176.* Quinto appellari potest a delatione juramenti in litem alteri parti per Judicem facta; *Lancelot. de attent. part. 2. c. 12. limit. 50. num. 190.* *Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 1. §. 1. in annot. n. 195.* *Barboia loc. cit. num. 28.* cum *Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 102. n. 15. limit. 4.* Sexto appellari potest, quando datur dilatio ad probandum adeo brevis, ut ex brevitate possit deficere facultas probandi: *de appellat. quest. 17. limit. 47. in princip. memb. 1. num. 36.* *Salgad. c. 1. num. 118.* *Barbol. loc. cit. num. 29.* Septimo appellari potest a Sententia, quæ Judex pronunciat aliquem tormentis esse subjiciendum, utpote continente damnum irreparabile. *Aloysius Ricc. in collect. decif. collect. 642. vers. 2. & in praxi verum fori Ecclesiastici resolut. 405. vers. Tutius, Zerola in prax. Episcop. part. 1. verb. Scaccia dist. quest. 16. limit. 47. num. 143.* *Barbol. l. c. num. 30.* *Fagnan. c. Super eo de appellat. num. 39.* Octavo appellari potest a sententia Interlocutoria, ut quis in carcerem conjiciatur, quia assert damnum irreparabile. *Pialec. in praxi Episc. part. 2. cap. 2. num. 100.* *Aloysius Ricc. in d. praxi resolut. 505. n. 4. vers. primus; Barbol. loc. cit. num. 31.* *Fagnan. loc. cit. num. 40. & seq. ubi num. 44.* dicit sic fuisse declaratum a *Sac. Congr. Concil.* Non octavo appellari potest a condemnatione ad Tiresmes quoad effectum suspensivum. *Aldan. in Compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 8. num. 9.* ubi dicit ita fuisse reolutum a *Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Aversana 22. annuarii 1591.* Decimo appellari potest a privatione Beneficii quoad effectum suspensivum. *Aldan. loc. cit. tit. 4. n. 10.* ubi adert sic fuisse decium a *Sac. Congreg. Episc. & Reg. in Milevitana 1. Junii 1604.* Undecimo appellari potest, quando Judex se pronunciat competentem, vel incompetentem, *Marant. de Ord. Jud. part. 6. tract. de dec. Jud. act. 1. num. 43.* *Stephan. Gratian. discept. forens. c. 47. n. 15.* Scaccia, *Salgado, & alii cum Barboia loc. cit. num. 23.* Duodecimo appellari potest a sententia lata, quæ quis excluditur ab aliquo Officio publico tamquam infamis. *Gam. Lusit. dec. 139. num. 1.* *Barbol. l. c. n. 34.* Tertiodecimo appellari potest a sententia legitimationis Personarum, veluti si pars opposuerit non esse quem Tutorem, non Procuratorem, aut legitimum mandatorum carentem, non Filium, & similia, vel e contra. *Scaccia. cit. q. 17. limit. 6. memb. 73. num. 73.* *Pacian. de probat. l. 1. c. 68. sub n. 48.* *Salgad. cit. part. 2. c. 1. n. 47.* *Barbol. l. c. n. 47.* *Barbol. n. 34.* Quartodecimo appellari potest a Decreto denegationis copie Actorum, vel instrumentorum communium *Aloysius Ricc. cit. resolut. 405. vers. Sextus; Salgado cit. part. 2. c. 1. n. 72.* & alii cum *Barbol. l. c. n. 35.* Sunt etiam alii casus, in quibus appellari potest a sententia Interlocutoria, & maxime in materia de Censuris, & correctione morum, sed de istis diffusius agetur in articulo sequenti, & hic subnectuntur istatum casus, in quibus jura prohibent appellare.

Causis, in quibus Jura prohibent appellare sunt plures, & ideo ut facilius maxime a Tironibus memoriæ retineantur, in sequentibus versibus precipue adducuntur.

Sublimis Judex, Scelus, Executio, Pactum, Contemptus, & Res minima, dilatio nulla, Clausula, quæ removet, Res, quæ notoria constat, Et textus juris clarus, Possessio, Fatum.

Primo per *ly Sublimis Judex* denotatur sublimitas, seu excellentia Judicis supremi, *V. G. Papæ, Concilii Generalis, Imperatoris, Regis, Principis* suprema auctoritate gaudentis; a quibus appellari non potest, ut dictum est *supra art. 3. n. 1. & 2.* Secundo per *ly Scelus* denotatur causa Criminalis criminaliter mota, in qua non admittitur Appellatio ab illis, qui jam sunt de crimine convicti, & confessi, *l. 2. Cod. Quorum appellationes non recipiuntur.* Tertio per *ly Executio* denotatur, quod non potest appellari ab executione sententiæ, quæ transit in rem judicatam, *l. 4. de Appellat. l. Ab execut. 5. Cod. Quorum appell. non recip. Quarto per *ly Pactum* intelligitur, quod appellare nequeunt qui in Judicio transegerunt; *c. 1. & ultim. de transactionibus l. Causas 15. & l. Minorem 20. Cod. de transact.* sicuti nec appellare possunt, qui causam per delationem juramenti voluntarii, aut Judicialis terminarunt; *leg. Non erit 5. §. 2. ff. de iurejurando,* pepigerunt de acquiescendo sententiæ*

Judicis, & non appellando, l. ult. §. fin. Cod. de tempor. appellat. §. l. i. ff. A quibus appellare non licet, ubi expresse dicitur: Si quis ante professus fuerit se a iudice non provocatum, indubitate provocandi auxilium perdidit. Quinto per ly Contemptus intelligitur, quod contemptus Judicis, qui fit a vero contumaci legitime citato, & contumaciter comparere renuente, impedit quominus a sententia in contumacem lata appellari possit, quia appellatio datur solum gravato, & oppresso, non vero rebelli, & contumaci, ne sit iniquitatis defensio; l. i. Cod. Quorum appellat. non recip. l. Contumacia, ff. de re judi. cata. Sexto per ly Res minima denotatur, quod res exigui momenti non merentur appellationem, & protractionem litis, saltem spectatis diversarum Regionum Constitutionibus; In Camera enim Imperiali non admittitur appellatio, nisi in causis, quæ non sint minus 100. Imperialium, ut refert Gail. l. i. pract. observat. 123. & in Curia Romana, nisi in causis excellentibus saltem quinque Ducatos auri de camera, & in Curia Neapolitana, nisi in causis excedentibus saltem valore duarum unciarum, & pariformiter in aliis Regionibus, ut refert Barboza in c. de Appellat. 11. hoc tit. Quod tamen aliter se habet de Jure Canonico, ex quo potest appellari etiam pro rebus minimis, ut expresse habetur c. de appellationibus pro causis minimis 11. hoc tit. quia appellatio non est fundata super quantitate gravaminis, sed super injustitia sententiæ, & iniquitate, seu imperitia Judicis, l. i. §. 1. de appellat. ibi: Appellandi usus iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigit; Injustitia autem, & imperitia Judicis intervenire potest etiam in causis minoribus, & ideo etiam Jus Civile ipsis appellare permittit; l. Et in majoribus, Cod. de appell. ubi expresse dicitur: Et in majoribus, & in minoribus negotiis appellandi facultas est.

55 Septimo per ly Dilatio nulla denotatur, quod, quando res non patitur dilationem, tunc appellari non potest, saltem quoad effectum suspensivum, ne cum periculum sit in mora, interim res pereat, aut grave præjudicium patiatur propter dilationem causatam ab appellatione, ut si agatur super futuris alimentis, de aperiendo Testamento, de erogando tritico in usum Militum, & similibus, quæ dilationem non patiuntur sine magno gravamine, ideo ne interim, dum pendet appellatio, hoc præjudicium habeatur, prohibetur in litis appellatio, saltem quoad effectum suspensivum; leg. Si res 7. ff. de appellat. recipiend. Octavo per ly Clausula, quæ removet denotatur, quod, quando a Supremo Principe delegatur alicui causa cum clausula Appellatione remota, tunc amplius appellari non potest; l. i. §. fin. ff. a quibus appellare non licet, & cap. Pastoralis 53. de appellat. sed de hac clausula diffusius agetur infra in 6. articulo.

57 Nono, per ly Res quæ notoria constat indicatur, quod in notoriis, quæ per evidentiam rei nulla possunt tergiveratione celari, non potest appellari, quia tunc talis appellatio solummodo ad differendam litem, & impediendam executionem sententiæ interponeretur; Cap. Cum sit Romana 5. in fin. c. Pervenit 13. cap. Consulit. 14. de appellat. Sic etiam convictus in Judicio, simulque sponte confessus appellare non potest; l. Observare Cod. Quorum appellations non recip. & cap. Et, qui appellat caus. 2. quest. 6. ubi expresse dicitur; Nullus etiam Homicidarum, Veneficorum, Maleficorum, Adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusque confessus audiatur appellans. Decimo per ly Et textus juris clarus denotatur, quod non potest appellari circa id, quod Judex tecundum clarum Juris textum decrevit, & definit; l. Si res 7. §. ff. de appellat. recip. c. Consulit 29. de appellat. Et sic v. g. si Episcopus jubeat Clerico nullam justam excusationem habenti, ut resideat in suo Beneficio, & is appellet, non est admittenda ejus appellatio; c. resolutum 4. de Cleric. non resident. Undecimo per ly Possessio denotatur, quod a sententia lata in possessorio non datur appellatio, si possessorium sit momentaneum, seu summariissimum; l. Unic. Cod. Si momentanea possessio fuerit appellat. & cap. Et qui appellat. §. De possessione caus. 2. qu. 6. ubi expresse dicitur: De possessione etiam, & ejus momento, si causa dicatur, (quæ sententia interlocutoria appellatur) quamvis provocatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Si vero possessorium sit ordinarium, & magni præjudicium, in isto locum habet appellatio; cap. Cum ad Sedem 15. de restitut. spoliat. & Clementin. unic. de caus. possess. & proprietat. Et ratio discriminis est, quod in possessorio momentaneo est superflua appellatio, quia ejus præjudicium, & gravamen, utpote momentaneum, potest illico in momento reparari per Judicium ordinarium, seu petitorium; Condemnatus enim in possessorio potest statim rem con-

troverfam recuperare in petitorio, & sic possessio parti adversa adjudicata durabit momento, seu modicissimo tempore, ut constat exemplo in c. Cum Ecclesia 2. c. Cum dilectus 6. de caus. possessionis, & proprietatis: In possessorio autem Ordinario, seu petitorio, cum non possit aliter reparari ejus præjudicium, & gravamen, est necessaria appellatio, utpote ad hunc finem instituta; c. Omnis oppressus 3. & seq. caus. 2. quest. 6. c. Suggestum 15. c. Pastoralis 53. c. Et cum speciali 61. de appellat. Duodecimo per ly Fatum intelliguntur fatalia, seu tempora appellationi præfixa, quibus elapsis, non potest amplius appellari, & de istis diffusius agetur infra in articulo septimo.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE jure civili, ut tradit Auctor, non nisi a sententia definitiva appellari potest. De jure vero Canonico permittitur quoque fuit appellatio a sententia interlocutoria. In Concilio Tridentino Joannes Gropperus summo opere adlaboravit, ut appellatio a sententia interlocutoria tolleretur. Placuit vero eidem Concilio sancire, appellationem non esse recipiendam ab interlocutoria sententia, nisi vim definitivam habente, & cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.

Dicitur interlocutoria sententia vim definitivam habere, ex qua per necessariam consequentiam totius causæ decisio quodammodo pendet, Gail. 1. observ. 130. num. 8. quod variis illustrat exemplis Atumar. de nullit. sentent. part. 1. quest. 85. cer. tot. Huc pertinet, si ei, qui probare haud tenetur, onus probandi per sententiam interlocutoriam imponatur; Si super exceptionibus peremptoriis juramento delato, vel relato pronuncietur; Si habita appellatio pro deserta; Si rejecti reiles; Si probatio elapso jam termino probatorio recipiatur, vel rejiciatur; Si quis ab instantia absolvatur; Si rejiciantur instrumenta, vel denegetur recognitio; Si rejiciantur articuli tanquam impertinentes; Si supplementum vel purgatorium deferatur; Si productio instrumentorum noviter repertorum post conclusionem in causa denegetur. Dicitur vero sententia continere gravamen irreparabile, quod neque per appellationem a sententia definitiva reparari potest; Lyncher. de gravam. extrajudic. par. 40. num. 2. Quale autem gravamen illud sit, erui potest ex cap. 12. de appellat. in 6. Distinguitur enim in eo inter gravamina, quæ judicium reddunt nullum, aut negotio principali præjudicant, & ea, quæ Judicium non reddunt nullum, nec parant præjudicium negotio principali. Illa per appellationem a definitiva sententia emendari, & reparari possunt, non vero hæc, nisi speciatim ab iis appellatum fuerit.

Omittendæ hic haud sunt plures, quæ intercedunt, differentiam appellationem ab interlocutoria inter, & appellationem a definitiva. Prima est circa fatale interponendæ appellationis. Decennium utique in utroque casu observandum est, sed in appellatione a sententia definitiva illud statim incipit currere a tempore publicationis sententiæ, ad cujus publicationem necessario citare oportet litigantes. Sententiæ interlocutoria talem solemnem publicationem semper non desiderant, neque est necesse, ut Partes ad ejus publicationem ubique citentur. Ubi ergo solemnis publicatio habet desiderat, a tempore scientiæ, & quidem certæ & specificæ, fatale currere incipit, Altimar. de nullit. sentent. q. 251. n. 27. Mevius par. 5. decis. 269.

Secunda differentia est, quod appellatio a definitiva fieri potest vel viva voce, vel in scriptis, sed ab interlocutoria semper in scriptis faciendæ est; c. 1. de appellation. in 6. Excipiuntur tamen sententiæ interlocutoria vim definitivam habentes; Ab iis enim in voce appellari posse tenent Gail. 1. observ. 130. num. 5. & Scacc. de appellat. quest. 3. num. 12.

Tertia differentia est, quod appellari a definitiva indefinite potest, nec necesse est, ut gravamina schedulæ appellationis interantur, sed sufficit si Appellans se gravatum esse asserat; l. cum quidam ff. de appell. At in appellatione ab interlocutoria specifica expressio gravaminum fieri necessario debet, c. 59. d. titul. & cap. 1. eod. tit. in 6. Gail. 1. observ. 130. numer. 1. Mevius part. 17. decis. 7. num. 13.

Quarta differentia superiori consecraria est, quod in appellatione a definitiva licet asserere novas causas si fortes Appellans aliquas expresserit; fecus vero in appellatione ab Interlocutoria, nam Appellans non nisi causas in appellatione nominatim expressas persequi potest, Clementin. 15. de appellat. Gletzelius de appellat. Cap. 5. num. 57. & sequent.

Quinta differentia, est quod appellari a definitiva debet ad Judicem proximè superiorem, ab interlocutoria vero appella-

ri valet ad Judicem æqualem; Vide Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 28. §. 14.

27 Sexta differentia est, quod appellatio definitiva statim suspendit Officium Judicis; Sed in appellatione ab interlocutoria duo hæc singularia concurrunt. I. Quod si Judex inferior non deferat appellatorem, ante inhibitionem in causa procedere valeat. II. Quod Superior Judex non statim decernat inhibitionem, sed antea cognoscendum de veritate gravaminum, inquirendumque, utrum appellatio admitti debeat; nec ne; Cap. 3. §. Quod si objiciatur, de appellat. in 6. Gail. 1. observ. 130. numer. 7. & observ. 144. numer. 4. Bohemer. ubi supra §. 15.

29 Septima differentia est, quod in appellatione a definitiva locum habet Beneficium Legis 4. c. de temp. appellat. scilicet non deducta deducendi, & non probandi; non item in appellatione ab interlocutoria, Mevius part. 2. dec. 153. & dec. 235. part. 3. decis. 84. & part. 8. dec. 43. & sequent. Linita tamen si agatur de appellatione ab interlocutoria, quæ vim definitivam habeat; Vide Bohemer. eod. loc. §. 16. & duob. sequent. ubi alias tradit differentias.

32 Silentio demum nec illud est prætereundum, quod si est reformata sententia interlocutoria in instantia appellationis, tota causa ad Judicem Appellationis devolvitur, neque locus est remissioni, cap. 59. de appellat. Gail. 1. observ. 131. n. 1. idque quia Judex, qui semel gravavit semper gravare præsumitur. Quinimo id ipsum obtinet, si pro parte tantum reformata fuerit sententia, Mynsing. art. 4. observ. 46. per tot.

34 Excipe tamen, si super eo puncto incidenti, an Judex inferior sit competens, nec ne, pronuncietur Judex, & in appellationis instantia hanc sententiam Judex Superior reformaret, Concreoque remissionem imponeret, non posset non ex natura rei remissio causæ ad Judicem prioris instantiæ decerni, uti pronunciatum refert Berger. in elect. discept. Forens. ad Process. Saxon. tit. 35. §. 3. num. 2.

ARTICULUS V.

Quandonam sit prohibita, vel non, Appellatio a correctione Superioris, sive Regularis, sive Sacularis, & a Centuris?

Appellatio a legitima correctione Superioris, sive Regularis, sive Sacularis, est omnibus subditis prohibita, ut habetur expresse in c. Reprehensibilis 26. de appellat. ubi de subditis, seu Clericis secularibus sic statuitur: Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant. Si vero quispiam pro sua necessitate crediderit appellandum, competens ei ad proseguendam appellationem terminus præfigatur, infra quem, si forte prosequi neglexerit, tunc Episcopus libere sua auctoritate utatur; Et de subditis Regularibus sic præcipitur: Ne Religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare præsumant, & pro his concordat similis prohibitio in c. Ad nostram 3. quia dicit ibi Alexander III. Remedium appellationis non ideo est inventum, ut alicui a Religiosis, & Ordinibus observantia exorbitanti, debeat in sua nequitia patrocinium exhibere. Appellatio tamen admittitur a correctione Superioris, sive Regularis, sive Sacularis, si in corrigendo modum excedat; c. Irrefragabili 13. de Offic. Judic. Ordinar. ubi sic expresse habetur: De autem correctionis, & reformationis Officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus exceßerint observandam. Tunc enim Superior potestate sua abutitur, & subditum injulte gravat, & ideo ad reparandum tale gravamen potest subditus appellare, ut colligitur etiam ex cap. Priore 31. de appellat. & c. Super questionem §. Nos autem, de Officio delegati, c. Licet de Officio Ordinar. & c. Inquisitionis de accusat.

A correctione morum facta a Prælo, seu Superiore extra-judicialiter, seu paternaliter, & ad poenitentiam nullo formato processu Judiciali, admittitur appellatio subditi solum quoad effectum devolutivum, ita quod potest quidem Judex ad quem cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, sed interim non impeditur executio eorum, quæ ab ordinario Judice, seu Superiore decreta sunt, cap. Irrefragabilis 13. de Offic. Ordinar. ibi: Decernimus, ut executionem ipsorum, nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, & aperte habetur ex Concil. Trid. sess. 22. c. 1. ibi: Nec appellatio exe-

cutiorem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat & l. c. 24. cap. 10. ibi: Ut Episcopi aptius, quem regunt, populum possint in officio, atque obedientia continere, statuant, ut omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem auditorum suorum spectant, jus habeant etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati ea ordinandi, & exequendi, quæ illis pro subditorum emendatione, & Decretis sue utilitate necessaria videbuntur: nec in his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibito, appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita executionem quoquomodo impediatur, aut suspendatur. Et sic censuit Sac. Congr. Concil. Nam consultata, an in causis visitationis, & correctionis appellari possit post Devolutivam? respondit posse, ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, ut sancitum est cap. 10. sess. 24. & c. 1. sess. 2. Item consultata an Decretum c. 10. sess. 24. sustulerit appellationem devolutivam? censuit non sustulisse devolutivam, sed suspensivam tantum; Sic testatur Fagnan. in cap. Ad nostram de appellat. numer. 8. & 9. Hinc Appellatio ad effectum suspensivum non admittitur a visitatione Ecclesiæ Cathedralis, & Personarum ipsius ab Episcopo faciendæ, nec ideo potest appellatione suspendi, Sac. Congr. Concil. in Oriolensi 27. Martii 1632. n. respons. ad 6. Nec appellatio datur a Decreto facto in visitatione per Episcopum; Sac. Congr. Rit. in Genuesi 24. Septembris 1605. Appellationis cujuscumque prætextu nequaquam potest impediri, seu retardari Diocæsanæ Synodi celebratio, Sac. Congr. Concil. in Oriolensi 27. Martii 1632. in respons. ad 17. Appellatione a Decretis, & Constitutionibus Synodalibus, quæ fuerint a Sede Apostolica confirmatæ, non potest illarum executio impediri, nec retardari; Sac. Congr. Concil. in d. Oriolensi in resp. ad 18. dub. A mandato de residendo in visitatione edito, non dari appellationem ad effectum suspensivum, sed ad effectum devolutivum tantum, decium refert Armend. in addit. ad recept. Legum Navarrae lib. 1. tit. 6. & lib. 5. §. 2. n. 2.

A correctione morum facta a Prælo, seu Superiore, judicialiter formato processu Judiciali, admittitur appellatio subditi quoad utrumque effectum, scilicet devolutivum, & suspensivum, ut colligitur ex cap. Irrefragabili 13. de Offic. Judic. Ordinar. in princip. ubi dicitur: nisi formam in talibus exceßerint observandam, & tenet Gratian. Marcia decis. 188. num. 4. Cevall. de cognit. per viam viol. p. 2. q. 113. n. 14. & 15. Plussec. in prax. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 61. Barboza in Concil. Trid. sess. 13. c. 1. num. 8. & alii plurimi, & sic censuit Sacra Congr. Concil. Nam consultata ab Auditore Camera, an cum Episcopi, servata Tela Judicialia, ferunt sententiam definitivam contra delinquentes, habeant locum Decreta Concilii de Visitatio loquuntia, & præcipue cap. 10. sess. 24. adeo ut Appellatio ad effectum suspensivum nullatenus debeat admitti, etiam si sententia lata fuerit ad puniendum delictum blasphemie, vel adulterii, Sacra Congregatio censuit Appellatione correctionis morum non comprehendenti blasphemiam, & adulterii correctionem, seu punitionem, quando Episcopus judicialiter processit, cognovit, & pronunciat: Ideoque si Episcopus in dictis duobus criminibus judicialiter processit, admittendam esse appellationem, etiam ad effectum suspensivum. Et Sanctitas sua Congregationis sententiam approbavit, ut si Episcopus judicialiter processit ad definitivam, non comprehendatur hic casus appellationis correctionis morum, & datur appellatio etiam suspensiva, nedum in prædictis duobus casibus blasphemie, & adulterii, sed etiam in omnibus aliis similibus, ubicumque Episcopus judicialiter processit. Sic tenet, & refert Fagnan. in cap. Ad nostram de appellat. num. 14. & 15. Vide supra in art. 4. n. 7.

Appellatio a Centuris absolute ab homine latis admittitur solum quoad effectum devolutivum, non vero quoad suspensivum; cap. Pastoralis 53. de appellat. Ipsa enim centura v. g. Excommunicatio trahit secum executionem, adeo ut per subsequentem appellationem, non solum ea non suspendatur, sed etiam non impediatur ejusdem denunciatio, sive quominus Judex talem excommunicatum esse denunciare, & declarare possit, non obitate appellatione, ut expresse decernitur in cit. cap. Pastoralis §. Verum, ubi cum ab Episcopo Parisiensi quesitum fuisset ex Pontifice Innocentio III. si Judex Ecclesiasticus Episcopus v. gr. in Diocesanum suum sententiam Excommunicationis proferat, ille vero ab ea tamquam irrationaliter, seu injulte lata appellet, utrum Episcopi jurisdictioni cenferi debeat, quod pendente appellatione suspensa sit, ac dormitet, proinde ac si ante laram Excommunicationem appellatio facta fuisset, an vero nihilominus eundem denunciare possit,

fit, & Ecclesiasticis Beneficiis Clericum ipsum privare; Sic præcise respondit Pontifex: Nos itaque respondemus, quod cum executionem Excommunicatio secum trahat, & Excommunicatus per denunciantem amplius non ligetur, ipsum Excommunicatum denunciare potest, ut ab aliis vitetur, & illi proventus Ecclesiastici merito subtrahuntur, cui Ecclesiæ communitio denegatur. Et sic etiam currit de Suspensione, ut habetur in c. Is cui 20. de sentent. excomm. n. 6. præcisè his verbis: Sane sicut Excommunicatio, sic ab Officio, vel ingressu Ecclesiæ lata Suspendio, aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur. Idem pariter est dicendum de Interdicto, c. Ad hæc 37. de appellat. ubi præcisè habetur: Ad hæc quoniam sub Interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud servare contemunt, quid in hoc casu servandum sit, consulere voluisti. Novèris igitur, quod sicut post appellationem excommunicari non possunt, sic Interdictum nequeunt, cui ante appellationem eos constat suppositos, declinare; & clarissime innuitur in hujus capitis Summario his verbis; Sententia Interdicti non suspenditur per appellationem sequi. Et ratio est, quia cum Censuræ Ecclesiasticæ sint medicinales, & principaliter sint ad corrigendum; c. Cum medicinalis 1. de sentent. excomm. in 6. fuit per allegatos Canones justissime dispositum, quod per appellationem subsequenter non suspendantur, ne prætextu frivolæ appellationis quandoque impediatur medicinalis correctio, Unde stat, quod Appellatio a Censuris ab homine latis non pariat effectum suspensivum, sed solum devolutivum, ex quo Judex, ad quem appellatur de justitia lata Censuræ, & interpositæ ab illa appellationis, cognoscere possit, ac debeat; Est Communis.

Appellatio a Censuris ab homine latis sub conditione admittitur, sed non quoad effectum devolutivum, sed etiam quoad suspensivum ante conditionis eventum, etiam si conditio non servetur. Habetur clare, & expressè in cap. Præterea 40. de appellat. præcisè his verbis: Præterea requisiti fuimus, si quis Judex ita protulerit sententiam: nisi Sempronio infra 20. dies satisfecerit, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscat: ille, in quem fertur sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minime satisfecerit, utrum ille sententia tali ligetur, aut interpositione appellationis tutus existat; Videtur autem nobis, quod hujusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire, & clarissime innuitur in ejus Summario: Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione, suspenditur, si ante conditionis eventum fuerit appellatum. Et ratio est, quia in tantum a Censura absolute lata non admittitur appellatio quoad suspensivum, in quantum ipsa jam arctat Censuratum ante appellationem, cum censura absolute late secum trahat executionem, ex cap. Pastoralis 53. de appellat. & Censura lata sub conditione non arctat Censuratum ante positam conditionem, cum conditionale nihil ponat in esse, nisi purificata conditione, adeoque ante eventum conditionis potest libere appellare quoad suspensivum, cum per appellationem sit suspensa ipsius (scilicet Judicis) jurisdictio, ut expressè habetur c. Si a Judice 10. de appellat. in 6.

Appellatio a Censuris comminatis admittitur etiam quoad utrumque effectum, scilicet devolutivum, & suspensivum, Et ratio est, quia licet illarum sententia sit potius Interlocutoria, quam definitiva, ut notat Innocent. in c. Per tuos, Joann. Andreas, in c. Venerabilibus, de sentent. excomm. in 6. & Doctores passim, in Rubr. de re judicata, tamen semper infert gravamen, quod per appellationem reparari non potest, & ideo ante sententiam admittitur appellatio ab hoc futuro gravamine, ita ut si a comminata censura, verb. gr. Excommunicatione appellatum fuerit, Excommunicatio postea lata sit ipso jure nulla, ut cavetur c. Per tuos 40. de sentent. Excomm.

Hinc deducitur, quod si quis citetur ad adducendam rationem, quare non debeat excommunicari, hic possit appellare, & Ordinarius tenebitur huic appellationi deferre, quia agitur de gravamine, quod si non repararetur per appellationem, est aliunde irreparabile, ut de se patet, cum Censura statim ac est fulminata, trahat secum executionem, ex cit. c. Pastoralis 53. de appellat. E contra vero si quis citetur ad adducendam rationem, quare non debeat declarari, se incidisse in Excommunicationem, hic non poterit appellare, nec Ordinarius tenebitur simili appellationi deferre. Sacra Congr. Concil. in Tropien. 16. Martii 1619. & in Neocastrensi. 22. Februarii 1620. Et ratio est, quia cum a declaratoria detur appellatio etiam suspensiva præterquam in judicialibus, c. Solè infim. de sentent. Excomm. in 6. Felin. in c. Rodolphus n. 43. de rescript. Rota dec. 2. n. 5. de dolo, & cant. in novis, illius comminatione non infert gravamen, quod reparari non possit per appellationem a Definitiva,

& ideo in hac comminatione non admittitur appellatio, sicut in alia. Et hanc differentiam inter comminationem Excommunicationis jam late tradunt Felin. in c. Cum non ab homine n. 12. de iud. & Duen. in regul. 42. num. 3. & sæpius probavit Sacra Congr. Concil. ut refert, & tenet Fagnan. in c. Super eo n. 50. de appellat.

Ad uberiorem notitiam, & solidiorem confirmationem præsentis materiæ placet hic referre per extensum declarationem Sacræ Episcoporum Congregationis de mandato, & approbatione Clementis VIII. editam 16. Octobris 1600. quæ est, ut sequitur.

Ad tollendas ambiguitates, & controversias jurisdictionales, quæ inter appellationum, & prioris instantiæ Judices, non sine partium dispendio, cursuque justitiæ impedimento, & sæpè cum scandalo oriuntur; Sac. Cong. caus. Episcoporum præposita, facta prius relatione Sanctissimo D. N. Clementi Papæ VIII. ac Sanctitatis suæ mandato viva vocis oraculo de iuper habito in hunc, qui sequitur, modum ab omnibus, ad quos spectat, in posterum servari debere mandavit, & mandat.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ, Suffraganeos, eorumque subditos non judicent, nisi in casibus a Jure expressis.

Item & alii quivis Superiores, etiam Nuncii, vel Legati de Latere specificam facultatem majorem non habentes causas in Curis Ordinariarum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se non advocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tunc appellantes, ab inferiorum Jurisdictionibus, quo ad alias causas, excipi non possunt.

Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius contiterit, appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivam, aut a gravamine quod per definitivam reparari non possit in casibus a jure non prohibitis per legitimam personam, aut intra debita tempora fuisse interpositam, ac proferatam.

Dum causæ coram inferioribus Judicibus pendet, ante definitivam sententiam, vel habentem vim definitivam de gravamine illato, Superiores cognoscere non valeant, licet citra præjudicium curiæ causarum se id facere contulerint, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsi copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem sicut præmittitur receptam, non concedantur, nisi cum intertione tenoris sententiæ, aut Decreti definitivi, aut vim definitivi vi habentis, vel damnum per definitivam irreparabile continentis; alias inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.

Si appellans asserat sententiæ, aut appellationis exemplum culpa Judicis a quo, aut Actuarii haberi non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda. Sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna mercede, Actorum exemplum authenticum appellandi intra brevem aliquem competentem terminum tradatur; Caveat tamen Judex a quo nisi vere appellatum fuerit in causa appellabili, interim aliquid in præjudicium appellantis attentet, & si per actum publicum, aut per testimonium depositiones contulerit, Acta denegari appellanti, Judex appellationis mandato tradendi Acta possit adjicere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

A sententia autem Definitiva contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibito, aut alia quævis provisio, quandiu appellans in hujusmodi vera contumacia persistit, concedatur.

Ab executione Decretorum Sacri Concilii Trid. aut Visitationis Apostolicæ, appellationes a Metropolitanis non recipiuntur, neque etiam quando Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilii Trident. procedunt uti Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum Apostolicorum auctoritate.

In causis vero Visitationis Ordinariarum, aut correctionis morum quoad effectum devolutivum tantum appellationes admittantur, nisi de gravamine per Definitivam irreparabile agatur, vel cum Visitato citata parte, & adhibita causæ cognitione Judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quo ad effectum suspensivum.

Cur a gravamine, quod per Definitivam reparari nequit,

ut indebitæ incarcerationis, vel torture, aut Excommunicationis etiam comminatæ, appellatur, non nisi visis Actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibito, vel provisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, quoad Judex ad quem appellatum est, visis actis, & causâ cognita aliter decreverit. Et tunc si a Judicis ad quem Decreto vim Definitivam habente fuerit appellatum, is nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Judicem Superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processus primæ instantiæ ad Judicem Appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ Judicialiter obijciatur, & tunc terminata causa, remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archivio conserventur.

Censura Ecclesiastica contra appellantem prolata relaxari, ut nulla declarari per Judicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causâ cognita, tuncque si contulerit eam justam esse, ad Judicem, qui excommunicavit, appellans remittendus est, ut ab ipso juxta Sacros Canones, beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitanque emendationem præstiterit, obtineat: Si vero injultam esse clare appareat, Superior absolutionem impediatur; Si autem dubitatur, honestius est, ut ad Excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absolvendus remittatur, licet etiam Superior hoc casu idipsum per se præstare jure possit.

Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis Actis, cum dubitatur de nullitate Excommunicationis ab homine prolata, vel a jure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, tunc ad tempus breve cum reincidentia, & præstita per Excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: & si juxta formam a jure præscriptam apparebit, aliquem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitan etiam satisfactionem præstare: Si vero ob contumaciam manifestam, expensas quoque reficere, ac insuper cavere de iudicio filii coram Excommunicatore, qui teneatur, priusquam ad cautelam absolvatur.

Roma in Sac. Cong. die 16. Octob. 1600.
Alex. Cardin. Florent.

Hieron. Agutius Secret.

Insuper die 15. Maii 1700. circa hæc materiam fuerunt edita a Sac. Congr. Concilii alia Decreta in causa Insule, seu Regni Sardinie, quæ pariter ad litteram cum propositis dubiis hic adducuntur.

- 1 An quando Ordinarii ad evitanda scandala procedunt, non citata parte, nec adhibita causæ cognitione in causis Visitationis, aut Correctionis morum possit Judex Delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere?
- 2 An ab Interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam Definitivam, valeat appellationem admittere?
- 3 An quando appellatur a gravamine, quod per Definitivam reparari nequit, ut incarcerationis, torture, aut Excommunicationis, possit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam inhibitionem concedere non visis Actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine?
- 4 An Censuras Ecclesiasticas in appellantem prolatas valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causâ?
- 5 An valeat absolutiones ad cautelam concedere, non citata parte, nec visis Actis, nec præstita cautione ab appellante de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ?
- 6 An ab executione Decretorum Sacri Concilii Trident. valeat appellationem admittere?
- 7 An valeat causas in Curis Ordinariarum, vel aliorum Judicum inferiorum pendentes ad se avocare, vel illorum cursum impedire sub quolibet prætextu, præterquam per viam legitimæ appellationis fuerint ad ipsius Tribunal delata?
- 8 An valeat appellationem recipere, nisi per publica documenta (quæ realiter exhibeantur) prius contulerit appellationem a sententia Definitiva, vel habente vim Definitivam, aut a gravamine, quod per Definitivam sententiam reparari non possit in casibus a jure non prohibitis per legitimam Personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, & proferatam?

Ferrar. Biblioth. Tom. I.

9 An valeat inhibitionem concedere post receptam appellationem abique intertione tenoris sententiæ, aut Decreti Definitivi, aut Definitivi vim habentis, etiam si appellans asserat culpa Judicis a quo, vel Actuarii exemplum habere non posse, non justificato impedimento, & an in causa possint inhibitiones impune sperni?

10 An valeat appellationes in secunda instantia recipere a Decretis, seu sententiis Suffraganeorum, omisso medio Curie Metropolitanæ.

21 An in causis de sui natura appellabilibus, in quibus dictus Judex processit, valeat appellationem quo ad effectum suspensivum denegare?

Sacra Congr. die 15. Maii 1700. respondit?

Ad 1. Negative quoad effectum suspensivum.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Negative quoad cognitionem causæ in gradu Appellationis tantum, & affirmative quoad brevem superjessoriam.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Negative præterquam in casu absolutionis ab breve tempore, & tunc cum obligatione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ.

Ad 6. Negative.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Negative.

Ad 9. Negative.

Ad 10. Negative.

Ad 11. Negative.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE appellatione Regularium a præceptis Superiorum late agit Murg. de Appellat. quoad Regular. omnino ubi res postulat videndus.

Quod tradit Auctor n. 6. non admitti appellationem quoad effectum suspensivum a decreto lato in visitatione; ita distingue. Aut decretum illud concernit res ad cultum divinum, morumque correctionem pertinentes, & non habet locum appellatio quoad effectum suspensivum. Aut dictum decretum respicit alia negotia, quæ nil commune habent cum cultu divino, morumque correctione, & quoad ipsum effectum suspensivum procedit appellatio; Van-espen sur. Eccles. univer. part. 1. tit. 17. cap. 4. num. 3. & sequent. Cardinal. de Luc. in adnot. ad Concil. Trident. discuss. 5. fer. per tot. Ventrigl. de jurisdict. Archiep. cap. 121. num. 5. & 6. Rot. cor. Rem. bold. decis. 294. num. 3. cor. Dimozett. jun. decis. 333. num. 3. & cor. Caprar. decis. 523. num. 5.

A sententia excommunicationis, ut advertit Auctor, appellari nequit. Idem dicendum est (ut ait Murg. de Appellat. part. 1. quest. 17. num. 648.) de suspensione ab ingressu Ecclesiæ, ab officio, sive ab alia re mere spiritali & animam concernente: quia hæc purificantur excommunicationi quoad hunc effectum suspensivum &c. ALIUD in suspensione a beneficio, vel ab alia re temporalis, tunc enim appellatio suffragatur quoad utrumque effectum.

Tamet si a sententia declaratoria incurfus censurarum appellari queat; Id tamen fallit, si dicta sententia declaratoria lata sit in executionem mandati executorialis rei judicata, nam ut fit tandem aliquando litium finis, non admittitur ab ea appellatio, Murg. de appell. part. 1. quest. 7. §. 2. divis. 12. n. 227. Quod ipsum obtinet quoque quando Judex in mandato dicit: Nisi infra sex dies, quem terminum tibi damus, obedi veris &c. Idem Auctor loco citato.

De appellatione ab ipsa sententia incurfus censurarum hæc habet Murg. de appell. part. 1. quest. 7. §. 2. divis. 12. n. 328. Sed est notandum, quod a sententia declaratoria incurfus censurarum solum appellare licet quoad effectum devolutivum, non vero quoad suspensivum. Interim enim habendus est appellans pro excommunicato, donec Judex ad quem super excommunicatione pronunciet.

ARTICULUS VI.

Appellatio quoad vim, & effectus Clausulæ: Appellatione remota.

Causas committere cum clausula appellatione remota potest solus Papa in causis Ecclesiasticis ubique terrarum, & in causis profanis Papa in locis suæ temporalis jurisdictionis, Imperator, Reges, & omnes Principes suprema jurisdictione gaudentes in suis respective Ditionibus, leg. 1. §. fin. ff. A quibus

bus appellari non licet, cap. Super Questionum Articulis 27. cum ibi notat. de Officio Delegati; & sic tenent communiter Doctores hic, ut testatur Abbas num. 4. Unde nec Legatus a latere potest sub illa Clausula subdelegare, ex cit. cap. Super questionum §. Si vero. Nec Sacra Congreg. Cardinalium, ut testatur Fagnan. in cap. Pastoralis num. 3. de appellat. se non semel audivisse Urbanum VIII. dicentem, Congregationem Cardinalium non posse dare clausulam appellatione remota, Cardinalium nec Signatura Justitiæ dare potest; Marchef. de commiss. part. 1. cap. 10. Fagnan. loc. cit. mox, & alii cum Rota apud Card. Seraphin. decis. 857. num. 2.

Vi clausulæ appellatione remota censetur prohibita omnis appellatio, quæ a Jure expresse concessa non reperitur, ut habetur expresse cap. Pastoralis 53. de appellat. præcisus his verbis: Quævis, utrum quando inhibetur appellatio in Rescripto, frustratoria tantum inhibita videatur? Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoriam, etiamsi non fuisset inhibita, negotium non debeat impediri, respondemus, quod quælibet provocatio intelligitur removeri, quæ a Jure non indulgetur expresse, sed si appellans fuerit gravatus injuste, gravamen hujusmodi per Superiorem poterit emendari. Et clarissime in ejus Summario: Per clausulam appellatione remota inhibetur omnis appellatio, quæ a Jure non indulgetur expresse.

Per clausulam appellatione remota, non solum non prohibentur appellationes a jure expresse concessæ, cum adjecto, non obstante clausula appellatione remota, sed neque prohibentur appellationes a jure expresse concessæ, & approbatæ, licet sine tali adjecto, non obstante clausula appellatione remota; Ita Hostiens. in cit. cap. Pastoralis verb. Expresse; Abbas ibid. num. 14. citans Doctores communiter, & sequuntur Fagnan. in cap. Pastoralis num. 24. Pirhing lib. 2. tit. 28. de appellat. numer. 70. Anacle. ibid. num. 289. Et ratio est, quia ubi jura permittunt expresse appellationem, gravamen est notorium, & manifestum, sed clausula appellatione remota, non potest impedire appellationem, ubi gravamen est notorium, & manifestum. Superior enim committens causam cum clausula appellatione remota, existimat Judicem non injuste gravaturum partes, arg. cap. Secundo requiritur 41. de appellat. alias non potest juste committere causam cum tali clausula, quia sic censeretur velle gravamen alterius, adeoque a Jure notorie. & manifeste gravante potest appellari, non obstante quod causa sit ei commissa cum clausula appellatione remota; Colligitur ex cap. Ex Conquestione 10. de restitut. spoliator. & Glossa ibi verb. Post appellationem; ubi sic præcise dicit: Et ita tenuit appellatio, licet esset inhibita in Litteris, quia remotio appellationis non impedit appellationem, ubi manifeste quis gravatur; & hanc Glossam sequuta est Rota apud Puteum decis. 414. lib. 3. & colligitur etiam ex variis aliis Juris Canonici Capitulis, scilicet ex cap. Significante 24. cap. Rodulphus 35. cap. Significavit 36. de Rescript. cap. Exhibita 19. de Judic. cap. Dilecti 8. cap. Dilecti 10. cap. Significaverunt 11. de except. ex quibus omnibus, & aliis similibus constat, appellationem admitti, ubi adest gravamen notorium, & manifestum, licet causa sit alicui commissa cum clausula appellatione remota; Joann. Andreas in cit. cap. Pastoralis num. 12. Hostiens. Abbas, & alii loco supracit. cum Lancelot. Seraphin., Scaccia, Marchef., Gonzalez, & Barbosa cum pluribus aliis a se cit. tract. de Clausul. clausula 9. num. 20. & Rota part. 3. decis. 117. num. 1.

Clausula appellatione remota plures operatur effectus, quorum principales sunt. Primus effectus est, quod tollat omnem appellationem, quæ non reperitur expresse in jure concessa, cap. Pastoralis 53. de appellat. Secundus effectus est, quod non suspendatur jurisdictio Judicis a quo, nec iste teneatur deferre appellationi, sed possit sententiam suam mandare executioni, antequam sciat per Judicem ad quem fuisse receptam appellationem, & sibi inhibiti, ne ad ulteriora procedat, cap. Pastoralis 28. §. Præterea, de Offic. Jud. Delegati; Abbas loc. cit. Pirhing. loc. cit. & Barbosa citans plures alios claus. 9. num. 9. Tertius effectus est, quod Judex non deferens tali appellationi quamvis probabili, non punitur, nec incidit in pœnam cap. Decreto 11. caus. 2. quest. 6. Cum enim hoc sit ei a Jure expresse concessum, & sic Juris auctoritate eam non admittat, nec Principis Majestatem contemnit, nec peccat, adeoque nec ullam pœnam meretur, cap. Qui peccato. 4. caus. 23. q. 4. & l. Gracchus 34. Cod. Ad Leg. Juliam de adulter. Hostiens. in cap. Pastoralis num. 9. Abbas ibid. num. 10. Fagnan. ibid. num. 29. Pirhing. Anacle. Barbosa cit. claus. 9.

Quartus effectus est, quod rescriptum posterius non revocet prius datum sub tali clausula appellatione remota, nisi prioris

rescripti, & talis clausula faciat expressam mentionem; Abbas loc. cit. num. 14. hoc probans ex cap. Ex conquestione 10. & notatis ibid. de restitut. spoliator. Quintus effectus est, quod attentata post talem appellationem non revocantur a Jure ad quem per viam attentati, vel nullitatis, quia cum per eam appellationem non suspendatur jurisdictio Judicis a quo, omnia ab eo acta erunt valida, licet concidantur exinde a Superiore revocari per viam querelæ, ut concludunt Hostiens. num. 9. Joann. Andr. num. 4. Butrius num. 3. Abbas num. 11. Pirhing. & alii plurimi. Sextus effectus est, quod teneat Excommunicatio lata in contumacem post appellationem ipsius a Jure dato cum clausula appellatione remota; dummodo tamen appellatio illa non sit in casibus expresse ad appellandum a Jure approbatæ; Abbas in cit. cap. Pastoralis 53. num. 9. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 22. num. 56. Barbof. tract. de clausulis. clausul. 9. num. 13. Francus in cap. Pastoralis de appellat. num. 7. & alii. Plures adhuc hujus clausulæ effectus enumerantur a Doctores, sed ut minus principales relinquuntur videndi apud Abbatem in cap. De debitus 59. num. 14. de appellat. Francum in cap. Pastoralis col. 3. circa med. vers. Operatur ergo primo; Præposit. num. 32. vers. succedit tertia questio principalis, Alex. num. 30. & seq. & Barbof. in cit. claus. 9.

Novæ additiones ex aliena manu.

Conclusioni ab Auctore posita n. 1. quod non nisi Princeps causas committere valeat cum clausula appellatione remota, confectaria est hæc altera, quod scilicet Delegati a Principe sub hac clausula subdelegare nequeant; idque quia si subdelegarent, indirecte sibi tribuerent facultatem delegandi sub clausula appellatione remota: cum eo, quo delegati sunt, modo subdelegatio institui debeat. Confer Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 28. §. 10.

De vi hujus clausulæ Appellatione remota diffidentes inter se Doctorum opiniones recenset Bohemer. loco citato §. 21. & 22. Quoad effectum vero ab Auctore num. 13. relatum, nempe quod virtute hujus clausulæ valeat excommunicatio post appellationem lata, nota, id eatenus verum esse, quatenus Judex adamussim servata forma commissionis procedat, nec Partem gravet, Rot. cor. Ludovis. decis. 91. num. 10.

Illud hic prætereundum videtur, hanc clausulam non præjudicare Tertio, qui pro suo interesse appellare intendit, cap. 15. de Offic. & Potest. Ind. delegat. Brunemann. dissert. de Appellat. Rescript. Princip. remot. cap. ultim. nec esse per eam sublata alia juris remedia. Primo enim facultas recusandi Judicem non est prohibita, c. 3. & 9. de Appellat. Secundo integrum est gravato remedium supplicationis, vel restitutionis in integrum, Gail. 1. observ. 33. num. 5. Tertio non est impedita querela nullitatis; Bohemer. ibidem §. 23.

De altera, eaque potentiori clausula Omni & quacumque appellatione remota, confer Scacc. de Appell. quest. 16. limit. 1. num. 96.

ARTICULUS VII.

Appellatio quoad Fatalia.

Appellationum Fatalia sunt in illa tempora, intra quæ debet inchoari, & terminari causa appellationis; aliter appellatio, seu facultas appellandi sit deserta, & extinguitur; Est in re Communis. Et ista dicuntur Fatalia a Fato, sive a morte, prout colligitur ex l. 2. Cod. de temporib. in integrum restitut. ubi expresse dicitur: Pater tuus in Fata concessit; Sicut enim mors extinguit totaliter hominem, ita lapsus temporis pro appellatione concessi extinguit appellationem, ita ut ipso elapso, censetur etiam elapsa, & totaliter deserta appellatio, & rata maneat prior data sententia; Sic Abbas in cap. Ex ratione 8. num. 8. de appellat. Scaccia quest. 15. de appellat. num. 1. Maranta part. 6. Speculi aurei tit. de appellat. numer. 232. & alii communiter.

Appellationum Fatalia, seu tempora appellationis sunt quadruplicia. Prima sunt Fatalia, seu tempora interponendæ appellationis. Secunda Fatalia, seu tempora petendi Apostolos. Tertia Fatalia, seu tempora presentandæ appellationis. Et Quarta Fatalia, seu tempora finiendæ appellationis; Engel, Pirhing. & alii hoc loco, & est in re Communis. Fatalia interponendæ appellationis, seu tempora concessa ad appellandum, quibus elapsis, elabitur etiam, & extinguitur facultas appel-

landi, de jure antiquo erant duo dies in causa propria, & tres in causa aliena, seu procuratorio nomine actitata; l. 1. §. Biduum ff. Quando appelland. sit, leg. Eos 6. §. Sine autem. Cod. hoc tit. & cap. Biduum 29. quest. 6. De jure vero novo sunt decem dies a die gravaminis illati, vel late sententiæ, & scientiæ numerandi; Est communis; & expresse habetur in Authent. Hodie juncta Glossa ibi. Cod. de appellat. & cap. Anteriorum 28. caus. 2. quest. 6. ubi expresse habetur: Sancimus, omnes appellationes, sive per se, sive per Procuratores, sive per Defensores, vel Curatores, & Tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiæ numerandorum Judicibus ab his, quorum interest, afferri. Et clarissime in ejus Summario; Infra decem dies remedium appellationis conceditur. Et expresse etiam habetur in cap. Quod ad consultationem 15. de sentent. & re judicata præcisus his verbis: Cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat judicata, qui ad provocationis subsidium infra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegare. Ibi decem dies ad appellandum concessi incipiunt currere statim a momento habitiæ notitiæ de illato gravamine, & data sententia, cap. Conterationi 7. de appellat. in 6. ubi expresse dicitur: Quisquis ex eis (scilicet electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus) Quisquis ex eis gravatum se reputans per appellationis beneficium gravamen illatum desideravit revocari, infra decem dies, postquam sciverit, si velit, appeller. Post decem vero eidem aditus non pateat appellandi. Et hoc decem dierum currit de momento in momentum, taliter quod, si sententia lata sit contra præsentem hora vigesima, v. g. primæ diei mensis, decem dierum debeat currere usque ad horam vigesimam diei undecimæ ejusdem mensis, ad hoc ut sit integrum, & completum, cum horæ antecedentes ad vigesimam primæ diei, in qua lata est sententia, non ingrediantur tale decem dierum, & ideo Gailus lib. 1. practic. observ. 139. num. 5. Pirhing. lib. 2. tit. 28. num. 135. Anacle. ibid. num. 159. cum aliis monent Notarios, ut in instrumento appellationis, non tantum diem, sed etiam horam interpositæ appellationis exacte notent, ad hoc ut certo sciatur, quando decem dierum sit elapsium: necne? Et colligitur ex Glossa in Clementin. sicut, de appellat. verb. A die, ubi dicit: Ergo videtur, quod illa pars dici, in qua appellatur, cedat lucro appellantis, nec computetur in anno, & in hoc differat a tempore appellationis interponendæ, quod currit de momento ad momentum. Et taliter debet currere de momento ad momentum, ut etiam debeat esse continuum, ita ut in eo decem dierum includantur etiam Feriæ, ne propter ipsas censetur prorogari; l. 1. Cod. de Feriis; l. Sive 3. §. Feriæ Cod. de dilation. & Doctores supracitati.

Fatalia, seu tempora petendi Apostolos, vide supra in verb. Apostoli, idest Litteræ missoriae.

Fatalia, seu tempora presentandæ appellationis, idest presentandi Apostolos, & introducendæ coram Jure ad quem appellationis, secundum jus Civile sunt sex menses, intra quos computandos, & numerandos a die interpositæ appellationis, & non a die late sententiæ, debent presentari Apostoli, & appellatio introduci coram Jure ad quem; l. 2. & 3. Cod. de temporib. appellation. Camera Spirens. part. 2. tom. 30. Gailus lib. 1. practic. observ. 140. num. 2. & 3. Pirhing. lib. 2. tit. 28. num. 145. Sannig. ibid. cap. 6. num. 9. Anacle. ibid. num. 167. De jure tamen Canonico nullum reperitur determinatum tempus ad presentandos Apostolos, seu ad presentandam, vel introducendam appellationem coram Jure ad quem, sed videtur relictum dispositioni Judicis a quo, qui secundum locorum distantiam, ac Personarum, & negotii, seu causæ qualitatem debet præfigere congruum terminum, intra quem appellatio presentetur Jure ad quem, aliter elapso tali termino habeatur appellatio pro deserta, cap. Cum sit 5. & cap. Ad aures 83. de Appellat. & Clementin. Quando 4. de appellat. Et sic tenet Scaccia quest. 15. de appellat. n. 12. Engel lib. 2. tit. 28. num. 48. Pirhing. ibid. num. 145. Anacle. ibid. n. 168. & alii passim.

Fatalia, seu tempora finiendæ, seu prosequendæ usque ad finem appellationis, de jure sunt duodecim menses, seu annus integer, & ex causa necessaria, & evidenti biennium, ita tamen, ut Judex a quo secundum locorum distantiam, & Personarum, & negotii, seu causæ qualitatem, prout expediens iudicaverit, possit brevius tempus præfigere, ut habetur expresse in cap. Cum sit Romana 5. de appellat. his verbis: Si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, hujusmodi appellanti bus annus indulgetur, aut ex necessaria, & evidenti causa biennium. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

Quantum impedimentum legitimum provenire potest ex parte Judicis ad quem, si v. g. Judex ad quem noluerit, vel nequiverit intra tempus statutum appellationem audire, & expedire, Authent. Si appellatione. Codic. de temporibus appellation. ubi statutum, quod si Judex causam appellationis in definitis diebus suscipere differat, nullum præjudicium partibus, vel uni earum penitus fiat; Et Baldus in ejus Summario sic præcisè ait: Si fiat per Judicem appellationis, non currunt Fatalia, & cap. Ex infirmatione 50. de appellat. ubi expresse dicitur: Lis, que in Consistorio speratur inferri absque damno mora, intacta permaneat, donec ipsam faciat introduci, & a Proceribus dirimi juxta morem. Quantum legitimum impedimentum provenire potest ex facto tertii, v. g. Procuratoris, qui ex negligentia, vel dolo, debito tempore non est prosecutus appellationem, vel alterius tertii, qui dolo, & malitia appellationis prosecutionem impedit, licet enim tunc currant tempora appellationis, tamen appellans habet actionem ad inter-

num, nisi forte Judex, a quo appellatum fuerit secundum locorum distantiam, & Personarum, & negotii qualitatem recivis tempus fuerit moderatus. Et concordat Clementin. Sicut appellationem 3. de appellat. ex Authent. Ei qui appellat. Cod. de temporibus appellat. Et hoc tempus est numerandum, non a die late sententiæ, sed a die interpositæ appellationis, ut expresse habetur ex Clement. Sicut appellationem 3. de appellat. his verbis: Infra annum a die interpositionis ipsius (scilicet appellationis) prosecui, & finire tenetur appellans. Taliter quod si ipse appellans, cessante justo impedimento, non fuerit prosecutus, neque terminaverit, debet ejus appellatio censeri deserta, ut præcisè statuit cit. Clementin. Sicut appellationem, his verbis: Quod si justo impedimento cessante, non fecerit, debet ejus appellatio deserta censeri. Et sic tenebit sententia prius lata, ut expresse statuitur in cap. Cum sit Romana 5. his verbis: Infra quod, si is, qui appellaverit, causam appellationis non fuerit prosecutus, tenebit sententia, si post sententiam appellaverit, & a causa sua cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Concordat cap. Ei qui appellat. caus. 2. quest. 6. his verbis: Ei qui appellat, impertitur annus, intra quem secundum se committitur cum ad litem exequatur, aut (si iusta intercesserit causa) alius annus indulgetur, quo transacto, lite non completa, maneat sententia rata; & jam sic fuerat statutum in Authent. Ei, qui appellat., Cod. de temporibus appellat.; Et est communis.

Fatalia, seu tempora finiendæ, seu prosequendæ usque ad finem appellationis, de jure sunt duodecim menses, seu annus integer, & ex causa necessaria, & evidenti biennium, ita tamen, ut Judex a quo secundum locorum distantiam, & Personarum, & negotii, seu causæ qualitatem, prout expediens iudicaverit, possit brevius tempus præfigere, ut habetur expresse in cap. Cum sit Romana 5. de appellat. his verbis: Si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, hujusmodi appellanti bus annus indulgetur, aut ex necessaria, & evidenti causa biennium. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

Quantum impedimentum legitimum provenire potest ex parte Judicis ad quem, si v. g. Judex ad quem noluerit, vel nequiverit intra tempus statutum appellationem audire, & expedire, Authent. Si appellatione. Codic. de temporibus appellation. ubi statutum, quod si Judex causam appellationis in definitis diebus suscipere differat, nullum præjudicium partibus, vel uni earum penitus fiat; Et Baldus in ejus Summario sic præcisè ait: Si fiat per Judicem appellationis, non currunt Fatalia, & cap. Ex infirmatione 50. de appellat. ubi expresse dicitur: Lis, que in Consistorio speratur inferri absque damno mora, intacta permaneat, donec ipsam faciat introduci, & a Proceribus dirimi juxta morem. Quantum legitimum impedimentum provenire potest ex facto tertii, v. g. Procuratoris, qui ex negligentia, vel dolo, debito tempore non est prosecutus appellationem, vel alterius tertii, qui dolo, & malitia appellationis prosecutionem impedit, licet enim tunc currant tempora appellationis, tamen appellans habet actionem ad inter-

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

reffe contra malitiose impediendam, vel contra Procuratorem dolosum, & negligentem; l. *A procuratore* 13. *Cod. Mandati*, & si non est solvendo, appellans restitui debet in integrum ad prosecutionem appellationem, Glossa in *cap. Ex ratione* 8. *de appellat.*, verb. *Impotentiam*, ubi præcise dicit: *Si vero dolo alicujus privati circumventus appellat, & appellationem non fuit prosecutus, tunc currunt tempora appellationis, sed habet recursum contra dolosum ad interesse, qui si solvendo non fuit restituitur appellans ad prosecutionem suæ appellationis, ff. De eo per quem fac. erit. l. Ex hoc Edicto; ff. de dolo, l. Et eleganter §. Si Dolo. Et sic Abbas in *cit. cap. Ex ratione num. 8.**

22 Alexander *ibid.* num. 69. & 70. & alii. Sextum legitimum impedimentum provenire potest ex casu fortuito, ut si appellans, vel ejus Procurator sit ab hostibus captus, vel via ad Judicem sit ab hostibus, inundatione aquarum, vel morbo contagioso impedita, & hujusmodi, quia imputari non debet ei, per quem non itat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum; *Regul. Juris* 41. in 6.

23 Verum tamen est, quod unumquodque ex istis impedimentis, ad hoc ut sufficiat ad prosecutionem appellationem post elapsam biennium, debet esse reale, & veridicum, & ut tale evidentiissima probatione constare, ut colligitur *ex cap. Ex ratione* 8. *de appellat.* ibi: *Constitit*. Et hoc onus, probandi esse verum, & legitimum impedimentum, incumbit appellanti, ut expresse habetur l. *fin. §. Illud etiam. Cod. De temporib. appellat.* præcisus his verbis: *Nisi ipse appellator evidentiissimis probationibus possit ostendere, se quidem summa opem non voluisse litem exercere, per Judicem autem stetit, vel aliam inexorabilem causam subsequendam, propter quam hoc facere minimè valuit.* Imo nedum appellanti incumbit onus probandi, verum esse, & reale impedimentum, sed insuper probare debet, quod diligentiam adhibuerit ad removendum tale impedimentum, & appellationem prosecutionem, ut colligitur *Dōctores ex ipsa* mox *cit. l. fin. §. Illud etiam* per illa verba: *Nisi ipse appellator evidentiissimis probationibus possit ostendere, se quidem summa opem non voluisse litem exercere*, alioquin probatio non concluderet, & consequenter nec relevaret.

26 *arg. leg. Qui Committitur ff. de re militari.* Solus enim ille dicitur ex iura, necessaria, & evidenti causâ impeditus, qui post adhibitam diligentiam adhuc remanet impeditus, non vero ille, qui de facili potest tollere impedimentum, & non tollit; Ille enim nedum non dicitur vere impeditus, sed potius dicitur volens illud impedimentum pati, qui enim potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur; l. 174. *ff. de R. J. Sic Gailus lib. 1. præct. observ. 143. n. 1. & seq. Pirhing. lib. 2. tit. 18. n. 171. Anacle. ibid. num. 177. & alii passim.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Sententia dubia, eaque ad instantiam Partium a Judice declarata, utrum intra decem dies ab ejus publicatione, an intra decem dies a declaratione ipsius sit appellandum, vide Strykium in *usu Moderni Pandectar. lib. 49. tit. 1. §. 4.*

2 A scientia conditionali (intellige lata sub conditionibus intrinsicis, & negotio principali coherentibus) quando itidem sit appellandum, consule *Cletzel. de appellat. cap. 5. numer. 4. & sequen.*

3 Procuratore existente apud acta, eoque non appellante, an post decem dies a lata sententia Dominus appellare queat? Affirmat *Fachincus controvers. lib. 10. cap. 97.* Negat vero ex textu in l. 1. §. *final. ff. Quand. appell. juncta l. 4. §. 2. ff. de Tempor. Appellat. Fachincus* consutato, *Cletzel de Appell. c. 5. num. 22. & plur. sequent.* Ubi tamen si agatur de Procuratore ad unum actum constituto.

6 Quæstionis vero est, an id ipsum obtineat, si Procurator, qui non appellavit, sit non solvendo? Domino remedio restitutionis in integrum succurrendum esse tenet *Gail. 1. observ. 45. num. 7.* Addit vero *Lancelot. de Attentat. part. 2. c. 14. n. 4.* dummodo ipse Dominus se læsum probet, nimirum bonum jus in causa fore: Vide de hac ipsa quæstione *Cletzel. eod. loco num. 25. & plur. sequent.*

8 Decendum an & a quo tempore contra Tertium currat, discutit idem *Cletzel. loc. cit. n. 14. & plur. seq.*

9 Quod dicitur de tempore appellationis interponendæ a sententia definitiva, sive interlocutoria lata, transferendum, & observandum in gravamine tam judiciali, quam extrajudiciali illato, a die nimirum gravaminis intra decendum esse appellandum. Intellige tamen hoc cum temperamento, si grava-

men sit momentaneum, nam a gravamine successivo, quamdiu illud durat, sine temporis præfinitione appellari potest. *Gail. 1. observ. 139. num. 13. Lancelot. de Attentat. cap. 12. limit. 50. num. 149.*

In appellatione extrajudiciali an petendi sint Apostoli? vide *Cletzel. dicto loco num. 63.*

Quum appellanti conceditur annus, & ex causa Biennium, 12 si is partim negligens, partim impeditus fuerit, ut per mentem impeditus, alia autem parte negligens, an concedendum biennium? Consule *Cletzel. ubi supra num. 101. & plur. sequent.*

An Judex tempora appellationis arctare, & viceversa pro pagare possit, discutit etiam & quidem recte idem *Auctor ibidem a num. 123.*

ARTICULUS VIII.

Appellatio coram quibus, quomodo, & quoties fieri debeat, & possit?

1 Appellatio regulariter debet fieri coram Judice a quo, alioquin est nulla, & non habet effectum suspensivum, neque devolutivum; Colligitur *ex cap. Ut debitus 59. de appellat.* ubi sic habetur: *Cum autem ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem Judice, causa probabili appellationis expressa &c. Superior de appellatione cognoscat;* Et in ejus Summario dicitur: *Appellans ante sententiam tenetur exprime-re causam rationabilem coram ipso Judice a quo; & colligitur etiam in cap. Si justus metus 73. de appellat. & Gloss. ibid. expresse verbo Coram Judice a quo; Et sic tenent Barboza in cap. Ut debitus num. 5. de appellat. Scaccia tract. de appell. quest. 6. num. 1. & seq. Pirhing. lib. 2. tit. 28. de appellat. n. 83. Rota Romana in una Salernitana Contributionis 14. Novembris 1614. coram Dunozeo, & est Communis;* Et ratio est, quia per appellationem agitur principaliter de suspendenda, & rescindenda a sententia Judicis a quo, adeoque coram ipso, & non coram parte, vel aliis est appellandum, ne ipsi Judex ignarus de tali interposita appellatione, ulterius se tali causæ immisceat: Si vero copia Judicis a quo haberi non possit, tunc appellatio debet fieri coram Judice ad quem, & intimari Judici a quo, ne amplius se tali causæ immisceat, & si adhuc illi se immiscuerit, acta per ipsum possint tamquam attentata revocari; l. 1. §. *Dies autem ff. Quando appellandum sit, cap. Biduum 29. §. Si quis caus. 2. q. 6. Innocent. in cap. ult. in fin. de appellat. Jo. Andreas. ibid. n. 9. Francus in cap. Appellat. n. 24. Pirhing. loc. cit. n. 83. & alii.* Si autem neque haberi possit copia Judicis ad quem, tunc in defectum utriusque Judicis appellari potest coram viris honestis, vel saltem coram uno honesto, adhibitis ei testibus, vel si fieri potest coram Notario, qui adhibitis testibus conficiat authenticam attestacionem, quod talis in tui, & talium testium præsentia appellaverit, ut colligitur *ex c. Ut circa 4. de clec. in 6. ubi dicitur: Appellantis in Instrumento publico, seu Litteris super appellatione confectis omnia, & singula exprimeant . . . coram Personis authenticis, aut Persona, quæ super hoc testimonium perhibeat veritati;* Abbas in *cap. Si justus metus 73. de appellat. num. 3. Alexander de Nervo ibid. num. 9. Scaccia de appellat. q. 6. n. 18. & seq. Pirhing. Anacle. & alii.*

2 Et dato, quod aliquis justo metu cadente in constantem virum correptus, non auderet appellare coram Judice a quo, tunc sufficeret, quod coram honestis viris intra decem dies protestaretur, se velle appellare a sententia contra se injuste lata, sed detineri justo timore Judicis a quo. In tali enim casu ejus protestatio haberetur pro vera appellatione, ut expresse habetur in *cap. Si justus metus 73. de appellat.* præcisus his verbis: *Si justus metus, quo minus appellaveris, te excusat, ad appellationis reputaris beneficium convolvase, dummodo infra tempus, quo licite provocatur . . . in presentia bonorum virorum, contestatione super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimentas.* Et in ejus Summario dicitur: *Justus metus excusat, adeoque non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & appellationis causas duxerit exprimentas.* Glossa ibi; Abbas, Barboza, & alii passim *ibidem.* Et ratio est, ne propter gravem metum cadentem in constantem virum præcludatur aditus, & medium ad justum defensionem gravaminum, ad quæ reparanda est instituta appellatio; *cap. Suggestum 15. & cap. Cum speciali 51. de appellat.* Vide *supra art. 1. n. 4.*

3 Appellatio potest fieri duplici modo. Primo modo illico, seu incontinenti a sententia lata, seu alii dicunt, *stante pede,* & Ju-

& Judice adhuc pro tribunali sedente, idest eo nondum ad extraneos actus divertente, & tunc ea fit viva voce; l. *Litigatoribus 14. junct. Gloss. verb. illico, l. A sententia 5. §. fin. ff. de appellat.* & sufficit, quod appellans dicat *Appello, l. 2. ff. de appell. & hoc ipsum faciat per Notarium scribi in Actis. Maranta de ordin. Judic. part. 6. in act. 2. num. 124. & seq. Pirhing. lib. 2. tit. 28. de appellat. num. 101. Anacle. ibid. n. 119.*

9 Hoc autem solum procedit in appellatione a sententia Definitiva, nam Appellatio ab Interlocutoria, vel a gravamine alioquo debet fieri in scriptis, ut expresse statuitur in c. *Cordi nobis 1. de appellat. in 6. Sancimus igitur, ut si quis in Judicio, vel extra super Interlocutoria, vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare depropre-ret.* Secundo modo potest fieri ex intervallo, intra tamen decem dies, juxta *Anthent. Hodie cum Gloss. ibid. Cod. de appellat. & cap. Anteriorum 28. caus. 2. quest. 6. & tunc ea faciendâ est in scriptis per Libellum, qui vocatur Appellatorius, in quo Libello debet exprimi quis appellat, contra quem, & sententia, a qua fit appellatio; l. 1. §. *final. ff. de appellat. & ibi Gloss. verb. Libellos Marant. loc. cit. Anacle. lib. 2. tit. 28. de appellat. num. 120. Pirhing. ibid. num. 101. & alii communiter.**

11 Appellatio potest fieri, nedum per hæc verba expressa *Appello, vel Provoco;* sed etiam per alia æquipollentia, dicendo, v. gr. *Committo, vel subjicio me appellationi Papæ, vel alterius superioris, ex quo sum nimis gravatus, vel similia, tunc enim per similia verba censetur quis vere, & valide appellasse, & acta ex post contra ipsum a Judice a quo pro attentatis habentur, ut clare patet ex c. *Ad audientiam 34. de appellat.* præcisus his verbis; *Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod cum Zamorensis Episcopus G. Presbyterum Ecclesiæ S. Jacobi Zamorensis multipliciter molestarit, tandem idem Presbyter se, & Ecclesiam suam nostræ protectioni subjecit; Licet autem prædictus Presbyter ex simplicitate forte verbum Appello non expresse-ret, quia tamen postquam se, & sua nostræ protectioni subjecerat, non debuit sine causa cognitione aliqua sententia condemnari, mandamus quatenus (si ita tibi constiterit) sententiam, quam præfatus Episcopus in eundem Presbyterum tulit, denunci-cies non tenere.* Et in ejus Summario dicitur: *Si præcedente gravamine quis submittit se protectioni Superioris habetur pro appellante, dummodo servaverit ea, quæ in appellatione sunt necessaria.**

12 Appellatio potest fieri, nedum verbis, & scriptis, sed etiam facto, dummodo serventur ea, quæ ad appellationem sunt necessaria, scilicet quod appellans factus iter arripiat ad legitimum Superiorem, petat Apostolos, & exprimat causam gravaminis. *cap. Olim 7. de dolo, & contumacia.* ubi expresse dicitur: *Et si non verbo, factus tamen intelligitur provocasse. arrepto itinere ad Sedem Apostolicam, & cap. Dilecti filii 52. de appellat.* ubi insuper dicitur, quod plus sit ad Sedem Apostolicam factus provocare, quam verbo. Et in ejus Summario dicitur: *Itineris arreptio habet vim appellationis, si serventur ea, quæ servari debent in appell., idest iter arripiens ad Papam, seu alium legitimum Superiorem, quamvis, non exprimat verbum Appello, vel Provoco, habetur pro vero appellante; Dummodo petat Apostolos, exprimendo causam gravaminis. Aliter si negligenter ipsos Apostolos petere prætermittat, censetur renunciasse appellationi, cum ad ipsam appellationem non sufficiat sola itineris arreptio, aut missio ad Superiorem, textu expresse in cap. *Ab eo 6. de Appellat. in 6.* ubi sic præcise statuitur: *Alias præsumitur appellationis suæ renunciare appellans, si eos (scilicet Apostolos) infra idem tempus petere prætermittat, etiamsi vadat, aut mittat ad appellationem hujusmodi prosecutiondam.* Abbas in *cit. cap. Dilecti filii num. 4. Anacle. lib. 2. de appellat. tit. 28. n. 123. Pirhing. ibid. n. 105. & alii.**

14 Appellatio generalis super omnibus causis, quæ contra appellatorem quovis tempore possint moveri, non potest fieri, & non admittitur, *cap. inter cetera 1. de appellat.*, ubi expresse habetur: *Super eo, quod Abbas Sancti Apollinaris in Claustro a te appellationem interposuit generalem super omni causa, quæ adversus eum aliquo tempore possit moveri, ipsum exinde redarguimus. Nec hujusmodi appellationem duximus admittendam.* Et in ejus Summario sic dicitur: *Appellatio generalis respectu causæ non valet.* Nec etiam potest fieri appellatio generalis, & vaga super omnibus gravaminibus, quæ sibi possunt contingere, c. *Consuluit 18. de Appel.* ubi dicitur: *Quod si generaliter appellationem quis interponeret ab omni gravamine, quod sibi posset contingere, hujusmodi appellatio tenere non debet.* Potest tamen fieri appellatio generalis respectu cujus-

cumque gravaminis, quod in aliqua determinata causâ sibi quis timet esse inferendum; *cit. cap. Consuluit. §. 2.* ubi sic habetur: *Si vero ab aliquo Judice super omni gravamine, quod in una causa sibi posset inferri, quamquam generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen ejus est ab eodem Judice deferendum.* Ratio autem quare non possit fieri appellatio generalis super omnibus gravaminibus, & postea possit fieri respectu cujuscumque gravaminis sibi inferendi in aliqua determinata causâ, ratio, inquam, est, quia appellatio est instituta ad removendum gravamen certo jam alicui illatum, vel jam ceptum de præsentia in aliqua parte inferri, ut colligitur *ex l. 1. §. de appellat. & relat. cap. Suggestum 25. & c. Cum speciali 51. de appellat.* Per appellationem autem generalem super omnibus causis, & super omnibus gravaminibus, nullum de præsentia potest remove-ri gravamen, cum nullum adhuc ab imperitia, & iniquitate Judicis sit generaliter appellanti illatum, adeoque non admittitur similis generalis appellatio, cum cessante causa cesset effectus, textu expresse in *cap. Cum cessante causa 60. de appellat.* Non sic vero in appellatione respectu cujuscumque gravaminis sibi inferendi in aliqua certa, & determinata causâ, quia, per istam appellationem removetur de facto gravamen, vel quod jam supponitur fuisse illatum, vel quod præteritur de præsentia saltem in aliquo talis causæ articulo inferri; Unde propter connexionem, & unitatem, quam habet articulus cum tota causâ, & tota causâ cum articulo, gravamen illatum super uno articulo censetur contingere quodammodo totam causam, adeoque hæc valet Appellatio, & non illa, ut expresse Glossa in *cit. cap. Consuluit* per præcisâ verba concludit: *Generalis appellatio, si fiat in omnibus causis, non valet, si fiat in una tantum, bene valet;* Abbas, Barboza, & alii communiter in *cit. cap. Consuluit 18. de appellat.*

18 Appellatio a sententia Interlocutoria, vel a gravamine extrajudiciali debet fieri in scriptis, petendo Apostolos, & expressâ in specie causâ rationabili appellationis, aliter est invalida, & appellator reputatur non appellans, c. *Cordi nobis 1. de appellat. in 6.* præcisus his verbis: *Sancimus igitur, ut si quis in Judicio, vel extra super Interlocutoria, vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat Apostolos, quos ei præcipimus exhiberi, & postea §. Quod si appellator, sic sequitur: Quod si appellator, quæ præmissa sunt, non observet, reputabitur non appellans, & ad prioris Judicis redibit examen in expensis legitimis condemnandus.* Et quod debeat exprimi in specie causâ rationabilis, & non sufficiat exprimi in genere, habetur etiam in *cap. Ut debitus honor 59. de appellat.* his verbis. *Statuimus, ut si quis coram idoneo Judice conveniret adversarium, ille ante sententiam ad Superiorem Judicem absque rationabili causa non provocet, & ibi infra: Cum autem ex rationabili causa putaverit appellandum coram eodem Judice causa probabili appellationis expressa, . . . Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, ex quibus verbis clare patet non sufficere exprimere causam appellationis in genere, sed debere exprimi in specie, ut de ejus rationabilitate possit Judex cognoscere. Mar. part. 6. Speculi aurei tit. de appell. n. 153. Scaccia qu. 4. de appell. Anacle. lib. 2. tit. 28. de appell. num. 96. & 97. & alii passim.* Imo adeo necessè est in hac appellatione causam in specie exprimere, ut appellans ab Interlocutoria non possit alias causas in appellatione prosequi, nisi nominatim, dumtaxat antea in ea expressas, ut expresse statuitur in *Clement. Appellat. 5. de appellat.* his verbis *Appellanti ab Interlocutoria, vel gravamine Judicis non licet alias causas prosequi, quam in appellatione sua nominatim dumtaxat expressas;* & sic etiam colligitur *ex c. Cum causam 62. Gloss. ibi verb. Dummodo, de appellat.*

21 Appellatio vero a sententia Definitiva, si ea fiat statim ac est lata sententia, & adhuc Judice pro Tribunali sedente, & nondum ad alia divertente, potest fieri viva voce; l. *Litigat. 14. juncta Glossa ff. Illico; l. A sententia 5. §. fin. ff. de app.* Si vero fiat ex intervallo, etiam ipsa debet fieri in scriptis, aliter est invalida; l. *Eos 6. §. Si quid debet, & Glossa ibi ff. Libellos, & cap. Post appellationem caus. 2. q. 6.* ubi expresse dicitur: *Et hujusmodi appellationes in scriptis fieri debent, & Glossa ibi ff. In scriptis.* In appellatione a Definitiva non est necesse, 23 exprimere causam appellationis in specie, sed sufficit dicere in genere *Appello, quia gravatus sum, quia lata sententia est injusta, nulla expressa in specie causâ, vel gravamine; l. 2. ff. de appell. & cap. Cordi nobis 1. de appell. in 6.* ubi expresse dicitur: *His, quæ in appellationibus a Definitivis sententiis interpositis antiquitus statuit non mutatis, ubi Glossa verb. Statuit expo-*

4 *nis, quod appellans in eis appellationis causam non teneatur exprime-
re, sed sufficit dicere; Appello ab illa iniqua sententia.* Et ratio
4 clara est, quia in appellatione a Definitiva frustra exprimeretur
causa in specie, cum de hac Judex a quo, utpote jam fun-
ctus in officio, amplius cognoscere non debeat, nec valeat,
ad differentiationem appellationis ob Interlocutoria, in qua Judex
a quo potest adhuc de gravamine cognoscere, illudque revoca-
re, & eo revocato, in causa principali adhuc procedere, ut
habetur expresse in cap. Cum cessante causa 60. de appellat. &
clarissime in ejus Summario præcisus his verbis: *Si Judex a quo
est appellatum a gravamine, illud revocat, potest in principali
causa procedere.*

25 In eadem causa non potest ab eodem tertio appellari a Senten-
tia, quæ fuit bis confirmata l. unic. Cod. Ne liceat in una, ead-
demque causa ter provocare & cap. Suanobis 65. de appellat. &
in ejus Summario, ubi expresse dicitur: *Ab eadem sententia
ab eodem tertio appellare non licet.* Et hoc verum est, non solum
26 in appellatione ab Interlocutoria: Reiffentuel. lib. 2. de
cretal. tit. 28. n. 31. Pirhing. ib. num. 130. Scaccia tract. de ap-
pellat. qu. 17. limit. 1. n. 3. Barb. in cap. Suanobis 65. de app.
27 n. 2. cum aliis multis. Imo hoc verificatur etiam in sententiis,
quæ non transeunt in rem judicatam, licet enim possit causa de
novo inchoari, non potest tamen tertio appellari; Abbas in
cap. Suanobis n. 2. Barbosa ibid. num. 2. Pirhing. lib. 2. tit. 28.
28 de appellat. n. 126. Anaclet. ibid. num. 712. Et hoc adeo verum
est, ut nec Papa, nec alius Princeps suprema auctoritate gau-
dens possit potestate ordinaria per viam rescripti concedere,
quod tertio appellatur ab eodem in eadem causa, licet possit per
viam Privilegii, & ex certa licentia hoc Princeps concedere.
March. de commiss. part. 2. de commiss. super nullit. cap. 2. n. 1.
fol. 140. Scaccia l. cit. num. 2. Barbosa loc. cit. n. 2. Pirhing.
loc. cit. Anaclet. loc. cit. num. 315. & alii passim.

29 Possent tamen ab eodem appellari pluries, V. G. centies, &
millies, si centies, & millies gravaretur super diversis arti-
culis, licet in una, eademque causa; cap. Quoties Episc. 16.
caus. 2. quæst. 6. ubi præcisè habetur, Quoties Episcopi se a Jure
Comprovincialibus, vel a Metropolitanis putaverint prgrave-
ri. . . . mox Romanam appell. Sedem. Glossa in c. Diractæ 39.
de appell. verb. Appellare, ubi habet hæc præcisè verba: *Imo
ante sententiam si gravaretur, quis posset appellare pluries,
quam secundo, vel tertio, vel quarto, quoties super diversis arti-
culis gravaretur, quia super unoquoque articulo licitum est ap-
pellare, si gravaretur.* Abbas in c. Suanobis, de appell. n. 7.
Pirhing. l. 2. tit. 28. de appell. n. 127. Scaccia in tract. de ap-
pell. q. 17. n. 18. & 40. Barbosa in cap. Suanobis 46. de appel-
30 num. 2. cum variis aliis. In eadem causa, & super eodem
articulo licet utrique parti colligantium bis appellare successi-
ve, & sic in eadem causa, & super eodem articulo possunt
utrinque interponi quatuor appellationes. Detur casus, V. G.
quod Petrus contra Paulum litigans appellet a sententia contra
se lata, & succumbat, tunc Petrus potest adhuc secundo ap-
pellare, & si in sua secunda appellatione obtineat victoriam
causæ, & erit tertia appellatione in eadem causa, & super eodem
articulo, & si feratur sententia contra ipsum Paulum, poterit
adhuc Paulus appellare, & erit quarta appellatione in eadem
causa, & super eodem articulo, post quam quartam appel-
lationem nec Petro, nec Paulo licebit amplius appellare, cum
jam uterque bis appellaverit, & sic victoriæ causæ remanebit
illi, qui in quarta, & ultima appellatione sententiam favora-
bilem obtinendo tres conformes sententias in eadem causa, &
31 super eodem articulo reportavit. Sicuti pariter dicendum est
de eo, qui non successit, sed interpolatim modo uno, modo
altero litigantium appellante tres habuit conformes favorabiles
sententias; arg. Ut Calumniis litigantium 1. de sentent. & re
judicata; Abbas loc. cit. num. 8. Barbosa, Scaccia, Pirhing.
32 locis supracitatis. Post totum hoc autem potest adhuc quilibet
tertius; cuius interit, appellare, non obstante quod utraque
pars litigantium jam appellaverit. Scaccia in tract. de appellat.
quæst. 17. limit. 1. num. 63. Barbosa in cap. Suanobis 65. de
appellat. num. 2. in fine, Pirhing lib. 2. tit. 28. n. 127. & alii.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 **D**E formula appellationis, quæ antiquitus obtinuit, tum de
2 appellatione, quæ fieri dicitur apud acta, seu ut ait
3 Lex 14. c. de Appell. illico, ac demum de appellatione facta
ipso, veluti itinere arrepto versus Romanam Ecclesiam a jure
Canonico inducta, vide Cletzel. de appell. c. 5. n. 34. & plur. seq.

De appellatione coram honestis viris, an & quando locum
habere possit, vide Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 28. §. 27.
Strycb. in usu modern. Pandect. lib. 49. tit. 4. §. 4.

A R T I C U L U S I X.

Appellatio, quando, & in quibus pariat, vel non,
effectum suspensivum, vel devolutivum.

Appellationis effectus principaliter est duplex, scilicet sus-
1 pensivus, & devolutivus. Effectus suspensivus est, quod
2 appellatio statim liget manus Judicis a quo, & ejus jurisdic-
tionem suspendat, ut ad executionem sententiæ a se lata procedere
nō possit; l. unica ff. Nihil innovari appellatione inter-
posita, ubi præcisè dicitur: *Appellatione interposita, medio
tempore nihil novari oportet; Venientes 19. de iurejurando*
ubi præcisè dicitur: *Vos sententias appellatione suspensas execu-
tioni mandatis & cap. Dilecti filii §. de appellat., ubi præ-
cisè habetur: Cum interim appellatione interposita procedere
non debuerit ad sententiam exequendam.* Effectus devolutivus
3 est, quod appellatio totam causam cum suis accessoriiis devol-
vat ad Judicem ad quem, ita ut is, cognita Justitia appella-
tionis, possit causam principalem cum suis accessoriiis examina-
re, & si opus fuerit, novam sententiam ferre, l. Eos qui §. 1.
Cod. de appellat. cit. cap. Dilecti filii 55. de appellat. in cuius
Summario sic præcisè habetur: *Per appellationem legitime in-
terpositam, principale cum accessoriiis ad Judicem appellationis
deferretur; concordat cap. Ut debitus honor. 59. de appellat. &
cap. Raynaldus 18. de Testamentis.*

Appellatio a sententia definitiva regulariter parit effectum
4 suspensivum jurisdictionis Judicis a quo, cap. Si a Judice 10.
de appellat. in 6. ubi expresse dicitur: *Cum per appellationem
sit suspensa ipsius jurisdictione, adeo ut Judex, appellatione pen-
dente, non possit sententiam a se latam executioni mandare
abique vitio attentati, ut patet ex citatis juribus numero ante-
cedenti, l. unica ff. Nihil innovari appellatione interposita,
cap. Venientes 19. de iurejurando. cap. Dilecti filii 55. de ap-
pellat. juncto cap. Cum ad Sedem 15. §. fin. de restitution. Spo-
liatorum.* Est tamen hic advertendum, quod per appella-
5 tionem jurisdictione Judicis a quo suspenditur solum respectu illius
causæ, in qua appellatur, non autem respectu aliarum, quia
appellans eximitur per appellationem a jurisdictione sui Judi-
cis Ordinarii solum in illa causâ, in qua appellavit; cap. Cum
teneamur 17. de appellat. & Gloss. ibi verb. Prætermissis his
verbis: *Et sic videtur, quod in eo tantum articulo, super quo
appellatur, exemptus est a jurisdictione Judicis sui Ordinarii;*
adeoque non suspenditur ejus jurisdictione in aliis causis, quin
cognoscere de illis possit, & patet expresse in cap. Ad hæc. 6.
de appellat. ubi habentur hæc præcisè verba: „Ad hæc, si in
„una causâ quis appellaverit, & dependente appellatione,
„aliquod crimen committat, vel prius commississe dicatur,
„vel modo etiam accusetur, aut conveniatur de alia re, su-
„per qua non sit appellatum, & illam proferri contingat ad
„audientiam Judicis, a quo in alio negotio appellavit, eum
„potest, si voluerit, tamquam suspectum vitare, alioquin
„debebit ejus stare Judicio, maxime si suus Ordinarius Judex
„existat; & clarissime etiam in ejus Summario sic: Coram
„Judice, a quo appellavi in una causâ, possum in alia con-
„veniri, nisi eum reculem, ut suspensum. „ Et cap. Propo-
suit 24. de appellat. ubi dicitur, quod appellans non minus teneat-
6 tur in aliis, super quibus appellatum non est, respondere: &
etiam clarissime in ejus Summario sic: *Appellans ab Ordinario
in una causa, in aliis coram eodem respondere tenetur.* Potest
tamen appellans recusare Judicem a quo, tamquam suspectum
etiam in aliis causis; quia, cum gravaverit in causa, a cujus
sententia appellavit, periculum est, & suspicio, ne etiam
in aliis causis gravet, ut habetur expresse in cit. cap. Ad hæc
his verbis: *Eum potest, si voluerit, tamquam suspectum vitare
& etiam in cit. cap. Proposuit, his verbis; Judex tamen,
a quo appellatur (quia illi omnino suspectus est) eum non debet
ad respondendum super aliis compellere, nisi pro crimine adeo
gravi, & manifesto, quod ipso actu merito sit damnandus.*
Ex quibus clare patet, posse Judicem recusari, ut suspectum
7 in aliis causis, dummodo non sint de notoriis, & manifestis,
quia in notoriis non est locus nec recusationi, nec appellationi,
cum appellatio, & recusatio in istis æquiparentur, textu ex-
presso in cap. Super eo 12. de appellat. his verbis: *ubi appella-
tionis remedium tollitur, sicut appellationi, ita recusationi non
est aliquatenus deferendum.*

Appel-

8 Appellatio a definitiva in variis item casibus non parit ef-
fectum suspensivum jurisdictionis Judicis a quo. Et primo in
casibus a jure exceptis, & supra allegatis in articulo quarto, in
quibus jura, ut ibi videri potest, post sententiam prohibent
appellari; Colligitur ex cap. Non solum 7. de appellat. in 6.
ubi sic habetur: *Innovata post appellationem a definitiva senten-
tia interjectam, debent semper (exceptis casibus, in quibus jura
post sententiam prohibent appellare) ante omnia per appellationis
Judicem revocari.* Per ly enim exceptis casibus &c. clare de-
monstratur, non suspendi jurisdictionem Judicis a quo per ap-
pellationem in casibus, in quibus jura prohibent appellari;
Et ratio est manifesta, quia appellatio, quæ fit contra juris
prohibitionem, habetur pro infecta, ex cap. Imperiali caus. 25.
quæst. 3. ibi; *Imperiali constitutum est sanctione aperire, ut ea,
quæ contra Leges sunt, non solum inutilia, sed etiam pro in-
fectis habenda sint; & ex Regula 64. juris in 6. ibi: Quæ con-
tra jus sunt, debent utique pro infectis haberi;* Quod autem nul-
lum est, atque infectum, nullum parit effectum, ut constat
ex cap. Illud 8. cap. Cum laici 10. & cap. Suggestum 20. de su-
9 reparatronatus. Secundo appellatio a definitiva non parit effectum
suspensivum in iis, quæ tendunt ad faciliorem exitum, seu
finem causæ appellationis, dummodo Judex a quo se abstineat
a cognitione ipsius causæ appellationis; Colligitur ex cap. Cum
teneamur 17. de appellat. ubi deciditur, quod Judex a quo ap-
pellationis possit reformare possessionem, a qua appellans, pen-
dente appellatione, fuerat turbatus, & ejectus; Sic enim præ-
cisè dicitur in ejus Summario; *Si appellans turbatur in posses-
sione, super qua fuit appellatum, iudex a quo potest illam pos-
sessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente;*
Et delimitur etiam ex cap. Ex litteris 2. de Matrimonio con-
tract. contra interdictum Ecclæs. ubi licet Judex a quo detulerit
appellationi de quadam causâ Matrimonii: Nihilominus distri-
ctius interdixit, ne appellans a valore talis Matrimonii nuberet
alteri, donec cautâ ipsius Matrimonii debitum iortiretur ef-
fectum, ibi: *Cujus appellationi Archiepiscopus deferens eidem
sub Excommunicationis interminatione districtius interdixit, ne
cui nuberet, donec causa ipsa finem debitum sortiretur;* Et Glossa
hic præcisè dicit, quod licet iudex deferat appellationi, nihilominus
10 mihi potest interdicare, ne faciam id, propter quod
appellavi. Sic etiam Abbas in cap. Cum teneamur num. 1. Bar-
boia ibi num. 3. Alexander de Nervo ibi num. 7. & 8. Scaccia,
Maranta, Pirhing., & alii.

Tertio appellatio a definitiva non parit effectum suspensivum
jurisdictionis Judicis a quo in excessibus, & criminibus,
quæ committuntur ab appellante post appellationem, cap. Præ-
terea 22. de appellat. ubi sic expresse statuitur: *Præterea de his,
qui ad Sedem Apostolicam appellant, & postea gravia commit-
tentes, se dum conveniuntur, appellatione tuentur, duximus
respondendum, quod eos appellatio non debet in sui iniquitate
tueri, quominus eorum excessus Censura Canonica puniantur;* Et
sic præcisè dicitur: *Appellans ab Ordinario, postea de delicto
ab eo commissio puniri potest per ipsum Ordinarium.* Et Glossa ibi
verb. Gravata, ubi sic ait: *Quoniam si super articulo aliquo ap-
pellatio facta est, ad ea quæ postea emergunt, non extenditur,
quia in taliis remaneat sub jurisdictione Judicis sui.* Appellatio
enim, ut patet ex textu, non debet delinquentem in sua ini-
quitate tueri, cum ista sit instituta, ut relevet appellantes ab
oppressione injusta, non ut justitiam pervertat; Eo vel maxi-
me quod per appellationem non suspenditur jurisdictione Judicis
a quo, nisi in ea sola causâ, super qua est appellatum, ita ut
in aliis retineat liberam, & plenam jurisdictionem, & possit,
prout de jure, libere procedere, ex cap. Ad hæc in 6. cap. Cum
teneamur 17. & cap. Proposuit 24. de appellat. & cap. Roma-
na 3. de appellat. in 6. §. Cum vero, ubi sic expresse habetur:
*Cum vero is, qui ad Remensem Curiam super aliqua causa vocem
appellationis emittit; nihilominus in causis aliis Ordinarii sui ju-
risdictioni subiaciat, Remensis Archiepiscopus, vel Officialis
ipsius nequaquam jurisdictionem ipsam in aliis impediunt, ut ab
eiusdem Ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellan-
tem; & tenent Abbas in cit. cap. Præterea num. 2. Alexander
de Nervo ibidem num. 4. Pirhing. lib. 2. tit. 28. de appellat.*
11 num. 224. & alii. Quarto appellatio a definitiva non parit ef-
fectum suspensivum in Censuris Ecclesiasticis absolute inflatis,
Et in primis quod non pariat effectum suspensivum Excommuni-
cationis absolute late, habetur in c. Pastoralis 53. de appellat.
12 Quod pariat effectum suspensivum Suspensionis absolute late,
habetur aperte in cap. Is, cui 20. de sententia Excommunicatio-
nis in 6. Et quod neque pariat effectum suspensivum Interdicti
13 absolute lati, habetur in cap. Ad hæc 37. de appellat. Vide lu-

pra in articulo quinto num. 11. & sequent. ubi afferuntur citati
textus pro istis tribus Censuris. In Censuris autem ad homine
14 latis sub conditione, vel comminatis, appellatio ante condi-
tionis eventum parit effectum suspensivum, ut habetur ex-
presse in cap. Præterea 40. de appellat. & cap. Per tuos 40. de
sententia Excommuni. Vide supra in art. 5. num. 15. & seq.
15 Quinto appellatio a definitiva non parit effectum suspensivum
in causis subsidii Charitativi, in causis alimentorum futurorum,
vel pensionis assignatæ loco alimentorum, in causis Præce-
dentia, in causis pertinentibus ad Visitationem, & a Decreto
Episcopi visitantis Confraternitatem Laicorum, & compellen-
tis Administratores ad reddendum computa, in causis, ubi
quis condemnatur ad solvendum salarii famulis, vel mer-
cedem Operariis, in causis Dotis, & in causis illis, quæ ce-
leritatem requirunt, & dilationem non patiuntur; In omnibus
enim istis assignatis, & aliis consimilibus casibus appellatio non
parit effectum suspensivum, & non obitante appellatione pro-
ceditur ad executionem sententiæ: Sic Barboia in cap. Ut de-
bitus 59. de appellat. num. 15. cum pluribus aliis Doctoribus
ibi citatis.

Appellatio a sententia Interlocutoria, si sit super aliquo arti-
culo, sive questione incidenti, vel gravamine ita connexo
cum causâ principali, ut causâ principali non discussa, nec
possit definiti, & dicitur ille articulus, seu questio incidens,
vel gravamen, parit effectum suspensivum jurisdictionis Judi-
cis, nedum super illo articulo, sive questione incidenti, vel
gravamine, super quo appellatum est, sed etiam super cogni-
tionem ipsius causæ principalis; ut habetur expresse in cap. Su-
per eo 10. de appellat. præcisus his verbis: *Super eo, quod soli-
citus tua quæsit, prudentia tue duximus respondendum,
quod si de aliqua exceptione quæsitio oriatur, & exinde appella-
tionem fieri contingat, eidem exceptioni merito super seden-
dum, & si principalis causa sine illa terminari non poterit, ei
nihilominus subsedeatur.* Et clarissime in ejus Summario sic:
*Subsedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam su-
per principali causa, si sine illo art. expediri non potest.* Ap-
17 pellatio ab Interlocutoria, etiam si sit super aliquo articulo,
sine quo causâ principalis terminari potest, adhuc parit effe-
ctum suspensivum jurisdictionis Judicis a quo, nedum super
illo articulo, in quo est appellatum, sed etiam super cognitio-
nem ipsius causæ principalis. Sic tenet Glossa in cap. Super eo 10.
de appellat. verb. Terminari, Abbas num. 4. & sequent. hoc
tit. hanc opinionem appellans communem, & eam probans
ex cap. Non solum 7. & c. Si a Judice 10. de appellat. in 6.
Anaclet. lib. 2. tit. 28. de appellat. num. 228. & alii. Et ratio
18 est, quia si Judex ad quem deberet solum cognoscere super
articulo incidente, super quo appellatum est, & Judex a quo
posset, & deberet procedere super causâ principali, continen-
tia causæ divideretur, & appellans in eadem causâ cogere-
tur comparere coram diversis Judicibus, quod nimis dispendio-
sum, & durum esset; & ideo prohibuitur in l. Nulli 10. Cod.
de judiciis, & in cap. Dispendia litium 3. de Rescriptis in 6.
Tum quia nimis durum esset appellanti, nedum ratione dis-
pendii, sed etiam ratione suspicionis, & inimicitia Judicis
a quo jam gravatus appellavit, si deberet iterum coram ipso
causam prosequi, & ab eo expectare sententiam, cum maxi-
me propter hoc suspecti, & inimici prohibeantur esse Judices,
c. Quod suspecti, caus. 3. quæst. 5. ibi: *Quod suspecti, & ini-
mici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dicitur, & pluribus
probatur exemplis.*

Appellatio legitima, ultra effectum suspensivum, parit
19 etiam effectum devolutivum, ita ut causâ cognitio devolvatur
ad Judicem ad quem appellatur, & ipse de justitia appella-
tionis cognoscere debeat, & non Judex a quo; Imo Judex ad
quem, non solum cognoscere potest de justitia appellationis,
sed etiam, hac probata, causam principalem examinare, &
etiam sententialem definire potest; l. Eos, qui §. 1. Cod. de ap-
pellat. c. Dilecti filii 55. & c. Ut debitus honor 58. de appel-
lat. Appellatio a sententia definitiva devolutiva ad Judicem ad
20 quem, non solum causam principalem, sed etiam ejus accesso-
ria; c. Dilecti filii 55. de appellat. in cuius Summario sic præ-
cisè habetur: *Per appellationem legitime interpositam principalem
cum accessoriiis ad Judicem appellationis deferretur, & Glossa
ibi verb. Principale, ubi dicit: Quod idem juris, debet esse in
accessorio, quod in principali.* Et sic per talem appellationem
a Definitiva devoluta tota causâ cum suis accessoriiis ad Judi-
cem ad quem, ipse debet judicare, an bene, vel male fuerit ju-
dicatum a Judice a quo; & si invenit, quod bene judicaverit,
debet confirmare latam sententiam, sententiando quod a Judi-
ce

ce fuerit bene iudicatum, & ab appellante male appellatum, & si inuenit, quod Iudex a quo male iudicauerit, debet latam sententiam cassare, vel ipsam reformare, aliquid addendo, vel detrahendo, prout de iure opus fuerit, sententiando, quod ab appellante fuerit bene appellatum, & a Iudice male iudicatum.

22 Nec tunc ipse Iudex ad quem potest causam remittere ad Iudicem a quo, sed tenetur eam propria sententia ultimare, & definire; l. Eos, qui, Cod. de appellat. c. c. Ei, qui appellat. caus. 2. quæst. 6. §. Ab eo, ubi sic præcise habetur; Ab eo autem, qui de appellatione cognoscit, non potest fieri recessus ad Iudicem, a quo fuerit provocatum; quapropter remittendi litigatores ad provincias, remotam sibi occasionem, atque exclusam penitus intelligant, cum super omni causa interpositam provocationem, vel iniustam tantum liceat pronunciare, vel iustam, & Gloss. in cit. c. Ut debitus, verb. Alioquin.

23 Appellatio a sententia Interlocutoria, si sit probata legitima, & ex rationabili causa proveniens, devolvit totam causam, eisque cognitionem ad Iudicem ad quem: qui tunc non debet causam remittere ad Iudicem a quo, sed ipemet etiam de causa principali cognoscere, & ipsam terminare, seu sententialiter definire; c. Ut debitus honor 59. de appellat. ubi dicitur expresse: Alioquin ipse procedet. Si vero Appellatio ab Interlocutoria non fuerit probata legitima, & rationabilis, debet Iudex ad quem remittere causam principalem Iudici a quo, & irrationabiliter, & frivole appellantem in expensis alteri Parti condemnare; cit. c. Ut debitus honor 59. de appellat. ibi: Cum autem (scilicet quis ante sententiam) ex rationabili causa provocaverit appellandum coram eodem Iudice, causa probabili appellat, exposita, tali videlicet, quæ si forte probata deberet legitima reputari Superior de appellatione cognoscit: Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet, alioquin ipse procedet.

24 Appellatio non fuerit probata legitima, & rationabilis, debet Iudex ad quem remittere causam principalem Iudici a quo, & irrationabiliter, & frivole appellantem in expensis alteri Parti condemnare; cit. c. Ut debitus honor 59. de appellat. ibi: Cum autem (scilicet quis ante sententiam) ex rationabili causa provocaverit appellandum coram eodem Iudice, causa probabili appellat, exposita, tali videlicet, quæ si forte probata deberet legitima reputari Superior de appellatione cognoscit: Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet, alioquin ipse procedet. In casu autem quod Iudex a quo iam ipsi appellationi frivole, & illegitime detulerit concedendo verb. gr. Apotolos Dimititorios, vel Reverentiales, tunc Iudex ad quem, non obitante, quod appellatio sit frivola, & illegitima, adhuc potest in tota causa procedere, ipsamque totaliter terminare, nec tenetur uti prius ipsam remittere Iudici a quo, cum ipse per talem delationem factam appellationi frivole censetur abdicasse a se omnem jurisdictionem quoad illam causam; c. Cum appellationibus 5. de appellatione in 6. §. Si vero, ubi sic præcise habetur: Si vero Iudex admittat eandem (scilicet appellationem frivolum) licet tam appellatio, quam ipsius Iudicis delatio a Superiore valant refutari, quia tamen Iudex ipse quantum in se fuit, a se jurisdictionem abdicavit eandem, appellationi deferens minus iuste; totius causæ decissio in Superioris est potestatem transfusa, nec est illi causa de necessitate ulterius remittenda; In tali casu igitur erit in plena libertate Iudicis ad quem talem causam remittere, vel non, prout sibi libuerit, Iudici a quo. Sic etiam Gloss. in cit. c. Cum appellationibus; Ancharanus ibi num. 2. Anaclet. & alii.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE effectu appellationis, in quo tara appellantis & appellati, quam Iudicis a quo, & Iudicis ad quem appellatum, officia continentur, adis Gletzel. de appellat. cap. sext. & ultim. per tot. Materia enim hic addenda, & præsertim a laudato Auctore exornata, ampla adeo est, ut intra angustos limites hujus additionis coarctari haud patiatur.

ARTICULUS X.

Appellatio quoad attentata, & revocationem eorum.

1 ATTENTATA, prout ad præfens spectat, idem sunt ac innovata contra Jus, lite, seu appellatione pendente. Colligitur ex l. unica, ff. Nihil novari appellatione interposita, & ex toto titulo 16. Ut lite pendente, nihil innovetur. Et merito dicuntur innovata, quia, si nihil innovetur, seu non fiat aliquid novi, quod antea inceptum non fuerit, non vocatur attentatum, sed potius continuatum. Attentare enim non dicitur is, qui facit actum continuativum, id est, qui continuat actum præcedentem, quia lis, seu appellatio non debet quemcumque sua possessione privare, & nemo tenetur desistere a continuatione sui juris, aut possessionis propter aliquam appellationem, Franciscus Herculanus tom. 5. Tractatum. tract. de attentatis c. 3. n. 4. & seq. Scaccia quæst. 4. de appellat. n. 70.

Franchus in c. Cum tenemur 17. de appellat. num. 1. & alii cum Rota Decision. 44. num. 1. & 2. de appellatione in novis. Et additur contra Jus ad denotandum, quod ea, quæ sunt de novo post appellationem ex concessione juris, non dicuntur proprie attentata: Et sic licet Iudex a quo post appellationem præcigat appellanti terminum ad recipiendos Apotolos, vel ad prosequendam appellationem, & familia, non committit vitium attentati, quia hæc facit ex concessione juris, c. Personas 4. de appellatione. & Clementin. Quamvis, de appellatione. Sicut etiam non diceretur Iudex a quo aliquid innovare, vel attentare, si post appellationem præ timore dilapidationis fructuum faceret eos sequestrari, cum ei concedatur a jure, c. Quoties potest caus. 2. quæst. 6. ubi sic expresse dicitur: Quoties post auditam causam Iudicem possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur (dum sequenda audientia eventus dubius est) merito sequestrantur; c. Ab eo 3. de sequestr. possessione. & fructuum: ibi: Ab eo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt, lite pendente, rationabiliter sequestrari.

ATTENTATA, pendente appellatione a sententia Definitiva, revocantur ante omnia per remedium Attentati, ita ut Iudex ad quem ante omnia debeat penitus revocare, nedum ea, quæ sunt innovata post appellationem interpositam, sed etiam ea omnia, quæ sunt innovata, & mutata medio tempore inter sententiam, & appellationem, perinde ac si post eandem appellationem innovata fuissent: dummodo postea infra decem dies appellatum sit: Sic præcise habetur in c. Non solum 7. de appellatione in 6. Non solum innovata post appellationem a Definitiva sententia interjectam debent semper (exceptis casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) ante omnia per appellationis Iudicem penitus revocari, sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem, quæ postmodum intra decem dies interponitur ab eadem, contingit innovari, ac si post appellationem eandem innovata fuissent. Et ratio est, quia appellatio a Definitiva eximit appellantem a jurisdictione Iudicis a quo quoad illam causam, a cujus sententia appellavit, taliter quod durante appellatione, respectu illius causæ non sit amplius proprius ejus Iudex, adeoque quidquid interim Iudex a quo circa eam innovat, seu attentat, est ipso jure invalidum, tamquam factum a Iudice non suo, & incompetente; c. At si Clerici 4. de iudiciis, ibi: Sicut etiam sententia a non suo Iudice lata non tenet, ita & facta confessio coram ipso; Et Regul. 26. de Regulis juris in 6. Ea que sunt a Iudice, si ad eum non spectant officium, viribus non subsistunt. Ratio autem quare revocanda sint ante omnia etiam innovata, & attentata medio tempore inter sententiam, & appellationem, quæ postmodum intra decem dies interponitur, ut dicit citatus textus, est, quia sententia lata a Iudice a quo non transit in rem iudicatam, nisi post decem dies elapsam, textu expresso in c. Quod ad consultationem 15. de sententia, & re iudicata, & intra ipsum decem dies stat in libertate condemnati appellare, vel non, a sententia Definitiva Iudicis a quo, juxta textum expressum in Authentic. Hodie; & in c. Anteriorum 28. caus. 2. q. 6. adeoque intra id temporis a jure concessi ad appellandum nequeunt aliqua innovari a Iudice a quo, aliter ea omnia tamquam attentata sunt revocanda statim a Iudice ad quem, ut præjudicialia contra jus libertati appellandi.

ATTENTATA autem, pendente appellatione a sententia Interlocutoria, seu a gravamine revocantur ante omnia, sed debet prius justificari causa appellationis, & causa justificata, & probata, tunc revocantur, nisi tamen Iudex ad quem, post devolutam ad se causam per appellationem canonice inhibuerit Iudici a quo, ne ulterius procederet, quia tunc omnia innovata a Iudice a quo post inhibitionem essent ante omnia reducenda in statum pristinum per ipsum Iudicem ad quem, textu expresso in c. Non solum, de appellatione in 6. §. Illa vero, ubi: Illa vero, quæ post appellationem interpositam ante Definitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit revocari non debent, nisi Iudex appellationis (postquam sibi constiterit per appellationem emissam ex causa probabili fore ad se negotium devolutum) inhibeat canonice Iudici a quo appellatum est, ne procedat; tunc enim quidquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est (licet causa eadem non sit vera) per eundem appellationis Iudicem ante omnia in statum pristinum reducendum. Ratio autem quare attentata, pendente appellatione a sententia Definitiva, debeant statim, & ante omnia revocari, & attentata, pendente appellatione ab Interlocutoria, non debeant revocari, nisi postquam fuerit justificata appellatio, & constiterit veram esse causam appellandi, ratio, in-

inquam, differentia, & disparitatis est, quia per sententiam Definitivam finitur officium a quo, qui postquam sententiam pronunciat, definit esse Iudex, l. Iudex 55. de re iudicata, & per appellationem ab ea devolvitur tota causa ad Iudicem ad quem, ita ut suspensa omni jurisdictione Iudicis a quo absque ulla justificatione causæ appellandi: Unde si Iudex a quo ulterius se immitteret causæ illi, procederet sine jurisdictione, & invalide ageret, ut colligitur ex c. At si Clerici 4. de iudiciis. Et contra vero per appellationem ab Interlocutoria, non finitur totaliter officium Iudicis a quo, qui postquam sententiam pronunciat, remanet adhuc Iudex, l. Quoad iussit 14. ff. de re iudicata, nec per appellationem ab ea devolvitur taliter causa ad Iudicem ad quem, ut ita remaneat suspensa omnis jurisdictione Iudicis a quo absque ulla justificatione causæ appellandi, quia Iudex a quo, non obitante tali appellatione, potest adhuc in causa procedere, si revocet gravamen, c. Cum cessante 60. de appellat. & priusquam remaneat suspensa jurisdictione Iudicis a quo quoad effectum revocandi attentata, debet allegari, & probari causa rationabilis appellandi, c. Ut debitus honor 59. de appellat. & per hoc in appellatione ab Interlocutoria necesse est, ut prius constet de veritate causæ appellationis, ut ex eventu litis sciat, an attentata sint revocanda, nec ne? Gloss. in cit. cap. Non solum 7. de appellatione in 6. §. Illa vero, verb. Ante definitivam, & ibi Doctores passim.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE attentatis quoque fuscæ æque, ac doctæ more suo agit idem Gletzelius de appellat. illo ipso c. 6. citato in præcedenti additione.

ARTICULUS XI.

Appellatio quoad aliquos casus, in quibus moraliter est illicita, vel licita.

1 APPELLATIO est illicita, & contra iustitiam, cum interponitur cum solo fine, ut causa longius producat, & ne contra se iusta sententia proferatur, & sic appellans tenetur de damnis illatis; Colligitur ex cap. Omnino 27. caus. 2. q. 5. ubi sic præcise habetur: Omnino puniendus est, ut quoties iniuste appellatio pronunciat, sumptus, quos, dum sequeretur, adversarius impedit, reddere cogatur, non simplis, sed quadruplos. Et ratio est clara, quia talis appellans magnam injuriam infert Iudici, a quo appellat, & magnam iniustitiam committit in proximum, quem cogit ad indebitas expensas protrahendo iniuste causam sua iniqua appellatione; Sic Divus Thomas 2. 2. q. 69. art. 3. in corpore his præcisè verbis: Duplici de causa contingit aliquem appellare. Uno quidem modo confidentia iuste causa, quia scilicet iniuste a Iudice gravatur, & sic licitum est appellare. . . Alio modo aliquis appellat causa afferenda more, ne contra eum iusta sententia proferatur; & hoc est calumniose se defendere, quod est illicitum. . . facit enim injuriam, & Iudici, cujus officium impedit, & adversario suo, cujus iustitiam, quantum potest, perturbat; Et ideo sicut dicitur caus. 2. quæst. 6. omnino puniendus, cujus appellatio iniuste pronunciat. Et corroboratur auctoritate S. Bernardi lib. 9. de consideratione 2. num. 7. Iniqua autem omnis appellatio, ad quam iustitie inopia non cogit. Appellare non ut graves, sed si gravaris licet. . . qui igitur non gravatus appellat, liquet, quia, aut gravare intendit, aut tempus redimere. Non est autem suffragium appellatio, sed refugium.

2 APPELLATIO est penitus illicita in causa, quam appellans scit esse iniustam, & talis appellans tenetur ad integram restitutionem damnorum illatorum; Desumitur ex cit. cap. Omnino 27. caus. 2. q. 6. in cuius etiam Summario expresse habetur: Iniuste appellans omnino puniendus est. Et confirmatur ex cap. Cum speciali 41. de appellatione. §. Porro, ubi Pontifex Innocentius III. declarat, appellationem institutam fuisse, ne innocentes in causis iustis a Iudicibus subalternis opprimantur, non vero ut in causis iniustis iniquitas appellantium defendatur, ibi: Cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed in præsidium innocentie institutum. Et ad hoc facit auctoritas S. Bernardi lib. 3. de consideratione cap. 3. anplexa, & adducta a S. Antonino tom. 3. Summ. Historialis pag. 48. editionis Lugdunensis anni 1587. his verbis: Non est appellatio suffragium, sed antidotum versum est in venenum. Appellatio est illicita, & peccaminosa, si fiat a Catholico ad Iudicem Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

A catholicum, seu alterius fidei; Habetur expresse in cap. Catholicus 32. caus. 2. q. 6. his verbis: Catholicus, qui causam suam sine iustam, sive iniustam ad Iudicium alterius fidei iudicis provocat, excommunicatur. Et in ejus Summario sic clarissime dicitur: Excommunicatur Catholicus, qui committit causam suam iudicio alterius fidei: Et sic tenet expresse S. Thomas 2. 2. q. 69. art. 3. ad primum, his verbis: Quia non præsumitur esse reus iudicis, ubi vera Fides non est, ideo non licet Catholico ad infidelem Iudicem appellare secundum illud causa 2. q. 6. cap. Catholicus & c. Nam & Apotolos 1. ad Corinthios cap. 6. num. 5. & 6. arguit eos, qui iudicio contendebant apud Infideles; Verba Apotoli sunt ita præcisa: Ad verecundiam vestram dico: sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter Fratrem suum, sed Frater cum Fratre iudicio contendit, & hoc apud Infideles. Et in Summario hujus capituli clarissime dicitur: Corripit eos, quod in iudicio contenderent coram Iudice Ethnico.

CONDENMNATUS a Iudice non habente sufficientes probationes pro illo condemnando, licet revera sit Reus coram Deo, nihilominus potest ab illa sententia licite appellare, quia licet sit Reus coram Deo, & in Foro interiori, non est tamen Reus in Foro exteriori, & coram Iudice, qui ferre debet sententiam juxta allegata, & probata non habeat sufficientes probationes ad ferendam talem sententiam condemnationis, poterit condemnatus licite ab ipia appellare tamquam illegitime prolata. Colligitur ex cap. Ei, qui appellat 41. caus. 2. q. 6. §. Item sententia: ubi sic præcise habetur: Item sententia contra solitum ordinem Iudiciorum a Præside prolata auctoritatem rei iudicatæ non habet. Et sic habetur etiam in l. Prolatam 4. Cod. de sententiis, & interlocutionibus omnium Iudicium lib. 7. tit. 45. Ipse enim condemnatus, uti non sufficienter convictus, in tali casu iustissime appellaret, uti desumitur ex c. Nos in quemquam 1. caus. 2. q. 1. per hæc præcisa verba S. Augustini ibi adducta: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in convictum, aut sponte confessum: Et in Summario hujus capituli expresse dicitur: Damari non valet, nisi aut convictus, aut sponte confessus. Vide supra verb. Accusatus num. 5. 6. & 7.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

APPELLATIONES omnes, & Inhibitiones, per quas retardetur executio, aut impediatur processus ad ulteriora iis, quorum executio a Tridentino, vel Constitutionibus Apotolicis commissa est Locorum Ordinariis, addita clausula: appellatione, vel inhibitione quacumque postposita, ne a Tribunalibus recipiantur, statuit Benedictus XIV. Constit. incip. Ad militantis. Que appellationes, inhibitionesque si concedantur, præterquam hoc ejus statutum violatur, nullæ sunt; ibid. §. 38.

EXCIPIUNTUR tamen casus, qui forte occurrerint singulares ab hac regula eximendi; tunc vero ne dentur monitoria, citationeque vetat, nisi prius in supplici libello ad hoc porrigendo facti circumstantia peculiaris clare exponatur cum aliquo documento semiplene saltem eandem circumstantiam verificante; ibidem §. 39. Et Notarii non servantes talem formam, infamiam & inhabilitatem incurrunt, cum pœnis pecuniariis, ibid. §. 40.

APPELLATIO admitti nequit nisi legitime interposita, & in casibus a jure permissis; Benedictus XIV. tom. 1. Constit. 48. incip. Ad militantis §. 43. Appellatio a gravamine admitti nequit, nisi probato gravamine non reparabili per definitivam; Idem ibid.

APPELLATIO in suspensivo non admittitur in causis, quarum executio a Tridentino demandata est Ordinariis appellatione remota; Idem ibid. §. 5. In his permittitur solum recurus, & appellatio in devolutivo; idem ibid. §. 38. Excipiuntur casus aliqui particulares a Iudice Superiore expendendi, in quibus præscribitur forma concedendi inhibitiones; Idem ibid. §. 39. Notarii non servantes prædictam formam, infamiam & inhabilitatem incurrunt cum pœnis pecuniariis; Idem ibid. §. 40.

APPELLATIO suspensiva, ubi locum non habet, non intelligitur inducta per ea, quæ disposita sunt circa valorem citationum Cameralium in partibus; Idem tom. 1. Constit. 115. incip. Romanae §. 14.

APPELLATIO ab irrationabili iudicio Episcopi a Sancto Pio V. permittitur est in devolutivo tantum; Idem Constit. 68. incip. Cum illud §. 2. Sicut etiam tacite a Concilio Tridentino; Idem ibid. §. 15. Appellatio ab irrationabili iudicio Episcopi infra decem dies a die collationis est interponenda; idem ibid. §. 7. ibique traditur forma transferendi Acta coram Iudice ad quem. Appellatio

pellatio ab irrationabili iudicio Episcopi non permittitur non probato gravamine, tam quoad doctrinam ex actis, quam quoad reliqua saltem extrajudicialiter; Idem *ibid.* Intelligit tamen ubi servata fuerit in concursu & examine forma ibi præscripta;

22 Idem *ibid.* In hujusmodi appellationis iudicio Judex ad quem non potest pronunciare nisi comperto gravamine, & secundum acta tam quoad doctrinam, quam quoad reliqua; Idem *ibid.*

23 §. 16. In his vero, quæ Episcopus a quo ex informata conscientia ipsi revelaverit, omnimodam fidem ei habebit, & secreti legem custodiet; Idem *ibid.* Et in hujusmodi iudicio duæ conformes faciunt rem judicatam; Idem *ibid.* §. 17.

25 Appellatio a iudicio Episcopi super Parochiali liberæ collationis admittitur in devolutivo tantum; Idem *tom. 2. Constit. 4.* incip. *Redditæ.* Appellatio a iudicio Episcopi instituentis, si id conforme sit iudicio Patroni presentantis, non admittitur nisi in devolutivo; Idem *ibid.* Si vero Episcopus postponendum censuerit eum, quem Patronus Ecclesiasticus tamquam digniorem prælegerat, hujus appellatio admittitur etiam in suspensivo; Idem *ibid.*

28 Appellatio a sententia lata super nullitate Matrimonii in quacumque instantia semper suspendit executionem; Idem *tom. 1. Constit. 33.* incip. *Dei miseratio* §. 11. Appellatio in causis Matrimonialibus præcludi nequit per acta penalia inter partes inita; Idem *tom. 1. Constit. 85.* incip. *Nimiam* §. 7.

30 Appellatio a sententia pro nullitate Professionis Regularis prolata, a Defensore Professionis est interponenda, & prosequenda; Idem *tom. 2. Constit. 47.* incip. *Si datam.* Appellatio ab unica sententia lata pro nullitate Professionis, semper suspendit executionem; Idem *ibid.* Et licet non interposita fuerit, res non dicitur iudicata, nec Professus exire potest e Clausuris; Idem *ibid.*

33 Appellantes ad futurum Concilium excommunicantur, & respective interdictio subiungitur; Idem *tom. 1. Constit. 14.* incip. *Pastoralis* §. 2. Appellantes a gravamine vel futura executione Litterarum Apostolicarum ad potestatem Sæcularem excommunicantur; Idem *ibid.* §. 13.

35 Clericus ob crimen occultum ab Episcopo suspensus a suscepiendis, vel a suscipiendis Ordinibus, non potest appellare, sed tantum suas querelas ad Sedem Apostolicam deferre. Et si appellet, ac in Ordine ministret, incurrit irregularitatem; Idem *de Synodo Diocesana. lib. 7. cap. 71. a num. 3. ad 5.* Vide infra ad verb. *Ordo* in fine, ubi ad id afferuntur varia Decreta.

APPLICATIO Missæ. Vide verb. *Missæ artic. 2. & 7. & per tot.*

APPROBATIO PRO CONFESSIONIBUS EXCIPIENDIS.

ARTICULUS I.

Quoad varia, quæ concernunt Confessariorum approbationem.

1 **A**pprobatio est authenticum iudicium; seu declaratio de idoneitate, & sufficientia Sacerdotis ad audiendas Confessiones, facta ab habente potestatem Episcopalem, vel quasi Episcopalem. *Est in re communis*, & additur *ly quasi Episcopalem* ad denotandum, quod etiam Prælati exempti Regularium potestatem quasi Episcopalem habentes, examinare, & approbare possunt Confessarios pro Regularibus sibi subiectis.

2 Hinc patet, quod approbatio non sit collatio Jurisdictionis, sed ista duo inter se differunt; Approbatio enim est actus intellectus, seu iudicium, quo Episcopus, vel Superior solum iudicat Sacerdotem A. v. gr. esse idoneum, & sufficientem ad audiendas Confessiones; Collatio vero Jurisdictionis est actus voluntatis, quo Superior confert, seu dat tali Sacerdoti potestatem in suos subditos ad audiendas eorum Confessiones, & sic clare patet, quod collatio Jurisdictionis, necessario præsupponat approbationem, cum Episcopus, seu Superior nolit quemquam posse suorum subditorum Confessiones audire, nisi prius saltem natura iudicaverit ipsum esse idoneum, & sufficientem. Approbatio stare potest sine jurisdictione, ut si Episcopus non oblitante iudicio de idoneitate Sacerdotis, eum adhuc non deputaret ad audiendas Confessiones; *Sic cum communi Sporer tom. 3. part. 3. c. 6. sect. 1. q. 3. num. 669.* Reginaldus *lib. 1. num. 168.*

6 Approbatio Ordinarii prærequiritur ad valide absolvendum

sæculares, ita ut Confessio scienter habita apud Confessarium non approbata sit penitus invalida, ut colligitur ex *Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 15. de reformatione*, ubi sic ait: *Quamvis Presbyteri in sua Ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipiant decernit tamen S. Synodus, nullum, etiam Regularem posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratias detur, obtineat, privilegii, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus*, ubi signanter notanda est illa particula *Non posse*, quæ cum sit negativa, importat carentiam exercitii Jurisdictionis, adeo ut in actum valide absolvendi exire non possit; Et sic statuerunt varii Summi Pontifices *Leo X. die 9. Decembris 1516.* in Constitut. incip. *Dum intra mentis*, apud Coofectum, Gregorius XV. *nomis Febr. 1622.* Constit. incip. *Inscrutabili Dei providentia*, Urbanus VIII. *die 12. Septembris 1628.* Constit. incip. *Cum sicut accepimus*, & Innocentius X. *die 15. Maji 1648.* Constit. incip. *Cum sicut accepimus* ubi confirmavit decretum Sacræ Congregationis specialiter deputatæ super ortis Controversiis inter Episcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis Provinciæ Mexicane, quæ Congregatio ad nonum censuit, *Prædictos Religiosos nequaquam posse in Civitate Angelopolitana Confessiones secularium audire sine approbatione Episcopi Diocesani.* Insuper idem Pontifex in hac constitutione ita ait: *Contravenientes ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri posse, etiam Censuris Ecclesiasticis in vim Constitutionis sanctæ memoriæ Gregor. XV. quæ incipit: Inscrutabili Dei providentia: ac proinde memoratis Religiosis, qui huiusmodi approbationem, & licentiam se obtinuisse non docuerunt, potuisse Episcopum, sive ejus Vicarium Generalem precipere sub pena Excommunicationis late sententiæ, ut a Confessionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione abstererent*, sunt ejus præcisa verba: Et quod Regularis Sacerdos, qui absque prævia Episcopi approbatione Confessiones perionarum secularium audiret, possit etiam penis Censurarum puniri, declaravit etiam *Sac. Congr. Concil. in Neapolitana 14. April. 1646. lib. 18. decret. pag. 73.*

7 Approbatio prærequiritur etiam ad valide absolvendum a peccatis venialibus, & peccatis mortalibus alias confessis: Et ratio est, quia licet materia sit libera; absolutio tamen est sententia, & actus iudicii, qui si exerceatur in non subditum, est nullus, c. *At si Clerici 4. de iudicis, & Regul. 26. de Regulis Juris in 6.* & expresse habetur ex Trident. *sess. 14. c. 7. his verbis: Quoniam igitur natura, & ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse habere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet Jurisdictionem.* Tum quia Concilium Trident. in decreto allato *numero præcedenti*, ubi definit, ad validitatem absolutionis requiri approbationem, nullum ponit discrimen inter absolutionem a mortalibus, & absolutionem a venialibus, sed simpliciter dicit, ut legenti patet, ad absolutionem a peccatis requiri Episcopi approbationem, quæ sola confertur Confessariis Jurisdictione in penitentes, unde cum sine approbatione nullam habeant Jurisdictionem in penitentes, sine ipsa invalida erit absolutio etiam a venialibus; omnis enim potestas absolvendi a peccatis, quam Presbyteri in sua Ordinatione accipiunt, per hoc Concilii Decretum est ipsi penitus suspensa, antequam approbationem obtineant. Unde jure merito oppositæ opinionis usus fuit prohibitus ab Innocentio XI. *12. Februarii 1677.* in decreto de Communionem quotidiana, & Confessione venialium incip. *Cum ad aures*, ubi sic præcise præcipitur Ordinariis: *Non permittant, ut venialium Confessio fiat simpliciter Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario.* Sic *Mastrius disp. 21. q. 8. n. 202.* Faber, Brancatus, Felix Poteitis, Matthæucci, & alii passim.

8 Approbatio ad beneplacitum, seu absque temporis limitatione concessa non expirat per mortem, vel amotionem ab officio ipsius concedentis, quia ejus beneplacitum, & voluntas, eo ipso quod non fuerit revocata, moraliter perseverare censetur, ut tenent communiter Doctores; eo vel maxime quia ipsa est quadam gratia, quæ morte non perimitur concedentis, ex *cap. Si super gratia, de Officio Delegati lib. 1. tit. 14. in 6.*, & hoc etiam *re integra*, id est etiam si concedens decesserit priusquam habens talem approbationem Confessiones excipere inceperit, citato c. *Si super gratia, & c. Si cui nulla, de præbendis.* Et colligitur etiam ex *Constit. S. Pii V. incip. Romani Pontificis providentia*, & ex *Constit. Clem. X. incip. Superna*, ubi ex quod dicitur, quod possit a iucessore revocari approbatio facta a Prædecessore, supponitur evidenter, quod non sit revocata per mortem, aut amotionem præcise ejusdem prædecessoris. Vide verb. *Gratia est gratiosum Rescriptum n. 8.* Approbatio ad beneplacitum quibuscumque etiam Regularibus concessa, quacumque revocari potest, *Sac. Congr. Episc. & Regul. in una Papiensi 19. Martii 1619.* Et potest reduci ad tempus limitatum *Sac. Congr. Concil. in una Patavina 7. Januar. 1654.* Quo tempore limitatio elapso, sine alia revocatione; *Ead. Sac. Congr. in una Toletana 18. Septemb. 1595. & in una Consentina 1. Mart. 1595.* Ante vero finitum tale tempus, non potest sine causa revocari; Imo sine gravi causa, neque prorogatio debet denegari. *Sac. Congr. 27. Sac. Congr. 27. Martii 1615. & 14. Febr. 1648.*

9 Approbatio Confessariorum pro locis exemptis pertinet ad Episcopum, intra cujus Diocesim existunt loca exempta, non autem ad Prælatum loci, ex *Constitut. Gregorii XV. incip. Inscrutabili.* Secus vero si locus sit nullius Diocesis; quia in tali casu Prælati propriam Diocesim, & seperatum Territorium habentes possunt pro suis subditis Confessarios approbare *Sac. Congr. Concil. in Nicastr. 4. Januar. 1595. & Nullius Marruggio 20. Augusti 1630.*

17 Generaliter loquendo approbatio potest dari ab Episcopis, ab eorum Vicariis in Spiritualibus, a Vicariis Capitularibus, Sede vacante, ab Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, & aliis habentibus proprium Territorium, in quo ex privilegio Papæ exercent Jurisdictionem Episcopalem privative quoad Episcopos, & a Generalibus, & Provincialibus Regularibus quoad suos subditos. *Est communis.* Quod possit dari ab Episcopis, definit expresse Tridentinum *cit. cap. 15. sess. 23.* & hoc procedit etiam in Episcopis electis, & confirmatis, licet nondum consecratis, quia per confirmationem confertur eis Jurisdictione in subditos, a quo promanat facultas approbandi. Non autem sic de Episcopis præcise electis, & nondum confirmatis, & præcise Titularibus, quia isti per nudam electionem, & Titulum, non habent Jurisdictionem in subditos. *Suarez tom. 4. disp. 23. sect. 5. Reginald. lib. 1. num. 181. Rosignolus, & alii.*

20 Quod dari possit a Vicariis Generalibus, patet, quia Vicarius Generalis habet potestatem ordinariam Jurisdictionis, & constituit unum Tribunal cum Episcopo, cujus vices in Jurisdictione sustinet. Quod dari possit a Vicariis Capitularibus, ratio est evidens, quia Vicarius Capitularis succedit Episcopo in Jurisdictionibus, quæ jure Ordinario competunt eidem Episcopo, *cap. Cum olim. de major. & obedient. Quod dari possit ab Abbatibus, Commendatariis &c. ratio est, quia in suis respective Territoriis plena potestas Jurisdictionis spectat ad ipsos Abbates, Commendatarios &c. privative quoad Episcopos. Quod possit dari a Generalibus, & Provincialibus quoad suos subditos, est clarum, quia ipsi in suos subditos habent Jurisdictionem uti Episcopalem, adeoque dicuntur venire nomine Episcopi. *Est communis, & colligitur ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 15.* ubi non derogat hoc jus antiquum competens Regularibus, sed solum est sermo de Confessariis secularium. & habetur ex *Decreto Clementis VIII. edito 26. Maji 1593.* confirmato ab Urbano VIII. *Septemb. 1624.**

24 Approbatio nequit dari a Parochis pro suis Parochianis. Et ratio est, quia *Concil. Trid. sess. 25. c. 15.* requirit approbationem Episcopi, seu saltem habentis Jurisdictionem quasi Episcopalem independentem a quocumque alio præterquam a Romano Pontifice, Parochus autem licet habeat Jurisdictionem in suos Parochianos, non habet tamen Episcopalem, & independentem, sed solum limitatam, & dependentem. Sic *Barbosa de Offic. & Potest. Episcopi part. 2. Allegat. 25.* Nugnus *in addit. quest. 8. art. 6. dnb. 6. Lugo disp. 21. sect. 1. num. 6.* Vasquez, Bonacina, & alii passim; & sic decrevit *Sac. Congr. Episc. & Regul. 20. Augusti 1602.* Imo Parochi non quidem possunt sibi Confessarium eligere simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario; nam *Alexander VII. die 24. Septemb. 1665.* damnavit hanc propositionem 16. in ordine: *Qui Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.*

26 Approbatio, an dari possit a Nunciis, & Legatis Apostolicis in suis respective Provinciis? variant Doctores. Possunt Nuncios, & Legatos pro suis Provinciis approbare quocumque Sacerdotes, tenent multi, & expresse Lessius in *Auctorario verb. Confessarius. casu 1. Pellizarius tom. 6. c. 2. num. 1. Gobat tract. 7. num. 56.* ubi dicit D. Nuncium N. N. certo suo facto non probasse anno 1671. & idem tenere videntur *Barbosa in lib. 1. Decretal. tit. 30. c. Cum non ignoretis num. 2.* ubi *Ferrar. Biblioth. Tom. I.*

ait; *Legatus tamen potest in sua Provincia, quantum Ordinarius in sua Diocesi; Tuschus verb. Legatus conclus. 158.* ubi ait: *Legatus Apostolicus in sua Provincia habet ordinariam Jurisdictionem: quidquid potest Episcopus in sua Diocesi respectu Jurisdictionis, potest Legatus in sua Provincia; Et sit tradunt Speculator tit. de dispensat. §. Consequenter n. 4. & tit. de Legato §. Nunc ostendendum. num. 54.* Gonzalez ad *Regul. 8. Cancellariæ. Gloss. 25. n. 15.* Abbas in c. 1. de *Officio Legati num. 2.* Sylvester *verb. Delegatus quest. 12. & 14. Rosella verb. Legatus n. 4.* Gutierrez *quest. Canon. lib. 1. c. 21. n. 6.* Rebuff. *in praxi Beneficior. tit. de unione n. 24.* Pirhing. *lib. 1. tit. 30. n. 4.* Henriquez *lib. 14. de Irregular. cap. 18. num. 2.* Sannig. *lib. 1. tit. 30.* Pontius de *Marrim. lib. 5. cap. 10. n. 7.* Azorius *part. 2. lib. 5. cap. 27. quest. 5.* Viva de *subileo quest. 9. art. 4.* Riccius in *Praxi resolut. 363. n. 2.* La Croix *lib. 6. part. 2. n. 1494.* Ugolin. de *Offic. Episcopi c. 2. §. 1.* Imo Nuncii in sua Provincia gerunt vices Sedis Apostolicæ; *cap. Mandata. de præsumpt. ubi sic habetur: Proinde super cunctas Ecclesias Sicilia te vices Sedis Apostolicæ ministrare decernimus.* Et in ea Provincia Summi Pontificis gerunt personam, ut tradunt Vitalin. in *Clementina 2. Offic. Ordinar. num. 13.* Villadieg. p. 1. *quest. 9. & Rota part. 19. tom. 1. decis. 435. num. 2.* adeoque possunt Nuncii, & Legati pro suis Provinciis approbare quocumque Sacerdotes ad audiendas Confessiones.

29 Non potest autem Nuncios Apostolicos approbare Confessarios pro suis Provinciis, tenent plurimi cum Pignat. *qui tom. 2. consult. 6.* solide probat non posse Nuncios, nec approbare Confessarios, nec Clericos ordinare in sua Provincia; & probat ex Concilio Tridentino *sess. 6. cap. 5. de reformatione*, ubi habentur præcisa verba: *Nulli Episcopo liceat cuiusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarii Locis expressa licentia, & in personam eisdem Ordinario subiectas tantum. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso jure suspensi.* Et idem disponit Concilium *sess. 14. cap. 2. & sess. 23. cap. 8. de reformat.* ubi expresse præcipit quod unusquisque a proprio Episcopo ordinetur, & addit, quod si quis ab alio promoveri petat, nulla, tenuis id est etiam cuiusvis generalis, aut specialis rescripti, ac privilegii prætextu, etiam statuti temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Et clarissimo *sess. 7. cap. 21. de reformat.* his verbis: *Facultates de promovendo a quocumque, non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam a propriis Episcopis ordinari non possint, in Litteris exprimentam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diocesi residente, ac pro eo Pontificalia exercente.* Et hoc idem læpius declarat Sacræ Congregationis, prout patet in sequentibus declarationibus ab eodem adductis, die 9. Martii 1593. in Taurinensi Sac. Rit. Congr. censuit, Nuncios Apostolicos non debere exercere Divina in Ecclesia Archiepiscopi absque ejus licentia. Sac. Congr. Concil. die 16. Aprilis 1634. in Taurinensi; Nuncius Apostolicus si promoveat ad Ordines Sacros suæ Provinciæ Clericos absque facultate Sedis Apostolicæ, ipse, & ordinati incurrunt in penas impositas a Sacro Concilio Tridentino *sess. 23. c. 8.* de reformat. Tertio in Taurinensi 23. Augusti 1653. supplicat Nuncius Taurinensis pro resolutione. An ipsi Nuncios Jus competat absque licentia Episcopi Diocesani Ordines in propria Capella conferendi habentibus Litteras Dimissionales a propriis Episcopis, ut possint a quocumque Episcopo ordinari? Sac. Congr. &c. respondit, Jus ordinandi non competere Nuncio absque licentia Diocesani. Monacell. autem *part. 2. tit. XIII. formul. 4. n. 42. citat. idem Decretum in contrarium.* Hinc, sequitur Pignat. *sub. num. 4.* Innocentius X. ex voto Sacræ Congregationis Episc. & Regul. negotiis præpositæ *sub die 30. Septemb. 1660.* prohibuit Cardinali Sabellio Legato Bononiensi, ne se ingereret materiis spiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinario remittit. ut est Clausura Monialium, approbatio Confessariorum, Collatio Ordinum, & hujusmodi, & sic citat, & tenet Eminentiss. Petra *tom. 1. sect. 1. Constit. unica Urbani II. num. 44.* Et Sac. Congr. Concil. in *Ferrariensi Jurisdictionis 12. Januarii 1704.* resolvit non posse Cappellanum Arcis Ferrariensis audire in eadem Arce Confessiones cum licentia Eminentissimi Legati, a quo deputatur absque licentia Eminentissimi Episcopi, ut in *lib. 54. decret. fol. 6.* Vide verb. *Legatus num. 35.* ubi referuntur alia resolutiones ad rem.

Et licet Nuncii, sive Legati in suis Provinciis dicantur Ordina-

ordinarii, non tamen sunt Ordinarii Naturales, sed quasi Extraordinarii, & superinducti, & sic odiosi ex Gloss. in Clement. 2. de Officio Ord. verb. Nolumus & ibi Vital. num. 7. Abbas in cap. Si quis contra, de Foro compet. num. 4. Crescent. dec. 20. de prabend. Puteus lib. 2. decif. 45. in fin. Gonzalez in reg. 8. Cancell. gloss. 21. num. 30. Cassad. decif. 5. num. 3. & 11. de decret. & refero. & Rota decif. 206. num. 3. part. 1. div. Nec ex quo dicitur, quod Nuncii, & Legati possint in suis Provinciis omnia, quæ possunt Episcopi in suis Diocæsiibus, sequitur, quod possint omnia simpliciter, & absolute, quæ possunt Episcopi, quia hoc non verificatur in iis, quæ a Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino expresse proprio Ordinario reservata sunt, cum ad hæc non extendantur facultates generales, ut in terminis fortioribus Legati a latere, firmat textus in cap. Studisti. De Offic. Deleg. Et quod Nuncii non possint omnia simpliciter, & absolute in suis Provinciis, ac possunt Episcopi in suis Diocæsiibus, clarissime habetur ex Concil. Trid. sess. 7. cap. 13. ubi sic præcise decernitur: *Presentati, seu electi, vel nominati a quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nunciis, ad quævis Ecclesiastica Beneficia, non instituantur, nec confirmantur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti.* Quamvis enim Nuncii habeant potestatem Episcopali majorem, non tamen simpliciter, sed solum ratione eorum, quæ Episcopis non competunt, aut non conceduntur. Majoritas enim attenditur respectu privilegiorum, quæ Pontifex Nunciis concedit. Non conitatur autem Nuncios habere privilegium approbandi Confessarios, & Ordines conferendi in sua Provincia absque licentia Diocæsanæ, Imo constat, quod Nuncii Jurisdictionem Episcoporum non debent enervare, neque confundere, cap. Pervenit 39. caus. 11. quest. 1. & neque habere, ut decernit Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. nec in iis, quæ spectant ad Episcopos se ingerere, ut statuit Urbanus VIII. 27. Aprilis 1641. in decreto confirmatorio Reformationis Tribunalis Nunciaturæ Hispaniarum his verbis: *Et in concedendis licentiis suscipiendi Ordines extra tempora a Sæpe statuta tenorem suarum facultatum adamussim observet, illarumque fines non excedat, minusve cuique Litteras Dimissoriales ad suscipiendum Ordines concedat, sed huius rei curam propriis Ordinariis relinquat, quibus qualitas personarum, quæ ad Ordines volunt promoveri, & necessitas, aut utilitas Ecclesiarum, cognitæ sunt;* & ut censuit pluries Sacra Congregatio, & Innocentius X. die 30. Septembris 1650. ut patet supra num. 30.

36 Adeoque ex hucusque adductis videtur sequi, quod Nuncii non possint approbare Confessarios, nec Ordines conferre sine licentia Diocæsanæ, aliter contemnerentur calium reservationes, & eximerentur a Jurisdictione Episcopi Presbyteri quoad examen, & approbationem Doctrinæ, & morum, & tequeretur, quod Episcopus non posset quoscumque suos Clericos præsertim in Sacris constitutis absque eorum præcedenti examine, & Commendatitiiis Litteris quacumque auctoritate promotos a susceptorum Ordinum exercitio suspendere, quod est contra Concilium Trid. sess. 14. cap. 3. de reformat. Unde nisi Nuncii, & Legati, infert Fagnan. in cap. Ad nostram, de Conjugio servorum num. 3. specialia facultate sint muniti, post Concilium Tridentinum in prædictis casibus, & causis ab isto Episcopis reservatis, nullatenus se ingerere possunt. An autem hæc specialis facultas sit eis post Concilium concessa, videtur ipsi. Hoc pro certo refert Palucc. in compend. ad consult. Canon. Jacobi, Pignatell. part. 2. tit. de Nunciis Apostolicis pag. 1128. fuisse eis a Sacra Congr. Inquisit. die 16. Maii 1630. concessam facultatem absolvendi ab Hæresi in utroque Foro, cum potestate eam communicandi aliis sibi benevisis pro Foro conscientiarum.

39 Approbatio debet dari ab Episcopo illius Loci, in quo Confessarius Confessiones audit, quia spectat ad Episcopum, ne quis in sua Diocæsi confessiones audiat, qui ab eo non est iudicatus idoneus; unde quilibet Confessarius, sive Sæcularis, sive Regularis approbatus in una Diocæsi, non potest sæcularium Confessiones in alia Diocæsi audire, nisi etiam in tali Diocæsi sit approbatus, quia ut refert, & tenet Fagnan. in c. Ne pro dilatione, de penitentibus n. 10. Sac. Congr. interpretando Bullam Jubilei, & ex eius sententia Sanctissimus declaravit Bullam esse intelligendam de Ordinariis eorum, qui audiunt Confessiones, non autem de Ordinariis penitentium; Unde approbatio debet haberi ab Ordinario Confessarii, non autem ab Ordinario penitentis; Et per hoc Sa-

cerdos, sive Sæcularis, sive Regularis, approbatus in una Diocæsi, non potest audire Confessiones extra illam, ut similiter alias resolvit Sac. Cong. teite ipso Fagn. ibid. n. 65. & ut statuit de Regularibus Clemens X. in sua Constitutione incip. Superna præcisus his verbis: *Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Diocæsi audiendas approbatos, non posse in aliena Diocæsi eas absque Episcopi Diocæsanæ approbatione audire, quamvis penitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati.* Sic tenent Lugo disp. 21. sect. 2. num. 35. Cardenas in secunda Crisi disp. 2. n. 217. Navarr. Barbosa, Tamburin. & alii passim.

Regulares in Diocæsi, in qua sunt approbati, possunt audire Confessiones omnium Sæcularium etiam ex aliis Diocæsiibus confluentium, quia ipsi habent Jurisdictionem a Papa ex Clementina Dudum, de sepulturis, ut notat Gloss. in c. Antefigurationem casus, de penit. & remiss. lib. 6. cujus Jurisdictionem non restringitur ad limites alicujus Territorii; cap. Cum ita per mundum caus. 9. q. 3. sed universus orbis est sua Diocæsis, cap. Per principalem caus. 9. quest. 3. & sic tenet, & tenetur Fagnanus in cap. Omnis, de penitentibus, & remissionibus n. 79. declaravit Sacram Cong. Concilii. Imo Regulares in Diocæsi, in qua sunt approbati, possunt absolvere confluentes ex aliis Diocæsiibus, a casibus in ipsis reservatis, nisi eisdem penitentes noverint in fraudem reservationis ad alienam Diocæsim pro absolute obtinenda migrasse; Ita expresse Clem. X. in Concil. incip. Superna, §. 6. his verbis: *Possit autem Regularum Confessorem in ea Diocæsi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diocæsi, a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eisdem penitentes noverint in fraudem reservationis ad alienam Diocæsim pro absolute migrasse.*

Approbatio petita, & non obtenta ab Ordinario, licet injuste denegetur, non sufficit nec pro Confessario Sæculari, nec pro Regulari, ut colligitur ex Concilio Trident. sess. 23. c. 15. ubi requirit actualem approbationem cum derogatione quorumcumque privilegiorum, & consuetudinum, quantumvis immemorabilium, eo quia illa particula conditionalis, *Nisi, eam vim habet, ut si conditio requisita non ponatur re ipsa, non sequatur effectus:* Et licet Regularibus fuerit in Clementina dudum, de sepult. l. 3. tit. 7. §. statuimus concessum circa hoc amplissimum privilegium præcisus his verbis: *Si vero idem Prælatus præfatis Fratribus ad Confessiones, ut præmittitur, audiendas electis, hujusmodi exhibere licentiam recusaverint. Nos ex tunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere, liciteque audire valeant, & eisdem penitentibus imponere salutaris, atque eisdem Beneficium absolute impertiri gratiosè concedimus de plenitudine Apostolicæ potestatis.* Huic tamen fuit derogatum a Concilio Trident. sess. 23. c. 15. ubi expresse excludit etiam Regulares per illam particulam, *Nullam etiam Regularum, per quem facit Regulares quantum ad approbationem communes cum ceteris aliis Sacerdotibus;* per ipsum enim Concilii Decretum, ut refert Fagn. in c. Omnis, de penitentibus, & remissionibus n. 61. declaravit, Sacra Congr. restringi, quod statutum fuerat in dict. Clement. Dudum §. statuimus, nempe ut Regulares approbati ad audiendas Confessiones a suis Superioribus possent audire Confessiones Sæcularium etiam sine licentia Ordinarium, si tamen illam petissent; & sine justa causa ab ipsis non obtinissent; & clarissime fuit etiam derogatum ab Alex. VII. 24. Septembris damnante sequentem propositionem 13. in ordine: *Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo presentato, sed ab eo injuste reprobato,* & a Clemente X. undecimo Kalendas Julii 1670. in sua Constit. incip. Superna, ut eam legenti patet.

Approbatio Ordinarii pro Confessionibus Sæcularium est necessaria Regularibus, etiam si sint Lectores, & in Theologia Magistri, ut decrevit S. Pius V. octavo idus Augusti 1571. Constit. incip. Romani Pontificis præcisus his verbis: *Nos super his pro debito pastoralis Officii, prout tenemur, salubriter providere volentes, tenore presentium, hac nostra Constitutione perpetua sancimus, decernimus, & declaramus, & Decretum Concilii Tridentini de approbatione Regularium audiendis Confessionibus Sæcularium præpositorum ab Episcopis faciendam, observari debere, etiam in omnibus Regularibus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viventibus, etiam si sint Lectores aut in Theologia etiam de Superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti, vel a suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus Ministris, Sæcularium Confessionibus audiendis expositi.* Imo ipsi sicuti & ceteri alii Sacerdotes possunt examinare, etiam si essent Examinatores Synodales, non

non obstantibus privilegiis, etiam Cruciatæ, ut plenius novissime declaravit Innocent. XII. Aprilis 1700. in Constit. incip. *Cum sicut* apud Monacell. tom. 3. tit. 2. form. 9. n. 3.

Regulares prævio examine semel approbati, non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari; Sic S. Pius V. in mox cit. Constit. incip. Romani Pontificis his verbis: *Volunt tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diocæsiibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari.* Quod item declaravit Sac. Congr. Concil. his verbis: *Congr. Concilii, censuit Regulares ad audiendum Sæcularium Confessiones in Civitate, & Diocæsi ab Episcopi prævio examine approbatos, iterum ab eodem examinandos non esse; ceterum posse iterum a successore examinari juxta Constitutionem Sanctæ Memoriæ Pii V. dat. octavo Idus Augusti 1621.* Et idem statuit Clemens X. in Constit. Superna per verba mox adducenda. Immo nedum non possunt ab eodem Episcopo iterum examinari, sed neque ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, ut decernit dictus Clemens X. in cit. Constit. Superna §. 5. per hæc præcisus verba: *Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis prævisione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium est, ut in actis contet; nec eam ceteri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulerint.* Interveniente tamen aliqua rationabili, & justa causa possunt ab eodem Episcopo suspendi, prout statuit idem Clemens sic procedendo: *Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur a Confessionibus suspendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam onerata esse volumus, cum præcipua Ministerii Sacramenti Penitentia qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere, ac proinde nihil obtinere, quominus ob eam possit Episcopus Regulares a semetipso approbatos suspendere, aut repellere a Confessionibus audiendis.*

Quilibet Confessarius quantumvis Regularis simpliciter approbatus ab Episcopo antecessore, potest iterum examinari, & si minus idoneus repertus fuerit, reprobari ab Episcopo successore. Sic Sanctus Pius V. in cit. Constit. incip. Romani Pontificis, præcisus his verbis: *A successore autem Episcopo pro majori conscientia sua quiete examinari de novo poterunt, & si minus idonei reperti fuerint, reprobari.* Item citat. Sac. Congr. Concilii per hæc verba: *Ceterum poisse iterum a successore examinari, & idem sanxit Urban. VIII. 20. Augusti 1629. & Clemens X. in cit. Constit. incip. Superna, per illa verba: Secus autem, si ab ejus Vicaria, aut ab antecessoribus Episcopis approbato.* Et ratio justa, & congrua videtur, ut Episcopi successores plenius cognoscere possint idoneitatem, & sufficientiam Ministrorum, qui in tanto Ministerio debent esse eisdem coadjutores. Quamvis autem iterum examinare eos possint, non tamen ad hoc aliqua Lege obligante tenentur, cum allegata Jura concedant eis præcisè potentiam facultativam, & nullo modo coactivam, ut ea legenti patet.

Licet autem possint iterum examinari ab Episcopo successore, non tamen iterum examinari possunt a Vicario Capitali Sede vacante, nec ab ipso revocari potest eorum facultas, & probatio habita ab Episcopo seu Ordinario defuncto. Svlveiter verb. Confess. n. 47. Antonell. de regimine Ecclesie lib. 4. cap. ult. n. 79. Miranda in Manuali Prælator. tom. 1. quest. 15. art. 7. in fin. Stephanus Fagnan. de de Ecclesiastic. præc. lib. 7. c. 1. n. 28. Celsedes, Rosinulus, & alii passim. Et colligitur ex privilegio Clementis IV. in Constit. incip. Exigentibus vestra Devotionis. quam fert Rodriguez tom. 1. fol. 1036. & Confessarius pag. 16. præcisus his verbis: *Exigentibus vestra Devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, & petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram Nobis, quod licet vobis a nonnullis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis audiendi Confessiones subditorum suorum, nec non predicandi, & aliqua vota in alia pietatis opera commutandi, in suis Civitatibus, & Diocæsiibus, licentia sit concessa; quia tamen ipsi Prælatis decedentibus, uti licentia hujusmodi, Ecclesiis sic vacantibus, dubitatis, Nobis humiliter*

supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna diligentia curaremus. Vestris igitur supplicationibus inclinatis; præsentium vobis auctoritate concedimus, ut in hujusmodi casibus, possitis uti tandiu libere prædicta licentia, donec viduat Ecclesiis provium fuerit de Pastore, Nulli ergo &c. Dat. Perusii XVI. Kalend. Julii Pontificat. nos. an. primo. Et hoc etiam clare deducitur ex cit. Constit. S. Pii V. incip. Romani Pontificis providentia, ubi facultas iterum examinandi, & revocandi datam ab antecessore Episcopo approbationem, tribuitur Episcopo successori, præcisus his verbis: *Ab Episcopo autem successore pro majori conscientia quiete examinari de novo poterunt, & si minus idonei reperti fuerint, reprobari;* ex quibus verbis patet facultatem hanc revocandi approbationem, & iterum examinandi restringi ad Episcopum successorem. Et sic expresse decrevit Sac. Congr. Concilii in Fanenii 5. Septembris 1603. & in Aquis 28. Julii 1604. ut refert Nicolius part. 2. lucubrat. Canon. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. num. 9. his verbis: *Regulares prævio examine approbati ab Episcopo defuncto, non possunt a Capitulo, seu ejus Vicario, Sede vacante, examinari propter privilegium Clementis IV. Et neque Vicarius Apostolicus examinare potest approbatus ab Episcopo. Eadem Sac. Congr. in una Civitatis Castellane 22. Febr. 1592. Et multo minus Vicarius Generalis Episcopi. Ead. Sac. Congr. in una Reatina 8. Junii 1599. apud Nicol. loc. cit.*

Regulares generaliter idonei reperti debent sine limitatione temporis, locorum, & personarum approbati; ad differentiam eorum, qui non adeo idonei reperti, possunt admitti cum limitata facultate ad arbitrium Ordinarium; Sic decrevit Sac. Congr. Episcopi. & Regal. die 2. Julii 1587. his præcisus verbis: *Regulares, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis eorumque Examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absolute, quæ alia limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum admittantur in Diocæsi propria. Ceteris vero, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinarium relinquatur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere.* Et hoc ipsum decernitur a Clemente X. in sæpe citata Constit. incipien. Superna, præcisus his verbis: *Illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint ab Episcopis, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diocæsi propria admittendos. Quoad ceteros vero, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinarium relinqui ipsos cum limitata facultate, prout ei dem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere.* Ubi vides, quod approbare Regulares cum limitata facultate, relinquatur arbitrio Ordinarium solum quoad illos, qui non adeo idonei reperti fuerint: quoad illos vero, qui ad audiendas Confessiones idonei generaliter reperti fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum decernitur eis admittendos, ut tam ex decreto Sacre Congregationis, quam ex Constitutione Clement. X. expresse, & clare patet.

Regulares sine approbatione Ordinarii nequeunt excipere Confessiones Tertiariorum, qui vivunt in propriis Domibus. licet habeant requisita pro Tertiaris. Sic decrevit Sac. Congr. Episc. & Regul. die 20. Decemb. 16. 6. his verbis: *Sac. Congr. &c. statuit iuxta multas ejusdem Cong. responsiones non posse Sacerdotes Regulares audire Confessiones Sacramentales Mulierum Tertii Ordinis, quæ de penitentia dicuntur; nisi ab Ordinario approbati fuerint ad Confessiones Sæcularium audiendas, & idem statuit Sac. Congr. Conc. ut refert Nicolius in Florentis verb. Tertiaria num. 2. sub i. his terminis: *Sac. Congr. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum sepins censuit minime posse Sacerdotes Regulares, Mulierum Tertii Ordinis, quæ de penitentia, vel Bizochas vocant, Confessiones Sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad Confessiones Personarum Sæcularium audiendas; quemadmodum nec posse illis Sacrosanctum Eucharistia Sacramentum administrare in die Paschalis Resurrectionis Sanctissimi Domini Nostri Jesu Christi, & sic tenet Fagnanus in c. Omnis, de penit. & remiss. num. 61. & seq. Pignatell. tom. 3. consult. 34. num. 32. Barbosa in Summa Apostolic. decif. collectan. 700. num. 6. & alii passim, & novissime Eminentissimus Petra tom. 4. in constit. 15. Martini V. num. 9. ubi dicit supradictas resolutiones esse intelligendas de Ter-**

Tertiariis habentibus requisita, ex quo de his, qui non habent requisita, nequeat cadere disputatio, cum isti uti Laici omnino reputentur.

64 Potiunt autem Regulares sine approbatione Episcopi, & cum sola approbatione sui Prelati Regularis audire Confessiones illorum secularium, qui sunt vere de familia in suis Monasteriis, & continui commentales. Secus vero illorum, qui tantum ipsis deserviunt, & cum secularibus exteris extra Monasterium habitant & vivunt. Sic statuit Sac. Congreg. Concilii 14. Augusti 1568. Decreto hujus tenoris: Prelati Regulares, seu alii Religiosi Confessores non possunt audire Confessiones secularium, qui deserviunt ipsorum Monasteriis absque approbatione, vel licentia Episcopi; secus autem, si illi Seculares sint vere de familia, & continui commentales; & sic expresse decrevit Clemens X. in saepius laudata Constit. incip. Superna, praecisus his verbis: Caterum in Monasteriis, & etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Instituta vivitur, posse tam Praelatos Regulares, quam Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum audire Confessiones illorum secularium (intellige sine approbatione Episcopi) qui inibi sunt vere de familia, & continui commentales. Non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt; & colligitur etiam ex Concilio Tridentino cap. 11. sess. 25. de reformat. ubi has personas continue commentales, & de familia in Monasteriis Regularium excipit omnino a Jurisdictione Episcoporum, praecisus his verbis: Praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, sive locorum familia, personae tam Regulares, quam seculares, ut circa hoc ex citat. Sac. Congregatione advertit, & tenet Fagnan. in c. Omnis, de penitentis, & remissionibus num. 62. & Barbosa ad sess. 23. cap. 15. Concil. Trid. num. 11. Pignatell. tom. 10. consult. 30. num. 35. & alii passim.

65 Vere autem de familia, & continui commentales ad fruendum hoc privilegio dicuntur omnes Oblati, Donati, seu Tertiarii, atque etiam seculares, qui Religiosis deserviunt, & intra eorum Monasteriorum septa, ac Domos resident, & sub eorum obedientia vivunt; licet non ratione voti, sed ratione servitutis. Illi namque eximuntur a subjectione Ordinariorum, & gaudent privilegiis Religiosorum, quibus intervium, quamvis salario sint stipendiati, ut colligitur ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 11. his verbis: Exceptis tamen iis, qui praedictis locis, aut militis actu inserviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, & deducitur clare etiam ex citato decreto Sacrae Congregationis, & ex cit. Constit. Superna, ubi ut seculares fruatur hoc privilegio, non requiritur nisi, ut ibi sint vere de familia, & continui commentales. Uti de facto sunt etiam Religiosorum famuli diu noctaque degentes in eorum Monasteriis sub omnimoda subjectione eorum Praelatorum, & per hoc Confessarii Regulares possunt eorum Confessiones excipere cum sola approbatione sui Praelati Regularis, & sine approbatione, & facultate Episcopi, seu Ordinarii Loci. Hoc tamen privilegio non gaudent seculares illi, qui tantum ipsis Monasteriis deserviunt, sed in eis non sunt de familia, nec continui commentales, & cum secularibus exteris extra Monasteria habitant, & vivunt, ut expresse statuit Clemens X. per illa verba: Non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt; Sic Turanus tit. de Confess. n. 12. pag. 117. Felix Potestas tom. 1. part. 4. de Ministr. Sacrae Penit. num. 3297. Donatus praxis Reg. tom. 3. tract. 4. quest. 7. numer. 3. & alii. Nec hoc privilegio gaudent advenae, qui in Monasteriis Regularium infirmantur, ex Decreto Sacrae Congreg. Concilii, quae in una Monopolitana 27. Septembris 1670. censuit, non licere Fratribus absque licentia Episcopi, vel Parochi administrare Sacramenta advenae, qui in eorum Conventibus infirmantur, & si decedant, non posse sepeliri in eorum Ecclesiis, & sic jam decreverat Sacra Congreg. Concil. 31. Julii 1627.

66 Regulares approbati ad Confessiones secularium audiendas nequeunt omnes simul unius Conventus suspendi a locorum Ordinariis; Sic expresse decrevit Sacra Congreg. Episc. & Regul. 20. Novembris 1615. decreto tenoris sequentis: Cum Sacrae Congregationi Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum innoverit, Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis confessionibus, quavis ex causa indiscriminatum suspendantur; ac propterea saepe contingere, ut ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, omnibus simul unius Conventus Confessariis, Confessiones audiendi facultas adimatur, Illustrissimi ejusdem Sacrae Congregationis Patres rati vix fieri posse, ut haec sine scandalo, magnaue animarum per-

nicie contingant, re mature perpessa, ad omnem scandalum materiam submovendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuerunt, & declarant, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi Jus spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis Confessionibus posthac suspendere minime licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones pertinente, vel ob non servatum Interdictum ab ipsis Ordinariis appositum. Statuunt insuper, eosdem Archiepiscopos, Episcopos, & locorum Ordinarios Confessiones audiendi facultates omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse; & hoc absolute etiam statuit Clemens X. in toties citat. Constitut. incipient. Superna praecisus his verbis: Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus posse. Nec Confessarii Regularium restringi debent ad duos pro qualibet Ecclesia, Sacra Congreg. 2. Martii 1646. relat a Nicol. in Flosculis verb. Confessarius num. 6.

Confessarii ubicumque, etiam Romae approbati, licet etiam sint Regulares, non possunt hodie audire Confessiones extra Territorium approbantis absque licentia Ordinarii Loci, Urban. VIII. in Constitut. incipient. Cum sicut accepimus, edit. Septemb. 1628. in qua revocavit omnia privilegia quibuscumque concessa, Confessiones secularium audiendi abique examine, & approbatione Ordinarii. Unde revocatum remanet privilegium concessum a Sixto V. Congregationi Presbyterorum secularium S. Mariae de Vallicella de Urbe; Et fortasse etiam aliis, sive principaliter, sive per communicationem, quod approbati semel in Urbe non indigeant iterum ab Ordinariis approbati, sed sufficiat se coram eis praesentare; Nicol. part. 2. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. num. 10. & alii.

Confessarii etiam Regulares in vim Bullae Cruciatiae a penitentibus ad audiendas eorum Sacramenta Confessiones electi, nullatenus Confessiones hujusmodi audire possunt sine approbatione Ordinarii Loci, in quo ipsi penitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas Confessiones requirunt. Nec ad hoc suffragatur approbatio semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diocesum obtenta, etiam si penitentes subditi forent illorum Ordinariis, qui Confessarios electos approbassent. Confessiones autem aliter deinceps faciendae, & excipiendae (praeterquam in mortis articulo) declarantur nullae & invalidae, & Confessarii ipso Jure pronuntiantur suspensi, & rigide puniendi ab ipsis Locorum Ordinariis. Quaecumque contraria opinio damnatur, & contraria consuetudo aboletur, ac proinde omnibus Christianis fidelibus prohibetur, ne supradictam opinionem docere, vel tueri, aut ad praxim deducere, quovis modo praesumant sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, reservata Papae absolutione; Innocentius XII. in Constit. incipient. Cum sicut, edita 19. Aprilis 1700.

Approbatus in una Diocesi non potest in alia Diocesi, in qua non sit approbatus, excipere Confessionem alicujus habentis licentiam, seu privilegium eligendi quemcumque Confessarium. Hinc Episcopus vigore privilegii sibi concessi in cap. fin. de penit. & remiss. nequit extra suam Diocesim sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui non sit approbatus a proprio loci Ordinario, ita, audita relatione Sacrae Congregationis, declaravit Gregorius XIII. die 1. Decembris 1582. Imo Episcopus extra suam Diocesim non potest confiteri neque Regulari, qui non sit approbatus ab Ordinario loci; Sacra Congreg. 3. Octobris 1609. in responsione ad primum, Nicol. part. 2. Lucub. Canon. lib. 5. titul. 38. de penit. & remiss. num. 10. Et sic virtute facultatis datae in Jubilaeis, seu in Bullis etiam Cruciatiae nequeunt penitentes eligere sibi Confessarios non approbatos ab Ordinario loci, in quo Confessiones sunt excipiendae; Sacra Congreg. Concilii in Romana 29. Januarii 1633. & sic etiam ab ipsa Sacra Congregatione fuit responsum Archiepiscopo Valentino per sequentia verba: Congregatio Concilii respondet, approbatum ab alio, quam a Valentino Archiepiscopo in Diocesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario, quae verba Emmanuel, Rodriguez in expositione Bullae Cruciatiae §. 5. testatur, se legisse in Epistola missa ad praedictum Archiepiscopum, & eam referunt etiam Lezana in Summa qq. Reg. cap. 19. num. 19. Lugo disp. 21. de Sacrament. Penit. sect. 2. num. 34. & alii.

Paro-

84 Parochus post dimissura Beneficium, non potest absque nova approbatione audire Confessiones, nec etiam tempore Jubilei, nisi forte fuisse prius approbatus sine limitatione temporis independenter a Beneficio Parochiali. Sic Barbosa in sess. 23. capit. 15. Concil. Trid. n. 21. cum multis ibi citatis, Suarez, Henriquez, Gobat, Lugo, Sporer, Viva, & alii passim. Parochus non indiget alia approbatione ad audiendam Confessionem sui Parochiani extra propriam Parochiam, & Diocesim, quia Parochus omnis ex Jure habet in suos Parochianos ubicumque reperiantur ordinariam Jurisdictionem quoad ea, quae ad Forum internum pertinent, adeoque tamquam proprius ejus Pastor iatis a Concilio Tridentino censetur pro illo ubicumque audiendo approbatus. Sic Illung. tract. 6. disp. 6. num. 177. & alii multi cum Laurentio de Foro Benef. part. 1. q. 434. num. 1. Ludovicus Thomassinus discipl. Eccles. part. 4. lib. 1. cap. 69. num. 10. Natalis Alex. in Theolog. Dogmatic. & moral. de Sacram. Penit. reg. 9. pag. 696. & alii passim cum Barbof. in Trid. sess. 23. cap. 15. num. 20. & late Fagnan. in cap. Ne pro dilatione 16. de Penit. & remiss. num. 29. cum multis aliis; La Croix l. 6. part. 2. a num. 1516. Varii autem tenent contrarium.

85 Capellani Militum, seu Missionarii castrales in casibus, in quibus non addit Breve Apostolicum aliter disponens, debent approbati ab Ordinario loci, non autem a Capellano Regio. Imo quatenus addit Breve, est incipiendum, an fuerit Personale concessum alicui Regi, vel limitatum pro aliquo Regno, quia nequit extendi, ut proposito dubio in Sac. Cong. Conc. in Nazarien. facultatis approbandi Confessarios: An approbatio Confessarium pro Sacramentalibus Militum Confessionibus audiendis pertineat ad Cappellanos Regium, vel ad Ordinarium Locum? die 22. Martii 1687. respondit, pertinere ad Ordinarium Locum. Breve enim, quod aderat respectu Regis Catholici, videbatur ex variis circumstantiis non extendi ad Regna extra Hispanias; & per hoc est diligenter, & caute attendenda natura Brevis Apostolici, a cujus dispositione est semper petenda regula in similibus casibus. Et quatenus non appareat dispositio Brevis Apostolici, sunt observanda generalia Decreta Sacrae Congregationis Concilii edita die 6. Martii 1694. in dubio Jurisdictionis Capellanorum exercitus occasione, & tempore, quo Milites e variis Germaniae partibus in Italiam irrumpebant; cum enim tunc fuerit ei remissa cognitio a Sacra Congr. S. Officii, ab illa fuerunt proposita, & resoluta infrascripta dubia.

86 Primo. An Capellani cujusvis exercitus, sive Regulares, sive seculares Catholici possint administrare Militibus in praesidiis degentibus Sacramenta Penitentiae, Eucharistiae, Extremae unctionis sine speciali facultate Sedis Apostolicae, vel licentia, & approbatione Ordinarii, in cujus Diocesi extare contigerit.

Secundo. An assistere Matrimonii Militum cujuscumque Nationis degentium in praesidiis cum militaribus feminis sine dicta facultate Apostolica, & praecedente probatione status liberi, ejusque recognitione coram Ordinario loci, & licentia Parochi, sub cujus Parochia manent?

Tertio. An idem cum Militibus degentibus in castris, & stationibus hybernis, vel aestivis?

Quarto. An idem cum militibus in actuali expeditione positis.

Quinto. An idem cum Militibus nubere volentibus cum feminis non militaribus, sed Italis non originariis loci, sive Diocesis, in qua reperiantur?

Sexto. An, & quid pro sanatione gestorum in praeteritum, & faciendorum in futurum super praedictis omnibus pro certa regula Sanctissimo consulendum, & statuendum sit?

Ad 1. 2. 3. 4. & 5. respondit Negative, ad 6. in praeteritum non esse inquietandas conscientias quoad Sacramentum Penitentiae. Quo vero ad Matrimonium sine speciali facultate Apostolica, vel sine licentia Ordinarii loci, vel Parochi non servata forma Sacri Concilii Tridentini in cap. 1. sess. 24. de reformat. Matrimonii, pro sanatione, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, renovato tamen consensu etiam coram Confessario approbato, qui teneatur tradere testimonium renovationis dicti consensu Parocho illius loci, in quo fieri contingat hujusmodi renovationem.

Provisio in futurum, differatur in prima proxima Congregatione, in qua consulendum erit, ac deliberandum. Sub die 20. Martii ejusdem anni super provisione, Congregatio dixit, Secretario cum Sanctissimo pro tali provisione, & sanatione. Apud Petram tom. 2. in Const. 12. Innoc. III. n. 18.

Approbatio potest dari ab Ordinario etiam extra propriam Diocesim existente, quia approbare Confessarios non est actus Jurisdictionis contentiosa, quae exigit exerceri in proprio Tribunali, sed voluntaria, quae extra proprium Territorium communiter exerceri potest. Ugolin. de potest. Episcopi c. 4. §. 14. n. 4. Cardinal. Tulch. litt. 1. conclus. 546. Stephanus Gratian. Discept. Forens. cap. 127. Barbof. de Offic. & potest. Episcopi part. 2. allegat. 6. n. 16. Lugo in respons. moral. lib. 1. dub. 17. & disp. 21. de Penit. n. 37. ubi dicit, quod Episcopus v. gr. Ostiensis Romae existens potest approbare Sacerdotem Romanum pro sua Diocesi Ostiensis, & talis Romanus Sacerdos potest Confessiones audire in Diocesi Ostiensis, non tamen potest Romae audire Confessiones Civis Ostiensis ibi existentis, quia, dum Sacerdos ille Romae commoratur, non est subditus ullo modo Episcopi Ostiensis, nec Episcopus Ostiensis est Ordinarius Civis Ostiensis Romae commorantis, adeoque non esset approbatus a suo Ordinario, prout requiritur ex Tridentino, nec ab Ordinario illius Diocesis, in qua Confessiones audiret, prout requiritur ex cit. Constit. incip. Superna, & ex aliis Declarationibus citatis supra. Sub n. 39. & seq. Cum autem talis Sacerdos Romanus perget ad Diocesim Ostiensem, tunc incipit esse approbatus a suo Ordinario ex vi approbationis praeteritae factae ab Episcopo Ostiensis, & adhuc virtualiter manentis, quia tunc incipit esse subditus illius, & subjacere ejus foro & correctioni, atque adeo habere illum pro suo Ordinario in ordine ad illud Ministerium.

Regularis approbatus ab aliquo Episcopo, dum in ejus Diocesi veritatur, sive ut hospes, sive cum domicilio, si postquam transierit ad diversam Diocesim, redeat ad primam, in qua fuit approbatus, non indiget ibi nova approbatione, sed virtute illius prioris nonnullam revocatae, potest ibi Confessiones audire, quia iterum sit subditus ejusdem Episcopi, a quo fuit approbatus, atque ita eo jam approbatus ioi a suo Ordinario. Suarez disp. 28. sect. 7. num. 9. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 7. in fin. Amicus disp. 15. n. 135. de satisfact. Sacramental. Lugo, & alii passim. Imo Regularis redeundo ad Diocesim, in qua fuit approbatus, nedum recuperat approbationem, & potest Confessiones audire adhuc vivente eodem Episcopo, sed etiam mortuo, quamvis successor ejus advenerit; dummodo iste approbationes praedecessoris non revocaverit; Et ratio est, quia Regularis redeundo ad priorem Diocesim, a qua recesserat, recuperat jura, quae antecessor tenebat, perinde ac si non recessisset gauderet facultate excipiendi Confessiones subditorum illius Diocesis, licet jam mortuo Episcopo approbante, quinimo etiam adveniente successore, donec ab isto fuerint facultates revocatae, ut patet ex adductis supra num. 10. & 14. adeoque &c. Sic Rodriguez in Bulla Cruciatiae §. 9. num. 5. Nugnus in addit. ad tertiam partem q. 8. artic. 3. dub. 1. conclus. 2. Joannes Vallerus verb. Absolutio deffer. 1. n. 19. Tamburin. de jure Abbat. disp. 3. q. 14. n. 2. Lugo disp. 21. sect. 2. n. 44. ubi cum pro ratione adducta ipsum Regularem iterum fieri subditum ejusdem Episcopi, a quo, vel ab ejus praedecessore fuit prius approbatus, supponit evidenter recuperare approbationem, licet jam mortuo Episcopo approbante, & adveniente Episcopo successore.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Quoad Approbationem pro Confessionibus excipiendis, Locorum Ordinarii in approbatione Confessarium tenentur eos obligare ad arctente legendas, & accurate observandas Constitutionem Gregorii XV. incip. Universi Dominici Gregis editam contra Confessarios sollicitantes, & Constitutionem Benedicti XIV. incip. Sacramentum Penitentiae, ut expresse praecipitur in hac ultima Constitutione §. Volumus demum, ac praecipimus. Et expediret, ut legenda una simul traderetur ejusdem declaratio incip. Apostolicis muneris, ab eodem Benedicto XV. facta, utpote ad ejus intelligentiam, & observantiam necessaria, & a nobis ob id ad Verb. Complices peccati adducta sub n. 23. Vide ibi.

Supplementum alterum e III. Editione.

Approbatio ad audiendas Confessiones nihil prodest extra Diocesim Episcopi approbantis, Idque etiam Sacerdos approbatus excipere vellet Confessionem personae subditae Episcopo, qui ipsum approbavit. Benedict. XIV. Constit. incip. Apostolicum ministerium. Vide ad id etiam superius hoc ipso artic. dicta a num. 39. ad 43.

No-

- 1 **P**rimis Ecclesiæ sæculis, præcipuam auctoritatem, & curam excipiendi Confessiones, penes Episcopos stetit, pluribus ostendunt Morinus de disciplin. Eccl. in administr. Sac. Penitent. & Eipenius in sur. Eccl. univ. part. 2. tit. 6. cap. 5.
- 2 Hæc Episcoporum auctoritas post sæculum VII. sensim Presbyteris communicari cepit. Hinc deprehendimus, Libros, & Canones Penitentiales, octavo, & sequentibus sæculis conditos, præcipue ad ipsos Presbyteros verba dirigere, cum antiquiores Canones solos Episcopos respiciant.
- 3 Non tamen omnibus Presbyteris, sed fere solis Parochis respectu suorum Parochianorum, hæc auctoritas competeat; & pluribus sæculis absolutio ab alieno Sacerdote sine licentia propria obtenta nulla habita fuit, quod non obicure innuit Concilium Lateranense sub Innocentio III. sæculo XIII. celebratum, relat. in cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. Videbis Elpenium, sed non sine cautione, loc. cit.
- 4 Sæculo XIII. cepit impertiri facultas excipiendi confessiones Fratribus Mendicantibus a variis Summis Pontificibus, & sensim aliis Presbyteris; non sine turbis & controversiis, ut refert Mattheus Parisiensis ad an. 1146. & eruitur ex Defensorio Curator. Richardi Archiepiscopi Armacani, & Sermone ad Popul. Paris. ex parte univ. super facto Bullæ Mendicant. an. 1409. Jo. Gerionii, ab opusculo contra Guillelmum de S. Amore D. Thomæ, ex defensione privilegior. Frat. Mendicant. contra defensorium Curator Richardi Archiepisc. Armacani Rogerii Chonnoii, & a pluribus opusculis S. Bonaventuræ, qui etiam pro privilegiis Mendicantium calamum strinxit.
- 5 Successit S. Synodus Tridentina sess. 23. cap. 15. de Reform. decernens, nullum Presbyterum, etiam Regularem posse confessiones secularium excipere, nec ad idoneum reputari, nisi ab Episcopo approbationem accipiat; excepto tantum Presbytero Parochiale beneficium obtinente.
- 6 Quoniam vero nonnulli Regulares venditabant, quod a Concilio Tridentino abrogata non erant omnia eorum privilegia; Idcirco Urbanus VIII. in Constitutione, quæ incipit; Sicut accepimus, edita die 12. Septemb. 1628. & est in Bullario Romano Cherubini tom. 4. Constit. 92. q. 103., motu proprio, clausulis amplissimis, ex certa scientia, ac de plenitudine Apostolicæ potestatis, revocavit, cassavit, sustulit, abrogavit, & annullavit, omnia & quæcumque privilegia dicto decreto Concilii Tridentini contraria omnibus & singulis Religiosorum Ordinibus, quandoquocumque, & quomodocumque concessa, etiam si talia essent, ut de iis specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret.
- 7 Atque hinc sicuti Presbyteri Sæculares beneficium Parochiale, seu Curatum non obtinentes nullam ordinariam, seu beneficium annexam jurisdictionem habent, cujus vigore confessiones possint excipere, sed solum delegatam, sive vicariam; ita Presbyteri Regulares, nullam curam obtinentes, solum habent jurisdictionem delegatam, per Episcopum approbationem. Conventique naturæ hujus delegatæ jurisdictionis, ut pro arbitrio, & voluntate delegantis restringi, & coarctari ad tempus, personas, atque materiam possit. Contrariam assertionem primum Clerus Gallicanus notavit, ac postmodum Alexander VII. in decreto ad Episcopum Andegavensem, falsam, temerariam, scandalosam, in hæresim & schisma inducentem, S. Concilio Tridentino & Sedi Apostolicæ injuriosam, declaravit. Vid. Espen. loc. cit. cap. 6. num. 18.
- 8 Hinc a vero alienum esse puto, quod scribit Auctor num. 50. Episcopum haud posse suspendere Regulares excipiendis confessionibus, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat; Contrarium enim resolutum fuit a S. Cong. Concilii interprete in una Patavina 8. Novembris 1596. ad secundum dubium; fuit enim dictum, facultatem, & approbationem ad beneplacitum concessas posse per Episcopum abique causa revocari; Vide Clericat. de Sacram. Penit. decis. 38. num. 20.
- 9 Eo magis poterit Episcopus suspendere Regulares a Confessionibus audiendis, si superveniat causa, quæ ipsas Confessionem concernat, ut vult Auctor loc. cit., quinimo & si superveniat alia quævis legitima causa, ut puta, si prædicti Regulares inhoneste vivant, vel aliquod scandalum dent, aut delictum committant, ut respondit S. Congregatio in una Ortolan. 30. Augusti 1630. apud Barbosam lib. 1. sur. Eccl. univ. cap. 43. num. 209. Et notat Pignatellus tom. 4. consult. 174. numer. 21. ex pluribus declarationibus Sacr. Congregationis,

non teneri Episcopum pandere ipsis Regularibus causam, ob quam eorum aliquos suspendat a Confessionibus excipiendis, sed satis esse, si eam S. Congregationi aperiat, ubi ab ea fuerit interpellatus; Vid. Clericat. dicit. decis. 38. num. 22.

Quod tradidit Auctor num. 54. & seqq. Regulares non posse iterum examinari a Vicario Capitali Sede vacante, nec ab ipso revocari posse facultatem, & approbationem habitam ab Episcopo; cum hac distinctione intelligendum. Si Confessarii Regulares habuerint illimitatam licentiam audiendi Confessiones ab Episcopo, eo mortuo, non possunt obligari a Vicario Capitali ad novam licentiam recipiendam, & multo minus ad subeundum novum examen. Aliter vero licet, si licentia limitata fuit ad Episcopi concedentis beneplacitum; Quum enim ea expiret morte ipsius Episcopi, tenentur Regulares comparere coram Vicario Capitali pro nova approbatione, quatenus ipse velit, novum examen subire; Confer Clericat. d. decis. 38. num. 24.

Qua pena puniendus sit Regularis, qui absque approbatione & licentia Episcopi, se pro Confessario gerat, consule sæpe laudatum Clericat. loc. mox cit. num. 30. & decis. 40. num. 12.

ARTICULUS II.

Quoad varia, quæ concernunt approbationem Regularium, & Dependendum ab eorum Superioribus.

Regulares pro Confessionibus suorum Regularium non indigent approbatione Episcopi, sed solum sui Prælati Regularis, quia ex quo Prælati Regulares habeant Jurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, competit eis hæc facultas approbandi ad Confessiones a Jure communi, & antiquo, nec est revocata a Concilio Tridentino sess. 22. cap. 15. quia ibi fit solum sermo de Confessariis secularium, ut legenti patet, & expresse habetur ex Decreto Clementis VIII. edito 26. Maii 1593. ubi sic præcipit ipsis Regularibus Prælati: Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui a non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit &c. quod Decretum fuit etiam confirmatum ab Urbano VIII. per Decret. Sacr. Congr. Conc. die 21. Septem. 1624. addendo quod sequitur: Sanctitas sua deinceps declaravit, ut si hujusmodi Regularium Confessarii casus alicujus reservati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice Penitentem Regulares etiam non obtenta a Superiore facultate absolvere.

Confessarii approbati pro Fratribus sine expressa exclusione Novitiorum possunt valide absolvere etiam ipsos Novitios. Nec obstant, ut censent aliqui, Decreta Clementis VIII. pro Novitiis, ubi §. 17. sic dicitur: Magistro soli Novitiorum Confessiones audiendi cura committatur. Liceat autem Superiori etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum Confessiones audire, quia istæ ordinationes non sunt per modum præcepti, sed solum per modum Regulæ, & Consilii, unde statutis Regularibus non derogant, nec minus irritant Confessiones aliter factas; Sic in istis terminis tenet Molfes. par. 1. summ. tract. 7. c. 14. num. 83. ex Peyrin. pag. 298. quæ verba sunt impressa immediate post ad verba cit. Decret. §. 17. in Familiare Regularium typis Dat. Neapoli 1706. a Patre Josepho a Neapoli. Et talem esse mentem Pontificis, colligitur etiam ex illis suis verbis: Liceat autem Superiori etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum vel per alium ab eo deputandum semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum Confessiones audire, cum Superior Localis de Jure non habeat facultatem alios approbandi ad valide absolvendum. Unde etiam Bordonus resol. 4. num. 11. tenet Confessiones Novitiorum factas alteri a Magistro esse validas, quia censet, Decreta Clementis VIII. pro Novitiis non obligare sub culpa.

Novitii absque licentia Prælatorum Ordinis possunt valide confiteri, & absolvi a peccatis, etiam in Religione reservatis per quemcumque Confessarium ab Ordinario pro secularibus approbatum. Quia Novitii ante Professionem non sunt vere, & realiter Religiosi, licet gaudeant favoribus, & privilegiis Religionis, sed quoad hoc sunt instar secularium, adeoque cuicumque Confessario approbato ab Ordinario confitentur, valida erit eorum Confessio.

Tum

7 Tum quia Novitii ante Professionem non obligantur sub culpa ad observationem Regulæ, & statutorum Religionis, adeoque neque ligantur hoc statuto de confitendo soli Magistro Novitiorum. Rodriguez tom. 1. quest. 22. art. 11. Miranda tom. 2. quest. 34. art. 16. Portell. verb. Novitii absolutio, Melphi in c. 6. stat. 7. quest. 10. Felix Potestas tom. 1. par. 4. de Ministr. Penit. num. 3298. supplement. Theol. Decalog. cap. 2. sect. 3. de statu Religioso num. 127. Diana & alii cum Patre Kerchove in stat. Generalia cap. 1. §. 7. num. 4. Confessarii approbati pro Fratribus possunt valide absolvere Juvenes Professos sub cura Magistrorum degentes, nisi Prælati Regularis in approbatione expresse excluderit tales Juvenes Professos, quia in tali casu Confessarii non essent approbati quoad ipsos Juvenes Professos, sicuti non sunt approbati quoad mulieres Confessarii illi, qui ab Ordinario approbantur pro solis viris cum expressa exclusione feminarum. Melphi, & Felix Potestas loc. mox cit.

Regulares itinerantes, seu tempore concionum, vel alterius occasionis extra Conventum existentes, nec copiam Confessarii approbati propriæ Religionis habentes, possunt confiteri cuilibet Confessario, sive Regulari, sive Sæculari. Sic concessit Innocentius VII. Patribus Ordinis Prædicatorum in Constitut. incipient. Provenit ex vestra devotionis affectu, edita sexodecimo Kalendas Novemb. 1405. & Sixtus IV. Fratribus Minoribus in Constitut. incipient. Supplicari Nobis humiliter fecistis die 11. Augusti 1479. apud Confect. reticendo alias consimiles concessionem factas ab aliis Pontificibus aliis Regularibus, cum sit superfluum omnes alias concessionem singillatim adducere, ex quo alii communicent in hoc privilegio cum ipsis. Est communis sententia Doctorum, quia per licentiam itinerandi, vel aliam legitimam occasionem extra Conventum permanendi, conceditur illis implicite talis facultas. Imo Suarez de penit. disp. 28. sect. 4. cum multis aliis, Sa in summa verb. Confessor. num. 6. Sporer Theolog. Sacrament. part. 3. cap. 6. sect. 1. num. 685. Lezana tom. 1. cap. 18. num. 27. Corduba super Regul. S. Francisci cap. 7. qu. 3. punct. 1. Burg. cent. 2. caus. 8. Rossignol. de Sacrament. Penitent. qu. 7. art. 16. num. 5. Tambur. & alii multi contra Vasquez cum paucis, tenent posse tales Regulares confiteri cuicumque simplici Sacerdoti, sive seculari, sive Regulari licet a nullo Ordinario approbato, quia Regulares non sunt adstricti confiteri Confessariis approbatis ab Episcopis, cum ante Concilium Tridentinum adstricti non essent, & per Concilium nihil sit immutatum circa Confessiones Regularium; nam in Decreto sess. 23. c. 15. ubi requirit approbationem Episcopi, non comprehendit Confessarios Regularium, seu Religiosorum, sed solummodo Confessarios secularium, præcisè his verbis: Nullum etiam Regularem posse Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire. Nec alibi reperitur requista hæc approbatio Ordinarii pro Confessariis Religiosorum, sicuti reperitur requista pro Confessariis Monialium, ut docetur in sequenti articulo. Nec a suis Superioribus isti Religiosi itinerantes, aut extra Conventum aliquo tempore existentes coarctantur, & restringuntur ad Confessarios ab Ordinario approbatos, ut supponitur; quia aliter sic coarctati, & restricti sine ullo dubio nequirent confiteri Sacerdotibus non approbatis.

12 Tenentur tamen tales Religiosi, si habeant casus reservatos se postmodum siltere superiori suo, aut alteri Religioso facultatem habenti, ut ei confiteantur, & a casibus reservatis directe absolvantur.

13 Regulares quamvis ab Episcopis approbati nequeunt virtute privilegiorum audire Confessiones Regularium alterius Ordinis, nisi forte ipsi Religiosi, qui volunt audiri in confessione, licentiam habeant suorum Prælatorum. Sic Clemens XIII. in Constitutione incipient. Romani Pontificis data 13. Novembris 1599. ubi declarat in omnibus Indultis nunquam fuisse mentem Sedis Apostolicæ dare licentiam ulli Religioso, vel Moniali confitendi alicui contra dispositionem suorum Superiorum: sed inquit, nostre intencionis existere, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramenti Penitentiam, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo declaramus. Si vero Regularis habeat legitimam facultatem a suo Prælate eligendi sibi Confessarium extra suum Ordinem, poterit eligere etiam simplicem Sacerdotem, sive Sæcularem, sive Regularem non approbatum ab Episcopo, quia, ut dicit Navarrus in Enchirid. cap. 4. in addition. ad primum dictum, Concilium Tridentinum, nihil circa Confessarios Regularium innovavit de Jure antiquo. De Jure autem antiquo ha-

14 bentes licentiam eligendi Confessarium, poterant eligere Sacerdotem simplicem, etiam ab Episcopo non approbatum, & ad hoc faciunt dicta, & adducti Doctores sub num. 10. 11. & seq.

15 Regularis, qui infcio, vel invito Prælate suo Ordinis, approbatur ab Ordinario ad audiendas Confessiones in sua Diocesi, licet eas illicite audiat, ex quo peccet contra Obedientiam, & voluntatem Superioris, tamen eas valide excipit, cum in eo concurrant omnia requisita in Ministro ad validitatem talis Sacramenti, scilicet Ordo Sacerdotalis, approbatio Episcopi, & Jurisdictio Delegata; sicut enim Episcopus potest conferre Jurisdictionem in suas oves Sacerdoti alterius Diocesis, infcio, vel invito Episcopo illius alterius Diocesis, ita poterit conferre etiam Regulari infcio, vel invito suo Superiore. Si vero in aliqua Religione habeatur Constitutio a Sede Apostolica, vel condita, vel approbata, qua caveatur quod nullus Religiosus sine sui Prælati facultate se præsentet Ordinariis ad approbationem pro Confessionibus obtinendam, & aliter obtenta revocetur, tunc nedum illicite, sed etiam invalide Confessiones audiret. Sic Miranda tom. 1. q. 45. art. 12. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 10. n. 105. de Sacram. Penit. Lezana tom. 1. c. 19. num. 12. Navarr. in c. 1. do Penit. dis. 6. n. 73. Sporer, Tambur. & alii plurimi.

16 Generalis Regularium potest suos subditos a se, vel suis prædecessoribus, vel aliis quibuscumque Superioribus ad audiendas Confessiones approbatos, eisdem ab eisdem Confessionibus audiendis suspendere, etiam ex causa occulta, & extrajudicialiter, ut declaravit Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in una Theatinorum 2. Julii 1617. apud Nicol. in lucubrat. tom. 2. lib. 2. lib. 5. tit. 38. de Penit. & remiss. num. 91. in fine, & refert etiam Barb. in Concil. sess. 23. c. 15. num. 50.

17 Tempore Jubilei possunt omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus ab Ordinario approbatis, tam secularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus. In Bulla enim non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audiunt Confessiones, non autem de Ordinario Penitentium. Et possunt absolvi a casibus suo Superiori Regulari reservatis. Alexander VII. Constituit incipient. Unigenitus apud Nicol. in Flosculis, verb. Jubileum num. 6. Et sic antea declarasse Gregorium XIII. testatur Peyrin. de privileg. Regul. tom. 3. c. 4. n. 3. pag. 1324. ac Murga in tr. de Benefic. Ecclesiast. q. 2. n. 121. p. 44.

18 Equites S. Joannis Hierosolymitani possunt confiteri cum Regulari Sacerdote a Superiore tantum suo approbato, sicuti possunt alii Regulares. Sic Barbof. in Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. n. 10. Navarr. in tract. de elect. & variat. fori q. 69. num. 23. sect. 2. Aloysius Ricc. in praxi part. 4. resol. 170. numer. 2. & alii passim.

19 Tempore Jubilei possunt omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus ab Ordinario approbatis, tam secularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus. In Bulla enim non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audiunt Confessiones, non autem de Ordinario Penitentium. Et possunt absolvi a casibus suo Superiori Regulari reservatis. Alexander VII. Constituit incipient. Unigenitus apud Nicol. in Flosculis, verb. Jubileum num. 6. Et sic antea declarasse Gregorium XIII. testatur Peyrin. de privileg. Regul. tom. 3. c. 4. n. 3. pag. 1324. ac Murga in tr. de Benefic. Ecclesiast. q. 2. n. 121. p. 44.

20 Equites S. Joannis Hierosolymitani possunt confiteri cum Regulari Sacerdote a Superiore tantum suo approbato, sicuti possunt alii Regulares. Sic Barbof. in Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. n. 10. Navarr. in tract. de elect. & variat. fori q. 69. num. 23. sect. 2. Aloysius Ricc. in praxi part. 4. resol. 170. numer. 2. & alii passim.

Supplementa novissima Auctoris.

21 Circa tradita in hoc art. 4. num. 9. ad 11. observanda est novissima Constitutio Benedicti XIV. incip. Quod communi, in qua revocat peculiare statutum Ordinis Capuccinorum, quo ipsis vetitum erat, ne Confessariis extra proprium Ordinem unquam confiteri possent. Etenim observato, quod similia statuta sæcum afferre solent incommoda, propter quæ (refert ibi) non sine aut conscientie angore, aut populorum offensione adimpleri posse, alias, nonnulli Fratrum præsertim Ordinum Prædicatorum, Minorum S. Francisci, aliorumque Superiores serio cogitantes, super hujusmodi statutis Ordinum suorum dispensationem ab eadem sede Apostolica sibi impertiendam curarunt. Et relato deinde dicto statuto Capuccinorum, & quæ ex ejus observantia oriebantur, & cum conscientiarum angoribus poterant oriri mala, sic pergit: Hinc malis opportunum Apostolica providentia non ita remedium afferre cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine; ac prævia cujuscumque statuti, seu decreti, ut præmittitur, a generali definitorio editi, & per generalia dicti Ordinis Capitula approbati, etiam ab Apostolica Sede præfata confirmati revocatione, tenore præsentium statuimus, decernimus ac mandamus, ut quilibet ex Fratribus dicti Ordinis, sive in Sacro Presbyteratus Ordine constitutus, cujuscumque status, gradus, dignitatis, & conditionis, sive laicus, sive conversus fuerit, qui de Superiorum suorum licentia, quacumque ex legitima causa, titulo, & occasione, sive prædicandi Verbum Dei quocumque tempore, sive sacras missiones præagendi, sive iter agendi & alicubi commorandi, ubi nullus Conventus, seu

R

„ feu Hospitium, nullusque Frater dicti Ordinis confessorius reperitur, libere & licite possit ac valeat quemlibet Presbyterum secularum, ab Ordinario loci, vel Regularem a suo Superiore Regulari ad Sacramentales confessiones excipien- das approbatum adire, eique peccata sua confiteri, atque ab ipso obtinere Sacramentalem absolutionem, etiam quoad casus per Constitutiones, & statuta Regularia dicti Ordinis reservatos, incursumque proinde cenuras recepta salutari poenitentia, praesumptaque obligatione se statim, quoad ipsi permillum fuerit, coram suo Regulari superiore praesentandi, ac de novo super casibus, & censuris hujusmodi absolutionem impetrandi.

Novae additiones ex aliena manu.

Scribit Auctor num. 10. & seqq., Regulares itinerantes, seu tempore concionum, vel alterius occasionis extra- Conventum existentes, nec copiam Confessarii approbati propriae Religionis habentes, posse confiteri cuicumque simplici Sacerdoti, sive Saeculari, sive Regulari, licet a nullo Ordinario approbato. Sed non obstante turba Moralistarum, qui pro hac Sententia, tanquam pro aris, & focis pugnant, eam solide confutat Cleric. de Sac. Poenitent. dec. 39. per tot. Quin- immo idem Auctor num. 3. hanc ipsam inhabilitatem eligendi in Confessarium Sacerdotem a nemine approbatum ad ipsos Praelatos Regulares extendit.

ARTICULUS III.

Quoad ea, quae concernunt approbationem Confessa- riorum pro Monialibus.

1 Confessarii Monialium debent esse approbati ab Ordinario loci, quamvis sint Regulares, pro Monialibus sibi subje- ctis; Gregor. XV. in Constitut. incip. Inscrutabili his verbis: Confessores vero sive Regulares, sive Saeculares quomodocumque exempti tam Ordinarii, quam Extraordinarii ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subjectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quae gratis concedatur, obtineant; & sic expresse etiam Sacra Congregatio Concilii in declaratione 2 dictae Constitutionis in responsione ad sextum: Quae Sacra Cong. posito sub num. 7. hoc quaesitum: An superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimo- nialium sibi subjectarum audiendis? Sic etiam respondit Ad se- ptimum Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subjectarum, posse, durante eorum officio, peregere sine alia Episcopi approbatione in Confes- sionibus audiendis, illarum tantum, quae sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At vero eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quomodocumque deputantur, vel qui in eorum Officiis, seu Dignitatibus, expleto iam tempore a Constitutionibus cujuscum- que Ordinis, vel alias legitime praesinito ad aliud tempus confir- mabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius a Diocesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati 3 fuerint. Insuper declarans, Confessiones Monialium auditas a talibus Superioribus Regularibus sine approbatione Episcopi, esse nullas, ut pater ex responsione ad hoc octavum quaesitum: 8. An Confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictae Bullae, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullae, atque irritae nec ne? Ad octavum, Confessiones hujusmodi nul- las, atque irritas esse; apud Fagnan. in cap. Cum Cappella 16. de 4 Privilegiis fol. 257. Et quod non possint Superiores Regulares & neque ipsi Generales audire Confessiones Monialium sibi sub- jectarum sine approbatione Episcopi, iterum declaravit S. Congreg. Concilii: nam proposito dubio pro parte Abbatis Gene- ralis Vallumbrosanorum, An ipse possit audire Confessiones Mo- nialium sibi subjectarum absque praecedenti approbatione Episco- pi Diocesani? Eadem Congregatio sub die 13. Novembris 1637. respondit, non posse. Vide tamen infra num. 15.

5 Licet autem sint iidem generaliter approbati ab Episcopo ad Confessiones saecularium audiendas, adhuc est eis necessaria specialis approbatio pro Monialibus, ut expresse declaravit Eadem Sac. Congr. in responsione ad nonum, & Clemens X. in Constitut. incipien. Superna praecisus his verbis: Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum saecularium Confessiones

audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quo ad hoc speciali Episcopi approbatione. Nec approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii, censentur ap- probati ad audiendas Confessiones Monialium alterius Mona- sterii; Citat. Sac. Congr. apud Fagnan. in respons. ad Decimum, & cit. Constitut. Superna his verbis: Atque approbatos pro au- diendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.

Etiam Confessarii Extraordinarii indigent speciali approba- tione Episcopi. Nec semel approbati, censentur semper ap- probati. Nec in vim unius approbationis, possunt pluries Monialium etiam ejusdem Monasterii Confessiones audire, sed toties debent ab Episcopo approbari, quoties casus de- putationis contigerit. Eadem Sacra Congregat. in responsione ad undecimum, & citata Constitutione Superna his verbis: Itidemque Confessores Extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, hanc posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Imoales Confessarii indigent approbatione Ordinarii ad au- diendas Confessiones Monialium sibi subiectarum, non obitan- te etiam contraria consuetudine immemorabili, ut decrevit Sac. Congreg. Concilii in Cadurcen. 12. Julii 1618. in responsio- ne ad secundum; praecisus his verbis: Ad secundum, Confessarios etiam Extraordinarios Monialium etiam Regularibus subiecta- rum post Constitutionem Gregorii XV. hac de re editam nullatenus posse earum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diocesa- no idonei iudicentur, & approbentur, non obstante quacumque contraria consuetudine, lib. 18. Decretor. pag. 60.

Confessarii non approbati specialiter ad audiendas Confes- siones Monialium nequeunt earum Confessiones audire, neque tempore Jubilei. Deducitur ex cit. Constitutione Gregor. XV. incipient. Inscrutabili, & Clemente X. incipient. Superna, ubi declaratur, Confessarios approbatos generaliter ad audiendas Confessiones saecularium, non posse audire Confessiones Mo- nialium sine speciali approbatione pro ipsis; Et hoc etiam cla- re habetur ex declaratione Sac. Cong. missa ad Episcopum Abi- lensem anno 1593. & relata ab Arauxo in selectat. 1. qu. 8. sect. 3. num. 15. in qua decernitur, quod approbatus ad au- diendas Confessiones certi generis Personarum, vel in certa Ecclesia, non censetur approbatus simpliciter, ac proinde quod non potest virtute Jubilei eligi ad audiendas Confessiones aliarum Personarum, aut extra Ecclesias sibi designatas, & sic tanto minus ad audiendas Confessiones Monialium sine specifi- ca approbatione pro ipsis; Viva qu. 9. art. 2. Molfesius, Pel- lizzarius, Altoni. de Leon. Faustus, & alii. Et sic etiam potest dici, quod approbatus pro Monialibus unius Monasterii, neque tempore Jubilei censetur approbatus pro Monialibus al- terius Monasterii; cum Clemens X. in sua Constit. incip. Su- perna absolute: & simpliciter statuatur, ut jam declaraverat Sac. Cong. super Constit. Gregor. XV. incip. Inscrutabili in responsione ad nonum: Approbatus pro audiendis Confes- sionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire Confes- siones Monialium alterius Monasterii.

Confessarius praesentatus ad Confessiones excipiendas Mo- nialium Regularibus subjectarum, debet vel absolute rejici, vel per totum triennium approbari, non vero ad tempus bre- vius, prout declaravit, & respondit Sac. Congr. Episcoporum & Regular. in Catanienf. ad favorem PP. Minorum de Observantia sub die 4. Maji 1696. rescribendo Episcopo prout sequitur: Riferito in Sacra Congregazione dall' Eminentissimo d'Adda tutto ciò che V. S. ha rapresentato in ordine all' approvazione fatta da lei per un sol anno del Confessor Ordinario deputato dal Provinciale della Provincia Osservante di Sicilia per le Mona- che del Monastero di S. Chiara d'Aderno di questa Diocesi, sog- getto all'Ordine de' Minori Osservanti di S. Francesco, questi Eminentissimi miei Signori sono stati di senso ch'ella o ammetta il Confessor deputato a compire il Triennio, o assolutamente lo rigetti, e che in avvenire debba così osservarsi dal principio dell' approvazione di simili Confessori. Glielo significo, & il Si- gnor Iddio la prosperi. Nulla ex Monialibus, quae subiciuntur Regularibus, sentiens se non gravatam mortali culpa, potest de venialibus valide confiteri Sacramentaliter cuicumque Sacerdoti non approbato ab Ordinario, prout rescripsit Sacra Congregat. Concilii in Jannens. 9. Junii 1557. apud Nicol. in lucubr. Canon. tom. 2. lib. 3. tit. 1. num. 11. Patcuuc. in com- pend. ad consult. Canon. Jacobi Pinnattell. part. 2. tit. de Mo- nialibus.

Supplementa novissima Auctoris.

15 Quo ad dicta in hoc art. num. 4. advertendum nunc est Praelatos Regulares, scilicet Generales, & Provinciales posse licite, & valide excipere Sacramentales Confessiones Monia- lium sibi subjectarum absque approbatione, & facultate Episcopi- porum solidissime ostendi, & probavi in Appendice Tract. XI. Curtius Theologiae Moralis celeberrimi Collegii Salmati- censis Editio. Veneta Anni 1755. apud Nicolaum Pezzana, cap. 6. punct. 2. §. 1. num. 74. ad quaesitum: An Praelati Regu- lares indigeant speciali approbatione Episcopi Diocesani pro excipiendis confessionibus Monialium, quae sub gubernio eor- um exitunt? Relatis prius contrariis, statim sub. n. 75. sic concluditur: Sed his non obstantibus, dicendum est, Praela- tos Regulares, scilicet Generales, & Provinciales non indige- re approbatione Episcoporum, ut confessiones Monialium, quae iporum Regularium jurisdictioni subduntur licite & vali- de excipere queant. Quae quidem sententia definita fuit auctori- tate, & declaratione SS. D. N. Benedicti XIII. quae in Bulla incipien. Pastoralis Officii §. 8. sic expresse praesentem difficul- tatem resolvit; ibi: ab hujusmodi tamen lege & ordinatione ad supplicationem dilecti filii nostri Ludovici S. R. E. Cardinalis Belluga, & Moncada nuncupati, eximius Superiores Genera- les, ac etiam Provinciales cujusvis Ordinis Regularis quibus, ut Confessiones Monialium sibi subjectarum dumtaxat absque istius- modi speciali approbatione Episcopi Diocesani audire licite & valide possint, permittimus & indulgemus. Et ibidem n. 76. sic subjungitur: Probatur resolutio hac unica ratione, (qua forte motus id. Pont. Bened. hanc exceptionem posuit) quia quo- ties aliquis est verus Parochus respectu aliquorum, non indiget approbatione Episcopi pro audiendis eorum confessionibus; sed Praelati Regulares, Generales, & Provinciales sunt veri Parochi suarum Monialium: ergo possunt absque specia- li Episcopi approbatione illarum confessiones audire. Probatur minor. Generalis, & Provincialis habent jurisdictionem ordinariam in Moniales, quae sunt sub eorum regimine, sunt- que veri earum Pastores, non secus ac Domini Episcopi; (sic diximus de Privilegiis c. 4. n. 1. & 2.) sed Episcopi sunt ve- re Parochi suarum ovium, ergo & Praelati Regulares, Ge- nerales, & Provinciales sunt vere Parochi suarum Monia- lium. Confirmatur. Nam Summus Pontifex conferens Supe- rioribus Religionum jurisdictionem ordinariam in ordine ad confessiones Monialium illis subiectarum, ipso facto illos judi- cat idoneos, & consequenter illos approbat. Si ergo illos approbat, Episcopi approbatio minime requiritur. Explica- tur. Jurisdictio ordinaria expedita, & absoluta est officio Ge- neralis, & Provincialis annexa; sunt enim Parochi respectu suorum subditorum & ad obtinendam Generalis, vel Pro- vincialis &c. nulla requiritur Episcopi approbatio; ergo nec ad fruendum jurisdictione ordinaria expedita & absoluta opus est illis Episcopi approbatione; ergo nec pro audiendis confes- sionibus Monialium suae jurisdictionis erit necessaria. Hac ibi ad litteram: Nec valet dicere, quod dicta Constitutio edita fuit tantummodo pro Regnis Hispaniarum; non valet, in- quam, quia etiam Constitutio Benedicti XIV. incip. Suprema, edita fuit solummodo pro Regnis Portugalliae, & Algarbionum, & confirmata pro dictis Regnis alia ejusdem Pontificis Constitutione incip. Ubi primum. Et tamen idem SS. Ponti- fex ad eliminandas erroneas opiniones, ac pravas interpreta- tiones quorundam Doctorum volentium dictas duas Constitui- tiones, utpote ad Lusitaniae regnum ac ditionum opportuni- tatem accommodatas, & proinde solummodo emanatas extra ipsa regna non obligare, & generalis definitionis & legis vim & auctoritatem habere temere negantium (sunt verba Pontificis) aliam edidit Constitutionem incip. Ad eradicandam pravum, qua declaravit dictas duas constitutiones, quam- vis emanatas solummodo pro Lusitaniae regnis atque ditioni-

(*) Ex quo Benedictus XIII. in Bulla incipien. Pastoralis Officii: ut notat Clariss. Auctor (quamquam mihi percurrenti Constitutiones praefati Pontificis nullatenus occurrerit, pro Re- gnis Hispaniarum indulsit Generalibus, & Provincialibus Su- perioribus, ut Monialium sibi subiectarum Confessiones absque Episcopi approbatione audire possint: quomodo inde regula- generalis firmetur, idem eis ubique locorum licere, non video. At, inquit, Benedictus XIV. Constitutiones Suprema, & ubi primum editas pro Portugalliae ditionibus, in alia Constitut. Ad eradicandum, declaravit ubique locorum definitionis vim sibi vindicare. Verum inclytus Canonista non ignorat differen-

bus, tamen ubique locorum ac temporum generalis definitio- nis & legis vim & auctoritatem habere. Et quidem merito; ubi enim eadem est ratio, eadem est legis dispositio: L. Ideo 7. ff. de legibus, L. Illud 31. ff. ad leg. Aquiliam c. inter corporalia 2. de Translat. Episcop. tum similibus; cum ratio legis sit anima legis; Leg. cum ratio. ff. de bonis damnato- rum. (*)

Novae additiones ex aliena manu.

NUM Moniales ex lege foundationis, tum ex consuetudi- ne jus habere queant eligendi in Confessarium aliquem ab Episcopo approbandum? Affirmat Zypaeus consult. canon. lib. 3. tit. de Regular. consult. 5. num. 7.

De eo quoque novissime disputatum fuit in Sac. Congrega- tione Episcoporum & Regularium negotiis praeposita, an Mo- niales ex consuetudine eligere in Confessarium valeant aliquem de approbatis ab Episcopo, fierique ab ipsis haec electio possit absque interventu Episcopi, vel alterius ab ipso destinandi, & demum teneatur Episcopus Confessarium ab iis electum confirmare; Resolutumque fuit: posse Moniales vigore con- suetudinis eligere in Confessarium aliquem de approbatis ab Episcopo, modo tamen approbatus ille sit pro Monialibus; & electionem fieri posse ab iis absque Archiepiscopi, vel ejus Deputati interventu; & teneri Episcopum Confessarium ele- ctum confirmare quatenus non adit legitima causa non confir- mandi. Vide resolutiones in Brundisina Januarii 1754. & Fe- bruarii 1755. ad 1. 2. & 3. dub.

AQUA BENEDICTA.

Aqua benedicta est duplex; Una ordinata ad consecratio- nem, vel reconciliationem Ecclesiae pollutae sanguine, vel femine, quae benedicitur solum ab Episcopo cum vino, & ci- nere, ut in c. Proposisti 4. & c. Aqua 9. de consecrat. Eccles. vel Altaris 8. Alia ordinata ad asperionem hominum, vel do- morum, & aliarum rerum intervientium ad usum nostrum, & ad repellendos invisibiles inimicos, quae benedicitur a Sacer- dote cum Sale, ut in cap. Aquam sale conspersam, de consecrat. dist. 3. Quam Diaconi benedicere non possunt, ut colligitur ex dicto cap. Aquam sale &c. & ex cap. Perlellis, §. ad Pres- byterum, dist. 25. ubi dicitur quoad Presbyterum pertinet be- nedicere Dona Dei. Et ideo cum hujus aquae lustralis benedi- ctio sit certi ordinis Sacerdotalis, si fieret a Sacerdote excom- municato, vel suspento, ipse Sacerdos evaderet irregularis, argument. cap. Si quis Episcopus 1. & 2. caus. 11. quest. 3. cap. Cler. cap. Latores, cap. Illud, & cap. Fraternalitati tuae, de Clerico excommunicato celebrante.

Aqua benedicta non est Sacramentum, quia non infundit gratiam, nec remittit peccata ex opere operato, sed solum est quoddam Sacramentale aliquo modo delens venialia, in quantum excitat mentem ad quandam elevationem, & devo- tionem actualem, quae est virtualis contritio de venialibus, ea diluens; Unde aqua benedicta habet virtutem hominum sancti- ficativam; in quantum excitat devotionem, & purificativam, in quantum per eam venialia diluuntur, & ablutivam sterilita- tis rerum mundanarum, sicut sal sub Elisaeo sanavit aquae, & terrae sterilitatem, 4. Reg. cap. 2. num. 20. 21. & 22, & vir- tutem averfivam insidiarum Diaboli, & defensivam a malis phantasmatis. Alexander I. Epist. 1. cap. 5. & cap. Aquam sale conspersam 20. dist. 3. de consecrat. ubi sic praecise habetur; Aquam sale conspersam. . . populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur; Quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus; nam si cinis vitulae san- guine aspersus populum sanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, Divinisque precibus sacrata populum sanctificat, atque mundat. Et si sale asperso, per Elisaeum.

R 2 Pro-

tiam, quae intercedit inter Constitutiones, quae pravum aliquod dogma, vel reprobamam aliquam consuetudinem rectae Sacra- mentorum administrationi adversantem, damnant, & Consti- tutiones aliquod speciale Privilegium largientes. Priores firmam & immobilem ubique locorum habent auctoritatem. Aliae vero Provinciarum limitibus, in quorum favorem concessae sunt, non excedunt. Haec vel ipsi tironibus notissima sunt. Ex his prudens discernere potest lector, non omnia privilegia, quae non numquam a quibuscumque venduntur, secluso examine esse admittenda.

Prophetam sterilitas aque sanata est, quanto magis Divinis precibus sacras sal sterilitatem rerum auferat humanarum & co-

- 6 Aqua lustralis benedicta est facienda singulis quibusque diebus Dominicis (Pasche, & Pentecostes; ut habet Gravant. ex Missali Rom. in Manuali Episc. verb. Aqua benedicta) Et ea aspergendum est populus, & Altare cum Antiphona Asperges, vel alia, quae pro tempore occurrat, & Psalmo, vel versu, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Sic exprisse Concil. Ravennaten. sub Clem. V. cap. 9. Leo IV. homil. de cura Pastoralis. Concil. Mediolanen. l. par. 2. tit. de offic. Sacristae. Et haec aqua benedicta aspergio in Dominicis diebus fieri debet per ipsum Celebrantem, etiam quod sit prima Dignitas, vel alia Dignitas, non obstantia contraria consuetudine, quae potius corruptela, quam consuetudo dici debet, cum sit contra Rubricas Missalis Romani, & dispositionem Caeremonialis Episcoporum. lib. 2. cap. 30. quae tollit omnem contrariam consuetudinem. Sac. Cong. Rituum in Perusia 29. Novembris 1632. Et quoad hujus aquae benedictae aspergionem est sciendum, debere fieri singillatim quibuscumque Dignitatibus, & Canonice, incipiendo ab iis, qui in dextero cornu existunt, non unico actu in circulum. Sac. Congr. Rit. in Perusia 20. Decembr. 1601.

10 Aqua benedicta, vel Oleum benedictum, si deficere videatur, & alia aqua benedicta, vel Oleum benedictum haberi non possit, potest reparari per additionem alterius aquae non benedictae, vel respective alterius olei non benedicti in minori quantitate, quia tunc tota aqua fiet benedicta, sicuti totum oleum redditur benedictum: c. Quod in aubis 3. de consecrat. Eccles. vel Altar. quia ut Kloss. ibi verb. consecrato: Sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrum. Et sic disponit Rituale Roman. rubr. de Sacrament. Baptismi, & Extreme Unctionis; Et talis creditur esse voluntas Ecclesiae, quam usus, & Doctorum traditio confirmat.

11 Aqua benedicta Asperforium Episcopo accedenti ad Ecclesiam debet ministrari a prima Dignitate, vel digniore Canonico. Sac. Congr. Rit. in Salamantina 16. Julii 1655. & in Sarzanens. 12. Martii 1612. Accedenti vero ad Ecclesiam Collegiatam, seu ad quamcumque aliam, etiam Regularium, porrigendum est a Digniore illius Ecclesiae, ad quam accedit Episcopus, sive Legatus, sive alius Praelatus, non vero a Dignitate, vel primo Canonico Ecclesiae Cathedralis, quatenus ibi adfit. Sac. Congr. Rit. in Camarinens. 15. Martii 1608. ibi: Sac. Rit. Congr. inhærendo aliis decretis alias hac de re emanatis censuit, Asperforium aquae benedictae porrigendum esse Episcopo a Priore Ecclesiae Collegiatæ, dum ibi accedit Episcopus; non autem a prima Dignitate, vel primo Canonico Ecclesiae Cathedralis; & idem resolvit in una Bononiens. 14. Februarii 1632. ibi: Sac. Rit. Congr. respondit, Asperforium Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Legato aliquam Ecclesiam occasione publicæ Processionis, seu quacumque alia de causa ingredienti, non ab Archidiacono, seu aliis de Capitulo Metropolitanæ porrigi debere, sed a Digniore illius Ecclesiae, ad quam Eminentiſſimus & Reverendiſſimus Cardin. Legatus accedit, & ita in posterum servari mandavit: & iterum die 8. Februarii 1648. ibi: Sac. Rituum Congreg. respondit, Episcopo Rheimsensi extra suam Cathedralē in aliam Ecclesiam, sive Regularium, sive Regularium ingredienti Asperforium porrigi debere per Digniore illius, ad quam Episcopus accedit, & nullo modo per Dignitates, aut Canonicos Cathedralis, & ita in casu proposito servari mandavit. Et rursus declaravit die 12. Martii 1665. in causa inter Archiepiscopum, & Abbatem, ac Monachos S. Vitalis Ravennæ, quod accedente Domino Archiepiscopo ad praefatam Ecclesiam una cum Capitulo Metropolitanano ad exercendum Pontificalia in die Feſto, debeat Abbas tradere, & porrigere Asperforium aquae benedictae eidem Archiepiscopo immediate, non autem Archidiacono, vel alteri de Capitulo, qui illud porrigat Archiepiscopo; Et cum fuerint pro parte dicti Capituli exhibiti articuli ad probandum ex Litteris remissorialibus antiquam consuetudinem porrigendi per Abbatem Asperforium primæ Dignitatis, ead. Sac. Cong. die 6. Junii 1666. denegandas esse censuit.

13 Praelato Referendario, & Gubernatori Civitatis, accedenti ad Ecclesiam datur aqua benedicta per contactum Asperforii

ab aliquo Ministro Cotta induto, non autem per traditionem Asperforii, quo seipsum signet, & alios per Asperforionem, ut auditis partibus Sac. Cong. Rit. declaravit in Aſina 7. Junii 1704.

Supplementa novissima Auctoris.

Aqua benedicta non se signat Sacerdos, dum e Sacristia celebratur procedit. Sic expresse eruditiss. P. Cavalieri in agenda defunctorum c. 12. num. 3. ubi ineluctabile argumentum desumit ex Rubrica, quae nulla mentione facta super Crucis signo, Sacerdotem manu sinistra tenentem Calicem, & manu dextra super burlam ad Altare facit incedere; ubi quoties requirit signum crucis, illud semper aperte indicat. Et urget adhuc, quod eadem Rubrica, Cruci tum Sacristiae, tum Altaris majoris, si ante illud Sacerdotem transire contingat, velato capite reverentiam praescribit, ne detracta e burla manu (concordes exponunt Auctores,) aliquid e Calice decidat. Hinc, quum quid simile facile evenire posset, si Sacerdos, dum e Sacristia ad Ecclesiam procedit sumere deberet aquam lultralem, & se signo Crucis signare, & aliunde insuper facile humectaret burlam; quid unquam per silentium super Crucis signo credi potest voluisse Ecclesiam, nisi quod hoc minime fiat? Haec ille; & quidem recte, num hanc praxim, vigere apud Sacerdotes Rubricarum exactos observatores scio.

ARBITER, ARBITRATOR.

Arbiter dictus est ab arbitrando, censendo, & aestimando; Est enim Arbiter quilibet vir bonus ad aliquod negotium aestimandum; & terminandum assumptus, ut sic quid sibi de re aliqua videatur, pronunciet. Sic Doctores communiter per text. in l. Quis 52. Cod. de Decurionibus.

Arbitri vocabulum varias habet acceptiones: Interdum enim sumitur pro teste, ut Genes. cap. 39. n. 11. ibi; Accidit autem quadam die, ut intraret Joseph domum, & operis quidpiam absque Arbitris faceret. Aliquando accipitur pro domino alicujus rei, de qua pro suo arbitrio, seu libitu disponere potest, unde quisque dicitur rei suae moderator, atque Arbiter; leg. in re mandata 25. Cod. Mandati. Quandoque Arbiter accipitur pro Judice sive ordinario, sive delegato, ut in l. Arbitror 9. & l. Ab Arbitro 10. ff. Qui satisfacere cogantur, leg. Quisquis 6. Cod. de postulando.

Proprie autem, & magis stricte quantum ad nostrum propositum, Arbiter est is, qui sive ex Juris, seu Legis praescripto, sive ex partium conventionione constituitur, seu eligitur, ut circa exortam controversiam suam arbitrium, seu iudicium pronunciet. Sic in re Communis.

Arbitrorum duplex est genus: Alii enim sunt Arbitri Juris, seu necessarii, & alii Arbitri voluntarii, seu Compromissarii, Communis per text. in l. Societatem 76. ff. pro Socio.

Arbitri Juris, sive necessarii sunt illi, qui ex necessitate, ac praescripto Legis, aut Statuti, vel a Judice, vel a partibus constitui debent, & de istis varia habentur exempla in Jure, ut in c. Suspicionis 39. de Officio Delegati, c. Si contra 4. & c. Ab Arbitris 11. eod. in 6. ubi jubentur eligi Arbitri ad cognoscendum, cur Judex pro suspecto recusetur? item in cap. Praeſertim 14. de Rescriptis. ubi statuitur eligendos esse a partibus Arbitros ad judicandam causam inter divertos Judices super revocatione Litterarum Apostolicarum discordantes. Item in c. Si Clericus 46. caus. 11. quest. 1. ubi si Episcopus cum Clerico sibi subdito controversiam habeat, ea decernitur decidenda per Arbitros de utriusque partis consensu electos. Et sic de aliis. Communis.

Arbitri voluntarii, seu Compromissarii sunt illi, qui sponte, & nullo Jure praecipiente ex libero partium consensu, seu Compromisso constituantur; Hinc dicuntur Voluntarii ad denotandum, quod nulla Juris, seu Legis necessitate, sed libera partium voluntate eliguntur, & Compromissarii appellantur, quia ex concordia partium compromisso assumuntur. Communis.

Arbitri Juris, seu necessarii in multis differunt ab Arbitris voluntariis, seu Compromissariis. Primo quia Arbitri Juris, seu necessarii compelli possunt ad hoc munus suscipiendum; cap. Cum specialiter 61. de appellat. Arbitri autem voluntarii, seu Compromissarii compelli non possunt ad illud munus, seu Compromissum acceptandum, sed libere illud possunt suscipere, aut respicere, prout ei placuerit, l. Labeo 3. ff. de Receptis

ceptis, qui arbitrium receperunt. Et ratio hujus diversitatis est, quia Arbitri voluntarii, seu Compromissarii assumuntur libere, & extra necessitatem jurisdictionis, ut dicitur in cit. l. Labeo, §. 2. & Arbitri Juris, seu necessarii assumuntur ex necessitate, seu praescripto Juris, habentque jurisdictionem; Unde sicut munus judicandi est necessitatis, & necessario acceptari debet l. Munerum 18. §. Judicandi, ff. de muneribus, & honoribus, ita etiam hoc munus arbitrandi, seu judicandi ex praescripto Legis. Pirhing. lib. 1. decret. tit. 43. num. 4. Reiffenstuel ibid. num. 20. & alii passim.

Quamvis autem Arbitri voluntarii, seu compromissarii ex dictis compelli nequeant ad compromissum acceptandum, compelli tamen possunt ad illud implendum, si acceptaverint, textu expresso in cit. l. Labeo, §. 2. Nisi aliquid superveniens necessarium, ac grave impedimentum eos excuset ut in valetudo, propriorum negotiorum necessaria occupatio, urgens protectio, inimicitiae capitales inter eos, & litigatores, iustitiam munus aliquid Reipublicae, & hujusmodi, textu expresso in leg. Licet autem 15. & leg. Et si 16. ff. de Receptis, qui arbitrium receperunt. Pirhing. cit. num. 4. Reiffenstuel cit. num. 20. & alii passim.

Secundo differunt, quia Arbitri Juris, seu necessarii habent jurisdictionem, & quamdam coercionem a Lege ipsis datam ad expedienda omnia, quae ad causam definiendam sunt necessaria, ut citare partes, testes compellere, eosque examinare, ac punire, si sint inobedientes; cap. Suspicionis 39. de officio Delegati, & ibi Glossa verb. Ad quos omnia. Arbitri vero voluntarii, seu Compromissarii nullam habent jurisdictionem, & coercionem, sed tantum cognitionem, seu notionem quandam, l. Ait Praetor 5. ff. de re judicata, ac notat Abbas in cap. Cum dilectus 6. num. 3. de Arbitris. Ipsi enim, arbitri totam potestatem a partibus compromittentibus accipiunt: privati autem jurisdictionem, seu potestatem publicam conferre non possunt; leg. Privatorem 3. Cod. de jurisdictione omnium Judic. Hinc Arbitri voluntarii, seu Compromissarii non possunt compellere testes ad comparandum, nec eos, si delinquant, punire, nec partibus compromittentibus imperare, nisi quatenus ipse per compromissum sponte se obligarunt, Gloſ. in cit. cap. Cum dilectus 6. vers. Nisi de Arbitris. Molina tract. 5. de iustitia disp. 23. num. 11. Pirhing. loc. cit. num. 3. Reiffenstuel loc. cit. num. 18. & 19. & alii.

Tertio differunt, quia ab Arbitrio, seu Laudo Arbitrorum Juris, seu necessariorum appellari potest, l. Arbitror. 9. ff. Qui satisfacere cogantur, cap. Ab arbitris 11. de officio delegati in 6. & Glossa final. ibidem. Ab Arbitrio autem, seu Laudo Arbitrorum voluntariorum, seu Compromissariorum appellari non potest, l. Diem proferre 27. §. 2. & l. Non distinguemus 32. §. 14. ff. de Receptis, qui arbitrium receperunt, leg. Ex sententia 1. Cod. de Receptis Arbitris. Et ratio diversitatis est, quia, cum partes compromittere in Arbitros Juris, seu necessarios teneantur necessitate Legis, seu coactione Judicis, aequum est, ut pars, quae se gravatam sentit, ab eorum Arbitrio, seu Laudo, vel sententia appellare possit: E contra autem cum partes non necessitate Legis, nec coactione Judicis, sed mera, & spontanea sua voluntate Arbitros voluntarios, seu Compromissarios eligant, & se obligent ad standum eorum Arbitrio, seu Laudo, aequum est, quod non impugnent illud, & pars, quae se gravatam sentit, sibi imputare debet, si omisso Judice competenti, a quo si laesa fuisset, appellare potuisset, voluit adire Arbitrum, a cujus Arbitrio, seu Laudo non datur appellatio, textu expresso in cit. l. Diem proferre 27. §. 2. ff. de Receptis, ibi: Stari autem sententiae Arbitri, quam de re dixerit, sive aqua, sive iniqua sit, & sibi imputet, qui compromisit; Glossa fin. in cit. cap. Ab arbitris. Abbas in cit. cap. Suspicionis num. 7. Engel l. 1. decret. tit. 43. num. 7. Pirhing. ib. num. 5. Reiffenstuel ib. num. 57. & alii passim.

Licet autem ab Arbitrio, vel Laudo Arbitrorum voluntariorum, seu Compromissariorum non detur propria appellatio, tamen si eorum Laudum, seu Arbitrium sit manifeste injustum, potest Officium Judicis implorari, ac postulari, ut illud ad iustitiam reducat secundum boni, ac prudentis viri iudicium; & interim contra executionem dicti injulti, iniqui, seu dolosi Arbitrii, vel Laudi dabitur exceptio doli mali, per text. in cit. leg. Non distinguemus 32. §. 14. ff. de Receptis, qui Arbitrium, & in l. Arbitrorum 3. Cod. de Receptis Arbitris, & in cap. Non sine 2. §. Quoniam, de Arbitris. Sic Glossa margin. in cit. cap. Ab arbitris. in fine. Abbas in cit. cap. Non sine num. 14. & 15. Engel loc. cit. num. 8. Pirhing. loc. cit. num. 5. & alii.

Quamvis nomen Arbitri in lata, & generali acceptione possit etiam convenire Arbitratori, & amicabili compositor, stricte tamen, & proprie ita inter se differunt. Nam amicabiles compositores stricte & proprie sumpti, sunt qui nullo praecedente compromisso, vel pacto partium, sponte, ac proprio motu, seu rogatu alicujus extranei discordantes partes amicabiliter componunt, & pacificant. Authent. Si vero, Cod. de Judic. Et isti amicabiles Compositores non sunt proprie dicti, nec Arbitri, nec Arbitratores, ut colligitur, ex leg. Pomponius 13. §. Receptis, ff. de Receptis, qui Arbitrium; Molina tract. 5. dist. 30. num. 9. Pirhing. loc. cit. num. 8. Reiffenstuel loc. cit. num. 4. & alii.

Arbitratores stricte & proprie sumpti, sunt illi, qui a partibus eliguntur, in ipsolque compromittitur ad perficiendos suos contractus, vel damna illa resarcienda, & alia negotia extrajudicialia expedienda, ut cum in contractu emptionis, venditionis, societatis, transactionis &c. a partibus eligitur tertius, ut extrajudicialiter recognoscat, quid aequum sit, ut una pars det alteri ex causa talis contractus, vel aestimet pretia rerum, aut operarum, sicque desuper contractu arbitretur, & discordantes partes concordet, cuilibet tribuendo portionem ipsi contingentem; Vel cum a partibus tertius eligitur, ut pro injuria, vel damno illato, laedens tantum det laetio, quantum ipse fuerit arbitratus. Abbas in cap. Quintavallis 23. num. 8. de jurejurando. Bartolus in l. 1. §. Et post operis novi num. 1. ff. de operis novi nunciat. Pirhing. loc. cit. num. 9. vers. Alii. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. & alii. Et horum Arbitratorum sententia a DD. vocatur Arbitramentum. Illa autem Arbitrorum Arbitrium, seu Laudum. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 12. & alii passim.

Arbitri stricte & proprie sumpti, sunt illi, qui sive ex Legis praescripto, sive ex partium conventionione assumuntur super lite, sive ad cognoscendum, & Arbitrandum circa controversiam super re litigiosa exortam; arg. l. Non distinguemus 32. §. 16. ff. de Receptis, qui arbitrium receperunt. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. Pirhing. loc. cit. num. 1. Sanig. tit. de Arbitris cap. 1. Abbas loc. cit. Speculator tit. de Arbitris §. Arbiter n. 3. & alii.

Unde in multis differt Arbiter ab Arbitratore. Primo quia Arbiter assumitur super lite, & Arbitrator super contractu, ut patet ex dictis num. 15. & 17. Secundo quia Arbiter debet procedere juris ordine servato arg. l. Pomponius 13. §. 2. ff. de Receptis, qui arbitrium. Non sic autem Arbitrator, qui solum extrajudicialiter atque ex aequo, & bono rem componit, ut patet ex dictis num. 15. Tertio quia Arbitri sententiae standum est, sive aequa sit, sive iniqua, l. Diem proferre 27. §. 2. ff. de Receptis, qui Arbitrium; Non sic vero sententiae Arbitratoris, quae si fuerit injusta, reducitur ad arbitrium boni viri, l. Societatem 76. §. Arbitrorum, & l. Unde 79. §. Porro pro socio. Quarto quia Arbiter nequit quis esse in re sua; leg. Si de re sua 52. ff. de Receptis &c. Bene tamen potest quis esse Arbitrator in propria re, seu ostensa; Dummodo iuste arbitretur, alioquin recurritur ad arbitrium boni Viri, l. Si cum ea 3. Cod. de dotis promissione. Quinto quia sententia Arbitri proprie dicti proprio nomine dicitur Arbitrium sive Laudum; Sententia vero Arbitratoris proprie dicti dicitur Arbitramentum ex dictis supra num. 16. & notat Abbas in cit. cap. Quintavallis 23. de jurejurando, ubi viginti duas affert differentias, quae brevitate gratia apud ipsum videntur relinquuntur.

Arbiter praetertim voluntarius, seu Compromissarius in multis etiam differt a Judice. Primo quia Judex etiam invitatus dari potest, l. Munerum 18. §. Judicandi, ff. de muneribus, cum similibus ibidem a Glossa adductis. Arbiter autem voluntarius, seu Compromissarius, non nisi volens, cum nemo invitatus cogatur arbitrium suscipere, licet illud semel susceptum cogatur adimplere, l. Labeo 3. §. 1. ff. de recep. Secundo quia a sententia Judicis appellari potest, l. 1. & tot. tit. de appell. Non sic vero a sententia Arbitri, leg. Ex sententia Arbitri 1. Cod. de Receptis Arbitris. Tertio quia Arbiter latam a se sententiam invalidam mutare, seu retractare non potest, l. Qualem 19. in fine, & leg. Quia Arbiter 21. ff. de Receptis &c. Judex autem ordinarius potest, l. Si Praeses 6. Cod. Quomodo, & quando Judex &c. Quarto, quia Arbiter Compromissarius Laudum suum executioni mandare non potest, quia jurisdictionem nullam habet, l. Ait Praetor 5. ff. de re judicata, l. Cum antea 5. Cod. de Receptis Arbitris, seu executio demandatur Iudici ordinario ipsius Rei, cit. l. Cum antea, & firmant DD. passim. Judex vero potest, cap. Querenti 26. de offic. delegati, & patet ex to. ff. Cod. de iudiciis, & lib. 2. decretal.

tal. tot. 1. tit. de iudiciis, cum similibus. Quinto quia Arbitrator compromissarius non potest testes cogere, nec punire contumaces, quia ex mox dictis jurisdictionem non habet, nisi in Compromisso hoc actum fuerit; Judex autem potest, l. Consensisse 2. §. final. ff. de iudiciis cum similibus. Sexto Arbitrator non potest delegare Arbitrium; l. Non distinguemus 32. §. 16. ff. de receptis &c. Judex vero delegare potest vices suas, l. More. 5. ff. de jurisdictione. l. i. ff. de officio eius, cui mandata est jurisdictione. Septimo, quia ex Laudo Arbitri neque actio, neque exceptio rei iudicata datur, sed pœna petitio; l. Si contra 2. Cod. de receptis Arbitris cum similibus, nisi expresse, vel tacite sit approbatum, l. Cum antea 5. Cod. eod. Ex sententia vero Judicis datur, ut patet tot. tit. ff. & Cod. de re iudicata. & except. rei iudicat. Octavo quia in Arbitrium venit solum id, de quo actum est, ut veniret; l. Quid tamen 21. §. 6. de receptis &c. Stricti enim juris est; In iudicium autem veniunt omnia, quæ expresse ne venirent, non prohibentur, l. Solemus 61. ff. de iudiciis. Nono, quia reconventio non habet locum coram Arbitro Compromissario, cum non possit iudicare, nisi de his tantum, super quibus in ipsum exitit Compromissum; Locum autem habet coram Iudice, cap. Cum dilectus 6. de Arbitris. Plures alia differentia referuntur a Durand. in Specul. tit. de Arbitro §. Differt. Hiltrop. in process. part. 1. tit. 9. num. 19. & pluribus seq. Pirhing. loc. cit. num. 9. apud ipsos videnda;

20 Arbitrator Juris, seu necessarius, quamvis non multum differat a Iudice, cum ad instar Judicis habeat jurisdictionem, & coercionem quandam, cap. Suspicionis 39. de Offic. Delegati juncta Glossa ibid. verb. Ad quos omnia, possitque ab eo appellari non minus ac a Iudice, cap. Ab arbitris 11. de officio delegati in 6. Proprie tamen non est Judex, nec Ordinarius, nec Delegatus, sed ad similitudinem Delegati. Sic Glossa in cit. cap. Suspicionis vers. Ad quos omnia; ubi horum necessariorum Arbitrorum jurisdictionem appellat quasi ordinariam, quæ dictio quasi minuit, & indicat, quod non sit plene ordinaria, nec mere delegata, quia Princeps eos non elegit, sed consensu partium, jure sic disponente, ac proinde esse quasi mixtam ex utraque, licet magis videatur accedere ad delegatam, quam ad ordinariam, arg. cit. cap. Suspicionis & cit. cap. Ab arbitris, utpote quæ duo capitula tractant de istis Arbitris Juris, seu necessariis, & tamen sunt collocata sub tit. de officio delegati, & non sub Titulo de Officio Ordinarii: Multum enim valet argumentum a situatione Rubricæ, ut notat Glossa in cap. Bone memoria 3. verb. Primæ tandiu, de confirmat. utili, & in cap. Tibi qui 12. verb. Certo, de Rescriptis in 6. & in cap. Statuimus 1. verb. Conservatores, de officio delegati in 6. & in Clement. unc. verb. Excutores, de officio delegati, Abbas in cap. Ultim. num. 22. de sententia, & re iudicata expresse dicens: Valet argumentum a situatione Rubricæ, ut notatur in cap. Tibi qui 12. de Rescriptis in 6. cap. Si super gratia 9. de officio delegati in 6. cap. Bone memoria 3. de confirmat. utili, Reiffenstuel loc. cit. num. 18. & 21. & in proemio lib. 1. Decretal. §. 6. num. 103. 104. & 105. cum aliis ibi allegatis.

22 In Arbitros compromittere generaliter loquendo possunt omnes; qui habent rerum suarum liberam administrationem; Secus autem non. Colligitur ex l. Non solum 4. Cod. de prædiis minor. & cap. Cum tempore 5. de Arbitris, & tenent Abbas in cit. cap. Cum tempora num. 3. Barboza in Collect. num. 2. hoc tit. Pirhing. loc. cit. num. 10. Reiffenstuel loc. cit. num. 32. & seq. & alii passim.

23 In specie loquendo, in Arbitros compromittere non potest: Primo Pupillus sine Tutoris auctoritate, nisi fidejussit, a quo pœna peti possit, textu expresse in l. Si pupillus 25. ff. de receptis, qui Arbitrium &c. Secundo compromittere nequit Minor sine sui Curatoris auctoritate, l. Labeo 3. juncta Glossa verb. Commisit, & verb. Dabitur, ff. de receptis qui &c. Tertio Servus, leg. Non distinguemus 32. §. Si servus ff. eod. Quarto Procurator sine speciali mandato Domini, cap. Per tuas 9. de Arbitris, & ibi Abbas num. 2. Glossa in cap. Qui ad agenda 4. verb. Pacifici, de Procuratoribus in 6. Quinto Religiosus sine licentia sui Superioris non potest compromittere, etiam si administrationem habeat, Hostiensis in Summa hoc tit. num. 7. Pirhing. loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 37. Sexto Clericus sine Auctoritate Ordinarii nequit facere Compromissum de bonis Ecclesiasticis, per quod obligetur Ecclesia, aut cum præjudicio Ecclesiæ, cuius est Rector, cap. Pervenit 3. juncta ibi Glossa final. de Arbitris, Reiffenstuel loc. cit. num. 37. Pirhing. loc. cit. num. 11. Imo si tale Compromissum esset celebratum in forma, quæ alienationem induceret,

neque posset fieri etiam cum auctoritate Ordinarii, per text. in Extrav. Ambitiosa, de rebus Eccles. non alienandis, & in cit. cap. Cum tempore 5. de Arbitris. Quinimo ubi Compromissum celebratur in forma, quæ alienationem inducat, neque potest fieri de rebus Ecclesiæ ab iplomet Ordinario, seu Prælato quocumque sine solemnitatibus requisitis ad alienationem, per text. in cit. Extrav. Ambitiosa; & in cit. cap. Cum tempore, cum similibus, & concordant Doctores communiter.

Arbitri esse possunt generaliter loquendo omnes, qui jure non prohibentur. Communis per text. in l. Labeo 3. §. final. ff. de receptis, qui Arbitrium: Quicumque enim non prohibetur expresse, per consequentiam admittitur, l. Cum Prætor 12. ff. de iudiciis, cap. Cum apud 25. de sponsalibus, cum concessum intelligatur, quod expresse non prohibetur, arg. l. Testimonium 1. §. 1. ff. de Testibus; & leg. Mutus 43. §. 1. ff. de Procuratoribus. Unde Arbitri esse possunt non solum illi, qui sunt integræ famæ, sed etiam infames, textu expresse in l. Pedius 7. ff. de receptis &c. & cap. Infames 2. §. Cognitiones caus. 3. quest. 7. Et non solum privati, sed etiam qui in Magistratu sunt, Arbitri esse possunt, licet tales non possint cogi, ut Arbitrium recipiant, l. Labeo 3. §. final. & l. Nam Magistratus 4. ff. de receptis. Item Arbitri esse possunt etiam Filifamilias, cum isti etiam in rebus suorum Genitorum Arbitri esse possint, l. Sed & Filius familias 5. & leg. Quin etiam 6. ff. de receptis &c.

In specie loquendo Arbitri esse non possunt. Primo Servi, l. Pedius 7. ff. de receptis &c. & cap. Infames 2. §. Si quis vero in fin. caus. 3. quest. 7. Secundo Pupilli furiosi, muti, & iurdi, l. Sed etsi 9. ff. de receptis. Tertio minoris 20. annis leg. Cum Lege 41. ff. eod. In majorem autem 20. annis potest quidem compromitti, at si is sit minor 25. annis, & compromissum temere acceptando, atque arbitrium pronunciando laus fuerit, restituitur in integrum, textu expresse in cit. l. Cum Lege. Quarto Religiosi privati, nisi id expolcat suorum Monasteriorum utilitas, & suorum superiorum consensus accedat. Glossa in leg. Pedius 7. §. Ultim. verb. Nullum sit, ff. de receptis &c. Durandus tit. de Arbitris §. Sequitur num. 29. & 40. Engel lib. 1. decret. tit. 43. num. 6. Sannig. eod. cap. 2. num. 3. Pirhing. loc. cit. num. 24. Reiff. loc. cit. num. 40. & alii; Monachi enim non possunt esse forensis iudicii susceptores, cap. De presentium 20. cap. Monachi 33. caus. 16. quest. 1. Quinto femina, licet summa, atque optimæ opinionis sint, textu expresse in l. Sancimus 6. Cod. de receptis Arbitris; sicut enim femina nequeunt fungi officio Judicis, textu expresse in l. Cum Prætor 12. §. 2. ff. de iudiciis, & in l. Femina 2. ff. de Regulis juris, & in cap. Infamis 1. caus. 3. quest. 7. ita neque officio Arbitri, cum Arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, textu expresse in leg. Compromissum 1. ff. de receptis, qui Arbitrium &c.

Licet autem femina ex dictis nequeant esse Arbitræ, seu Arbitrices, idest nequeant pronunciare Arbitrium proprie dictum, possunt tamen esse Arbitratrices, idest pronunciare Arbitrumentum, sicque ratione Compromissi in se facti tamquam in Arbitratrices, seu amicales compositorices possunt partes pro bono, & æquo componere: ut colligitur per contrarium sensum ex cap. Dilecti 3. de Arbitris, ubi dicitur, quod femina ab omni sint judiciali examine separanda, ergo, secus de cognitione extrajudiciali in Arbitramento, seu amicali compositione, quæ sit extra iudicium, & ordinem iudiciorum non requirit. Sic Abbas in cit. cap. Dilecti 2. & in cap. Quintavallis 23. n. 1. de iurejurando, Durandus tit. de Arbitris §. Potest n. 1. & seq. Reiffenstuel loc. cit. num. 43. Pirhing. loc. cit. num. 19. Molina tract. 5. disp. 39. n. 4. & alii. Imo femina possunt esse etiam Arbitrices, sicque proferre Arbitrium, si habeant jurisdictionem de jure communi, vel secundum consuetudinem Regionis, tunc enim sicut iudicare, ita & arbitrari possunt, cit. cap. Dilecti 4. de Arbitris, & cap. Vereor 22. caus. 8. q. 1. Abbas in cit. cap. Dilecti n. 1. Durandus loc. cit. n. 2. Eugel loc. cit. n. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 42. Pirhing. loc. cit. num. 17. & seq. & alii.

Item licet ex dictis supr. n. 28. Religiosi nequeant esse arbitri, possunt tamen cum consensu suorum Superiorum esse Arbitratrices, quia Arbitrumentum, seu amicabilem compositionem sit extra iudicium, & ordinem iudiciorum non requirit. Abbas in cit. cap. Quintavallis 23. n. 13. de iurejurando. Molina loc. cit. num. 5. Pirhing. loc. cit. num. 24.

Sic etiam licet nemo possit esse Arbitrator in re propria cum sententiam, ac jus sibi dicere, sibi imperare non possit, textu expresse in l. Si de re sua 51. ff. de receptis qui arbitrium &c.

potest tamen quis in re propria esse Arbitrator, leg. Veluti 77. ff. Pro socio; Molin. cit. disp. 39. num. 9. Pirhing. loc. cit. n. 24. in fine.

33 Ita pariter licet Laicus nequeat in causis spiritualibus sibi Arbitrator, textu expresse in c. Contingit 8. de Arbitris, potest tamen esse Arbitrator, seu amicabilem compositor. Sic Fagn. in cit. cap. Contingit n. 20. plurimos alios citans, & testans de communi, Pirhing. loc. cit. n. 23. Decius in cap. 2. de iudiciis n. 4. affirmans hanc esse communem opinionem, & ab ea non recedendum; quidquid asserat in contrarium. Et ratio est, quia Arbitrator procedit instar iudicis, servato ordine iudiciali, per text. in leg. Compromissum 1. ff. de receptis, qui arbitrium, & in leg. Rem non novam 14. Cod. de iudiciis, adeoque nequit Laicus esse Arbitrator in causis spiritualibus, ne dicatur in ipsis esse Judex, quod ei expresse prohibetur in cap. Decernimus 2. & cap. Quanto 3. de iudiciis cum similibus; Non sic tamen Arbitrator, qui eligitur solum, ut aliquid æstimet, & sine ordine iudiciario dicat, & arbitretur, quid sibi videatur, & amicabilem componat. ut Instit. de empr. & vendic. §. Pretium, leg. Societatem 6. ff. Pro socio cum similibus; Tum quia in cit. cap. Decernimus 2. de iudiciis, & seq. non universim prohibentur Laici tractare negotia Ecclesiastica, cum Laici possint esse Procuratores in causis spiritualibus, textu expresse in cap. Non indiscrete 1. de Procuratoribus in 6. sed solum prohibentur tractare negotia Ecclesiastica iudicando, & disponendo, non autem ut nudi ministri, sicuti sunt Arbitratores. Unde in cit. cap. Contingit 8. de Arbitris est sermo de Arbitro, & non de Arbitratore.

34 Insuper accedente auctoritate Judicis Ecclesiastici, Laicus conjunctim cum Clerico potest esse etiam Arbitrator in causis spiritualibus, & valet Laudum ab ipsis prolatum, cap. per tuas 9. de Arbitris, quia Compromissum de re spirituali factum in Laicum & Clericum simul sustinetur propter mixturam Clerici, ut patet in cap. Ex parte tua 10. de Arbitris; nam magis dignum trahit ad se minus dignum, ut res potius valeat, quam pereat, cap. Quod in dubiis 3. & cap. Abbate 25. de verb. signific. Quod procedit, etiam si unus tantum sit Clericus, & plures Laici, ut patet in cit. cap. Ex parte tua. Sic Fagnan. in cit. cap. Contingit 8. de Arbitris n. 8. & seq. cum pluribus ibi citatis, Covarr. c. 24. practic. q. n. 1. Pirh. l. cit. num. 22. Reiff. loc. cit. n. 44. & alii.

35 Laici possunt esse Arbitri in causis Civilibus Clericorum, seu super rebus temporalibus ipsorum, & ab ipsis Clericis potest in Laicos fieri tale Compromissum etiam sine auctoritate Superioris, seu Judicis Ecclesiastici. Sic colligitur ex cit. c. Contingit 8. desumpto argumento a sensu contrario. & ex c. Exposita verb. Compromissum; Abbas in cit. c. Dilecti 4. de Arbitris n. 8. post Hostiensium, & Joan. Andream, Reiffenstuel l. cit. n. 45. Pirhing. loc. cit. n. 22. vers. Limitatur secundo, & alii.

36 Compromissum tam de jure Civili, quam de Jure Canonico potest fieri in Iudicem, ut in Arbitratorem, seu amicabilem compositorum etiam respectu causæ coram ipso agitata. Communissima omnium tum Juristarum, tum Canonistarum.

37 An autem utroque jure possit fieri tale Compromissum in Iudicem, non solum ut in Arbitratorem, sed etiam ut in Arbitrum? Variant Doctores. Aliqui enim apud Fagnan. lib. 1. Decretal. in c. ex parte 10. de Arbitris n. 20. volunt tale Compromissum posse quidem fieri in Iudicem de Jure Canonico per text. in cap. Cum tempore 5. cap. Cum olim 7. cap. ex parte 10. c. Cum a nobis 12. de Arbitris, c. Causam 8. de elect. & c. Litteras 14. de præsumptionibus. At non de Jure Civili per expr. text. in l. Sed etsi 9. §. 2. ff. de receptis, qui arbitrium, ubi expresse sic habetur: Si quis Judex sit, arbitrium recipere ejus rei, de qua Judex est, in re se compromitti jubere prohibetur lege Julia &c. Alii autem apud ipsum Fagn. loc. cit. num. 21. existimant nec de jure Civili, nec de jure Canonico compromitti posse in Iudicem ordinarium tamquam Arbitrum, sed solum tamquam in Arbitratorem, seu amicabilem compositorum. Alii tandem probabilius iustinent posse tale Compromissum utroque jure fieri in Iudicem, sive ordinarium, sive delegatum, non solum ut in Arbitratorem, sed etiam ut in Arbitrum etiam respectu causæ coram ipso agitata; dummodo id fiat a partibus sponte, & non jubente dicto Iudice. Sic Glossa in cit. cap. Cum tempore verb. Magderbugensis, & Abbas ibid. n. 5. de Arbitris, & alia Glossa in cap. Infames 2. §. Si quis vero in verb. Judex caus. 2. q. 7. Joan. Francredi. Vincent. Philipp. & Goff. in cap. final. de rerum permutat. quos refert, & sequitur Joannes Andr. in cap. ex parte 10. de Arbitris in gloss. l. n. 9. & 10. Vallensis de Arbitris §. 2. n. 4. Sannig. ib.

cap. 2. num. 2. Reiffenst. loc. cit. n. 47. Pirhing. loc. cit. n. 13. & est fere communis opinio Canonistarum, ut ex Abbate l. c. n. 5. testatur Fagnan. loc. cit. num. 22. vers. Tertia, & ultima opinio. Et quod id fieri possit de Jure Canonico patet ex citatis Juribus supra pro prima sententia. Tota difficultas est quoad Jus Civile, quod videtur resistere in cit. l. Sed etsi 9. §. 2. ff. de receptis &c. At dicta Lex intelligenda est hoc sensu, nempe quod ibi solum prohibeatur, ne Judex cogat partes litigantes, ut causam in ipsum compromittant; non autem est ibi prohibitum acceptare compromissum, si sponte a partibus fiat in ipsum Iudicem, & non eo jubente, & hæc intelligentia desumitur ex subjunctis ibid. verbis: in re se compromitti jubere prohibetur, ubi particula in re, non disjunctive, sed copulative accipienda est, ut patet ex cit. cap. Infames 2. §. Si quis vero caus. 3. quest. 7. ubi refertur integer §. Si quis Judex dictæ Legis Sed etsi, & loco illius dictionis re ponitur copula & atque ita ubi Lex Civilis dicit in re se compromitti, Lex Canonica, quasi Jus Civile exponendo dicit & in se compromitti, adeoque dicto re in dicto §. Si quis Judex est accipienda copulative: Nec est novum ut dictio illa re stet copulative, ut in leg. Sape, ff. de verborum significat. & in leg. Cum quidem, Cod. eodem, & consequenter tenendum est, quod in dicta Lege Sed etsi prohibeatur solum ne Judex cogat partes litigantes, ut causam in ipsum compromittant, non autem prohibeatur, ne acceptet compromissum a partibus sponte factum in ipsum; Tum quia Lex Civilis dubia, & obicura intelligenda est juxta claram, & certam Legem Canonica. Si enim in dubiis, & obscuris per interpretationem Legis recurritur ad consuetudinem, ut in l. Si de interpretatione, ff. de Legibus; & in cap. Cum dilectus, de consuetudine, a fortiori recurrendum est ad Jus Canonicum, quod est majoris auctoritatis, quam consuetudo, arg. a simili in cap. Quis nesciat 11. dist. 11. adeoque cum per allegatos Canones supra pro prima sententia sit id clare decisum de Jure Canonico, tenendum est etiam de Jure Civili; cum non sit ponenda differentia inter Jus Canonicum, & Jus Civile, nisi ubi clare id reperitur expresse, arg. cap. 1. de nov. oper. nunciat. & sint jura Juribus concordanda, cap. Cum expediat, de elect. in 6. & consequenter clara hujus articuli decisio in Jure Canonico, servanda est etiam de Jure Civili per text. in cit. cap. 1. de novi operis nunciacione, ubi expresse dicitur, quod Leges non dedignantur Sac. Can. imitari. Sic pluribus adductis Fagn. l. c. a n. 22. ad 33. & omnes suprascitatis, alique plures.

Compromissum potest fieri in unum, duos vel plures Arbitros pari, vel impari numero. Communis, per text. in c. Sane 1. in cap. Non sine 2. & cap. Innotuit 12. de Arbitris, & l. item si unus 17. §. si in duos, ff. de receptis, qui arbitrium &c. Consultius tamen est, ut impari numero assumantur, ut si non omnes in iudicando, seu arbitrando consentiant, seu conveniant, saltem major pars reperiat, cujus arbitrio stetur, & sic causa concludatur; l. Item si unus 17. §. 6. ff. de receptis, qui arbitrium receperunt. cap. Sanc. 1. de Arbitris. Unde quando plures Arbitri impari numero electi non concordant, stari debet arbitrio, seu sententiæ majoris partis concordantis. cit. l. item si unus 17. §. 7. & l. Sicut tribus 18. ff. de receptis &c. c. Sane 1. de Arbitris, & cap. Si ex tribus 1. eod. in 6.

Si tres v. g. sint electi Arbitri, & omnes inter se discordent in taxanda aliqua quantitate, ut si unus taxet in quindecim, alter in decem, & tertius in quinque, stari debet minori summa, seu quantitati, quia in hanc minorem summam omnes conveniunt. textu expresse in l. Diem 27. §. ff. de receptis &c. & in c. Si ex tribus 1. de Arbitris in 6. In summa enim majori continetur & minor; l. In eo, quod plus 110. ff. de Reg. juris, adeoque qui taxavit in 15, aut 10. censetur etiam taxasse in quinque, & sic isti minori summæ standum est.

Si duo eligantur Arbitri ea conditione ut si inter se discordent, eligant aliquem tertium innominatum, tunc tale Compromissum, & secutum inde Laudum non valet, textu expresse in cit. lib. item si unus 17. §. 5. ff. de receptis &c. & in c. Innotuit 12. de Arbitris, addita ratione, quia Arbitri illi temel discordantes possent etiam discordare in allumendo tertio. Imo tale compromissum, & inde secutum Laudum erit invalidum, etiam si duo illi Arbitri concorditer eligunt dictum tertium innominatum. Colligitur clare ex cit. cap. Innotuit 12. de Arbitris, ubi licet duo Arbitri habentes potestatem associandi sibi tertium innominatum concorditer istum elegerint, adhuc tamen Compromissum, & Laudum inde secutum declaratum fuit invalidum. Et ratio est, quia tale Compromissum a principio jam fuit invalidum, per cit. l. Item si unus 17. §. 5. ff. de receptis &c. Quod autem ab initio non valet, neque postea conva-

leicit, l. Quod initio vitiosum est 19. ff. de Regul. Juris, c. Non firmatur 18. de Regul. Juris in 6. Sic Glossa final. in c. cap. Inno-

44 Si autem eligantur duo Arbitri ea conditione, ut si inter se discordent, sibi allocent tertium nominatum & determinatum, puta Franciscum, tunc tale Compromissum, & Laudum inde secutum erit validum, quia tunc in assumendo tertium dissen-

45 Arbitr de iis tantum ferre potest Arbitrium, de quibus in ipsum factum est Compromissum; tota enim sua potestas dependet ex Compromisso, nec illius fines potest excedere. Communis textu expresso in l. Non distinguemus 32. §. 15. & §. 21. ff. de receptis &c. & in c. Cum dilectus 6. de Arbitr.

46 Potest tamen Arbitr cognoscere, & arbitrari de illis, quæ ita sunt coherencia, & connexa cum causa principali, ut hæc sine illis commode expediri non possit, licet ipsa non sint in Compromisso expressa. Sic Glossa in cit. c. Cum dilectus vers. Nisi de his; & Abbas ib. n. 10. Glossa in cit. l. Non distinguemus 32 §. 15. verb. Laudum. Pirhing. loc. cit. n. 49. vers. Ex-

47 Item potest Arbitr arbitrari, seu pronunciare super fructibus perceptis ex re, de qua in se factum est Compromissum. Glossa in cit. leg. Non distinguemus 32. §. 15. verb. Cautum hoc probans inter alia ex leg. Ad rem mobilem, & leg. Ad Legatum, ff. de Procuratoribus Pirhing. loc. cit. n. 49. vers. Excipienda, Reiffenstuel loc. cit. n. 67. & alii. Tales enim fructus veniunt accessorie ad causam principalem commissam, unde & hic locum habent jura n. anteced. adducta. Item potest Arbitr statuere, seu assignare diem solutioni faciendæ. l. Quid tamen 21. §. Solutioni, & l. Celsus 23. ff. de receptis &c. Glossa in cit. c. Cum dilectus verb. Nisi de his, Reiffenstuel loc. cit. n. 65. Pirhing. l. c. n. 49. vers. Excipienda.

48 Arbitr statuere, seu assignare diem solutioni faciendæ. l. Quid tamen 21. §. Solutioni, & l. Celsus 23. ff. de receptis &c. Glossa in cit. c. Cum dilectus verb. Nisi de his, Reiffenstuel loc. cit. n. 65. Pirhing. l. c. n. 49. vers. Excipienda.

49 Quamvis Arbitr Compromissarius, seu voluntarius non possit punire partem contumacem in parendo, nisi in Compromisso id specialiter cautum sit, ut dictum est supra n. 10. potest tamen etiam condemnare ad præstandas expensas, quas ob suam contumaciam pars altera fecit; Per hoc enim non dicitur, quid fieri extra, vel ultra, sed juxta Compromissum, cum id spectet ad interesse alterius partis componentis. Joan. Andreas in cit. c. Cum dilectus n. 6. Abbas ibid. n. 12. id probans ex dicta leg. Non distinguemus 32. §. 5. ff. de receptis &c.

50 Coram Arbitro Compromissario non potest fieri reconventio textu expresso in cit. c. Cum dilectus 6. de Arbitris, Abbas ibid. n. 7. Pirhing. loc. cit. n. 50. Reiffenstuel loc. cit. num. 60.

51 & alii passim. Nec etiam talis reconventio potest fieri coram Arbitro Juris, seu necessario, quando iste electus est, non ad totam causam, sed solum ad certum causæ articulum, v. g. An Judex sit suspectus? ut in c. Suspicionis 39. de officio delegati. Talis enim articulus sine alia reconventionem expediri debet, ne progressus causæ principalis retardetur, c. Legitima 2. de appellat. in 6. Abbas l. c. Reiffenstuel l. c. n. 61. & alii.

52 Potest tamen dicta reconventio fieri coram Arbitro Juris, seu necessario, sit electus ad totam causam, ut si Clericus contra Episcopum suum litem moveat c. Si Clericus 45. caus. 11. q. 1. Arbitr enim Juris; seu necessarius electus ad totam causam habet Jurisdictionem adintra Judicis delegati: cap. Suspicionis 39. de officio delegati juncta Glossa ibid. verb. Ad quos omnia. Sic Abbas in cit. c. Cum dilectus n. 7. Reiffenstuel l. c. n. 62. Pirhing. loc. cit. n. 51. testans de communi.

num. 51. vers. Infertur secundo, Reiffenstuel loc. cit. num. 62. & alii passim.

Arbitr Laudum, seu sententiam pronunciare debet in præsentia partium Compromittentium, nisi in Compromisso sit ei specialiter concessum, ut parte utraque vel altera earum abfente, causam definire possit, textu expresso in l. Diem 27. §. 4. ff. de receptis &c. & colligitur ex c. Ex parte 10. de Arbitris, ibi: In tua præsentia partibus constitutis. Unde Arbitr partes citare potest, ac debet ut ad certum diem, & locum, in quo Arbitrium, seu Laudum pronunciandum est, compareant. Colligitur ex cit. cap. Ex parte, & l. Quid tamen 21. §. 8. ff. de receptis &c. Et quidem potest Arbitr citare partes per Nuncium, vel per Epistolam, textu expresso in l. Sed & interpellatur 49. §. 1. ff. de receptis &c. ibi: Arbitr adesse, l. irigator, vel per nuncium, vel per Epistolam jubere potest. Sic Glossa in cit. cap. Cum dilectus verb. Nisi de his, Molina tr. 5. disp. 43. n. 1. Pirhing. loc. cit. n. 52. & alii.

In Arbitros potest fieri Compromissum super qualibet causa, seu re, de qua in Jure non sit expresse prohibitum. Quod enim non prohibetur expresse, per consequentiam admittitur. Cum Prætor 12. ff. de judiciis, & c. Cum apud 23. juncta Glossa ibid. verb. Prohibitorum, de Sponsalibus. Sic Hostiensis in summa de Arbitris n. 5. Speculator de Arbitris §. Restat. n. 3. Molina tract. 5. de justitia disc. 40. in princ. Reiffenstuel l. c. n. 69. Pirhing. loc. cit. n. 24. & alii communiter.

In Jure autem prohibentur committi in Arbitros causæ illæ, quæ ob sui gravitatem, & præjudicii periculum a majoribus Judicibus sunt expediendæ. Sic colligitur ex leg. Non distinguemus 3. §. 6. & 7. ff. de receptis &c. ubi plures assignantur, quæ in Arbitros committi non possunt, ex c. Causa 9. de in integrum restit. ubi variæ specificantur, addita ratione quod in ipsis, Cum majores Judices exigant, Arbitr nequit assumi.

Primo igitur non potest fieri Compromissum in Arbitros super causa criminali criminaliter intentata, textu expresso in cit. cap. Cum causa 6. de restitut. in integrum, cit. leg. Non distinguemus 32. §. 6. de receptis. Talis enim criminalis causa exigit majores Judices veram jurisdictionem habentes, quorum publica auctoritate sunt crimina condigne puniendæ, & non privatorum arbitrio remittendæ, Pirhing. loc. cit. num. 25. vers. Tertio, Reiffenstuel loc. cit. num. 75. Zoësius tit. de Arbitris num. 19. & alii passim. Potest tamen assumi Arbitr in causa criminali, quando est solum Civiliter intentata ut patet ex c. Veniens 16. & c. Quintavall, 23. de jurjurando. Sic Glossa in cit. l. Non distinguemus §. 6. verb. Famoso delicto, Abbas in cit. c. Causa num. 4. Molina cit. disp. 40. num. 4. Pirhing. & Reiffenstuel loc. cit.

Secundo nequit fieri Compromissum in Arbitros super causa liberali: textu expresso in cit. c. Causa, & cit. l. Non distinguemus §. 7. ubi hæc additur ratio, quia favor libertatis est, ut majores Judices habere debeat: Causæ enim liberales, in quibus agitur de hominis libertate, ingenuitate, vel libertinitate, sunt de majoribus, adeoque majores exigunt Judices, nec sufficiunt Arbitri, quamvis tamen isti incidenter de causa status cognoscere possint, juxta l. Cum proponas 6. juncta Glossa fin. Cod. de rebus creditis, Molina l. c. num. 2. Pirhing. l. c. vers. Secundo, & alii.

Tertio nequit fieri Compromissum in Arbitros super causa Matrimoniali carnali. Communis per text. in c. Ultim. de transact. & cit. c. Causa juncta Glossa ib. verb. In matrimoniali; spectato enim jure communi solus Episcopus de his cognoscit, ut patet ex c. Accedentibus 12. de excessibus Prælator. & statuit Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. Potest tamen id fieri super causa Matrimoniali spiritualis, ut est causa electionis, ut patet ex c. Ex parte 10. de Arbitris c. Cum inter 21. de election. c. Nisi essent 22. de præbendis. Fagnan. in cit. c. Ex parte num. 3. 4. & 5. ubi plures alios allegat, Pirhing l. c. vers. Primo. Molina l. c. n. 4. Abbas l. c. n. 4. & alii.

Quarto nequit Compromissum in Arbitros super causa restitutionis in integrum, nisi coram eis mota sit incidenter: talis enim causa solum coram Judicibus ordinariis administrationem habentibus, vel eorum delegatis tractari, & finire potest, textu expresso in cit. c. Causa 9. de in integrum restitutione juncta Glossa ib. verb. Incidenter, ubi id probat in pluribus, Abbas ib. n. 4. Reiffenstuel loc. cit. n. 71. testans de communi.

Quinto non potest fieri Compromissum in Arbitros de iis, 61 quæ vergunt in præjudicium Ecclesiæ. Unde Prælati, & Clerici exempti, & immediate subiecti Sedi Apostolicæ nequeunt compromittere sine consensu Summi Pontificis in præjudicium exemptionis, quia id verteret potius in præjudicium Sedis Apo-

Apostolicæ tollendo ejus jus in exemptos sibi reservatum, quam ipsorum Exemptorum; c. Cum tempore 5. §. final. de Arbitris. Nec exempti possunt renunciare juri exemptionis, c. Si diligenti 12. de Foro compet. l. Jus publicum 38. ff. de pactis, adeoque neque supra ipsum exemptionis jus facere Compromissum, quia ex eo possit fieri Arbitrium contra exemptionem; Pirhing l. c. n. 26. & seq. Reiffenstuel l. c. n. 78. Engel l. cit. num. 4. & alii passim.

62 Sexto nequit fieri Compromissum in Arbitros super causis jam per legitimam sententiam decisis, jamque in re judicatam transactis; c. Exposita 12. de Arbitris, Glossa ib. verb. Cum parte altera, Innocentius, & Joan. Andr. ibid. n. 3. Pirhing loc. cit. n. 30. & 31. Reiffenstuel l. c. n. 79. & alii passim: Cum enim Compromissum æquiparetur transactioni: c. Per tuas 9. de Arbitris, & transactioni, five compositio fieri debeat de re dubia, & lite incerta. l. 1. ff. de transactionibus, sequitur, quod non possit in Arbitros compromitti super causis per certam, & indubitam sententiam decisis, & jam in rem judicatam transactis, & sic jam redditus claris, certis, ac indubi-

63 Septimo nequit fieri Compromissum in Arbitros super omnibus causis majoribus Judicibus reservatis. Communis per text. in cit. c. Causa 9. de in integrum restitutione, ibi: Cum majores Judices exigant, Arbitr nequit assumi, & cit. l. Non distinguemus 32. §. 6. & 7. ff. de receptis, qui arbitrium &c.

64 Quoad vim, seu obligationem, aut effectum Compromissi in Arbitros, & Laudi per ipsos pronunciati tenendum est, quod quando Compromissum factum est simpliciter, nulla adjecta pœna, & Laudum nondum a partibus fuit receptum, nec expresse, idest subscriptione, seu verbis, quod non duplicat arbitrium factum, nec tacite, idest taciturnitate decem dierum illud roborando, quod vocant homologari per text. in l. Cum antea 5. Cod. de receptis Arbitris, tunc ex eo datur actio ad interesse contra non stantem Compromisso, seu Laudo lato, ut solvat alteri parti quanti ejus interest Compromissum, aut Laudum servatum esse; Colligitur ex c. Per tuas, Verb. Ratum haberi, & Abbas ib. n. 10. Glossa fin. in cit. l. Diem proferre, Pirhing. loc. cit. n. 61. Reiffenstuel loc. cit. n. 83. & alii, Et quamvis ex pacto nudo, ut hic intervenit, videatur non dari actio per Jus Civile in Leg. Juris gentium 7. §. 5. ff. de pactis; Tamen si de Jure Canonico etiam ex pacto nudo oritur actio, idest jus exigendi in judicio illud, de quo inter pacificentes conventum fuit, ut contra paucos tenent Canonistæ communiter, teste Reiffenstuel l. 1. Decretal. tit. 35. num. 31. per text. in cap. Antigonus 1. de pactis juncta Glossa final. ibidem, & cap. Qualiter 3. eod. Et insuper secundum hodiernos mores etiam in Foro Civili datur actio ex pacto nudo, prout tradunt uno ore Interpretes, teste Christophor. Clingenperger lib. 3. Instit. tit. 14. q. 10. & Reiffenstuel loc. cit. num. 37. idque merito, ut subjungit ibidem, ne forum externum discordet ab interno.

65 Quando Laudum per Arbitros pronunciatum vi Compromissi in ipsos absolute, & sine adjectione pœnæ facti a partibus expresse receptum fuit, aut saltem per silentium decem dierum homologatum, seu tacite approbatum, tunc istud indubitè observandum, & executioni mandandum est, ac datur ex eo exceptio, & actio in factum ad petendam coram Judice ordinario executionem Laudi, l. Ne in Arbitris 4. & l. Cum antea 5. Cod. de receptis Arbitris, cap. Per tuas 9. de Arbitris, ubi Glossa verb. Ratum haberi, & Abbas n. 8. Pirhing. loc. cit. n. 62. Reiffenstuel l. cit. n. 86. & alii passim.

66 Si in Compromisso apposta sit pœna, tunc sub eadem pœna standum est Laudo per Arbitros pronunciato, & contra partem Laudo stare recusantem datur actio ad ipsam compellendam in Judicio, ut dictam solvat. Communis per text. in cit. cap. Per tuas 9. de Arbitris, & in l. Ex Compromisso 2. ac l. Diem proferre 27. §. 2. ff. de receptis &c. & concordat l. Ex sententia 1. Cod. de receptis Arbitris, addita hac ratione, quia ob hoc invicem pœna promittitur, ut metu ejus a placitis non recedatur.

67 Dicta autem pœna soluta, pars nolens stare Laudo non potest compelli ad illi standum, seu ad illud executioni mandandum. Authent. Decernit jus, Cod. de receptis Arbitris, ubi expresse dicitur, quod præstita pœna liceat a judicatis (idest a sententia Arbitri) recedere, & concordat l. Ex sententia 1. Cod. eod. & concordat l. Ex Compromisso 2. ff. de receptis &c. Quando enim Compromissum adicitur pœna, tunc Compromissum evadit conditionatum, seu alternativum, ut videlicet vel stetur Compromissum, vel solvatur pœna, prout condemnatus elegerit, ideo enim pœna adjicitur, & invicem promittitur, ut metu ejus a placitis non recedatur, ut expresse cavetur in cit. l. Ex Ferrar. Biblioth. Tom. I.

sententia. Sic Gloss. verb. Metu, Abbas in cit. cap. Per tuas n. 15. Engel l. 1. decret. tit. 43. num. 15. Reiffenstuel loc. cit. n. 88. Pirhing l. cap. n. 77. & alii passim.

68 Excipi tamen primo: Nisi in dicto Compromisso pœnali adjecta sit clausula: Rato manente Compromisso, & Arbitrio seu Laudo super eo loco, idest ut non obitante solutione pœnæ adhuc sententia Arbitrorum rata maneat: Tunc enim Contraveniens non solum pœnam solvere, sed etiam sententiam Arbitrorum æsequi tenetur; quia tunc in effectu duplex Compromissum intervenire censetur, unum pœnale, seu obligans ad solutionem pœnæ, si non fervetur, & alterum purum, seu simplex, vi cujus non obitante solutione pœnæ agi potest in Judicio ad ipsum compellendum per interventum, & executione Laudi; Gloss. final. in cap. Dilecti 4. de Arbitris, & ibid. Abbas n. 17. Maranta in speculo aureo part. 6. §. de num. appellat. n. 263. Gail. lib. 1. observ. 150. num. 14. Card. Tuschus litt. C. conclus. 300. n. 2. Pirhing loc. cit. n. 69. Reiffenstuel loc. cit. n. 91. & alii passim, arg. l. penult. ff. de transaction. & l. Cum proponis 57. Cod. eod. ubi habetur, quod si transactioni adjecta sit pœna cum clausula: Rato manente pacto, transgressor & ad pœnam compelli potest; & ad transactionem observandam.

69 Excipi secundo: Nisi Compromisso præter penam transgressorii statutam adjectum sit juramentum de stando Arbitrio, seu Laudo, quia tunc transgressor potest compelli, & ad solvendam pœnam, & ad observandam, seu exequendam sententiam Arbitri, seu Arbitrorum ratione apposti juramenti, quod omnino servari debet, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum, cap. Quamvis 2. de pactis in 6. cum similibus. Glossa in cap. Non sine 2. verb. Sacramentum, & Abbas ibid. n. 8. de Arbitris, Molina tract. 5. disp. 35. n. 22. Pirhing. loc. cit. n. 70. Reiffenstuel loc. cit. n. 89. & alii; Tum quia juramentum appositum pacto, seu Compromisso pœnali habet vim clausulæ: Rato nihilominus manente pacto seu Compromisso, ut post Baldum notat Abbas in cap. Per tuas 9. n. 14. de Arbitris: Cardin. Tuschus litt. C. concl. 300. n. 4. Barbol. clausul. 118. n. 3. & alii.

70 Si nullo interveniente legitimo impedimento, solutio non fiat intra tempus ab Arbitro præfixum; tunc pœna committitur, quamvis post lapsum dictum tempus solutio offeratur, quia semper verificatur, quod intra præfixum tempus solutio facta non fuerit. Communis, textu expresso in l. Celsus ait 23. ff. de receptis &c. Quod si ob aliquod legitimum impedimentum, seu justam causam intra præfixum tempus non sit facta solutio tunc pœna non committitur; dummodo postea condemnatus quam primum poterit, solvat. Communis, textu expresso in cit. leg. Celsus ait §. 1. Item pœna non committitur, si pars altera post lapsum præfixum tempus solutionem oblatam accipiat, quia sponte illam solutionem acceptando censetur cessasse juri suo. Communis, textu expresso in cit. l. Celsus ait §. 3.

71 Si pro solutione faciendâ non fuerit ab Arbitro præfixum certum tempus, tunc faciendâ est post modicum tempus arbitrio boni viri, seu Judicis taxandum; Communis, textu expresso in l. Quid tamen 21. §. 12. ff. de receptis &c. & concordat text. in leg. Quod dicimus 105. ff. de solutionibus, ibi: Debere statim solvere, cum aliquo temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum Sacco adire debet. Et tale temperamentum, five modicum tempus in actione reali censetur esse spatium decem dierum, ut cavetur in l. Promissor Stichi 31. §. Si sine die, ff. de constituta pecunia; ibi: Sed modicum tempus statuendum est non minus decem dierum. ut exactio celebretur: In actione autem personalis spatium 4. mensium; l. Eos, qui 2. & l. Sancimus 3. Cod. de usuris rei judicate, cap. Quarent 26. juncta Glossa ibid. verb. Quadrimestre, de officio delegati.

72 Contra iniquum Laudum, seu injustam sententiam Arbitri tria præsertim remedia competunt. Primo exceptio doli, si compromittens conventus actione ex stipulatu ad pœnam promissam solvendam apponat exceptionem doli malæ, quod nempe altera pars Arbitrum pecunia corrupit, seu si adversarium callide circumvenit, & hujusmodi; leg. Ita demum 31. ff. de receptis &c. Vel quod Arbitr effectus sit suus inimicus, leg. Non distinguemus 32. §. 14. ff. eod. Vel quod per fortes, aut per gratiam arbitratum sit; leg. Arbitrorum 3. Cod. de receptis Arbitris. Secundo si Laudum contineat manifestam, & evidentem iniquitatem, potest officium Judicis implorari, ac postulari, ut illud ad justitiam reducat secundum boni, ac prudentis viri judicium, etiam si compromissum fuerit juramento confirmatum, quia regulariter compromittentium in aliquem mens est, ut intendant se obligare ad standum ejus arbitrio, si Justum, & æquum sit, non vero si immodice aut ini-

iniquè arbitratus fuerit, textu expresso in l. Si libertus 30. ff. de operis Libertorum, ibi: Si libertus ita iuraverit dare se quot operas patronum arbitratus sit non aliter ratum foret arbitrium patroni, quam si aequum arbitratus sit. Et fere ea mens est personam arbitrio sustinentium, ut quia sperent cum recte arbitraturum id faciant, non quia vel immodice obligari velint. Nisi expresse in eo compromisso conventum fuerit, ut arbitrium qualecumque fuerit, sive æquum sive iniquum servetur, aut ex circumstantiis constiterit, id partes suo in Compromisso intendisse, quia tunclocum habet l. Diem proferre 27. §. 2. ff. de re dicitur &c. ibi: Stari autem debet sententia Arbitri, quam de re dixerit, sive æqua, sive iniqua sit & sibi imputet, qui compromisit; Et hoc colligitur ex l. Societatem 76. vers. Arbitrorum ff. Pro socio: ibi: Unum ejusmodi (arbitrium), ut sive æquum, sive iniquum parere debeamus, quod observatur cum ex Compromisso ad Arbitrium itum est. Tertio si compromittens per Laudum ab Arbitrio pronunciatum sit læsus ultra dimidium justii pretii potest intentare remedium Legis Rem majoris pretii 2. Cod. de rescindenda venditione. Sic pluribus adductis, & citatis Pirhing l. cit. n. 79. & Reiffenstuel l. cit. n. 76. ad 99. alique plures.

75 Compromissum & Arbitrorum officium, seu potestas finitur multis modis. Et primo finitur per sententiam definitivam super tota causa compromissa prolata; Communis per text. in leg. Qualem 19. ff. de re dicitur &c. juncta Gloſſa ibid. verb. A tota.

76 Hinc semel sic lata sententia Arbitri nihil in ea addere, vel minuere, nec si in ea erraverit, eam mutare, aut corrigere potest, cum postquam super tota causa definitive pronunciatum, damnando, vel absolvendo, totum suum expleverit officium, & Arbitri esse desierit; Communis, textu expresso in cit. leg. Qualem 19. §. 2. & l. quia Arbitri 20. ff. de re dicitur &c.

77 Imo semel sic definitive lata super tota causa sententia, nec potest dictam suam sententiam exequi, quia cum solum censetur electus ad pronunciatum, seu sententiandum, pronunciatum facta, seu lata sententia, extinguitur omnis eius potestas, & executio dictæ sententiæ fieri debet a Judice ordinario Rei; leg. Cum antea 4. Cod. de re dicitur Arbitris, cap. Si quis 4. de Foro competentis. Vide dicta supra num. 19.

78 Fuit autem notanter dictum in conclusione Super tota causa, quia si Compromissum contineat plures controversos articulos, & ita factum sit, ut Arbitri de omnibus simul pronunciet, seu sententiet, & ipse de uno solum sententiam dixerit, & nondum de aliis, poterit ipsam mutare, cum non valeat, nec habeatur pro vera sententia, ex quo non sit servata forma mandata Compromissi; Si autem ita factum sit Compromissum, ut de singulis separatim possit pronunciare, cum sic censentur plura esse Compromissa, tunc pronunciatam sententiam super uno articulo, non potest amplius ipsam mutare, quia quantum ad illum articulum desit esse Arbitri, licet adhuc Arbitri perleveret quoad alios articulos, de quibus nondum pronunciatum, seu sententiavit. Sic textus expressus in l. Quid tamen in princ. 21. ff. de re dicitur &c. & tenent Pirhing loc. cit. n. 84. loc. cit. n. 102. & alii passim.

79 Secundo finitur Compromissum, & potestas, seu officium Arbitrorum, per lapsum termini, seu temporis, aut diei in Compromisso præfixi, & expressi, leg. Quid tamen 21. §. 5. l. Non distinguemus 32. §. 3. ff. de re dicitur &c. Non finiretur tamen Compromissum, & potestas Arbitrorum, si partes tempus præfixum prorogarent, vel in ipso Compromisso Arbitris facultatem concederent tempus prorogandi, dato quod impedimentum sententiam, seu Laudum pronunciatum interveniat cit. leg. Non distinguemus 32. §. 11. & 21. & l. Arbitri 33. ff. de re dicitur &c.

80 Tertio finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum recufatione ipsorum Arbitrorum suspectorum; Communis per text. in l. Sed si in servum 9. §. 5. & in l. Non distinguemus 32. §. 14. ff. de re dicitur &c.

81 Quarto finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum Acceptilatione; cit. l. Non distinguemus 32. §. 3. de re dicitur &c. ibi: Acceptilatione, ut si uni compromittentium acceptilata sit pœna, non cogitur Arbitri Laudum proferre, sed Compromissum expirat l. Pomponius 13. in princ. ff. de re dicitur &c. Tali enim Compromisso statuit solum metu pœnæ, quæ si est acceptilata uni, videtur & alteri compromittentium acceptilata, Gloſſa in cit. l. Pomponius verbo. Alteri; Pirhing loc. cit. n. 95. Reiffenst. loc. cit. n. 200. & alii passim.

82 Quinto finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum Judicio; cit. l. Non distinguemus §. 4. ibi: Judicio, ut si unus compromittentium ab Arbitris recedat, & coram Judice or-

dinario causam, de qua erat Compromissum in Judicium dedit: Tunc enim quamvis pars recedens pœnam Compromissi adjectam incurrat, tamen causa non amplius coram Arbitris, sed coram eodem ordinario Judice agitanda est; Communis textu expresso in l. Si quis rem 30. ff. de re dicitur &c.

83 Sexto finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum Pacto, seu transactione; cit. leg. Non distinguemus §. 3. ibi: Pacto, ut quando inter partes compromittentes super causa compromissa postea transigitur, cit. leg. Non distinguemus §. 6. ff. de re dicitur &c. seu quando partes concorditer a Compromisso recedunt. Omnis enim res per quasque causas nascitur, per easdem dissolvitur, textu expresso in Cap. Omnis rei. 1. de Regul. Juris.

84 Septimo finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum interitu rei, de qua erat ipsum Compromissum, & erat Laudum pronunciatum. Nisi tamen in tali casu aliquid litigantium inter sit, videlicet propter fructus, & partus ipsius rei, quia tunc non obstante interitu rei principalis, adhuc de his Arbitri Laudum proferre possunt; Communis per text. in cit. l. Non distinguemus 32. §. 5. ff. de re dicitur &c.

85 Octavo finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum morte utriusque, seu etiam unius tantum compromittentium, nisi secus in Compromisso fuerit expressum; cap. Ex part. 10. de Arbitris, & leg. Diem proferre 27. §. 1. ff. de re dicitur &c. Compromissum enim non transit ad hæredes; nisi id fuerit expressum, ut dicitur in cit. l. Diem proferre §. 1. ibi: Si hæredis mentio, vel ceterorum facta in compromisso non fuerit, morte solvetur Compromissum. Reiffenstuel loc. cit. n. 104. Pirhing loc. cit. n. 88. & alii passim.

86 Nono finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum morte eorundem Arbitrorum. Communis per text. in cit. l. Non distinguemus §. 3. ibi: Morte: & cap. Uno Delegatorum 42. de officio delegati.

87 Decimo finitur Compromissum, & potestas Arbitrorum, etiam morte unius solius ex ipsis, si plures sunt, nisi iecus in Compromisso sit expressum, scilicet ut uno eorum defuncto, vel impedito, alii procedere adhuc possint; Communis textu expresso in cit. cap. Uno delegatorum 42. de officio delegati: ibi: Uno delegatorum, vel Arbitrorum rebus humanis exempto eorum officium expiravit; Nisi aliud in delegatione, aut compromisso fuisset expressum. Et ratio est, quia nisi secus expressum sit, ita in plures Arbitros censetur factum compromissum, ut omnes judicent, arg. l. Duo 39. ff. de re iudicata, ibi: Duo ex tribus iudicibus, uno absente, judicare non possunt, quippe omnes iudicare iussi sunt, & concordat text. in l. Si unus 17. §. 12. ff. de re dicitur &c. ibi: Si plures sunt qui Arbitrium receperunt, nemo unus cogendus erit sententiam dicere, sed aut omnes; aut nullus, & ibid. §. 7. ibi: Si in tres fuerit compromissum, sufficere quidem duorum consensum, si præsens fuerit & tertius; alioquin absente eo, licet duo consentiant, Arbitrium non valere, quia in plures fuit compromissum, & potuit præsentia eius trahere eos in eius sententiam, & in leg. Sicuti tribus 18., & in l. Distinguemus 32. §. 13. ff. eod. cum similibus.

Nova additiones ex aliena manu.

1 DE variis Arbitrorum generibus, tum de differentiis Arbitros inter & Arbitratores consule, si lubet, Gonzal. in cap. 1. num. 7. & sequent. de Arbitr. Bohemer. in decretal. lib. 1. tit. 43. §. 1. Voet. in Commentar. ad Pandect. lib. 4. tit. 8. n. 2.

2 Quando quis electus in Arbitratorem, & non in Arbitrum dicitur queat, expendit Rota in Regien. Pensionis super executione Laudis 21. Junii 1748. §. 7. & in confirmatoria 30. Junii 1749. §. 5. & sequent. cor. b. m. Vicecom.

3 Quod scribit Auctor n. 28. Religiosos privatos nequire eligi in Arbitros, id in Fratibus minoribus locum dumtaxat habet; nam quod attinet ad simplices etiam Monachos, ii tum in Arbitros, tum in Arbitratores eligi possunt. Vide, mox citatam Regien. Pensionis super executione Laudis locis laudatis.

4 Sententiam Auctoris num. 27. quod scilicet etiam de jure civili Judex eligi a partibus volentibus in Arbitrum possit, tueretur Stryckius in usu modern. Pandect. lib. 4. tit. 8. §. 4., putat vero Legem 9. §. 2. ff. de Recept. Arbitr., quæ videtur ob stare, intelligendam esse de Judice Pedaneo, quippe qui non libere, sed ad formulam præscriptam adstricta potestate gaudebat.

5 Sententiam ab Arbitro prolatam hoc nomine impugnari haud possit, quod is non processit præmissis necessariis probationibus

bus firmavit Ret. cor. Ratt. dec. 102. ea reddita ratione, quod potuit in extrajudicialiter informare.

8 De jure civili, sententia ab omnibus Arbitris præsentibus proferri debet, itaut vel uno eorum absente prolata nullitatis vitio laedat; nisi aliud actum sit, l. non distinguemus 32. §. cum in plures 13. ff. de Recept. & qui Arb. At de jure Canonico si legitime omnes citati fuerint, nec justum allegaverint impedimentum, quominus adessent, licet duobus præsentibus, absente tertio perinde ad negotii commissi examen accedere, illudque sua dirimere sententia, ac si tertius legitime vocatus præsens sit, cap. ultim. de Arbitr. in 6. Id summam ratione statutum fuit a jure Canonico. Uti enim recte observavit Voet. in comment. ad Pandect. lib. 4. tit. 7. num. 16. absoluta illa necessitas præsentia omnium Arbitrorum non raro malitiis atque calumniis potest aniam præbere, dum aliquando unus aut gratia, aut odio, aut sordibus corruptus sui copiam non faceret, & itaque questiones malitiosa absentia diutius protelarentur, ac manerent indecise.

11 Si tres fuerint electi Arbitri, quorum unus postea inhabilis reperitur sit, an sententia a duobus prolata valida sit, vide diffidentes inter se opiniones apud Stryckium Jurid. diss. t. 4. disp. 25. cap. 9. n. 26.

12 Arbitrorum est omnia definire, de quibus compromissum est, idque per sententiam definitivam. Non possunt tamen sine Compromisso excedere. An sub generali Compromisso continentur questiones futuræ: An possint Arbitri dilationem solutionis dare: An compensationem objectam admittere, verba sententiæ oblique interpretari, consule Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 4. tit. 8. num. 18.

13 Non sustineri pactum juratum de non petenda reductione ad Arbitrium boni viri, tenet Sorge jurispr. Forens. tom. 8. cap. 34. num. 51.

14 De Arbitro Feudali ad Stryckium Juridic. dissert. tom. 7. disput. 2. per tot.

ARBOR CONSANGUINITATIS, & AFFINITATIS.

Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 1. num. 34. & 35. & verb. Affinitas num. 14.

ARCHIDIACONUS.

1 Archidiaconus sic dictus est, quasi Princeps Diaconorum, seu primus inter Diaconos; Græca enim significatio, Archos denotat primum, seu Principem, & Diaconus, Ministrum, dist. 21. cap. Cleros, & Clericos. Et primis Apostolorum temporibus in singulis Civitatibus Episcopalibus septem Diaconi constitui solebant, ut constat ex cap. 6. Actuum Apostolorum, & ex cap. Diaconi 12. & cap. Diaconi septem 12. dist. 93. ex quibus, qui ceteris antiquior erat appellabatur Archidiaconus, & ejus Officium erat curare, ut ceteri Diaconi rite suo munere fungerentur, ut inter alios refert Azorius part. 2. Instit. lib. 3. cap. 14. qu. 1. Postea vero Archidiaconi auctoritas est sic adaugeta, ut Vicarius Episcopi in omnibus esset, ut expresse dicitur in cap. Ut Archidiaconus 1. de Offic. Archidiaconi, his verbis: Ut Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium esse ejus in omnibus &c. & cap. Ad hæc 7. eodem titulo, dicitur: Secundum vero Romani ordinis constitutionem major post Episcopum, & ipsius Episcopi Vicarius reperitur. Et tenet Rota part. 11. decis. 160. n. 22., & part. 14. decis. 189. n. 18. & 19. ubi dicit, Archidiaconum esse Vicarium Episcopi, licet non assumptum ab Episcopo, sed datum a Jure habentem perpetuam Vicariam, & ordinariam jurisdictionem.

4 Immo sic excrevit Archidiaconi auctoritas, ut nedum Vicarius natus Episcopi fuerit constitutus, sed etiam Episcopi oculus appellatus; ut in Epistola Divi Clementis Papæ, cap. Diaconi Ecclesie 7. dist. 93. Diaconi Ecclesie sint tanquam oculi Episcopi; & in cap. Ad hæc 7. de Officio Archidiaconi Innocent. III. sic expresse ait: Item in Epistola B. Clementis Papæ prædecessoris nostri oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, ut loco Episcopi per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet. Et in Epistola Evaristi cap. Diaconi 12. dist. 93. Diaconi, qui quasi oculi videntur esse Episcopi; & in Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. verb. Archidiaconi: Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Episcopi. Et ob hæc tantam suam elevatam auctoritatem, & Dignitatem Archidiaconus antefertur Archiepiscopo & Archiepiscopo Archidiaconi Jurisdictioni subjacere tenetur, cit. cap. Ad hæc 7. de Officio Archidiaconi, ubi sic expresse dicitur; Archiepiscopo, qui a pluribus Decani num. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

cupantur, ejus Jurisdictioni se noverint subiacere. Cum enim Archidiaconus ratione majoris jurisdictionis & Ministerii immediatus ministret, & assit Episcopo, quam ipse Archiepiscopo, debet ei præcedere, quamvis Ordine sit ei inferior; Sicuti Cardinales, ex quo immediatus assistunt summo Pontifici, ut ejus administrent negotia, ratione hujus majoris Officii, & administrationis præcedunt Episcopos Ordine majores. Adeoque debet de Jure præcedere Archiepiscopo, quamvis non sit Sacerdos, ut tenuit etiam Rota p. 3. decis. 244. num. 2. & seq. Si tamen sit Sacerdos, cum in tali casu sit par in Ordine, & major in Administratione, debet precedere Archiepiscopo, absente Episcopo, in celebratione Missarum in diebus solemnibus, & aliis solemnioribus functionibus, prout decrevit Sac. Rit. Cong. in Regiensi 9. Dec. 1600. his verbis: Censuit. Sac. Congreg. Archidiaconum dictæ Ecclesie, qui prima Dignitas post Pontificalem existit, & Sacerdos nunc est, non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione in decantatione Missarum in diebus solemnibus, delatione Sanctissimi Sacramenti, benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, & aliis hujusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus, Episcopo absente, præferendum esse Archiepiscopo, neque allegatam consuetudinem, quæ legitime probata non fuit, eidem Archiepiscopo ad excludendum Archidiaconum Sacerdotem in casu, de quo agitur, suffragari. Sic etiam in Sancta Agathe Gothorum 23. Martii 1602. & in Juvenacensi 17. Novembris 1607. & in Barren. 19. Januarii 1608. & in Pennen. 24. Januarii 1615. & Rota part. 3. decis. 244. 11. Decembris 1609. in Viterbien. celebrationis Missarum.

9 Excipitur tamen casus, in quo de eadem Cathedrali concurrat in funeralibus Archidiaconus, qui est prima Dignitas, & Archiepiscopo, qui est secunda, & cui incumbit Cura animarum, & detert stolam, quia cum Archiepiscopo, dum in Ecclesia facit officium, præcedat Archidiacono, ei præcedere debet etiam in via, nulla probata ex alterius parte consuetudine in contrarium. Sic Sac. Congr. Rituum in una Trojana die 14. Maji 1613. declaravit dandam esse præcedentiam Archiepiscopo ratione stolæ, ut refert Lavor. verb. lucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 3. num. 211. Barboſ. Juris Eccles. univers. lib. 1. cap. 25. de Archidiacon. num. 49. Et collect. 40. Apostol. decis. num. 23. Et de Canon. & Dignitat. cap. 5. num. 49.

10 Multa de Jure communi pertinent ad Officium Archidiaconi; Primo: Clericis & Ministris Ecclesie præcipere omnia ea, quæ ab ipsis juxta suos gradus sunt obeunda, & de tertio in tertium annum, si Episcopus non possit, Diocesim totam visitare, & cuncta, quæ emendatione, & correctione indigent, corrigere, & emendare; cap. Ut Archidiaconus 2. de Offic. Archidiaconi. Hodie tamen Diocesis visitatio debet fieri per Episcopum, vel eo impedito per suum Vicarium Generalem quolibet anno, vel saltem quolibet biennio compleri, si Diocesis sit nimis ampla & vasta; Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. Secundo: Ad ipsum spectat Ecclesiasticum, & Divinum Officium disponere, Lectiones Clericis distribuere, Acolythos instituire, & omnes alios Clericos dirigere in iis, quæ in Altaris Ministerio agere debent; cap. Officium vero 2. eodem tit. Tertio: Ad Archidiaconi Officium pertinet principaliorum Sacrorum Valorum, & Ecclesie custodiam habere; cap. Ea que 2. eodem titulo. Quarto: Ad ipsum attinet Ecclesias sui Archidiaconatus semel in anno visitare, nec sapimus, nisi forte talis causa emerferit propter quam ipsum oporteat præfatas Ecclesias visitare, cap. Mandamus 6. eodem tit. Quoad hoc tamen statuit Conc. Trid. cit. sess. 24. & cap. 3. quod Archidiaconi, Decani & alii inferiores in Ecclesiis, ubi hæctenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per seipsos tantum visitare, & visitationis suæ rationem Episcopo intra mensum reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur, non obstantibus quacumque consuetudine, exemptione, vel privilegio. Quinto: Ad Archidiaconum, pertinet institutio corporalis tam in Beneficiis, quam in Dignitatibus, sicut etiam examinatio Clericorum Ordinandorum, & eorum, qui Beneficiis Ecclesiasticis præficiendi sunt, ita tamen ut postea Episcopo præsententur, & ab eo approbentur; cap. Ad hæc 7. & cap. Ut nostrum 9. eodem tit. Quantum vero ad examen promovendorum ad Ordines, hodie ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 7. de reformat. Episcopo cum assistentia Virorum peritorum competere dignoscitur. Et quantum ad examen eorum, qui præficiendi sunt ad Parochiales, est statutum a Tridentino sess. 24. cap. 18. quod hoc spectet ad Examinatores Synodales. Hæc & alia de Jure communi spectant ad

ad Officium, & potestatem Archidiaconi, ut videre est in toto suo titulo.

20. Aut hodie attendenda est cuiusque Ecclesie specialis consuetudo, cum ista Juri communi scripto in Officiis praevaleret; cap. Cum olim 6. de Consuetud. & cap. Ad hoc 2. excessib. Prælator. Innocent. in cap. de Archidiacono 1. de Offic. Archid. & in cap. Cum olim 6. de Consuetud. Silvester in summ. verb. Archidiaconus num. 1. & Gloss. in cit. cap. Ad hoc 2. de excessib. Prælat. verb. Consuetudines, ubi dicit quod Jurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine, quam ex Jure juvatur. In quibusdam igitur Ecclesiis Archidiaconus exercet Jurisdictionem in Clericos, & Parochias Civitatis, & in certum districtum adjacentem, qui fines Archidiaconatus dicuntur. In quibusdam aliis non unus tantum, sed plures Archidiaconi sunt constituti, qui totam Diocesim in certas partes distributam regunt tamquam Vicarii Episcopi perpetui. In quibusdam aliis Archidiaconus habet tantum præminentiam inter Canonicos sine ulla Jurisdictione, & Administratione. In quibusdam aliis nequidem habet præcedentiam ad omnes, sed hæc habet alia prima Dignitas. In quibusdam aliis nullus est Archidiaconus, & ejus Officium peragit Archypresbyter, vel Præpositus, vel Decanus, vel Primicerius, vel alia prima Dignitas diverso nomine nuncupata; Sic Azorius part. 2. institut. lib. 3. cap. 14. q. 7. Cardin. Tuschus verb. Archidiaconus concl. 482. num. 1. Barbosa lib. 1. Juris Eccles. cap. 24. num. 37.

26. De Archidiaconi Officio, Dignitate, & præminentis plurima sæpe sæpius in dies disposita sunt a Sacris Congregationibus, quæ ut commode ab omnibus sciri possint, placet hic referre, prout referuntur a variis Doctoribus, & signanter a Barbosa in Collectan. Apostolicar. decis. verb. Archidiaconus, de Canonicis, & Dignitatibus cap. 5. & leg. 1. Juris Ecclesiast. univ. cap. 24. In Choro igitur tamquam prima Dignitas post Pontificalem alius Superior, & major habetur, & ad ipsum in Choro permanentem spectat in principio Matutini, Horarum Canonicarum, ac Vesperarum intinere Pater noster, quo dicto ad eundem pariter spectat sua manu signum dare, ut incipiat Domine labia &c. vel Deus in adjutorium meum &c. ad ipsum etiam ad Primam pertinet dicere, Dies & actus nostros &c. Adjutorium nostrum, & Deus nos benedicat &c. Ad Completorium, Noctem quietam &c. Benedicat & custodiat nos &c. & in fine horarum, & Matutini, Dominus det nobis &c. & antequam per ipsum detur signum finis, nemo, Officio expleto, Choro egredi valet. Ita Sac. Cong. Episc. & Reg. in Theatina sub die 18. April. 1617. Sic etiam in Aprutina 18. April. 1627. & in Cassanen. 16. Septembris 1633.

28. Archidiaconus, ut prima Dignitas, debet exercere Officium Presbyteri assistentis cum Pluviali Episcopo celebranti juxta formam Cæremonialis, illique Candelam & Palmam benedictam ministrare, dummodo sit in Sacerdotali Ordine constitutus; Sac. Cong. Rit. in Brixien. 28. Maji 1616. & in Reatina 10. Januarii 1690. Non autem Archipresbyter; Eadem Sac. Cong. in Vercell. 7. Augusti 1610. Et recusans, cogendus est pœnis, & Censuris Ecclesiasticis, ut in dicta Brixien. 28. Maji 1616. & in dicta Reatina 10. Januarii 1690. Et dum in assistentia est apud Episcopum, intelligitur præiens in Choro, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in alia, ut in Camerin. 15. Martii 1608. Ubi autem Archidiaconus non est prima Dignitas, Officium supradictum spectat ad primam Dignitatem. Sac. Cong. Rit. in Brixien. 28. Maji 1616.

33. Archidiaconus qui sustinet baculum Episcopi, dum celebrat solemniter, thurificandus est immediate post Diaconos assistentes. Sac. Cong. Rit. in Bracharen. 28. April. 1600.

34. Etiam si sit primus Archidiaconus, & habeat alias prærogativas. Ead. Sac. Cong. in eadem causa 18. Januarii 1608. Archidiaconus, qui sedet a dextris Episcopi celebrantis in Cathedrali, a dextris pariter sedere debet, cum celebrat in Collegiatis;

36. Sac. Cong. Rit. in Thelesina 2. Martii 1602. Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesie spectat, absente Decano, convocare Capitulum, in eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest etiam si non sit in Sacris, cum iste sit actus Jurisdictionis, qui competit Archidiacono etiam in Sacris non constituto, & ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis. Sac. Cong. Conc. referent. Nicol. Garc. de Benefic. part. 3. cap. 4. num. 26.

37. Archidiaconus habens Jurisdictionem contentiosam, debet esse Doctor promotus in publico Gymnasio, seu Universitate, alias ei non suffragatur, cum Doctoratus ex privilegio ad hujusmodi Dignitatem nequaquam promoveri possit. Bulla 63. S. Pii V. Sac. Cong. Conc. quam referunt Squilant. de privileg.

cler. cap. 4. num. 114. Navarr. in Regul. Canon. concl. 4. n. 4. Nicol. Garc. part. 7. cap. 7. num. 40. Archidiaconus qui vel curam animarum habet, vel Jurisdictionem, juxta titulum de Officio Archidiaconi in omnibus Ecclesiis, ubi fieri potest, debet esse Magister, seu Doctor, aut Licentiatum in Theologia, vel Jure Canonico, Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. & Sac. Cong. Conc. referente Pafec. in praxi Episc. part. 2. cap. 5. num. 20. Archidiaconus, qui vere Cura animarum, & omni prorsus Jurisdictione caret, non comprehenditur in citat. Decret. Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. quoad qualitatem Doctoratus, vel Licentiatum in eo requisitam. Sac. Cong. Conc. referente Pafec. in praxi Episc. part. 2. cap. 5. num. 20. Si vero Archidiaconus sit prima Dignitas in Cathedrali, debet esse Doctor, quamvis non habeat Curam animarum, nec contentiosam Jurisdictionem; Sac. Cong. Concil. in Adriem. 1. April. 1628. Postea tamen pluries statuit contrarium, & signanter in Lavellen. 12. Januarii. 1697. & in Cortonen. 16. Februarii 1704. apud Monacell. t. 3. supplement. ad 1. tom. num. 212. Vide ipsum ibi, ubi multa habet ad rem; & dicit quod clausula in Bullis provisionis Archidiaconatus apponi solita, scilicet Quod infra annum Lauream Doctoralem suscipere tenearis, potius de stylo Scriptorum quam ex voluntate Papæ hodie apponi solet, & ideo tamquam vana a Sac. Congregatione Concilii spernuntur.

Archidiaconus, qui ex Privilegio est Protonotarius, non lucratur fructus & Distributiones sui Archidiaconatus, si cum habitu Protonotarii in Ecclesia, Choro, & Processionibus, ac Divinis Officiis assistat. Sac. Cong. Rit. in Asulan. in Apulia 6. Martii 1610. Et si voluerit in Ecclesia uti habitu Protonotarii, reputatur tamquam extraneus, & ei locus assignandus est, non inter Dignitates, & Canonicos, sed post Abbates; Ead. Sac. Cong. in dict. Asulan. Nec potest in publicis functionibus in assistentia Episcopi, & aliis actibus sibi tamquam Archidiacono competentibus uti habitu Protonotarii, sed suo habitu Canonicali. Ead. Sac. Cong. in dict. Asulan. in Apulia 19. Novembris 1611. Potest tamen uti habitu Protonotarii in Actibus non competentibus sibi tamquam Archidiacono. Ead. Sac. Cong. in dict. Asulan. & in Nulius terræ Piscis 19. Januarii 1612. Archidiaconus Protonotarius non ex Altari, sed ex Sacristia, ut faciunt ceteræ Dignitates & Canonici, debet sumere paramenta pro Missa privata celebranda in Ecclesia Cathedrali. Ead. Sac. Cong. Rit. in dict. Asulan. 6. Martii 1610.

Licet Archidiacono solita sedes in Choro adimi non possit, attamen Vicarius Generalis Episcopi illum tam in Choro, quam ubilibet, præcedere debet, ut declaravit Sac. Cong. Episc. & Regul. in Theatina 6. Julii 1618. Vicarius enim Generalis, absente Episcopo, debet habere primum locum super omnes dignitates, & Canonicos, non obitante consuetudine, aliisque in contrarium, sicuti censuit etiam Sac. Cong. in Andrien. 7. Augusti 1610. & in Ferrarien. 20. Decembris 1614. & in Militen. 15. Julii 1619. ubi quod præcedit Capitulum, & Clero. Dummodo tamen ipse non sit de gremio Capituli, quia tunc sedere debet in suo stalli Canonicali, si distributiones quotidianas lucrari velit, ut pluries decrevit Sac. Cong. Vide verb. Vicarius Generalis. Hac occasione de Vicario, & Archidiacono advertendum est, quod isti inter se sic differunt; Primo, quia Archidiaconus est perpetuus ratione Dignitatis, cui Officium Vicarii est annexum, ideoque vocatur Vicarius natus, & a Jure datus; & Vicarius Generalis est temporaneus, revocabilis, & Vicarius ab homine constitutus. Secundo, Archidiaconus habet Jurisdictionem propriam ab Episcopali distinctam; Ideoque datur appellatio ab Archidiacono ad Episcopum; Et Vicarius Generalis habet idem Tribunal cum Episcopo; cap. Romana 4. de appellat. nec datur appellatio a Vicario ad Episcopum; cap. Non putamus 2. de consuetud. in 6. Tertio, mortuo Episcopo, vel civiliter, vel physice, expirat Jurisdictio Vicarii Generalis; Non tamen Archidiaconi. Gloss. in cap. de Archidiacono 1. de Officio Archidiacon. verb. Vicarius.

Archidiaconus quamvis ex cap. Ad hoc 7. & cap. de nostrum 9. de Offic. Archidiacon. deberet examinare Ordinandos, illosque Episcopo præsentare; tamen hodie non tenetur Episcopus ipsum vocare, ut intersit examini Ordinandorum, ut colligitur ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 7. & expresse decrevit Sac. Cong. sub die 21. Junii 1617. Sic etiam non tenetur Episcopus eum vocare, ut intersit cum Examinatoribus synodaliibus, nec ipse debet cum ipsis necessario intervenire examini Instituentium ad Parochiales, ut colligitur ex Conc. Trid. sess. 24.

38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53

sess. 24. cap. 18. & expresse decrevit Sac. Congr. Cum enim, ut refert Fagnan. in cap. Ad hoc, de Offic. Archidiacon. n. 25. & Pignatell. tom. 4. 181. num. 17. in Sac. Congreg. Concilii Trid. questum esset, 1. an facultas de Jure antiquo competens Archidiacono examinandi, nedum promovendos ad Sacros Ordines, sed etiam institutendos in Ecclesiis, ut habetur in cap. Ad hoc 7. de Offic. Archidiaconi, sit sublata per Conc. Trid. dispositionem, quæ habetur sess. 24. cap. 18. ubi quoad Ecclesias Parochiales hoc munus demandatur Examinatoribus electis in Synodo; Secundo quatenus sit derogatum prærogativa Archidiaconi, ut non possit solus hæc facere, an saltem debeat intervenire cum Examinatoribus, licet ipse non sit unus ex deputatis in Synodo? Sacra Congreg. ad primum censuit, Concilium privasse Archidiaconum sua facultate examinandi; Ad secundum respondit non debere, nisi sit unus ex deputatis in Synodo.

Imo nedum Archidiaconus non habet Jurisdictionem ad supradicta, quæ sibi a Concilio, & Sacra Congregatione sunt limitata, sed neque habet facultatem, & Jurisdictionem ad multa alia, quæ sibi a Jure ipso sunt specialiter interdicta. Ut committere Curam animarum, vel dare Institutionem auctorizabilem, cap. Cum satis 4. de Offic. Archidiaconi. Dare Litteras Dimissoriales ad Ordines; cap. Significasti 8. eod. titul. Exercere Jurisdictionem in Regulares; cap. Dilecto 10. eod. tit. Excommunicare; cit. cap. Dilecto 10. eod. tit. Suspendere ad longum tempus; cap. Veniens ad nos 1. de excessib. Prælator. Unire Ecclesias; cap. Sicut unire eod. tit. de excess. Prælator. Causas Matrimoniales cognoscere; cap. Accedentibus 12. eod. tit. de excess. Prælator. Deponere Beneficiatos; cap. Suffraganeis 11. de election.

Novæ additiones ex aliena manu.

1. Quod Archidiaconorum dignitas antiquissima sit in Ecclesia, & fere a temporibus Apostolorum repetenda, innuere videtur & ipse Thomassin. ver. & nov. Eccles. discip. part. 1. lib. 2. cap. 17. num. 1. Num vero ad id officii adnumeretur is, quem Episcopus arbitrato suo, vel potius quem Diaconi de se, utpote magis industrium elegerint, non conitat inter eruditos. Tu interim consule Thomassin. cit. loc. num. 2. 4. & 11. At nunquam in Ecclesia Occidentali ad ejusmodi dignitatem evehebatur, qui antiquior erat in ordinatione, ut certe vitium est Salmasio de Primat. Pap., & forte etiam auctori nostro sub num. 2. Num vero idem obtinuerit in Ecclesia Orientali, & præsertim Constantinopolitana, haud satis liquet, Thomassin. eod. num. 12.

2. Illud autem exploratum est, ab initio Archidiaconos minime ea fuisse donatos jurisdictione, qua posterioribus temporibus, & præsertim post Decretalium Greg. IX. libros polluisse, nemo est, qui ignorat, & fuisse hic tradit Auctor. Olim enim præcipuum eorum munus erat intra Ecclesiam, in qua vice Episcopi officia inter Diaconos, ac minores Clericos dividebant: Sacra etiam cuiusque Ordinis instrumenta, cum ii ab Episcopo ordinabantur, porrigebant, Conc. Chart. 4. can. 5. 6. & 9. Eucharistiam distribuere vel ipsis Presbyteris, licet id indiscriminatim permissum quoque erat omnibus Diaconis, ut habetur dist. 93. ubi hujusmodi mos improbat, varieque relata sunt Conciliorum decreta audacium, & ambitionem, coercencia Diaconorum, qui etiam supra Presbyteros sese extollebant: atque tandem intra Ecclesiam peragebant Diaconi, quæ habes penes Thom. præsertim cit. op. cap. 18. num. 2.

3. Extra Ecclesiam quoque munia Archidiaconorum extendebantur, cum iis pupillarum, viduarum, & peregrinorum cura fuerit demandata, Thomassin. d. cap. 17. num. 10. collectam e communione pecuniam inter Clericos distribuerint, laudat. Auct. d. cap. 18. num. 2. de moribus ordinandorum a Laicis, & Clero retulerint, Conc. Chalced. act. 10. Juniores Clericos edocuerint, quæ scire singulos oporteret, sive ad mentes intuentibus, sive ad formandos mores, Conc. Chartag. 4. can. 9. Greg. Turonen. hist. lib. 6. cap. 36.

4. Tractu vero temporis Jurisdictio etiam Archidiacono accessit. Eam ab initio tanquam ab Episcopo delegatam in minores tantum Clericos exercuit. Deinde vero jurisdictionem omnem cum voluntaria, tum contentiosa in universam Diocesim mandata Archidiacono fuit, ut omnino esset Episcopi Vicarius Generalis in Occidente aequè, ac in Oriente, ubi tamen non adeo effrenis præsertim in Clericos superioris gradus auctoritas fuit; quæ de re abundè Thomassin. cit. op. capp. 17. 18. & 19. & noster Auctor.

Verum cum Archidiaconis diutissime, & sine ullo limite fuerit ab Episcopis delegata jurisdictione; hæc sententiam, ut in ejusmodi concessionibus evenire solet, Ordinaria exiitumata fuit, & propterea etiam Sede Episcopali vacante exercita. Hinc auctoritas Archidiaconorum non modo in Laicos, & minores Clericos, sed & in Presbyteros, & Archipresbyteros ipsos extendebatur, de qua fuisse Auctor noster. Sed eorum potestatem in Archipresbyteros fuisse per Decretales constabilitam ob relatam inibi spurium quoddam monumentum ejusmodi auctoritatem Archidiaconis tribuens, tradit Van-Espen. jur. Eccl. univ. part. 1. tit. 12. cap. 1. num. 4. per tot. Ex eo insuper factum, ut Archidiaconi Sacerdotii accessione injuriam sibi fieri putarent, Hieron. in Ezech. cap. 18. Petr. Blesens. ep. 123. Quamobrem gradui Archidiaconi quemdam restitutum decernitur in can. 8. dist. 74. quod cum Episcopus, ut loco, dignitateque moveret, aliumque sibi amicum institueret Archidiaconum, Presbyterum ordinaverat. Tanta autem in exercenda jurisdictione fuit Archidiaconorum avaritia, ut nonnullæ prodierint Conciliorum sanctiones eam coercentes, & ulterius antiam dederit Laicis, ut Archidiaconatus invalerint, quod distulere sic possent; Thom. cit. oper. cap. 19. num. 2. & 3. Avaritiæ insuper Archidiaconorum accessit, quod sic agere potest annum Christi millesimum cæperint, ut suo magis quam vicario jure agere viderentur; unde haud esse ferendum fuit vilium, non Presbyteros Presbyteris præesse, eisque necessitas imposita presbyteratus. Tandem eorum quoque contumacia in Episcopos fecit, ut hi paulatim jurisdictionem repeterent suam, quam Vicariis Generalibus pro arbitrio amovibilibus demandarunt, ut fuisse Auctor. Hos vero libris decretalium recentiores esse, patet ex dictis, reque vera mentio est in sexto.

Verum amplissimam ejusmodi Archidiaconorum jurisdictionem adhuc hodie in aliquibus Ecclesiis stare, tradit Van-Espen. loc. cit. num. 22. quod & exemplis Ecclesie Leodiensis, & Ecclesie S. Jacobi Lovanii demonstrat n. 22. 23. & 24.

In plerisque etiam Ecclesiis Belgicis consuetudinem ademitisse Archidiaconis omnem plane jurisdictionem contentiosam, salva tamen eis extrajudiciali cura & sollicitudine tam in Clerum, quam in Populum, affirmat mox cit. Auctor eod. numer. 22.

Si plura cupis cum ad veterem, tum ad præsentem disciplinam spectantia, præter hic laudatos Auctores, adire potes Morin. de ss. Ordin. par. 3. ex. 16. cap. 3. Sirmond. tom. 1. oper. p. 967. caute legendum Bohemer. ad tit. Decretal. de offic. Archidiacon. & Lypæum Consult. can. ad eundem tit.

ARCHIEPISCOPUS.

ARTICULUS I.

Quoad suum esse, & Jurisdictionem, quam habet in tota sua Provincia.

Archiepiscopus sic dicitur tamquam primus, seu Princeps omnium Episcoporum suæ Provinciæ. Arche enim græce principium, vel Principium sonat. cap. Cleros verb. Archiepiscopus dist. 21. Et Archiepiscopus alio nomine appellatur Metropolitanus sive a mensura, aut numero Civitatum; cit. cap. Cleros verb. Metropolitanus, quia Provincia, cui præest Metropolitanus, decem aut undecim Civitates, & totidem Episcopos Suffraganeos olim sub se continere solebat; cap. Scitote 2. cas. 6. quæst. 3. Gloss. in cit. cap. Cleros verb. A mensura dist. 21. Vel potius, & rectius dicitur Metropolitanus Metros, quod idem sonat quod Mater, & Polis, quod idem sonat quod Civitas, quia videlicet Archiepiscopolis, seu Metropolitanus Ecclesia, in qua residet Archiepiscopus, seu Metropolitanus, sita est in Metropoli, seu Civitate præcipua, quæ est veluti Mater, seu Matrix aliarum Ecclesiarum, seu Civitatum totius Provinciæ; cit. cap. Cleros dist. 21. & ibi Gloss. verb. A mensura. Abbas in cap. Suffraganeis num. 2. de election. Covarruv. præf. cap. 19. num. 2. Pirhing. lib. 1. tit. 31. num. 13. Unde in re Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt, ut deduci potest etiam in textu in cap. Pastoralis in principio de Offic. Ordinarii, & in Extravagant. Salvator de Præbend. inter commun. Dantur tamen aliqui Archiepiscopi, qui proprie juxta datam explicationem non sunt Metropolitanus, ex quo nullum sub se habent Suffraganeum; ut testantur Homobon. De humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 6. Azorius dist.

18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53

tut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. quest. 1. & Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 6. & lib. 1. Juris univ. Ecclesiast. cap. 7. num. 7. ubi dicit, tales esse inter alios Archiepiscopos Roxanen. & Lancianen. qui nullum habent Suffraganeum; Quare autem in Jure, ut cit. cap. Scitote 2. caus. 6. quest. 3. & cap. Suffraganeis 11. de election. & cap. 1. de Foro competent. in 6. Episcopi Metropolitanis subiecti appellentur Suffraganei, est quia suffragantur ipsi in Officio Episcopali, scilicet in consecrando alios Episcopos, in celebrando Concilia, & hujusmodi, Abbas in cap. Suffraganeis, de election. num. 1. & alii passim.

6 Archiepiscopus, seu Metropolitanus, ultra Jurisdictionem, quam habet in propria Diocesi, sicuti ceteri Episcopi in suis, habet ordinariam Jurisdictionem in omnes Suffraganeos, seu Episcopos non exemptos suae Provinciae, adeoque tamquam Ordinarius & immediatus eorum Superior potest eidem praecipere, quae ad eorum spectant officium, & si negligentes sunt, potest ipsos etiam per Censuras compellere ad praestandum suum Officium, ut colligitur ex c. Quod autem Archiepiscopus 1. & c. Per Provincias 2. & 3. caus. 9. qu. 3. c. Quia Cognovimus 6. caus. 10. qu. 3. & c. Pastoralis 11. §. 1. de Officio Jud. Ordinarii, ubi expresse dicitur: Quod Episcopus suus eidem (scilicet Archiepiscopo) sit Metropolitanae Legi subiectus: c. Venerabili 52. de sentent. Excommunicat. c. Romana Ecclesia 1. de Offic. Ordinarii in 6. Est enim Archiepiscopus Judex Ordinarius, & competens omnium Episcoporum suae Provinciae, unde quicumque habens actum contra Episcopum, potest illum convenire coram Archiepiscopo, textu expresso in cit. c. Quia cognovimus 6. caus. 10. qu. 3. Abbas in cit. c. Pastoralis, & alii passim; Qui Archiepiscopus potest liberam suam exercere jurisdictionem, & auctoritatem in omnibus sequentibus casibus.

8 Primo potest Archiepiscopus suam exercere jurisdictionem cogendo suos Suffraganeos Episcopos ad observandum eundem modum in Divinis Officiis celebrandis, quem servat Ecclesia Metropolitana; c. de his 14. dist. 12. Gloss. in cap. Pastoralis, de Offic. Ordinarii, ver. exceptis. Secundo potest suam exercere jurisdictionem quando causa per appellationem ad ipsum defertur, scilicet quando a sententia, vel gravamine Episcopi legitime appellatur ad Archiepiscopum; c. Cum non ignoratis 2. de Offic. Legati, c. Duo simul 9. de Offic. Judic. Ordinarii. Tertio potest injungere Episcopis Suffraganeis, ut observent Sacros Canones in materia Simoniae; alias ipse Archiepiscopus poenam poterit infligere; c. Dilectus Filius 30. de Simonia. Quarto potest cogere Episcopos Suffraganeos ad erigendum Seminarium. Conc. Trid. sess. 23. c. 18. de reform. Quinto potest ipsos compellere ad faciendam Synodum quotannis. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. Sexto potest ipsos cogere ad constituendum Archipresbyterum ruralem; c. Et singula Plebes 2. de Offic. Archipresbyteri. Septimo potest Episcopos Suffraganeos ad Concilium Provinciale vocare, ut distulse statuitur dist. 18. per totam, & in Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Octavo potest cogere Suffraganeos ad residendum apud suas Ecclesias; Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. & illis sine legitima causa non residentibus applicare fructus Fabricae Ecclesiae, aut pauperibus loci, & crescente contumacia, denunciare Summo Pontifici. Conc. Trid. ibidem, & Pius IV. in Constit. incip. De salute gregis. Nono potest deputare Vicarium, seu Officiale in Ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi, Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit. Conc. Trid. sess. 24. c. 16. de reformat. Decimo potest vocare, & compellere Suffraganeos pro consecratione alterius Suffraganei; c. Non debet 3. & c. Episcopus 4. dist. 65. Undecimo potest cognoscere de injuria sententiae Excommunicationis Suffraganei; c. Sollicitudinem 54. de appellat. §. Nos igitur, vers. Si vero Notarium.

19 Duodecimo potest Archiepiscopus interveniente causa suos Suffraganeos suspendere, interdicerere, & excommunicare; c. Venerabili, de sentent. excommunicat. & c. Romana Ecclesia 1. de Offic. Ordinarii in 6. Et Archiepiscopo absente, & a sua Provincia distante, etiam ejus Vicarius potest ipsos Suffraganeos suspendere, interdicerere, & excommunicare; textu claro in cit. c. Romana Ecclesia, §. Officiales autem, de Offic. Ord. in 6. Bertachin. de Episcopo part. 7. lib. 4. titul. de Vicario Episcopi quest. 10. & cum aliis Barbosa lib. 1. Juris Eccles. univ. c. 7. n. 28. Tertiodecimo potest Archiepiscopus excommunicare Vicarium, vel Officiale Episcopi Suffraganei, causa rationabili existente; c. Romana, de Offic. Vicarii in 22. 6. & ibi Glossa verb. rationabili. Causae autem rationabiles

excommunicandi Vicarium sunt, quae referuntur a Gloss. in cit. c. Romana, & ab Archidia. & Gemin. ibi num. 6. scilicet, quando Vicarius impedit causam appellationis ad Archiepiscopum; vel si deliquit circa Officium commissum; vel si peccaret in his, quae sunt Jurisdictionis; vel si uteretur Jurisdictione Episcopi excommunicati; vel si sit criminofus, & incorrigibilis. Excep- tis tamen his, & similibus casibus, si Vicarius delinquat extra Officium, non subiacet Jurisdictioni Metropolitanis, nisi in casibus a Jure expressis, sicuti ceteri subditi Suffraganeorum, sed cognitio, & punitio delicti a Vicario extra Officium pertinet ad suum Episcopum, qui habet facultatem a Jure, prout quivis alius Magistratus coercendi Officiale suum appellatione remota, prout disponitur in leg. Nulli Officialium, Cod. quomod. appellat. non recip. Gratian. in cap. Et qui appellat, §. Nulli quoque 2. quest. 6. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 4. n. 18.

14 Quartodecimo potest Archiepiscopus absolvere subditum suffraganei, quem ipse non vult absolvere; cap. Ad reprimendam 6. de Offic. Judic. Ordinarii. Quintodecimo potest dispensare in subditis Suffraganei, quando ipse denegat dispensationem, & dispensatio est debita ratione Perionae, loci, aetatis, temporis, pietatis, necessitatis, & utilitatis Ecclesiae; Sanchez in praecipua Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 13. Genuent. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 88. n. 3. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 4. num. 24. Sextodecimo potest conferre Beneficia vacantia per negligentiam Suffraganei; si enim suffraganeus sit negligens ad conferenda Beneficia intra semestrem, tunc collatio devolvitur ad Archiepiscopum; cap. Licet 3. de supplenda negligentia Praelator. Decimo septimo potest instituerere presentatum a Patronis per negligentiam Suffraganei, nam si Episcopus noluerit instituire intra duos menses presentatum in Jure patronatus a Patronis, illum instituet Archiepiscopus, quem possunt adire Patroni; Pius V. Constitut. incip. in conferendis edita 16. Maii 1587. Decimo octavo potest cogere Episcopum, & subditum pro testimonio ferendo, si Episcopus sit negligens in compellendo subdito ad perhibendum tale testimonium, & alia opportuna in causis; Abbas in cap. Si quis contra Clericum 4. de Foro competent. n. 7. Quarant. in Summa Bullar. verb. Archiepiscop. auctoritas n. 14. Barbosa in cap. Pastoralis, de Offic. Ordinarii n. 11. Decimonono potest exequi ultimas voluntates subditorum Episcopi, ipso Episcopo negligente, Abbas in cap. Pastoralis, de Offic. Ord. in principio, Marta de Jurisdic. par. 2. cap. 10. n. 4. Franc. Carpi de execut. Testament. lib. 1. cap. 22. n. 77. Vigesimo potest dispensare in votis, & juramentis Episcoporum Suffraganeorum, ut cum S. Antonin. Palud. Henriq. Avila, Sayr. & aliis tenet Sanchez in praecipua Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 16. Vigesimo primo potest cognoscere causas subditorum Suffraganei, si habeant praedium in suo Archiepiscopatu; cap. Hanc 3. & cap. Licet 20. de Foro competent.

32 Vigesimo secundo potest Archiepiscopus in visitando Provinciam compellere Suffraganeos, & subditos eorum ad solvendam Procuracionem; cap. Cum ex Officii sui debito 16. de Prescriptionibus, cap. Sapientia 14. de Censibus, & cap. Romana Ecclesia 1. de Censib. in 6. Vigesimo tertio Archiepiscopus dum actu visitat Provinciam potest subditorum Suffraganeorum Confessiones audire, ipsos absolvere, atque poenitentias injungere salutare, cap. Perpetuo declaramus 5. de Censibus in 6. ubi in fine sic expresse dicitur: Potest etiam idem Archiepiscopus, dum visitat, Confessiones subditorum suffraganeorum audire ac absolvere contentes, & ipsi poenitentias injungere salutare. Imo nedum per se, sed etiam per alios potest subditos Suffraganeorum absolvere etiam a casibus suis respective Episcopis reservatis, quia eo tempore, quo Archiepiscopus Diocesem Suffraganeorum visitat, quaelibet Diocesis actu visitata ceniatur tamquam sua, & ipse habere in ea Jurisdictionem quasi Episcopalem Episcopo superiore; Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 3. n. 8. & tom. 5. disp. 14. sect. 2. num. 12. Barbosa lib. 1. Juris Eccles. univ. cap. 7. n. 89. cum multis aliis. Vigesimo quarto potest concedere Indulgentias per totam suam Provinciam, etiam si non sit in actu Visitacionis dummodo statutum Generalis Concilii non excedat; cap. Nostro 15. de poenitent. & remiss. & ejus Summar. ubi sic praecise dicitur: Archiepiscopus intra Provinciam suam potest concedere indulgentias secundum formam Conc. Gener. Vigesimo quinto potest procedere contra Canonicos Suffraganeorum in casu inobservantiae Censurarum ab Episcopis lateranum; & cognoscere ipsorum excessus in cessatione a Divinis; cap. Irrefragabili 13. de Offic. Jud.

37 Jud. Ordinarii §. Ceterum. Vigesimo sexto potest absolvere Excommunicatum subditum suffraganei, licet contrarius appelleret, & cogere Episcopum, ut deferat appellationi, cap. Qua fronte 25. §. Sane de appell.

38 Vigesimo septimo potest Archiepiscopus exercere Jurisdictionem in subditis Suffraganeorum in concernentibus totam Provinciam, ut in tollendo pravam consuetudinem; cap. Ad extirpandas 11. & cap. Nimis 18. de Filiis Presbyter. & cap. Ex frequentibus 3. de Institutionibus. Vigesimo octavo potest, cum in Provincia sua Jurisdictionem exercet, punire notorios injuriantes Sibi, Nunciis, & Familiis suae, sive suam Jurisdictionem impediunt, sive non, cap. Romana 1. de penis. Vigesimo nono potest interdicerere Praedicationis Officium aliquibus per totam suam Provinciam; cap. Tuarum 11. de privilegiis.

40 Trigesimo potest exules facere a tota sua Provincia delinquentes in sua Diocesi; cap. Non sine 2. de Arbitris & cap. Tuarum 11. de privilegiis. Trigesimo primo potest mittere Quae- stores elemosinarum per totam Provinciam pro Fabrica Ecclesiae Metropolitanae, cap. Romana 1. de penis. & remiss. Trigesimo secundo potest mittere Edicta per totam Provinciam in casibus ad suam Jurisdictionem pertinentibus. Gem. & Franch. in cap. 2. de supplend. neglig. Praelat. in 6. Quaranta verb. Archiep. Auctoritas. vers. 27. Barbosa lib. 1. Juris univ. Eccles. cap. 7. num. 79. Trigesimo tertio potest compellere Abbates, & Regulares Praelatos negligentes, ut Praedicatione Evangelii fiat in Ecclesiis Parochialibus subiectis Monasteriis in nulla Diocesi existentibus. Concil. Trid. sess. 5. cap. 3. Trigesimo quarto potest ante se facere deferri Crucem in tota sua Provincia, etiam per loca exempta, Clemen. cap. Archiepiscopo 2. de privil. & excessibus privilegiat. & Sac. Cong. Rit. in Theatina 13. Julii 1613. Et Communis cum Quarant. verb. Archiepiscopi auctoritas vers. 28. ubi dicit quod locus exemptus non desinit esse intra Provinciam, & hoc etiam extra visitationem. Nisi tamen esset praesens Legatus Papae, vel Cardinalis non Legatus, seu Nuncius cum facultate Legati a Latere; quia in istorum praesentia non potest; Sac. Cong. Rit. in Taurin. 9. Mart. 1593. Ead. S. C. 2. Octob. 1601.

47 Trigesimo quinto potest populo benedicere per totam Provinciam, etiam in locis exemptis, & extra visitationem, cit. cap. Archiepiscopo, tam benedictione solemnii, quam simplicii. Nisi tamen, ut supra, & sit praesens Legatus, seu Nuncius Apostolicus, quia in praesentia istius, ut decrevit S. Cong. Rit. in Taurin. 9. Mart. 1593. Archiepiscopus debet rogare Nuncium, ut populo benedicat, qui hoc deinde remittat Archiepiscopo, ut populus cognoscit dignitatem Apostolicam, & de Legato praesente decrevit posse Archiepiscopum populo benedicere solum ipso annuente. Sac. Rit. Cong. 2. Octob. 1601. Trigesimo sexto potest in tota sua Provincia etiam in locis exemptis uti Mozzeta, & Rochetto discooperto, nisi ut supra, sit praesens Legatus, vel Cardinalis. Sac. Cong. Rit. 2. Octob. 1501, & similiter in tota sua Provincia, etiam in locis exemptis, potest uti Pallio; cap. Cum super 1. de auctorit. et usu Pallii.

50 Trigesimo septimo potest in tota sua Provincia, etiam in locis exemptis celebrare Divina Officia in Pontificalibus, & alios in sua praesentia sine Pontificalibus celebrare facere; cit. Clement. cap. Archiepiscopo 2. de privil. & excessibus privil.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

51 Archiepiscopus in tota Provincia benedictionem super populum impertiri potest; Bened. XIV. tom. 2. Constit. 40. incip. Exemplis Praedecessorum.

Novae additiones ex aliena manu.

1 Primum eorum nominum, quae veluti honoraria tractu temporis accesserunt dignitati Episcopali, fuit quidem illud Metropolitanae, mutatum proculdubio a Civitate Metropoli, quae in Civili regimine totius provinciae mater, & caput erat, & inter ceteras urbes eminebat. Quo factum fuit, ut Episcopus illius urbis & in Ecclesiastico regimine reliquis honoratior, digniorque haberetur. Metropolitanarum originem, Juraque a temporibus usque Apostolorum repetunt Origen. de Orig. Episc. & Metropol. Petr. de Marc. de Concil. lib. 6. cap. 1. num. 9. alique, qui & Eusebium, Divumque Joannem Chrysostr. suae sententiae auctores habere ex eo putant, quia hic in epist. 1. ad Timoth., & ille in hist. Eccl. 1. 3. cap. 4. narrant, a Paulo Apostolo Titum fuisse constitutum Episcopum Ecclesiarum totius Insulae Cretae.

Verum haec tanti haud esse, ut eam Metropolitanarum juribus tribuant antiquitatem, demonstrat Van-Espen. Jur. Eccl. univ. part. 1. tit. 19. cap. 1. num. 3., qui ideo illorum tuetur sententiam, qui eorumdem jura a temporibus Apostolicis proximis descendisse arbitrantur, & quidem ex quadam consuetudine. Ut autem res se habuerit, longe quidem ante Concilii Niceni tempora Metropolitanarum jurisdicctio constabita fuit, cum eadem in ejusdem Concil. canonibus 4, 6, & 7. disterte concepteque confirmetur. Hinc, postquam sensim praesentique Conciliorum canonibus illorum Jura firmata fuere, coeperunt Metropolitanae, & Archiepiscopi vocari; quod nomen non ante sac. V. usurpasse Latinos affirmat Van-Esp. cit. loc. ver. postquam, cum illud apud Graecos fuisse in usu tempore SS. Chrylologi, & Epiphani constet ex Thomasi. vet. & nov. discipl. tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 7., ubi & num. 10. habetur, ab eo nomine, ut quid fastus, & ambitionis praeserente, Africanos abstinuisse. Fuisse autem omnibus Archiepiscopis indifferminatum nomen quoque Primatis olim tributum, pluribus docet Ziegler. de Episc. lib. 1. cap. 11. num. 3. et seqq., ubi etiam nonnulla circa hoc argumentum scitu digna erudite animadvertit.

Illud quoque fat compertum est, Metropoles Ecclesiasticas ad normam Civilium formatas fuisse; ita ut, si Principes provincias divisissent, & Ecclesia eorum divisiones adoptaverit. Unde factum, ut Episcopi Metropolica jura ambientes Imperatores adirent, & obtenta ab iis in urbis suae gratiam Metropoles dignitate, Ecclesiastica quoque Jura Metropolita invaderent. At posterioribus temporibus Jura Metropolita Ecclesiasticarum erectio sejunctim a Civili regimine, sibi vindicavit Ecclesia. Et tandem ejusmodi potestas ad unum devoluta est Romanum Pontificem, itaut hodie & Episcopatum, & Archiepiscopatum, sive Metropoleon institutio erectiove non nisi auctoritate SS. Pontificis fiat, Van-Espen. cit. loc. num. 13. Thomasi. vet., et nov. discipl. part. 1. lib. 1. cap. 45. De Archiepiscoporum vero Jurisdictione pauca adnectam seq. art. ut eorum jura uno aspectu, & per summa capita, ut instituti ratio postulatur, dignosci possint.

ARTICULUS II.

Archiepiscopus quoad casus, in quibus non habet Jurisdictionem.

Primo non potest hodie Archiepiscopus visitare Dioceses Suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali. Sic statuit Conc. Trid. sess. 24. de reformat. Secundo non potest se ingerere in causis suorum Suffraganeorum, quae agitantur coram eis in prima instantia, & si se ingerat, ipse potest ejus inhibito, Conc. Trid. sess. 13. cap. 1., & sess. 24. c. 20. de reformat. Sac. Congr. Episcoporum. 29. Apr. 1697. Tertio non potest exequi sententias Civiles, nec exigere poenas criminales delictorum, ex eo quod ipse confirmavit sententiam Suffraganei. Sac. Cong. Episcoporum. in una Squillacen. 6. Martii 1613. Quarto non potest Archiepiscopus absolvere Excommunicatos a Suffraganeis, vel Officialibus ipsorum, nisi in casu appellationis; cap. Venerabilibus, de sentent. excommunicat. in 6. Quinto non potest populos Suffraganeorum excommunicare; cap. Nullus 8. caus. 9. qu. 3. Sexto non potest ad visitata loca suffraganei redire denuo, antequam visitet totam Provinciam, nisi a Diocesis locorum requiratur; cap. Romanae 1. §. Ex quo, de Censibus in 6. Septimo non potest recipere Procuracionem in pecunia, nec munera a subditis Suffraganeorum, & si recipiat, tenetur restituere in duplo; cit. cap. Romanae §. Procuraciones. Octavo non potest cogere subditos Suffraganeorum, ut suam delegationem accipiant, vel sententias exequantur; cap. Romana Eccles. §. Nec etiam, de Foro competent. in 6. Nono non potest esse Judex competens pro factis Advocatorum, & Procuratorum sui Fori contra subditos Suffraganeorum; cit. cap. Romana Eccles. §. Nec etiam, de Foro competent. in 6. Decimo non potest ferre Censuram contra Officiales Suffraganei, ex eo quia citati noluerint comparere coram eo: cit. cap. Romana Eccl. §. Nec Clericos, de Foro competent. in 6.

Undecimo non potest Archiepiscopus in Diocesi Suffraganeorum sibi facere Officiales pro causis futuris, ut habetur in c. 1. de Offic. Jud. Ordinarii in 6. Quod si per consuetudinem tale Jus habeat, non possunt Officiales inhibere ante appellationem; cit. cap. 1. de Offic. Jud. Ord. num. 6. & Sac. Cong. Episcoporum.

13 copor. in una Vulturana. 13. Maji 1603. Duodecimo non potest citare in causa appellationis ab Episcopo, nisi causa appellationis fuerit sufficiens, & legitima; cap. Romana 3. §. Cum autem, de appellatione. in 6. Tertiodecimo non potest eximeri ab Episcopo eum, qui ad ipsum appellavit in aliis causis, quam in illa appellationis; cit. c. Romana §. Cum vero, de appellat.

14 in 6. Quartodecimo non potest statuere, ut causa, quæ per appellationem ad ipsum deferuntur, agitentur alibi, quam in sua Civitate, vel Diocesi, aut in eis, in quibus fuit appellatum, vel causa ipse consistunt, nisi aliud sibi competat de consuetudine; c. Ut litigantibus 5. de Officio Ordin. in 6. & hoc est dispositum; ne augeantur expensæ. Quintodecimo non potest dare Visitatorem Ecclesiæ Suffraganeæ vacanti, si Capitulum bene administrat; c. Ecclesiæ Cathedrali vacanti 4. de suprad. plen. neglig. Prælator in 6. Sextodecimo non potest concedere aliquam exemptionem subditis suffraganeorum in prima instantia. Sac. Cong. Episcop. in una Montifregalis 2. Decembris 1609.

18 Decimoseptimo non potest revocare Censuram latam a proprio Ordinario contra appellentem; c. Romana §. Sententias, 19 de appellat. in 6. Decimo octavo non potest inhibere Suffraganeis in materia observationis Festorum; Ita declaravit Sac. Cong. Greg. Episcop. in una Beneventana 11. Januarii 1622. Decimono non potest inhibere Suffraganeis, nec se ingerere in causis Immunitatis Ecclesiasticæ, sed remittere debet ad Sanctam Sedem Apostolicam eos, qui recurrunt ad ipsum. Sacra Congregat. Episcop. in una Anglonen. 23. Septembris 1624.

21 Vigesimo non potest publicare Monitoria Excommunicationis ad finem revelationis in forma Significasti, in Diocesi sui Suffraganei; c. Romana 1. de Offic. Ordin. in 6. & Sac. Congreg. Episcop. in una Alessanen. 15. Septembris 1603; Vigesimo primo non potest expedire Commisarium contra suos Suffraganeos sine licentia Sacræ Congregationis. Sic Sac. Congreg. Episcop. in una Umbria. 25. Maii 1629. Vigesimo secundo non potest concedere Dimissorias subditis Suffraganeorum, cum visitat Provinciam, quia non reperitur hoc in Jure permissum.

24 Sic nec sine licentia Suffraganei, vel Superioris loci exempti potest Ordinare, Chrisinate, injungere Degradare, & alia similia, quæ dicunt Jurisdictionem; Glof. in Clement. c. Archiep. 2. de privilegiis & excessibus privilegiator. Franc. & Geminian. in cap. final. de Censibus in 6. Covar. pract. c. 9. num. 2. Barbol. l. 1. Juris Ecclesiæ c. 7. n. 132. & de Offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 4. n. 49. Archiepiscopus enim nequit exercere Pontificalia in Ecclesiis Suffraganeorum absque licentia Episcopi Ordinarii Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 18. Aprilis 1599.

26 Vigesimo tertio non potest procedere contra Suffraganeos in causis Criminalibus, nam in delictis majoribus depositione, aut privatione dignis, cognoscit solus Papa, & de minoribus Concilium Provinciale, aut Deputandi per ipsum; Conc. Trident. sess. 24. de reformat. c. 5. Vigesimo quarto in casu, quo Ordinarius nolit supplicanti Ordines conferre, non poterit ab Archiepiscopo, cujus est Suffraganeus, compelli ad allegandas causas, cur renuat, sed ad Sedem Apostolicam, seu Sacræ Congregationem Concilii erit recurrendum, ut dicta Congreg. respondit in Rhemenf. 21. April. 1668. confirmata in Calaguritanâ gravaminum 16. Julii 1695. in responsione ad 10. Vigesimo quinto non potest præcipere Suffraganeo, ut expediat aliquam causam intra certum terminum, puta triginta dierum. Sac. Congreg. Episcop. in una Murana 25. April. 1612. Vigesimo sexto non potest vocare Episcopos Suffraganeos ad præstandum ei obedientiam, etiam si eos non cogat, neque per se, neque per alios, seu per Procuratores ad comparandum. Sac. Congregat. Concil. in Surrentina 11. Septembris 1694. Si vero probetur immemorabilis consuetudo vocandi Episcopos, his patientibus, & non contradicentibus, tunc manutenendus est Archiepiscopus in vocandis Suffraganeis, sed non tenentur Episcopi accedere, nec per Procuratores; Eadem Sac. Congregat. Concil. 23. Martii 1697. in dicta Surrentina; ubi compilato processu remissoriali fuit iterum causa proposita, & resolutum Recedendum a decisis, & manuteneri Archiepiscopum in vocandis Suffraganeis, sed non teneri Episcopos accedere, nec per Procuratores, apud Petram tom. 1. in Constit. mica Honorii II. sess. 1. n. 134.

31 Vigesimo septimo non potest statim, & simpliciter absolvere illum, qui de Excommunicatione appellavit ad ipsum, sed eum remittere debet ad Episcopum, qui excommunicavit; qui si noluerit ipsum absolvere, tunc solum recepta juratoria cautione, poterit ipsum absolvere; c. Ad reprimendam 8. de Offic. Ind. Ordin. Vigesimo octavo nihil potest facere in Diocesis Suffraganeorum, nisi quatenus reperitur in Jure expressum; cap. Pastoralis 11 de Offic. Judic. Ordin. c. Romana 5. cap. Venerabili

libus 7. de sentent. excomm. in 6. & c. Romana Ecclesia 1. de supplend. negligent. Prælat. in 6. Vel quatenus de consensu Episcoporum Suffraganeorum ipsi permittitur, c. per singulas 2. c. Archiepiscopus 6. c. Conquestus 9. c. Episcopo 10. caus. 9. q. 3. Vigesimo nono Archiepiscopus non potest concedere inhibitiones in causis pendentibus coram suis Suffraganeis, nec absolutiones quoad Censuras latas ab Episcopis in causa Immunitatis, Sac. Congr. Immunit. in Majoric. 16. Junii 1614. lib. 1. decret. Paul. pag. 44. in Aquen. 17. Januarii 1703. lib. 3. decret. Vallem. in pag. 463. & 19. Februar. 1704. pag. 557. & 558. In Morulen. 11. Octob. pag. 622, & 8. Novembr. 1704. lib. 3. decretal. Vallemani 626.

Trigesimo, Archiepiscopo injungitur, ut non se ingerat in hujusmodi causis pendentibus coram Suffraganeis absque licentia Sacræ Congregationis. Sacra Congreg. Immunit. in Caputaquen. 2. Junii 1591. lib. 1. decret. Vallem. p. 49. & in Bisacen. 6. Februar. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 102. Trigesimo primo injungitur Archiepiscopo Metropolitanano, ut quatenus Excommunicatus a Suffraganeo, ad ipsum recurrat pro absolutione, omnino abstineat, sed remittat ad suum Ordinarium. Sac. Congreg. Immunit. in Ostunen. 13. Octob. 1663. lib. 1. Altoviti pag. 277. Archiepiscopus tamen bene se gerit procedendo ad Censuras contra violatores Immunitatis in Diocesi Suffraganeæ, quando Vicarius Capitularis Episcopatus Suffraganei est negligens in tuenda libertate, & Immunitate Ecclesiastica. Sacra Congregat. Immunit. in Tricaven. 22. Septembris 1683. lib. 1. decret. Altoviti pag. 88. Trigesimo secundo Archiepiscopus Brundulinus acriter monetur, eo quia præsumptè excommunicare Vicarium Generalem, & Actuarium Curie Episcopalis Suffraganeæ, eo quod non paruerint ejus inhibitioni in causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, cum non possit ignorare decreta Sacræ Congregationis expresse prohibentia Metropolitanis se ingerere in causis Immunitatis pendentibus in Curia Suffraganeorum; quare revocet omnia, quæ in hac materia attentavit, & Vicarius, & Actuarius non attempta tali Excommunicatione tanquam irrita, & nulla, exercent propria munera. Sac. Congr. Immunit. in Ostunen. 19. April. 1693. lib. 1. Decret. Vallemani pag. 4.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Archiepiscopi Bononiensis, Ferrariensis, Ravennatensis, & Urbinatensis una cum Cardinali S.R.E. Camerario executores deputantur pro libertate mutui commercii inter subditos dittonis Ecclesiasticæ. Benedict. XIV. tom. 2. Constit. 54. incip. Quo die.

Novæ additiones ex aliena manu.

Jurisdicção Archiepiscopi vel Episcopos Suffraganeos, vel Subditos, vel Diocesanos ipsorum concernit. Quod attinet ad jurisdictionem Archiepiscopi in Episcopos Suffraganeos, ea tanta ab initio fuit, ut prohibiti ipsi Episcopi Suffraganei fuerint aliquid magni momenti agere sine ejus consensu. Quintimo Archiepiscopus primas habebat partes in electione Episcoporum suæ Provinciæ; adeo ut citra ejus sententiam nemo possit Episcopus constitui. Ejus item erat electos jam Episcopos examinare, confirmare, ordinare, insuperque initiare, erudire, ac in eorum mores animadvertere. Hinc factum, ut Metropolita Episcoporum diceretur Pater, Magister, Judex. Hinc Suffraganeorum obligatio juramentum fidelitatis præstandi suo Metropolitanano. Sed si de his, idest de veteri Metropolitanarum jure plura cupis, adi Thomaf. vet. & nov. discipl. lib. 1. c. 40. & seq. usq. ad 48. Van-Espen. Jur. Eccles. p. 1. tit. 19. cap. 2. & 3.

Posterioribus sæculis Archiepiscopi in Episcopos Suffraganeos jurisdictionem aliquam passim dimissionem, sed & magna adhuc remansit, & quidem ordinaria. Ejus enim vigore poterat Archiepiscopus, 1. Episcopos Suffraganeos ad Concilium Provinciale convocare. 2. Eorum negligentiam in Episcopalis muneris administratione supplere. 3. Eisdem præcipere, quæ aliunde ratione sui muneris tenentur exequi, ac contumaces Ecclesiasticis censuris coercere. 4. Suffraganeorum causas cognoscere. 5. Ipsorum Diocesanes visitare, aliaque in iis peragere, de quibus Auctor a num. 8. usq. ad ult.

Majorem diminutionem passam est jurisdictionem Archiepiscopi in Suffraganeos Episcopos ex jure Concilii Tridentini. Imprimis ex justissimis illis causis, quas expendit Thomaf. vet. & nov. discipl. p. 1. lib. 1. c. 48. reservatæ fuerunt Apostolicæ Sedis

di omnium Episcoporum Confirmationes, Consecrationes, & etiam electiones; licet de electionibus Episcoporum non idem ubique jus sit; quia de re fuf. Van-Esp. jur. Ec. p. 1. t. 13. per tot.

15 Ex Decreto insuper Conc. Trid. sess. 24. cap. 5. de Reform. conitit, causas criminales contra Episcopos majores, i. e. quæ depositionem, aut privationem secum ferunt, Summo Pontifici reservatas esse; Quod sane & ante laudatum Concilium obtinuit, ostendit idem Auctor cit. loc. tit. 18. cap. 3. ubi & de moribus Belgicis circa eandem rem. De minoribus criminalibus Episcoporum causis sic in eodem cap. 5. de Conc. in fin. sancitum deprehenditur, ut scilicet ex in Concilio tantum Provinciali cognoscantur, & terminentur, vel a deputandis per Concilium Provinciale.

17 At quoad causas civiles, cum nihil circa eas a Concilio Tridentino immutatum appareat, mansisse Metropolitanos Judices Ordinarios Suffraganeorum, affirmant idem Van-Espen cit. cap. 3. num. 12. Barbol. de off. & pot. Ep. p. 1. tit. 4. n. 38. Schmier Jurispr. Canonico-Civ. lib. 1. tract. 5. cap. 4. sect. 2. §. 2. num. 29.

18 Sunt tamen qui & in causis civilibus nullam Archiepiscopo in Episcopos Suffraganeos invitos competere jurisdictionem, præterquam in casibus a jure expressis, tenent; Vide Loter. de Re Benefic. lib. 2. quest. 22. num. 74. Cardin. Petr. in Comment. ad Constit. Apost. Constit. 2. Leon. IX. n. 8. & sequent.

19 Quod vero ad censuras attinet, licet eas in Suffraganeos infligendi de jure communi, ut dictum est, potestatem habeant Archiepiscopi; tamen id agendum cum magna consideratione, & non nisi consulta S. Cong. Conc. interprete docet Card. Petr. cit. loc. num. 88. & seq. Hæc vero ad rem habet Schmier loc. cit. in supplem. ad d. cap. 3. num. 35. & plur. seq.: Quia ejusmodi pænæ, & censuræ Ecclesiasticæ non distantur, nisi præcedat culpa, & delictum; cognitio vero de delicto Suffraganeorum ex num. 28. ad Archiepiscopum haud spectat: ideo prædictum jus Archiepiscopi non aliter in usum deducere poterunt, quam cum Provinciali Concilio, prout textum in cap. Venerabilis post Emanuelem Gonzalez interpretatur Petra, aut saltem in ea hypothesi, qua Suffraganeus delinquit in officio, & actu, qui spectat ad jus Metropolitanum, per ea, quæ tradit d. Petra &c., aut denique in casu, quo Archiepiscopus procedit ad declarationem censuræ latæ ab ipso jure: hanc enim declarationem etiam contra exemptos fieri posse, satis inquit Card. de Luc. &c. Censuras ab Archiepiscopo latas in Vicarium sui Episcopi Suffraganei, qui ipsius mandatis obtemperare renuit, sustinuit Ror. in Tavinen. seu Salutarum excessuum 3. Feb. 1747. & 5. Maji ejusdem anni cor. R. P. D. Canillac.

21 Circa jus supplendi negligentiam a Suffraganeis in administratione sui muneris, esse qui sentiant, non aliter Archiepiscopis illud competere, nisi in casibus in jure nominatim expressis, tradit sæpe cit. Schmier eod. loc. num. 40.

22 Ad visitationem demum quod attinet, eam non nisi causa cognita & in Concilio Provinciali probata ab Archiepiscopo in Diocesis Episcoporum Suffraganeorum fieri posse, statuit Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 3. de reformat. ut observatum est ab Auctore num. 1. Hactenus de jurisdictione Archiepiscopi in Episcopos Suffraganeos.

23 Jurisdicção Archiepiscopi in Subditos Episcoporum Suffraganeorum minime ordinaria est, sed media ordinariam inter, ac extraordinariam, & ad casus in jure expressos restricta.

24 Archiepiscopus enim procedere valet in Subditos Episcoporum Suffraganeorum, 1. Dum ab Episcopis Suffraganeis, vel eorum Vicariis Generalibus ad ipsum appellatur. Nota vero, quod seclusa consuetudine Archiepiscopus non potest destinare Officiales in Diocesis Episcoporum Suffraganeorum pro futuris appellationibus; cap. Romana Ecclesia, de Offic. Ordin. in 6. Num autem idem obtineat quoad appellationes jam interpositas, consule Passerin. in d. cap. per tot. ubi & alia ad rem habet. 2. Dum visitat Provinciam, hoc enim casu saltem in foro interno Archiepiscopus omnem jurisdictionem habere, in omnes Provincias Incolas, & sic eorum Confessiones audire, & deinde absolvere, & penitentias salutares imponere, liquet ex cap. Romana §. Sane, de Appell. in 6. 3. Dum agitur de criminibus notoriis. Ea profecto statutis poenis coercere valet Archiepiscopus ex adeo inexcusabili Episcoporum Suffraganeorum negligentia, cit. cap. Romana §. Sane. 4. Dum ipsi Archiepiscopo, vel suis infertur injuria, aut ulius jurisdictionis impeditur.

Reliquum est, ut differatur de jurisdictione Archiepiscopi in Diocesanos Episcoporum Suffraganeorum. Ea pariter restricta est ad casus in jure expressos. Ejus vigore valet 1. Archiepiscopi Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

copus relegare ex tota Provincia delinquentes in sua Diocesi: arg. cap. Non sine, de Arbitr. & ibi Barbol. num. 2. 2. Mitti quæstiones per totam Provinciam pro restauranda fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, cap. Romana 1. de Penitent. & Remiss. in 6. 3. Prohibere ex justa causa munus prædicationis per totam Provinciam, cap. Suarum, de Privileg.

ARTICULUS III.

Archiepiscopus quoad Pallium.

Pallium est præcipuum Archiepiscoporum insigne, seu ornamentum de Corpore Beati Petri sumptum, in quo Pastoralis Officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione ipsi a Papa confertur. Colligitur ex cap. Significasti 4. de electione §. Cum igitur, & cap. Nisi specialis 3. de auctoritate & usu Pallii, & sic Hostiensis in summa hujus tituli n. 1. Engel & alii passim cum Glof. in Rubrica hujus tituli. Dicitur autem Pallium de Corpore Beati Petri sumptum, quia benedicitur, & consecratur a Papa super Altare S. Petri, & de iplo Altari accipitur ab eo, qui ipso debet uti, vel per se, si sit præsens, vel per Procuratores, si sit absens, & sic assumitur de corpore Beati Petri, ut præcisè terminis dicit Glof. in cit. cap. Significasti, verb. Corpore assumuntur, & ut clare habetur etiam ex ipsomet textu istis verbis; Cum igitur Sede Apostolica nostræ insigniæ dignitatis exigitis, quæ de Beati Petri tantum corpore assumuntur. Vel dicitur de Corpore Beati Petri sumptum, quia significat veluti particulam Pontificiæ potestatis, quæ plenarie ex Christi concessione residet in Beato Petro, ejusque legitimis successoribus, & partialiter ex Papæ indulto medio Pallio communicatur aliis; ut deditur ex cit. cap. Significasti, nam alii Prælati inferiores Papa non sunt vocati in plenitudinem, sed solum in partem sollicitudinis Pastoralis; ut expresse dicitur in c. Ad honorem 4. hoc tit. §. fin. his verbis: Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, & clarius etiam in c. Qui se 12. caus. 2. q. 7. his verbis: Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est ita reliquis Ecclesiis vices suas credit largiendas, ut in partem sint vocati sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vel dicitur de Corpore Beati Petri sumptum, quia a solo Romano Pontifice propria auctoritate Pallium confertur, ab aliis vero non nisi ex privilegio ejusdem, ut notat Abbas in cit. cap. Significasti num. 9. Dicitur, in quo Pastoralis Officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur; quia sicut Episcopus non habet plenum Jus in suo Episcopatu antequam consecratus sit: Ita neque Archiepiscopus plenum Jus habet in sua Provincia, priusquam Pallium recipiat, adeo ut ante Pallii receptionem non possit se appellare Archiepiscopum, cap. Nisi specialis 3. hoc tit. ibi: Non tamen deberet se Archiepiscopum appellare priusquam a nobis Pallium suscepisset, in quo Pontificalis Officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur, & Glof. ibi: verb. Nominis, his verbis; Et ita licet consecratus sit in Episcopum, non est appellandus Archiepiscopus ante Pallii receptionem. Imo Archiepiscopus quamvis sit consecratus in Episcopum, nequit multa exercere ante receptionem Pallii, ut infra videbitur.

In primis tamen non erit abs re ad uberiorem omnium notitiam hic adducere modum, quo Pallium ipsum conficitur, & traditur, prout adducitur a variis, & signanter a Christophoro Marcello Corcyrensi Archiepiscopo in Cæremoniali Roman. lib. 1. sect. 10. cap. 5. his verbis: Cura conficiendorum, & conservandorum Palliorum ad Subdiaconos Apostolicos pertinet, qui ex lana munda, & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimonialia Monasterii Sanctæ Agnetis, vel Religiosi, qui sunt in illa Ecclesia, offerunt quotannis Agnos, duos albos super Altare illius Ecclesiæ in die Festivitatis Sanctæ Agnetis, dum in Missa solemnè cantatur Agnus Dei, qui Agni recipiuntur a duobus Canonicis Ecclesiæ Lateranensis, & ab eis postea consignantur Subdiaconis Apostolicis, qui Agnos ipsos in piscina mittunt, quoad veniat tempus opportunum ipsos tondendi. Tempore opportuno advento ex his Agnis lana tondetur, quæ mixta cum alia alba, & pariter munda reducit in filum, ex quo Pallia hujusmodi contextuntur; latitudine digitorum trium redacta in orbem quatuor Crucibus nigris, aut purpureis intexta, itaut velut Stolæ Sacerdotales humeros Præsulum ambient a petore & renibus particulam pendentem habentia longitudinis palmi, & tenuis, & in eorum extremitatibus laminas plum-

plumbeas tenues ad pariem latitudinem in fine orbiculatas, nigro serico textas, in utraque supra pendentes particulas ante, & post, & super humeros utroque. Sic confecta Pallia, per Subdiaconos portantur ad Basilicam Principis Apostolorum, & per Canonicos Basilicæ ponuntur super Corpora Petri, & Pauli Apostolorum sub Altari maiore, ubi factis, ex more vigiliis, illa per noctem dimittunt; Deinde restitunt Subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant.

8 Utius autem Pallii huiusmodi antiquissimus est, & a Lino Pontifice Petri Apostoli immediato succedere habuit originem; ita enim scriptum legitur a Maximo Episcopo in Homil. de veste Sacerdotali: *In Lege gratia antiquum est illud nostrum Ephod (id est Pallium) quod nostri Patriarchæ arbitrantur a Lino post Petrum II. Romano Pontifice institutum, & in singulare potestatis privilegium nostro Dco primis Presulibus datum.* Et Eusebius Casariensis in Sermonem de Epiphania scribit: *Nihil antiquius veste illa Sacerdotali Presulis nostri, quæ illi vestis de Veteri Testamento successit bysso, auroque contextæ, quæ in signum plenissimæ potestatis primus Linus amictus est, cui ad tyrum dedit, & nomen a veteribus accepimus scriptoribus, quam appellavit & Pallium.*

9 Cum autem aliquis Prælati indiget Pallio, illud primo per quempiam ex Advocatis Consistorialibus Procuratorem ab eo ad hoc specialiter constitutum a Summo Pontifice in Consistorio instanti, instantius, & instantissime petitur. Pontifex excluso Advocato exquirat Patrum sententias, an dandum sit Pallium, deinde committit priori Diaconorum Cardinalium, ut Pallium Prælati, vel ejus Procuratori assignet; expeditur super ea re Litteræ Apostolicæ in forma consuetæ, & primus Diaconorum Cardinalium imponit locum, & diem, ubi & in quo Pallium consignare debeat. Id plerumque fieri solet in domo ipsius Cardinalis in sua Capella; interdu autem in Ecclesia S. Petri, & super majus Altare; & valde condecoranter, maxime pro maximis Ecclesiis, & ultramontanis. Statuta die Prælati si est præsens, vel ejus Procurator in absentia cum speciali mandato venit ad locum ordinatum. Adhuc Dominus primus Diaconorum Cardinalium, & Subdiaconus Apostolicus cum ipso Pallio, qui Pallium explicat super medium Altaris. Prælati si est præsens, indutus super Rochettum, sive Superpellicem Planeta, genuflexus in gradu Altaris, ante Priorem Diaconorum itantem in cornu dextero Altaris, ubi legitur Evangelium, petit sibi dari, & consignari Pallium, his verbis: *Ego N. electus Ecclesiæ N. instanti, instantius, & instantissime peto tibi tradi, & assignari Pallium de Corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii.* Tunc Dominus primus Diaconorum accipiens Pallium de Altari imponit illud super humeros Prælati genuflexi dicens: *Ad honorem omnipotentis Dei, & B. Mariæ semper Virginis, atque BB. Apostolorum Petri, & Pauli, nec non Ecclesiæ N. tibi commissæ; tradimus tibi Pallium de Corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii cum Patriarchalis, vel Archiepiscopalis nominis appellatione, ut utaris eo infra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimitur in privilegiis ab Apostolica Sede concessis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Et illud cum Subdiacono aptat, non tamen infigit spinulas, & recipit illud ad oculum pacis. Demum Clericus Cæremoniarum extrahit illi Pallium, & Advocatis testibus rogat se de illo actu, plicat Pallium, & illud portat ad dictum Prælatum, vel illud servat in loco sacro, quoad Prælatos recedat, & tunc dat illi Pallium cum publico Instrumento.

10 Si autem Pallium tradendum sit Procuratori in absentia Prælati, Procurator indutus Superpelliceo genuflectit, ut de Prælato diximus, & petit Pallium, & jurat in hanc formam; *Ego N. Procurator, & Procurator nomine, & pro parte Rev. in Christo Patris & Domini N. Electi Eccl. N. instanti, instantius, & instantissime peto tibi tradi, & assignari Pallium de Corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, & promitto illud reverenter portare eidem R. P. Domino N. nec pernoctabo in aliquo loco, nisi una nocte tantum, nisi præpeditus fuero legitime, & tunc in Cathedrali ipsius, & si non fuerit Cathedralis, in Collegiata, & si non fuerit Collegiata, in Parochiali Ecclesia remittam, & honorifice reponam, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.* Diaconus autem Cardinalis accipiens Pallium de Altari imponit illud super humeros Procuratoris dicens: *Ad honorem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Domini nostri, ac Sanctæ Rom. Ecclesiæ assigno tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Officii cum Archiepiscopalis nomi-*

nis appellatione, nomine, & pro parte R. in Christo Patris Domini nostri N. & Ecclesiæ N. ad quam electus, ut eo utatur infra Ecclesiam suam certis diebus, qui exprimitur in privilegiis ab Apostol. Sede concessis. In nomine Patris &c. Et in fine Procurator osculatur illi manum, & rogat Clericum Cæremoniarum, & petit Instrumentum, Clericus extrahit illi Pallium, plicat, & reportat, & conservat in loco sacro, quousque Procurator sit disciturus, & tunc dat illi Pallium, & Instrumentum in publica forma.

11 Qui Pallium sunt recepturi, postquam fuit petitum in Consistorio, & concessum, componunt primum cum Subdiaconis, nam illi, ut supra diximus, tenent Pallia: Et isti accipiunt secundum valorem, & taxam Ecclesiæ aliquando plus, aliquando minus pro Centenario. Clerici Cæremoniarum, & ipsi ratione Officii sui, & instrumenti mercedem suam exigunt ad proportionem taxæ, & valoris Ecclesiæ, non tamen tantum quantum Subdiaconi. Solent etiam, qui Pallium accipiunt dare dono duo Birreta Diacono Cardinali, & totidem suis Camerariis; At circa hoc, & de quota nihil firmi statutum legitur, adeoque standum consuetudini, & praxi pro qualibet differentia temporum, & aliarum circumstantiarum, & hæc de Pallii occurrentibus Cæremoniis dicta sufficiant.

12 Archiepiscopus, & quilibet alius, cui Pallii jus competit, debet intra tres Menses a die consecrationis, si ante non fuit consecratus, vel a die confirmationis, si jam ante fuit consecratus, cessante iusto impedimento per se, vel Procuratorem petere Pallium, alias privatur commissa sibi Dignitate, cap. Quoniam 1. dist. 100. ubi sic præcisè dicitur: *Placuit, ut quisque Metropolitanus ultra tres Menses consecrationis suæ ad fidem suam exponendam, Palliumque suscipiendum ad Apostolicam Sedem non miserit, commissa sibi careat Dignitate. Si vero Metropolitanus alius licentia post consecratam, & tertiam commotionem viduatis Ecclesiis cum consilio Romano Pontificis ordinando Episcopos subvenire; & clarissime in ejus Summario: *Infra tres Menses fidem suam exponere, & Pallium postulare a Romana Ecclesia quisque Metropolitanus studeat.* Hodie vero ex Tridentino sess. 7. cap. 9. alii tres Menses dantur ad petendam consecrationem; qui etiam ad petendum Pallium consequenter dari censentur. Barbof. lib. 1. juris Eccl. cap. 7. n. 115. Ante receptionem Pallii non licet Archiepiscopo quamvis sit consecratus in Episcopum, imo etiam post sessionem acceperit, nec se Archiepiscopum nominare, ut etiam diximus num. 5. nec eos actus exercere, qui sunt Jurisdictionis majoris, quos non ut simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videtur, ut convocare Concilium, visitare Provinciam, & huiusmodi, textu expresso, in cap. Quod sicuti 28. de electione his verbis: *Præterea cum non liceat Archiepiscopo sine Pallio convocare Concilium, consecrare Christum, dedicare Basilicas, ordinare Clericos, & Episcopos consecrare; multum profecto præsumit, qui antequam impetret Pallium Clericos ordinare festinat, cum id non tamquam simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videatur.* Potest tamen Archiepiscopus confirmatus ante receptum Pallium ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis demandare suis Suffraganeis, qui licite de ejus mandato possunt talia exercere, textu claro in cap. Suffraganeis 11. de electione, his verbis: *Suffraganeis alicujus Metropolitanus, ad mandatum ipsius post confirmationem electionis suæ, est Pallium non receperit, licitum est Electum, qui ad ejus Jurisdictionem pertinet, consecrare.* Si vero Archiepiscopus jam consecratus in Episcopum ante receptum Pallium faciat ea, quæ sibi proveniunt ex Pallio circa potestatem Ordinis, & Chritmatis &c. tunc ipsa sunt valida, sed Archiepiscopus peccat contra Canones, & Jura, & per hoc fuit dictum supra quod ante receptum Pallium non licet Archiepiscopo &c. non autem quod non possit. Azorius instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. q. 6. Barbof. lib. 1. juris Eccl. cap. 7. n. 17. & alii.*

13 Quamvis Papa in omnibus Missarum solemnibus semper, & 17 ubique locorum Pallio utatur, quia assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ Potestatis, quæ per Pallium significatur, cit. cap. Ad honorem 4. & quam habet in tota Ecclesia Catholica; cap. Cuncta 17. & cap. Per principalem 21. caus. 9. q. 3. Archiepiscopi tamen, Primates, Patriarchæ, & alii quibus Pallium concessum est, ut Episcopus Ostiensis, Papiensis, Lucensis, Bambergensis, Quinque-Ecclesiensis, & omnes qui sunt hoc privilegio muniti, eo nec semper, nec ubique, sed in Ecclesia tantum suæ respectivæ Diocesis, & Provinciæ, & certis tantum diebus uti debent, quoniam in partem sollicitudinis, & non in plenitudinem potestatis, sunt vocati, textu expresso in cap. Ad honorem 4. de Auctoritat. & usu Pallii, &

cap. Ex tuarum 5. cap. Cum sis 6. eodem tit. & cap. Pallium 6. dist. 100. Et isti possunt etiam Pallio uti in Ecclesiis exemptis.

19 Clem. cap. Archiepiscopo 2. de privilegiis, & Glossa ibi verb. Pontificalibus, & Barbof. lib. 1. juris Eccl. cap. 7. n. 195.

20 cum multis aliis ibi citatis. Dies autem, quibus ipsi Pallio uti possunt, generaliter enumerantur a Glossa in cit. cap. Ad honorem 4. hoc tit. & partim ad Hostiensium in Summa hoc tit. num. 5. & sunt Nativitas Domini, Festivitas S. Joannis, & S. Stephani, Circumcisio Domini, Epiphania, Dominica Palmarum, Cæna Domini, Sabbatum Sanctum, Tres dies Resurrectionis, Ascensio Domini, Tres dies Pentecostes, Festivitas S. Joannis Baptiste, & omnium Apostolorum, Quatuor Festivitates Beatæ Mariæ V., S. Michaelis, & Omnium Sanctorum, Dies Dedicacionis Ecclesiarum, Consecrationis Episcoporum, Ordinationis Clericorum, & dies Anniversarii ipsius Palliati, atque Festivitates principales suæ Ecclesiæ Cathedralis.

21 Particulariter tamen sunt attendendi dies in cujusque privilegiis expressi; cap. Quia nos 7. de Auctoritat. & usu Pallii, his verbis: *Non debes semper celebrare cum Pallio, sed diebus illis dumtaxat, qui in Ecclesiæ tuæ privilegiis sunt expressi.*

22 Archiepiscopi, & alii Jus Pallii habentes, nequeunt uti Pallio extra Missarum solemniam; cap. Ad honorem 4. hoc tit. ibi; in Missarum solemnibus cap. Pallium 6. dist. 100. ibi: *Pallium tibi transmissimus, quo Fratrem tuum intra tuam Ecclesiam ad sola Missarum solemniam utatur; & clarissime in ejus Summario sic: *Non nisi ad Missarum solemniam Archiepiscopo uti Pallio licet; & cap. Contra 8. eadem dist. 100. ibi: *Illud, Frater Carissime, non putamus tibi ignotum, quod penes de nullo Metropolitanum in quibuslibet mundi partibus sit auditum extra Missarum tempus usum sibi Pallii vindicasse.* Nec etiam Pallio uti possunt extra Ecclesiam: cap. Cum super hoc tit. Unde si sub Papalione, seu Tentorio in Castris, aut in Domo privata extra Ecclesiam propter necessitatem, Archiepiscopus, vel alius Palliatus celebret, Pallio uti non potest. Glossa marg. in cap. Cum sis 6. hoc tit. Joannes Andreas num. 3. Sicuti nec etiam si processionaliter, aut alio modo ab Ecclesia exeat, textu expresso in cap. Cum super 1. his verbis: *Si vero te Sacris indutum vestibus Ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc tuo Pallio minime uti debes.* Glossa tamen, in cap. Pallium 6. dist. 50. dicit, quod Archiepiscopus etiam in Synodo uti possit Pallio; quod ipsum etiam videtur colligi ex cap. Quod sicut 28. de electione §. Præterea, ubi dicitur quod Archiepiscopus possit uti Pallio in Synodo tenet Petra tom. 5. in Const. 3. Pii II. sect. unica num. 29. & num. 32. ubi dicit, Benedictus XIII. ante Pontificatum semper usum fuisse Pallio in Synodis Provincialibus celebratis in Ecclesia Benevent. & S. Caroli in Ecclesia Mediol. Sicuti etiam probabile est, si Altare portatile eo populi multitudinem, quam Ecclesia capere non possit, præ foribus ejus extrahatur, Archiepiscopum in eo solemniter cum Pallio celebrare posse, quia, ut recte dicit Pirhing. hoc tit. num. 10. non solet haberi ratio ejus, quod per accidens in aliquo casu contingit, & cum talis celebratio substituat in locum ejus, quæ in Ecclesia fieri deberet, consequenter iidem privilegiis gaudere debet. In hac tamen re spectandum est, quæ sit cujusque Ecclesiæ consuetudo; Lavman. in cap. Cum sis 6. hoc tit. num. 2. Pirhing. loc. cit. & alii.**

30 Archiepiscopi, & alii Jus Pallii habentes nequeunt sine speciali privilegio Papæ uti Pallio in aliena Provincia, neque de contentu ejus, ad quem spectat Ecclesia, & Provincia; cap. Cum super 1. hoc tit. ubi usus Pallii restringitur, & conceditur Archiepiscopo dumtaxat in sua Ecclesia, ibi: *Tradimus tibi Pallium, ut eo infra Ecclesiam tuam utaris; quod ita intelligitur videlicet infra quamlibet Ecclesiam Provinciæ tibi commissæ; & clarissime in ejus Summario sic: *Intra quamlibet Ecclesiam Provinciæ suæ Archiepiscopus Pallio uti potest, sed extra non potest.* Imo neque Pallio ibi uti possunt, etiam si addit generalis Regni consuetudo, cap. Ex tuarum 5. hoc tit. ubi Innocentius III. rescribens Archiepiscopo Compostellano declaravit, quod talis consuetudo dicenda sit potius corruptela; Et in ejus Summario expresse dicitur: *Archiepiscopus extra suam Provinciam Pallio uti non potest, etiamsi hoc habeat consuetudo.**

32 Et licet ibi Pontifex concedat tali Archiepiscopo, ut pro consecrandis suis Suffraganeis, vel Clericis Ordinandis, possit uti Pallio in Ecclesia, & Provincia aliena de contentu ejus, ad quem pertinet Ecclesia, hoc tamen est ex speciali privilegio ipsi soli propter specialia motiva concessio, unde sine nova gratia Pontificis non debet extendi ad alios, juxta Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

cap. Cum sis 6. hoc tit. verb. Ubicumque, ubi dicit, quod Archiepiscopus extra suam Provinciam uti potest Pallio ubicumque, si habeat privilegium ad hoc, & ille ad cuius Provinciam, vel Diocesim transit, id permittat secundum caput. Ex tuarum. Quam Glossam sequuntur Doctores communiter teste Rufæ apud Barbof. lib. 1. juris Eccl. cap. 7. num. 108. Tria enim requiruntur, ut Archiepiscopus possit uti Pallio in aliena Diocesi, & Provincia, ut colligitur ex cit. cap. Ex tuarum & notat ibi Hostiens. in fine, & Abbas num. 11. nempe privilegium Papæ, permissio ejus, ad quem spectat Ecclesia, & ut una ex causis in textu expressis interveniat, ita ut uno horum deficiente, non possit uti Pallio in aliena Provincia, licet habeat plenissimam facultatem ejus, ad quem spectat Ecclesia; quia cum hic Pallium sine speciali Papæ Privilegio dare non possit, neque usum illius concedere potest alteri in sua Ecclesia, vel Provincia sine speciali privilegio Papæ.

34 Archiepiscopi, & alii Jus Pallii habentes possunt tam in sua, quam in aliena Provincia, & Diocesi privatim celebrare sine Pallio, c. Quia nos 7. de Auctoritat. & usu Pallii, ibi, *Tam in tua, quam in aliena Diocesi potes sine Pallio, & Sandalis celebrare, qui utique in tua Diocesi non debes semper celebrare cum Pallio, sed diebus illis dumtaxat, qui in Ecclesiæ tuæ privilegiis sunt expressi, & colligitur etiam ex c. Ad honorem 4. hoc tit. & c. Pallium 6. dist. 100. ubi circa usum Pallii fit mentio tantum de Missarum solemnibus. Sic etiam possunt imo, debent, secluso speciali privilegio, celebrare sine Pallio in Missis Defunctorum, cit. c. Quia nos 7. hoc tit. ibi: *Sicque soluta est questio, an sit licitum pro Defunctis cum Pallio celebrare, & ibi Glossa verb. Quarta, ubi sic habet: *quia respicere debet privilegium suum, & si sibi continetur, quod possit celebrare cum Pallio pro defunctis, ita observet secundum quod ibi continetur, & ibi Innocent. & Abbas n. 3. & 6.***

36 Archiepiscopus nequit alteri Archiepiscopo Pallium suum commodare; c. Ad hoc 2. hoc tit. ibi: *An hoc, quod questum est a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi Pallium tuum Metropolitanum alii accommodare... Respondemus, quod non videtur esse conveniens, ut Pallium tuum alicui commodes, cum Pallium Personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novit discretio) sepeliri.* Et expresse habetur in hujus Summario: *Archiepiscopus alteri Archiepiscopo Pallium suum accommodare non potest.* Pallium enim, ut clare deducitur ex ipso textu, est privilegium Personale concessum Personæ cum restrictione ad locum, id est ad Ecclesiam propriam Diocesis, & Provinciæ, adeoque debet sequi Personam usque ad mortem, & cum ea sepeliri. Sic Archiepiscopus translatus ad aliam Archiepiscopatum, non potest uti priore Pallio, sed debet obtinere novum Pallium; c. Bonæ memoriæ 4. de Postulation. Prælatorum in fine, ibi *Avinculo, quo tenebatur Coloccensis Ecclesia, absolventes, ad Metropolim Strigoniensem transferimus, & ei licentiam tribuimus transeundi; Pallium (nota: erat enim, utraque Ecclesia Archiepiscopalis) Pallium ei ad nomen, & usum ejusdem Ecclesiæ transmissuri, & Glossa ibi dicens, quod *Pallium datur Personæ, sed contemplatione loci, adeoque mutando locum seu Ecclesiam, debet, & mutari Pallium.* Et in secunda Ecclesia non poterit Archiepiscopus uti nisi Pallio secundo sibi concessio contemplatione illius secundæ Ecclesiæ: Licet secum possit, & debeat asportare etiam primum Pallium (cum Pallium ex cit. c. Ad hoc 2. hoc tit. sequatur Personam usque ad mortem, & debeat cum eo sepeliri) ad hoc ut possit cum utroque sepeliri. Ita tamen, ut mortuus Archiepiscopus vestiatur Pallio posterius accepto pro secunda Ecclesia, & alterum acceptum pro prima Ecclesia supponatur capiti ejus, ut docent Innocent. Hostiens. Abbas in cit. c. Ad hoc 4. hoc tit. n. 2. & alii passim. Et dato quod Archiepiscopus retineat duos Archiepiscopatus simul & semel, debet habere duo Pallia, unum pro unaquaque Ecclesia, uti accidit in Cardinali de Judice, qui cum esset Archiepiscopus Montis Regalis, optavit Episcopatum Ostiensensem, qui gaudet privilegio Pallii, & etiam pro hac Ecclesia recepit Pallium a Benedicto XIII. Petra in Constit. 3. Pii II. n. 39. in fine.*

41 Archiepiscopus, qui renunciavit Archiepiscopatu, non potest amplius in illa Provincia, neque alibi uti Pallio, quamvis transferatur ad Ecclesiam Episcopalem; c. Ad supplicationem, de renunciatione, ubi Innocent. III. de Archiepiscopo Ragusensi, qui ob mortis periculum renuntiaverat Archiepiscopatu, & fuerat translatus ad Ecclesiam Episcopalem, sic statuit: *Cui concessimus, ut in ipso Episcopatu absque usu Pallii Officium Episcopale valeat exercere, & sic expresse decrevit Sac. Cong. Rit. in Majoricens. 16. Octob. 1604. Imo Archiepiscopus, qui sponte*

sponte sua suo Archiepiscopatu abdicavit ; si iterum ad eamdem Ecclesiam eligatur , alio indiget Pallio . Sicuti etiam Archiepiscopus , qui semel habuit Pallium unius Archiepiscopatus , si ab illo ad alium transferatur , iterumque redeat ad priorem , indiget novo Pallio . *Petra tom. 5. in Constitut. 3. Pii II. n. 34. Rodericus a Cunha in compend. ad c. Pallium 6. dist. 100. Diana Moral. resolut. part. 1. tract. 6. resolut. 37. vers. notandum est. Barbosa lib. 1. Juris Eccles. c. 7. n. 122. & seq. Archiepiscopus vero si perdat Pallium a Papa acceptum , vel casu igne comburatur , poterit absque illo Pontificalia munia exercere , donec aliud obtineat Pallium , sicuti in tali casu petere *Petra loc. c. n. 38. & Doctores mox citati . Pallium concessum , & non traditum Archiepiscopo cum non possit eo amplius uti , est comburendum , & Cineres in Sacrario ponendi . Sac. Cong. Rit. in causa Urbis Subdiaconorum 4. Maji 1606.**

Additio ex Auctore .

Archiepiscopus in tota Provincia benedictionem super populum impertiri potest ; *Benedict. XIV. tom. 2. Constit. 48. incip. Exempla Prædecessorum .* Archiepiscopi Bononiensis , Ferrariensis , Ravennatenis , & Urbinateis una cum Cardinale S. R. E. Camerario executores deputantur pro libertate mutuæ commercii inter subditos ditionis Ecclesiasticæ ; *Idem tom. 2. Constit. 53. incip. Quo die .*

Novæ additiones ex aliena manu .

Egregie fallitur Auctor originem Pallii num. 8. ab usque temporibus Apostolorum repetendo . Pro comperto enim , exploratoque habetur apud omnes magnæ notæ , ac emunctioris naris viros , quod Pallium primitus ornamentum Imperiale , quo forsitan Imperatores Gentiles utebantur ad indicandam Pontificiam potestatem , quam una cum ceterismajoribus Reip. liberæ dignitatibus usurparunt ; Imperatores vero Christiani fuere , qui ad Episcopalem ordinem in Ecclesia cohesistantium , ipsum primo impertiri fuerunt Summo Pontifici , ac Patriarchis , tum Metropolitanis , & demum etiam aliis Episcopis . Quo vero tempore ; & a quibusnam Imperatoribus fuerit primum hujusmodi ornamentum Summo Pontifici , ceterisque Patriarchis communicatum , hæctenus incompertum est . Illud tamen certum est , tempore S. Gregorii , & Justiniani Imperatoris tam in Ecclesia Latina , quam in Ecclesia Græca Pallium in usu fuisse ; ut manifestissima res est ex illius Epistolis (quarum plura fragmenta refert Grat. dist. 100.) , atque ex Novellis laudati Imperatoris Constitutionibus . Manifestum insuper ex S. Gregorii Epistolis est , quod ipsi quoque Summi Pontifices diu ab initio ejusmodi ornamentum tanquam ex munificentia & pietate Imperatorum profectum , non aliter communicarent aliis , quam prius obtento illorum assensu . Verum posterioribus temporibus ejusmodi ornamentum jure suo Summi Pontifices conferre Archiepiscopis cœperunt ; sed non eadem prorsus forma , & solemnibus , quibus nunc utitur Ecclesia . Quæ quidem omnia singillatim hic expendere longum esset ; unde tu de Pallii forma , materia , & usu antiquitus tam in Ecclesia Græca , quam Latina receptis , consule *Thomassinum* , qui totam rem fult , & erudite periequitur *Ver. & nov. discip. part. 1. lib. 2. cap. 53. & seq. usque ad 57. Adde Van-Espen. Jus Eccles. univ. par. 1. tit. 19. cap. 5. & Bohemer. in decretal. lib. 1. tit. 8. per tot. qui tamen caute est legendus ; In primis autem eruditissimam Dissertationem Historico-Canonicam de Pallio Johannis Caspari Barthel , Herbipoli , seu potius Romæ , anno 1753. secundo editam , in qua res antea obscura mirum in modum illustratur . De hodierna vero Ecclesiæ disciplina fult differit Auctor .*

A R C H I M A N D R I T A .

Archimandrita sic appellatur ex vocabulis Græcis , *Archos* , & *Mandra* , quæ Latine idem sonant , ac *Pater* , & *Prælati* omnium Abbatum , qui sub eo existunt . Unde in propria sua significatione idem est ac Abbas Generalis , seu supremus aliorum Ordinum , & licet in Ordine Divi Basilii varii Superiores locales particularium Monasteriorum vocentur etiam Archimandritæ , sicuti Superiores locales variarum Religionum vocantur etiam Abbates , cum Archimandrita , & Abbas idem sint , ut exponit Glossa in *Epistol. Inter Clara §. Manifestum igitur . in verb. Archimandrita , Cod. de Summa Trinit. & Fide Catholica* . *Fagnan. in cap. de Abbates num. 6. de orate , &*

qualit. præfciendor. Tamen Archimandrita in rigoroso suo significato in hoc differt ab Abbate , quod Abbas , ut sic , importat solum præfisse unico Monasterio , Archimandrita vero , ut sic , importat præfisse pluribus Monasteriis . Abbas enim est solum Pater , Archimandrita vero est primus , & Princeps Patrum , ut apud Rocchum in *Hist. Sicil. Sacr. lib. 4. notitia Archimandritatus Messanæ* .

Hoc Archimandritæ nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente , & de eo fit mentio per Justinianum in *l. Reddentes §. omnes vero Cod. de Summ. Trinit.* ibi : *Omnes vero Sacerdotes Sanctæ Catholicæ , atque Apostolicæ Ecclesiæ , & Reverendissimi Archimandritæ Sanctorum Monasteriorum . Et in Concilio Generali Ephesino part. 1. num. 5. necnon in Concilio Chalcedonensi art. 1. in quo subscripserunt post Episcopos vigintiduo Archimandritæ .* In Italia vero cœpit in usum devenire anno 1094 quo Rogerius Primus Siciliae Rex quemdam Bartholomæum Monachis Basilienibus præficiendum duxit sub nomine Archimandritæ , & exinde Regum munificentia in Sicilia , & Calabria variis auctis , & satis ditatis Monasteriis ejusdem Ordinis , omnes eorum Abbates , seu locales Superiores Archimandritæ subijciebantur , eique singulis annis die 6. Augusti in Festo S. Salvatoris cum suis Monachis obedientiam præstabant . Vicissitudine tamen temporum , rebus in hac Religione varie mutatis , fuit Apostolica Auctoritate statutum , ut , sicut adhuc in præsentiarum servatur in Monasterio S. Salvatoris Messanæ , in eo creetur Commendatarius Archimandrita Prælati secularis cum omnibus fere proventibus , excepta alimonia pro Monachis , & in eundem Prælatum translata est Jurisdicção Archimandritæ , solumque retinent Monachi instar Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis , ut Vicarium Generalem Capitularem Monachum ejusdem instituti , vacante Sede Archimandritali , eligant , hocque privilegium alias per Pontifices , & Reges concessum , nunc pro antiqui decoris monumento habent etiam ex declaratione *Sacrae Congregationis* , ut testatur Rocchus Pirrus ejusdem Ordinis in *vit. S. Basilii fol. 378.*

Jurisdicção igitur , & præminencia in loca , & subditos dicti Archimandritatus residet penes Commendatarium ex Brevi Urbani VIII. *sub die 23. Februarii 1635. in quo declaratum fuit , Archimandritam Commendatarium habere Dioecesim propriam , & distinctam , ac separatam a quavis alia Dioecesi cum Jurisdicção ordinaria , & quasi Episcopali , & cognitione , causarum Civilium , & Criminalium private quoad Archiepiscopos , & Episcopos ; ac nullum alium Superiorem habere , quam Sedem Apostolicam : nec non cum facultate Beneficia conferendi , Pontificalia cum Mitra gemmata , Baculo Pastoralis , Cruce Pectorali , ac Baldachino exercendi , benedictionem solemniter , vel private populo impertiendi , per vias Crucem argenteam ante se per Cappellanum deferri facienda , habendi erectum Tribunal in Civitate Messanæ , ac ibi , & in quavis ejus parte deputandi Vicarium Generalem , Assessorum , Advocatum , & Procuratorem Fiscalem , Familiamque necessariam pro Justitia administranda , & Jurisdicçãoem exercendi in suos subditos , deferendi habitum violacei coloris ubique cum Rochetto , & Pileo ex serico viridi ornato , & Mozzetta , aliaque ornamenta Episcopalia .* Hic Archimandritatus Messanensis est de Jurepatronatus Regis , & in maxima veneratione habetur . In Capella Pontificia habet usum Rochetti , & Capæ , & sedet primus post Episcopos , ut notavit Galpar Servantius Magister Cæremontiarum Papæ anno 1634 . & Pignatelli *tom. 1. consult. 105. num. 24. Et sic litteraliter Petra in Constitut. 6. Alexandri III. num. 15.*

Palatium hujus Archimandritæ habitantis in Civitate Messanensi , etiam conductitium , non fixum , nec coherens alicui Ecclesiæ , concurrente legitima consuetudine , gaudet Immunitate , quemadmodum gaudet Palatium Episcoporum in locis propria Jurisdicçãois , licet non exerceat Jurisdicçãoem , nisi in propriis subditos . Secundo , idem Archimandrita exercens Jurisdicçãoem in suos subditos , potest procedere ad Censuras , & alias poenas juxta Sacros Canones , & Constitutiones , Apostolicas contra Magistratus Laicos , & alios quoscumque ipsum in exercitio dictæ suæ Jurisdicçãois perturbantes . Tertio , familiares dicti Archimandritæ etiam ad tempus conducti , durante servitio , gaudent privilegio Fori , concurrente eadem legitima consuetudine : *Sacr. Congr. Immunitatis in una Messanensi 6. Novemb. 1634. lib. 2. decr. Paul. p. 221. Archimandria Messanensis non tenetur ad personalem residentiam ex decreto Sacrae Congregationis Concilii responsivo ad sequens quaesitum : An Abbas Commendatarius Monasterii Ordinis S. Basilii Nullius Provinciae Messanensis Archimandrita*

nuncupatus Jurisdicçãoem Spiritualem , & temporalem habens cum usu Baculi , & Mitre , non tamen Curam aliquam Regulare , nec Sacramentalem Monachorum , vel Personarum Secularium ; teneatur ad personalem residentiam , & maxime cum Commendatarii hucusque non resederint ? Die 4. Aprilis 1646. Sacra Congr. Eminentissimorum Cardinalium Concil. Trident. interpretum post maturam discussionem censuit , ad personalem residentiam non teneri supradictum Archimandritam Commendatarium . Petr. Aloysius Card. Caraff. Franciscus Paulutius Secretarius . Sic refertur a Roccho Pirro in dicta notitia hujus Monasterii fol. 42.

Novæ additiones ex aliena manu .

Archimandritatum nomen ex Græcis vocabulis *ἀρχος* , & *μάνδρα* originem duxisse , optime post alios advertit Auctor num. 1. *ἀρχος* enim Græce idem est ac *Princeps* , *Dux* , *is qui Imperium obtinet* , *μάνδρα spelunca* , *cubile* , *grex* est & etiam *Monasterium* apud Gregorium Alexandrinum in *vit. B. Chrysof. Dorothæum doct. 23. Nicephorum Callistum lib. 14. cap. 51. Alcuinum Episc. 27. & lib. 2. in vit. S. Willibrordi* , in charta Rogerii Regis Siciliae apud Rocchum Pirrum in *Hist. Sicil. Sacr. tom. 1. pag. 304. Adde Hæftenum disquis. Monast. lib. 3. tract. 3. disq. 1. Habertum in Obs. an edit. Patriar. quæ ad Archimandrit. & c. spectant .*

Dicta Monasteria *ἀρχος* quidam putant , a specubus , & cavernis , in quibus primitus Monachi habitaverunt , *Alciatus in l. ult. de Sum. Trinit. & fid. Cath.* Alii , ut Budæus , a grege Monachorum , qui seu *mandra* , idest ovili , præfint pastores Abbates : quippe Latinis quoque *mandra* pro grege passim sumitur , ut apud Juvenalem *Sat. 3. Martialem lib. 5.*

Hinc *Mandrita* pro *Monacho* accipitur in Epithaphio Gaitelgrimæ Principis Beneventanæ apud Du-Cange in *Gloss. ad Script. med. & inf. Lat. ver. mandrita* , ab Hermenoldo in *vit. S. Soli cap. 9. in Concilio Constantinopolitano sub Menna act. 5. Vide Glossar. Fabrotti ad Cedrenum ver. μάνδριτα .*

Quare factum ut is , qui *mandritis* præerat , *Archimandrita* diceretur quasi *Princeps Mandritarum* ; Avitus Viennensis *Ep. 2. Copiose Monachorum multitudinis præposuit fuit : cujus officii personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant .* Et vetus interpretes Concilii Chalcedonensis *Archimandritam* , Monachorum Principem interpretatur . Confer Du-Cange in *Gloss. Med. & inf. Lat. ver. Archimandrita .*

Archimandrita non solum in hac significatione accipitur . sed & pro quovis Prælato etiam Archiepiscopo , ut in charta Dagoberti Archiepiscopi Bituricensis relata a Du-Cangio *lo. proxime cit.* , in tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ ; Adde Vitam Sancti Gebardi Archiepiscopi Salisburgensis apud Canisium *t. 6. pag. 1251. Analecta Mabillonii tom. 1. pag. 98 ;* Quare Ugutio apud saepe laudatum Du-Cange *ver. mandra ; Archimandrita* , scribit , *Princeps vel Pastor ovium ; unde qualdam translatione Episcopi , & Archiepiscopi , & Sacerdotes dicuntur Archimandritæ , quasi Pastores ovium Christi .*

Archimandritarum dignitas apud Græcos alia fuit a dignitate *ἡγουμῆν* , seu Abbatis , licet quandoque promiscue accipiantur , ut in Concilio Ephesino *par. 1. num. 30. in Novel. 6. cap. 7. Novel. 125. & 126. cap. 6. §. 2. Vide Habertum in obs. ad edit. Patriar. quæ ad Archim. & c. spectant .* Eaque superior in jure Græco-Romano , & apud laudatum Habertum in *Archiepiscopato pag. 570. Exarcho Monasteriorum* , qui visitatoris vicem obtinuit , præponitur , ut & Hegumenis , *apud Codinum cap. 14. §. 19. & cap. 20. §. 16. Protosyncellis .*

Archimandritæ a Patriarchis promovebantur , ut liquet ex Pontificali Ecclesiæ Græc. *sub tit. Ritus elect. & disign. Patriar. Episc. & Archim. edit. ab Haberto pag. 434. & ex forma instit. Archimandr. apud eundem loc. cit. pag. 570 ;* Idem Goarus scribit in *E. v. 240. ἀρχιμανδριτῶν superiores perpetuos a Patriarcha Monasteriis sibi subiectis præfectos* , hoc Episcopali privilegio donatos , ut scilicet *Lectores ordinare valeant* , quo non gaudent ceteri , qui *ἡγουμῆν* nude appellantur .

Sed præ ceteris vim hujusce vocabuli prodiit Rogerius Siciliae Rex in Sigillo , seu Diplomate pro Monasterio SS. Salvatoris Messanensis apud Rocchum Pirrum in *Hist. Sicil. Sacr. lib. 4. Notitia Archimandritatus Messanæ* , & ex Græca lingua translato a Constantino Lascari apud Du-Cange in *Gloss. ad Script. Græc. & infirm. Græcicæ. sub ver. μάνδριτα* , ubi inter alia privilegia a Rogerio concessa Archimandritæ , & illud impertiit : „ habere dominationem & propriam potestatem in omnibus dictis Monasteriis , & Grangis subiectis , ac Abbatibus , & Mona-

chis , & hominibus omnibus , Clericis , & Laicis , & eorum subiectis eidem Capitaneis Monasteriis tam in spiritualibus , quam in temporalibus , & diligenter examinare & recte judicare , & ad finem causas perducere , sicut Pater Archimandrita , & successores ejus , non judicentur ab aliqua persona , neque alicui respondeant , nisi nostræ soli Celsitudini , & successoribus nostris .

Ad quod diploma respiciens Card. Petra *Comment. ad Const. Apost. tom. 2. ad Const. 6. Alexandri III.* Archimandritarum nomen , institutionem , ac seriem , ab eodem Rogerio Regio deducit ; quod non alio sensu accipiendum est , quam , vel primum Rogerium in Civitate Messanensi instituisse Archimandritæ dignitatem , vel ab ipso auctam fuisse . Nam alias falsus in eo esset Card. Petra , cum Archimandritarum mentionem multis ante Rogerium sæculis deprehendam factam fuisse in Concilio Ephesino *p. 1. n. 30. An. 431. , & frequentissime postea occurrat .*

Per Constitutionem editam ab Alexandro III. anno 1175. quæ incipit *Apostolica Sedis* , confirmatae fuerunt omnes donationes a Rogerio obtentæ , & dictus Archimandritatus receptus fuit sub protectione Sedis Apostolicæ , ita ut veram exemptionem acquisiverit oraculo , ut decet , Sedis Apostolicæ ; quæ omnia privilegia & ampliora translata fuerunt ex brevi Urbani VIII. *sub die 23. Februarii 1635. in Abbatem Commendatarium* , ut vidit Auctor num. 8.

Archimandritam Messanensem non posse dare dimissorias ad Ordines suscipiendos resolutum referunt *Fagnanus in cap. Significasti de offic. Archidiacon. num. 26. & Petra Com. ad Const. Apost. ad Const. 6. Alex. III. in Epit. num. 17.*

Ex concordia inita inter Episcopum Messanensem , & Archimandritam a S. Sede approbatam , posse Archimandritam indicare , & instituire concursus ad beneficia curata , in sua quasi Dioecesi vacantia , & vacatura refert SS. D. N. PP. Benedictus XIV. *de Synodo Diœces. lib. 2. cap. 11. §. 7.*

Archimandritæ Messanensi non competere jus convocandi Synodum resolutum fuit a *Sacra Congregatione 5. Julii 1738.* Tamen idem Benedictus XIV. sui litteris datis in forma brevis *14. Januarii 1741. personale privilegium Cardinali P. M. Silvio Valenti Gonzagæ concessit , celebrandi Synodum in aliquo loco suæ jurisdictionis , extra Civitatem Messanensem , quod privilegium suffragari noluit futuris Archimandritis , nisi simile indultum a Sede Apostolica ipsi quoque obtinuerint ; Ad cit. loc. de Synod. Diœcesan.*

A R C H I P R E S B Y T E R .

Archipresbyter idem sonat ac primus , & dignior inter Presbyteros , qui videlicet præfist , atque imperat aliis Presbyteris in iis , quæ sunt Presbyteralis Officii , sicuti primus , & dignior inter Diaconos vocatur Archidiaconus , & primus , & dignior inter Episcopos , vocatur Archiepiscopus . *Archos* enim græce , *primum* seu *Principem* sonat latine , & *Presbyter* græce latine *senior* interpretatur , non modo propter ætatem vel decrepitam senectutem , sed propter honorem , & Dignitatem Ecclesiasticam , quam acceperunt , *Presbyteri nominantur* , *cap. Cleros §. Presbyter dist. 21. Archipresbyter duplex communiter assignatur , unus Urbanus seu Civitatenus , & alter Ruralis , seu Foraneus ; cap. Officium 3. de Officio Archipresbyteri* , in quo , ut expresse dicit ejus Summarium , *Declaratur quod sit Officium Archipresbyteri Civitatenus , & cap. de singula 4. hoc titul. in cuius Summario sic præcise dicitur : Archipresbyterorum & Laicorum Plebania suæ Curam gerit .* Archipresbyter Urbanus , seu Civitatenus est , qui in Urbe , Episcopali constitutus ordinare præfist cæteris Presbyteris in agenda Cura animarum , & vice Episcopi supplenda in Divinis Officiis ; *cap. Archipresbyter 1. & cap. Officium Archipresbyteri 3. de Offic. Archipresbyt. & hic solet etiam dici Ecclesiæ Cathedrali Decanus ; cap. Ad hæc 7. de Offic. Archidiacon. ibi : Archipresbyteri qui a pluribus Decanis nuncupantur* , licet soleant etiam appellari Archipresbyteri , seu Decani Urbani , vel Civitatenus , qui in Collegiatis Civitatis præfint aliis Presbyteris , ut dicit *Barbosa lib. 1. Juris Eccles. cap. 25. num. 6. Archipresbyter Ruralis , seu Foraneus , qui etiam Decanus Ruralis , vel Vicarius Foraneus appellatur , cap. Ad hæc 7. de Offic. Archidiacon. & Clement. cap. Et si principalis Officialis 2. de rescriptis , cum Gloss. hic verb. Foraneo* , est qui extra Civitatem in certa parte Diœcesis , seu in suo Vicariatu præfist cæteris Presbyteris per minores titulos , sive Ecclesiæ habitantibus , eorum , & Plebis curam , & inspectionem habet ; *cap. de singula 4. hoc titul. & cap. Si in Plebibus 20. dist. 63. Officium*

- 5 Officium Archipresbyteri Urbani seu Civitatis Ecclesie Cathedralis de iure commune est, curare, ut ceteri Sacerdotes Divina Officia, & Missas rite celebrent, abentis Episcopi vices supplere, vel presentis manus sublevare in omnibus his, quae sunt Officii Sacerdotalis, ut Missarum solemniam celebrare, audire Confessiones, aliaque Sacramenta Ecclesie Fidelibus ministrare, Fontem benedicere, aliaque similia Officia Sacerdotalia peragere, vel aliis peragenda injungere, & qualiter ista peragantur fideliter Episcopo referre; *cap. Perlectis 1. dist. 25. verb. Archipresbyter vero, cap. de Archipresbytero 1. cap. Ministerium Archipresbyteri 2. & cap. Officium Archipresbyteri 3. de Officio Archipresbyteri.* Sicut enim Archidiaconus Episcopo in his, quae ad Ministerium Officium pertinent, ex Officio adjuvat, ita Archipresbyter in his, quae ad munus Sacerdotis spectant, eidem intervitt; Unde uterque est Vicarius Episcopi a iure datus; *cap. Ad hac 7. de Officio Archidiaconus, ibi: Ipsi Episcopi Vicarius reperitur, & cap. de Archipresbytero 1. de Officio Archipresbyteri, ibi: Ad vicem ipsius &c.* Cum hac tamen distinctione, quod Archipresbyter est Vicarius Episcopi quoad Divinorum celebrationem; Archidiaconus vero quoad Jurisdictionem, ut dicit Joannes Andreas in *cap. 1. de Officio Archipresbyteri.* Vel ut inquit Card. Petra in eodem loco *num. 1.* Archidiaconus est Vicarius Episcopi quoad Jurisdictionem, Archipresbyter vero quoad Sacerdotalem. Vel ut clarius dicit Card. de Luca de *praeminentiis dist. 20. num. 13.* Archidiaconus est Vicarius natus in Temporalibus, & Archipresbyter est Vicarius natus Episcopi in Spiritualibus. Hodie tamen quae istis Vicariis natis Episcopi de iure competeant, sere ubique abierunt in desuetudinem; adeoque respectu Officii ab istis praestandi in omnibus, & per omnia standum est cuiusque Ecclesiae laudabili praescriptae consuetudini, cum ista iuri communi scripto in Officiis praevaleat, *cap. Cum olim 5. de consuetudine & cap. Ad hac 2. de excessibus Prelati, juncta Glossa hic verb. consuetudines, Innocentius, & alii communiter.*
- 12 Archipresbyter debet thurificari duplici ductu sicuti Canonici, non obstante constitutione Capitulari, cui per Ceremoniale derogatum est; *Sacra Congr. Rit. in Persina 23. Martii 1602.* Archipresbyterum Sedem paratam habere non convenit; *Sacra Congr. Rit. in Baren. 4. Julii 1615.* Archipresbyter si non poterit, vel noluerit celebrare, non potest Missas suo arbitrio alteri delegare, sed Dignitates, & Canonici per ordinem subintrant in locum Archipresbyteri; *Sacra Congr. Rit. in Tarentina Criptaliarum 3. Septembris 1605.* Hoc idem confirmatum fuit in eadem Tarentina cum addito; quod non semper uni, & eidem Dignitati, vel Canonico sunt distribuendae, sed per ordinem successive incipiendo a Digniore, & Seniore, servata eorum praerogativa, ut sic omnes per tumum honorentur; *Eadem Sacra Congr. Rit. in eadem Tarentina 27. Februarii 1610.* Archipresbyteri substitutus non debet cantare Missas, quae ad Archipresbyterum pertinent, nec locum, nec honorem incensu, & pacis ipsius Archipresbyteri recipere; *Sacra Congr. Rit. in Marugen. Nullius 14. Decembr. 1602.* Archipresbyter licet sit prima Dignitas, in Choro tamen cedere debet primis, & digniorem locum Canonico Celebranti; *Sacra Congr. Rit. in Arboren. 27. Julii 1610.* Nec debet se intromittere in regimine Chori, quod ad solum Cantorem pertinet; *Sacra Congr. Rit. in Tarentina Criptaliarum 3. Septembris 1605.*
- 19 Archipresbyter Vicario Episcopi uti Canonico in Choro, Capitulo, Processionibus, aliisque actibus publicis praecedere debet, ideoque solemnes Missas canere, aliaque functiones, quae Episcopo absente primae Dignitati competunt, peragere potest; *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Lancianen. 8. Martii, & 31. Augusti 1615.* Archipresbytero ratione stolarum infuneralibus, & non Archidiacono primae Dignitati debetur praecedentia; *Sacra Congr. Rit. in Nullius, seu Trojana 12. Martii 1612. & 4. Maji 2613.* Archipresbyter manutentendus est in sua quasi possessione celebrandi Missas absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarii; *Sacra Congr. Rit. in Tranen. 21. Febr. 1604.* Archipresbyter Collegiatae paratus praedit Canonici Cathedralis; *Sacra Congr. Rit. in Funden. 20. Decembr. 1601. & 25. Januar. 1602.*
- 23 Officium Archipresbyteri Ruralis, seu Foranei clare exprimitur in *cap. de singula Plebes 4. de Officio Archipresbyteri,* his verbis: *Ut singula Plebes Archipresbyterum habrant propter assiduam erga populum Dei, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores Titulos habitant, vitam jugi circumspetione custodiat, & quaquevis industria Divinum opus exerceat, Episcopo suo*

renunciet. Nec attendat Episcopus non egere Plebem Archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quid etsi valde idoneus sit, decet tamen ut sua onera pariat, & sicut ipse Matrivi Ecclesia praest, ita Archipresbyteri praesint Plebibus, ut in nullo titubet Ecclesiastica sollicitudo; cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum ordinare praesumant. Ex quibus clare patet, quod Archipresbyter Ruralis, licet sit tamquam Vicarius Foraneus Episcopi constitutus ad regendum Clerum, & Plebem in toto suo Vicariatu, habet tamen Jurisdictionem subordinatam, & omnimode dependentem ab Episcopo, & ejus Vicario Generali, ita ut debeat plene attendere ad facultatem ab ipsis sibi concessam, & nihil contra eorum praerogativa agere possit, & dubias, & graviores causas ad eos pro resolutione referre debeat, textu ipso clarissimo, & Glossa ibi verb. Referant cum communi.

Loco Archipresbyteri Ruralis, de quo loquitur cit. textus in *cap. de singula 4. de Officio Archipresbyteri.* iucessit Vicarius Foraneus, ut tenent communiter Doctores cum Rota in *Parment. Parochialis coram Rondino part. 17. recent. decis. 195. num. 19.* Unde dispensare super Feitorum observatione spectat ad ipsum Vicarium Foraneum, non autem ad Archipresbyterum, sive Curatum, nisi Vicario absente; *Sacra Congr. Episcop. in una Ciren. 2. Augusti 1594. & in una Materana 28. Novembris 1597. apud Nicol. lib. 2. tit. 5. de Feriis num. 2.* Archipresbyter Ruralis non debet associari a Presbyteris, & Clericis, neque convenit quod eorum Dignior in Porta Ecclesiae ei porrigat Asperiorum, & alia obsequia, quae soli Episcopo a Canonici debentur, non obstante consuetudine; *Sacra Congr. Rit. in Baren. 4. Julii 1615.* Archipresbyter Ruralis non habet Dignitatem Ecclesiasticam, seu Personatum; Rota *part. 27. recent. decis. 195. num. 18. & part. 19. tom. 2. decis. 469. num. 44.* Archipresbyter Ruralis, quando accedit ad Cathedralium ad praestandam obedientiam Episcopo, vel ut Synodo interfuit, non debet sedere in Choro simul cum Canonici Cathedralis; *Sacra Rit. Congregat. in Latern. 14. Januarii 1612.* Archipresbyter, & Canonici Collegiatae N. excommunicantur, quia carcerari fecerant Clericos ob suppositum, furum rerum Collegiatae, & insisterant coram Iudice Laico, ne excarcerarentur, nisi praevia cautione de non offendendo; *Sacra Congr. Immunit. in Potentina 19. Augusti 1698. lib. 2. decret. Vallemani pag. 172.* & facta retractione absolutum cum reincidentia; *ibidem.* Archipresbyter, qui ad vitandum populi tumultum permisit extrahi quosdam Confugitos ab Ecclesia, abolvitur in forma privata; sicut & alii culpabiles in eadem causa; *Sacra Congr. Immunit. in Tuderina 7. Julii 1699. lib. 2. decret. Vallemani pag. 231.* Archipresbyter Arpax cum aliis familiaribus Ducis N. ob violentam Sacrae Reliquiae ablationem e Conventu Religiosorum Censuras incurrit; *Sacra Congr. Immunit. in una S. Agathae Gothorum 17. Februarii, & 17. Novembris 1699. pag. 257. & Julii 1700. lib. 2. decret. Vallemani pag. 294.* Et confitio, quod se habuerint pro Censuratis post praesentationem decreti Sacrae Congreg. datur facultas illos absolvendi cum reincidentia praevia consignatione Reliquiae loco depositi in Ecclesia dicti Conventus; *In ead. 12. Januarii 1700. dist. lib. decret. pag. 266.*

Aditio ex Auctore II. Edit.

Archipresbyterorum Basilicarum Urbis iurisdicchio aboletur; *34 Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 44. incip. Quantum §. 3. & 6.* Praeterquam quae concernunt servitium Ecclesiae, & correctionem morum; *Idem ibid. §. 11.* Archipresbyteri Basilicarum Patriarchalium Urbis fiunt S.R. E. Cardinales; nec tamen dignitas Cardinalatus inferior judicatur dignitate Archipresbyteri; *Idem tom. 2. Constitut. 36. incip. Cum a nobis.* *Idem* nulla iurisdictione in judicialibus potantur post reformationem Tribunalium ab Innocentio XII. editam; sed solum paternam, & oeconomicam auctoritatem habent in iis, quae pertinent ad servitium Ecclesiae, disciplinam, & mores; *Idem ibid.* Inter eos solus Archipresbyter Sacrosanctae Basilicae Vaticanae Dimissoriales Litteras subditis suis dat ad ordines suscipiendos, iisdemque Confirmationis Sacramentum confert toto anni tempore; Ceteris vero infra Octavam Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli singulis annis ad eandem Basilicam in hunc finem confluentibus, ut habetur in Constitutione Benedicti XIV. feliciter regnantis, quae incipit: *Ad honorandam §. Volumus autem edita 27. Martii 1752.* per haec praecisa verba: „ Insuper moderno & pro tempore existenti „ S. R. E. Cardinali Vaticanae Basilicae Archipresbytero, non „ tan-

„ tam ratione veterum titularum, iurium, privilegiorum, „ atque consuetudinum, quae tamen nobis plene cognita esse „ supra memoravimus, quam vigore novae huius concessio- „ nis, quam motu proprio ipsi, eisdemque in Archipresby- „ teratus dignitate Successoribus quibuscumque, de Apostoli- „ ca liberalitate tribuimus, praesentium tenore perpetuo con- „ cedimus, & indulgemus, ut singulis annis infra Octavam „ Natalitiae Solemnitatis Sanctorum Apostolorum Petri & „ Pauli, principalium huiusce Almae Urbis Patronorum, sin- „ gulis videlicet septem diebus dictam Solemnitatem imme- „ diate sequentibus, in praedicta Vaticana Basilica, per se „ ipsum, si ipse Episcopali gaudeat caractere, sin minus „ vel etiam si ipse aliquo impedimento detineatur, per suum „ Vicarium Episcopum, aut per alium Antistitem de gremio „ Capituli, vel, his deficientibus, etiam per alium quemlibet „ Antistitem ab ipso deputandum, omnibus & singulis non „ solum Vaticanae Basilicae interventibus, atque ipsius Archi- „ presbyteri iurisdictioni, ut praefertur, subjectis, & non „ solum ex Civitate Leonina nuncupata, aut ex Septimiano „ praedictis, sed etiam ex ceteris Urbis Regionibus quibus- „ cumque, & alias undecumque in hunc finem confluentibus, „ Sacramentum Confirmationis perpetuis futuris temporibus „ administrare & conferre libere & licite possit & valeat. „

Novae additiones ex aliena manu .

- 1 Sicuti olim in singulis Ecclesiis sub directione Episcopi confessus fuit Presbyterorum, qui Collegium quoddam constituerunt; ita in Ecclesiis Cathedralibus post saeculum III. idem confessus quodammodo retentus est, hoc ad minimum sensu, ut pluries in iis essent Presbyteri. His primitus praerat Episcopus, & sic alium directorem hoc Collegium non requirebat.
- 2 Segiores vero paulatim facti Episcopi, ea quae proprie ad suum officium spectabant aliis delegarunt, & vel Diaconis, vel Presbyteris commiserunt. Unde Archidiaconi, & Archipresbyteri orti sunt, qui hoc intuitu Vicarii nati Episcoporum dicuntur.
- 3 Episcopum sublevabant Archipresbyteri in officio sacro, si vel morbo vel alia iusta de causa rem divinum facere nequiret; *cap. 1. d. 25. Thomass. de veter. & nov. Eccles. disciplin. lib. 2. part. 1. cap. 3. in fine.* Cura iis quandoque committebatur pauperum, aegrotantium, viduarum, pupillorum, & peregrinorum; *Concil. Carthagin. 4. cap. 17.* In potestate tamen erat Episcopi, utrum curam hanc Archipresbytero, an Archidiacono committere vellet; *Idem Concil. Carthag. 4. loco citato.*
- 4 Tenet Thomassin. *loc. citat. §. 2.* eos locum Archipresbyterorum primis temporibus tenuisse, qui primum in consensu Presbyterorum locum obtinerent, aut primum loco ordinati essent, Idemque videtur sentire *Rousseau de la Combe in sua Jurisprud. Canon. verb. Archipresbyter sub num. 2.* At *Bohemer. in decretal. lib. 1. tit. 24. §. 49.* in arbitrio Episcopi fuisse autumat eligere ex Presbyteris Archipresbyterum.
- 5 Aucta Diocessi Episcoporum, hanc distribuerunt in plures Decanatus, & singulis Decanatibus Decanum, seu Archipresbyterum praefecerunt, quem dixere ruralem Archipresbyterum; qui Presbyterorum ruralium curam habere. Ab his tamen distinguebantur Archipresbyteri in Ecclesiis Cathedralibus constituti, quales illi erant, de quibus modo differuimus.
- 6 Quae fuerint primis saeculis munia Archipresbyterorum, qui plenius scire cupit, adeat *Rousseau de la Combe in sua Jurisprud. Canon. verb. Archipresbyter num. 2. & plur. sequent.* Quae vero nunc sint eorundem Archipresbyterorum munia tradit *Corvin. de Person. & Benefic. Eccles. lib. 1. tit. 20. per tot.* Verum munia Archipresbyterorum non sunt eadem in omnibus Ecclesiis, in quibus ipsi Archipresbyteri sunt; *Rousseau de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verb. Archipresbyter num. 8.*

ARCTATUS ratione Beneficii. Vide verb. Ordo art. 3. a num. 40. ad 45.

A R M A .

- 1 Arma deferre non possunt Clerici, c. 1. c. Cum a Judaeis, *cap. Non pilla cap. Clerici, c. Quicumque ex Clero caus. 23. q. 8. cap. Clerici arma 2. de vita, & honestate Clericorum cap. In audientia 25. de sentent. excomm. & Clement. c. Diocesani 1. de vita & honestate Clericorum. in fin. ibi: arma portantes.* Immo est eis prohibitum arma deferre sub poena Excommunicatio-

nis, textu expresso in *c. Clerici arma 2. de vita & honestate Clericorum. ibi: Clerici arma portantes . . . excommunicantur,* quae tamen Excommunicatio non est latae sententiae, sed solum tendens per Iudicem, si Clerici admoniti arma non deponant, ut desumitur ex ipso textu, dum dicit, *excommunicantur,* & notat Abbas *ibid. n. 8. & Barbof. in collect. n. 3. Pirhing. in cit. cap. 2. num. 22.* Dicit vero Glossa ibi *verb. Clerici arma.* Abbas ibi *num. 1. Graff. decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 7. num. 2. & 7. & part. 1. lib. 2. c. 121. num. 5. Monacell. part. 1. tit. 5. form. 11. num. 5.* & alii, quod deferendo arma prohibita peccant graviter, quia ut pro Summario notatur ab ipso *cit. cap. Clerici arma: Tale delictum Excommunicatione dignum,* ut patet ex verbo, *excommunicantur;* Sed Excommunicatio non inferitur, nisi pro gravi crimine, *cap. Nemo Episcoporum 41. & cap. Nullus Sacerdotum 42. caus. 11. qu. 3. cum nulla poena, major sit in Ecclesia, quam Excommunicatio, cap. Corripiantur caus. 24. quest. 3.* adeoque, ut inferunt ipsi, & praecisus verbis notatur ibi: *armorum delatio Clericis est inhibita in tantum, quod cotrafacientes graviter peccant,* Clericorum enim arma, & munimenta debent esse orationes, c. *Conventio §. quid ergo caus. 23. q. 8.* & illi, qui in quacumque factione arma volentes implerint, tamquam sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiasticae Sanctitatis profanatores, amisso sui Ordinis gradu in Monasterium poenitentiae tradi jubentur, textu expresso in *cap. Clerici qui caus. 23. q. 8.* his verbis: *Clerici qui in quacumque factione arma volentes sumpserint, reperti, (amisso Ordinis sui gradu) in Monasterio poenitentiae tradantur.*

Monachi tenentes arma intra septa Monasterii sine licentia Superioris, ipso facto incurrunt excommunicationem. *Clement. cap. Ne in agro 1. §. quia vero, de statu Monachorum.* Et quamvis haec excommunicatio afficiat tantum Monachos, ut clare loquitur textus dictae Clementinae, & tenet Glossa *ibidem vers. Monachos, Suarez tom. 5. de Censuris dist. 23. sect. 5. num. 4. & 8.* & spectatim inter alios Nicol. qui *lib. 5. tit. 39. de sentent. excommunicat. n. 190. pag. 315.* sic praecise dicit: *Sed haec neque Canonicos Regulares, neque alios Religiosos, imo neque Monachos albos, pura Olivetanos, vel S. Bernardi comprehendit, sed solum Monachos nigros, pro quorum reformatione lata fuit, ut patet, ex principio dictae Clementinae.* Tamen Abbas in *cap. Clerici arma 2. de vit. & honestate Clericorum. num. 8.* Graffius in *dec. aureis lib. 4. c. 21. n. 19.* & alii dicunt tam Monachis praedictis, quam omnibus Regularibus prohibitum esse arma gerere, seu tenere, sive intra, sive extra Monasterium, non solum propter particularia statuta omnium Religiosorum, sed etiam ex *cit. cap. Clerici arma 2. de vita, & honestate Clericorum,* ubi id prohibetur Clericis sub poena excommunicationis ferendae; Religiosi sunt enim vere Clerici, cum sint in Sanctum Domini adscripti, quinimo in Claustris, strictius, quam alii Clerici in saeculo, Deo famulatum praesent. Pro Regularibus status Mediolanensis quicumque illi sint, sive Monachi, sive Mendicantes extat decretum *Cong. Episcop. & Regul. prout refert Naldus in Summa, verbo Religiosus num. 50.* huius tenoris: „ Sacra Congr. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum iustis, & gravibus &c. Innovans Decretum Clementis V. de armis sub poena excommunicationis intra septa Monasterium non tenendis, statuit, ne in Statu Mediolanensi, nemini quicumque Regularis cuiuscumque Ordinis arma cuiuscumque generis prohibita, praesertim vero sclopos retortos, tam longiores, quam etiam breviores intra Ecclesias, suave Monasteria in dicto Statu tenere audeat, vel praesumat sub poena excommunicationis latae sententiae, quam sibi reservavit, ac insuper privationis officiorum, & dignitatum, ac inhabitatis ad quacumque officia in posterum obtinenda ipso facto absque ulla declaratione incurrenda &c. „ Quod decretum licet quantum ex se comprehendat solos Regulares Status Mediolanensis, tamen per illa verba; *Innovans Decretum Clementis V. de armis sub poena Excommunicationis intra septa Monasterium non tenendis,* videtur innuere, quod illa Clementina: *Ne in agro* comprehendat generaliter omnes Regulares, sicut istud Decretum illam innovans, comprehendit omnes Regulares particulariter Status Mediolanensis sub gravioribus poenis, & sic illam Clementinam de omnibus Regularibus videtur, ut telligere Pirhing in *cap. Clerici arma num. 22.* dum dicit; *Verum si Religiosi (nota non dicit Monachi) intra septa Monasterii arma teneant absque Praelati sui licentia, ipso facto sunt excommunicati Clem. 1. §. quia vero, de statu Monachorum.*

Quinimmo Regulares deferentes publice arma possunt de mandato Episcopi carcerari, si ita notorie deferant, & delinquant

quant extra claustra, ut populo scandalo sint, ex decreto Sac. Congr. Conc. emanato sub die 3. Febr. 1635. in Turritana, quod est tenoris sequentis, In locis, ubi adeit abusus inter Clericos, deferendi arma, & Episcopus non habet familiam armatam, debet publicare Edictum, ne Clerici seculares, vel Regulares arma deferant; & si parere detrectent, & ubi necessitas exponit, Ministris Curia secularis facultatem tribuere, Clericos contra prohibitionem arma deferentes, capiendi, etiam quoad Regulares, si hi ita notorie deferant, & delinquant extra claustra, ut populo scandalo sint, ac in aliis casibus injure, & constitutionibus Apostolicis expressis; ita tamen ut ea, quae decet decencia capiantur, & recto tramite ad Carceres Curiae Ecclesiasticae ducantur, lib. 15. decr. pag. 162. juxta dispositionem Concilii c. 3. sess. 25. de reformat. Nota tamen quod Episcopus antequam ad hac deveniat, debet prius publicare Edictum, ne Clerici seculares, vel Regulares arma deferant, & si parere detrectent, & contra prohibitionem ita notorie arma deferant, & delinquant extra claustra, ut populo scandalo sint, potest uti hac facultate. Clara enim sunt verba Decreti: *Debet publicare Edictum, ne Clerici seculares & Regulares arma deferant, & si parere detrectent, & ubi necessitas exposcit, Ministris Curiae secularis facultatem tribuere Clericos contra prohibitionem arma deferentes, capiendi, etiam quoad Regulares, si hi ita notorie deferant, & delinquant extra claustra ut populo scandalo sint.*

Clerici omnes licite portare possunt arma cum justa & legitima causa ex. gr. ad se, & proximum defendendum, contra latrones, & hostes. Glof. in cit. c. Clerici arma 2. de vit. & honestat. Clericor. verb. Clerici arma Abbas ib. n. 8. Baldus n. 2. Socin. reg. 30. limit. Farin. q. 108. n. 110. Barbof. hoc titul. n. 5. & alii passim. Imo in itineribus periculosis, possunt ipsi ad terrorem latronum, & hostium portare arma sive defensiva, sive offensiva, sed etiam possunt secum ducere ad uberentiam securitatem familiares armatos, textu claro in c. Maximilianus caus. 23. quest. 3. ubi inter alia in fine sic habetur: *Unde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus; ne illorum pateret insidiis.* Quinimmo ex recepta jam consuetudine, Clerici praeteritum seculares, dum iter faciunt, arma defensoria deferre possunt. Pirhing in cit. c. Clerici arma 2. de vit. & honestat. Cleric. Et hoc eis pro itinere fuisse concessum reperitur in quinque Conciliis, scilicet in Moguntino anno 1549: his verbis: *Nulla arma induant, nisi itinerantes.* In Narbonensi 1551. in Aquenstensi eisdem anni: *Nec enses, nec pugionem, nec aliud armorum genus gestent, nisi propter itineris necessitatem.* In Aquilejensi 1595. & in altero Narbonensi 1609.

Extra tamen casum itineris, & sine justa & legitima causa non possunt Clerici licite arma deferre, neque causa venationis voluptuosa, & clamorosa, cum talis venatio sit illis expresse prohibita a sacris Canonibus, Cap. Episcop. 1. de Clerico venatore, ubi ipsi interdicitur venatio sub poena Suspensionis his verbis: *Si Episcopus est, tribus mensibus a communione, si Presbyter, duobus, si Diaconus, ab omni Officio suspendatur; c. Omnibus 2. de Cler. Venatore. Conc. Later. IV. can. 15. sub Innoc. III. his verb. Venationem & aucupationem univers. Cleric. interdicimus; c. Quorundam 1. dist. 34. c. Qui venator, & cap. Esau. dist. 86. ubi S. Hier. sic ait: *Esau Venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem Venatorem;* Et in Concil. Trid. sess. 23. c. 12. de reformat. praecipitur, ut Clerici ab illicitis venationibus, & aucupis abstineant. Et multo magis talis venatio frequens, voluptuosa, & clamorosa est interdicta Monachis, aliisque Religiosis in Clement. cap. Ne in agro 1. §. Porro, de statu Monachor. quia adhuc magis illos delectat, ut est communis opinio apud Diaz in pract. Canon. verb. Venatores cap. 1. in addition. lit. C. verb. Recreationis Pirhing lib. 5. tit. 24. de Clerico Venatore n. 3. Unde neque Episcopis licet arma concedere Clericis pro simili venatione, quia a Sac. Congr. Immunit. fuit declaratum, licere Episcopis concedere Clericis licentiam gerendi arma solum cum legitima causa juxta Sacros Canones, ut in Carinolen. 2. Julii 1647. lib. 4. decr. Paul. pag. 14. & in Bellocastr. 18. Junii 1618. lib. decr. Rocci p. 92. his verbis: *Episcopus cum legitima causa juxta Sacros Canones potest concedere Clericis licentiam gerendi arma, nec illi comprehenduntur sub bannimentis Laicalibus;* adeoque cum ex supra adductis aperte constet extra casum itineris, & necessariae defensionis ab hostibus, & latronibus, Clericos arma deferre, & praeteritum pro simili venatione esse contra & non juxta Sacros Canones, ita evidenter, quod Episcopi nequeant licite pro ista sola causa eis licentiam concedere arma gestandi.*

Et per hoc Patres in Concilio Mediolanensi 1. part. 1. tit. de ar-

mis, ludis & spect. pag. 18. una cum S. Carolo congregati sic absolute decreverunt: *Idcirco edicimus, ne Clerici arma cuiusvis generis serant. Quod si Episcopus probabili iustaque de causa id eis permittendum judicaverit, tunc scripto impetrata venia ipsis uti liceat, non tamen publice, nisi rei, aut facti necessitas postulet. Omnino balista, Astis, & selopete, aliisque hujus generis instrumentis ipsis interdicitur.* Et sic etiam censuit Sac. Congreg. Immunit. in Ostunen. 9. Julii 1697. in qua, cum Clerus Terrae Sancti Viti illius Diocesis recursum habuisset ad dictam Sacram Congregationem pro moderatione Synodi, in qua inter cetera titul. de vit. & honest. Clericor. statutum reperiebatur sic: *Ne quis gestare audeat seu afferre arma non prohibita offensiva, videlicet Pistole, Terzette, Archibuggi, seu schioppete, Spade &c. & altre offensive sub poena exilii ab hac Civitate, & Diocesi per quinque annos &c.* Et cum clar. mem. Cardinal. Casanatta qui dictae Synodi revisio commissa fuerat, votum dedisset ita conceptum: *Episcopus gratis, & discrete licentiam concedat.* Facta relatione in plena Congr. sub dicta die prodit resolutio: *Servetur decretum Synodi prout jacet: vid. verb. Clericus art. 6. quoad arma, & venationem per tot.*

Clerici cum legitima causa juxta Sacros Canones dispensati, & ab Episcopo licentiam habentes gestandi arma, non comprehenduntur sub Bannimentis Laicalibus, Sac. Cong. Immunitatis in Carinolen. 2. Julii 1647. lib. 4. decr. Paul. pag. 14. & in Bellocastr. 18. Junii 1618. Unde Curia secularis non potest Clericis arma deferentibus prohibita auferre. Ead. Sac. Congr. Immunit. in Adjacen. 18. Martii 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 97. Nec etiam a Clericis conjugatis, in Cosentina 1. Decemb. 1638. lib. 3. decr. Paul. pag. 80. Imo Laici auferentes arma a Clericis excommunicationem incurrant. Sac. Cong. Immunit. in una Nullius Abbatie S. Vincutii in Vulturno 26. Februarii 1695. lib. 1. decr. Vallem. pag. 173. Nec Curia Laicalis potest sine licentia Episcopi ad Carceres perducere Clericos cum armis prohibitis repertos, licet postea ipsos Curiae Episcopali consignet. Ead. Cong. in d. Adjacen. 18. Martii 1631. Licet Episcopus possit concedere licentiam absolute Executoribus Curiae secularis, ut perirentur, an Clerici arma deferant, & quod carcerent, si repererint ipsos cum armis, ita tamen, ut ad carceres Ecclesiasticos statim conducantur; tamen non expedit, nec Episcopus debet dare licentiam generalem. Ead. Sac. Cong. in dict. Adjacen. 18. Martii 1631. Aliquando injungitur Archiepiscopo, ut personali zelo curet per Clericos non deferri arma, & deferentes con ligno puniat; quod si Curia secularis illos carcerere attentaverit, procedat Juris remedium pro defensione libertatis & Jurisdictionis Ecclesiasticae. S. Cong. Immunit. in Tarentina 1. Septemb. 1643. lib. decr. Paul. pag. 209. Arma Clerici carcerati consignanda sunt a Laicis Curiae Episcopali Ead. Sac. Cong. in Papien. 29. Sept. 1674.

Non licet Curiae seculari auferre arma a Laicis confugientibus ad Ecclesias, & alia loca Immunia; S. Cong. Immunit. in Neriton. 17. Januarii 1628. lib. 1. decr. Paul. pag. 80. In Adjacen. 18. Martii 1630. lib. 2. decr. Paul. pag. 97. in Moliniana 11. Augusti 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 86. in Tranen. 6. Novemb. 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 207. Etiam si dicta arma sint prohibita; Ead. Sac. Congr. in dict. Adjacen. 18. Martii 1630. & in Venusina 18. Febr. 1635. lib. 2. Decr. Paul. pag. 215. Unde arma ablata a confugitis sunt omnino restituentia; Ead. Sac. Cong. in Januen. 9. Junii 1636. lib. 3. decr. Paul. pag. 34. & in Fanen. 27. Martii 1730. lib. 3. decr. Vallem. pag. 431. Arma ablata per Curiam secularem a loco immuni sunt ibidem restituenda; in Camerinen. 20. Februarii 1629. lib. 1. decr. Paul. pag. 124. Vel Episcopus sibi assignari faciat ad effectum disponendi juxta Ordines Sacrae Congregationis. Ead. Sac. Congregat. in Neapolitana 24. Decembris 1672. lib. 1. decr. Altovit. pag. 757. Ablatio armorum a confugitis non est permisa absque facultate S. Sedis; Et conceditur facultas ad tempus Archiepiscopo auferendi arma a confugientibus in Ecclesiis etiam exemptis, & aliis locis immunibus hac tamen conditione, ut arma retineantur apud Curiam Archiepiscopalem, & ablatio fiat per Ministrum ejusdem Curiae. Sac. Cong. Immunit. in Neapolitana 20. Januar. 1654. lib. 5. decr. Paul. pag. 31. Contra auferentes arma a Confugitis procedendum est ad declarationem Censurarum; Ead. Sac. Cong. in Tranen. 6. Novemb. 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 207. Imo laudatur Episcopus excommunicans eos, qui confugitos in locis immunibus armis ipsiarunt. Ead. Sac. Cong. in Martoranen. 15. Julii 1636. lib. 3. decr. Paul. pag. 9. Procedendum prout Juris contra auferentes arma a Ministris Curiae Ecclesiasticae, Sac. Cong. Immunit. in Cosentina 20. Novemb. 1657. lib. dec.

Armorum gestatio Clericis quando sit interdicta, & quando permisa, & qui plura, quae ad hanc materiam spectant, nosse desiderat, consulat Sperellum a decis. 122. ad 128.

ARMA, SEU INSIGNIA.

Arma seu Insignia, quae modo in usu sunt, successerunt loco imaginum, & statuarum, quibus Nobiles olim utebantur; Antiquitus enim ante hujusmodi usum armorum, seu itemmatarum, vel insignium Viri Nobiles ad denotandum splendorem propriae Familiae in atriis Domorum retinebant statuas, vel imagines Majorum suorum praestantium, & excellentium, a quarum serie imaginum, & statuarum deducebant proprii generis Nobilitatem, juxta Sacram Scripturam 1. Machab. c. 2. ibi: *Mementote operum Patrum, quae fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen aeternum; & Sapient. 18. num. 24. ibi: Parentum magna in quatuor Ordinibus lapidum erant sculpta.* Et itud Jus statuarum, stemmatum seu Imaginum, utum armorum, seu insignium in Sigillis peperit; l. Lex, quae tutores, Cod. de administr. Tutor. l. Injuriarum §. Si quis ff. de Injuriis, leg. Capitalium §. ad statuas, ff. de pennis, leg. Si Legatum, ff. de Operibus publicis, Tiraquell. de Nobilitat. cap. 6. n. 6. inter ejus opera tom. 1. fol. 33. Et ideo videntur arma & insignia esse propria Nobilium; Cassan. de Catal. glor. mundi part. 1. conclus. 10. Tiraquell. de Nobilitat. citat. cap. 6. num. 8. & in 12. ubi ait: *Stemmata antiquitus non nisi illis de Magistratu compitiisse.* Thefaur. decis. 270. num. 34. & sequent. Unde armorum, & insignium delatio inservit pro medio, & signo ad probandam Nobilitatem. Rota part. 17. decis. 130. num. 4. Et quamvis etiam ab ignobilibus deferantur, & eorum delatio non reddat eos Nobiles, ut notat Rota ibid. num. 5. Tamen in Nobilibus arma, & insignia necessario requiruntur ad probandam eorum Nobilitatem. Guttierz pract. quest. lib. 3. & 4. quest. 16. num. 42. Tiraquell. cit. cap. 6. num. 12. & Rota coram Merlino decis. 164. num. 12. 17. & 19. ubi docet, Nobiles necessario debere habere insignia, & arma; alias non dici tales, ut usus observat, & coram Cardin. Celfo decis. 266. n. 9. Et per hoc in Nobilissima Religione Hierosolymitana adeit statutum, ut in receptione ad habitum, & probatione nobilitatis probari debeat, Familias Patris, & Avii, Matris, & Aviae habuisse per centum annorum spatium arma, sive insignia, & quod illis usi fuerint, ut ex ordinatione 7. & 11. de receptione Fratrum, ut testatur Rota in dict. decis. cor. Merlino num. 13. & part. 17. decis. 139. num. 1.

Quamvis autem quod proprium est Nobilium ab omnibus usurpetur, & sic plebei quoque insignibus, & armis Nobilium utantur, non possunt tamen assumere, & deferre arma, & insignia Nobilium. Rota part. 13. decis. 253. n. 24. & 25. & eo minus alterius singularis Dignitatis. Aliter id facientes severa poena puniri debent, & adhuc severiori, & severissima, si usurpaverint arma, & insignia dignitatis supremae, & Magistratus, ut late Tulchus Concl. 437. Vivian. comm. opin. 540. numer. 5. ita ut etiam poena ordinaria mortis sint puniendi rei, prout de usurpante insignia Papae, & de usurpantibus insignia Magistratus, quod puniantur poena ordinaria legis Juliae Majestatis; l. 1. & l. 3. in fin. ff. ad l. Jul. Majest. Insignia enim, & arma sunt distinctiva generis Personarum, & Familiarum, & per hoc dicitur emanatum esse usum Cimeriorum, seu Coronarum in armis. Nam aliter a Regibus, aliter a Ducibus, & Titulo polentibus, aliter a privatis Nobilibus, & alio modo a plebeis usurpantur scuta, juxta Thefaur. dec. 270., & sic plebei nequeunt uti armis Nobilium, neque in forma scutorum; Leg. 1. Cod. de his qui Potent. Abbas in cap. Dilecta 14. de Excessib. Pralator. Tiraquell. citat. cap. 6. num. 17. in fin. Cassan. Consider. 53. conclus. 23. Oping. de jure sigill. cap. 4. num. 79. & 80.

Arma & insignia solent apponi in operibus publicis ad acquirendum & demonstrandum Jus in illis. Rot. par. 14. decis. 337. num. 9. Hinc eorum insculptio demonstrat rem esse de dominio, & pertinentia illius, cujus sunt arma, & insignia. Rota part. 17. decis. 139. num. 5. Et sic reperta in aliqua Cappella, vel Altari inducunt praesumptionem Juris patronatus, & bonae fidei in antiquis Rota part. 2. decis. 548. num. 7. Et arguit illum, cujus sunt arma, & insignia sibi, & suis edificare, & acquirere voluisse Rota par. 9. tom. 1. decis. 134. num. 21. Similiter sepulcrum habens insculpta arma, & insignia probat illius concessionem & licentiam obtentam. Rota part. 17. decis. 139. num. 5. Et hic mos apponendi insignia, & arma in Templis, Cappellis, & Sepulcris viguit etiam praeteritis temporibus, ut colligitur ex 1. Machabaeor. cap. 13. v. 27. ibi: *Edificavit simon super*

dec. Rocci pag. 42. Arma portantes ad Infideles sunt excommunicati ipso facto Excommunicatione in Bulla Coenae, ut patet expresse in ipsa solita publicari quotannis §. 7. his verbis: Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos vel Haereticos per nostras, sive hujus Sanctae Sedis sententias, expresse, & nominatim declaratos deferant, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, Chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipsos canape, quam ex alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant... Non obstantibus quibuscumque, que privilegiis, quibusvis Personis, Principibus, Rebus publicis per nos, & Sedem praedictam haecenus concessis de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non faciendum.

Et haec prohibitio, & Censura magna ex parte lata est in Jure communi: c. Ita quorundam 6. c. Significavit 11. c. Quod olim 12. c. Ad liberandam 17. de Judeis, & Saracenis; Et in Extravagantibus Clementis V. incip. Cedit quidem, & Joann. XXII. incip. Copiosus de Judeis, & Saracenis. Quia veritate contingit in Provinciis, & Insulis proximis, & contemnis locis Turcarum Fideles in captivitatem duci, & liberari non valent, nisi ultra conventam pecuniam, bellica etiam instrumenta, & arma tradantur, quae situm fuit ab Episcopo Jadrensi, in iste casus comprehensus remaneret sub prohibitione Bullae, & proposito dubio in sequentibus terminis: *An vendentes, & deferentes arma cum hoc solo sine redemptionis captivorum, incidant in casu Bullae? Sac. Congr. Concilii die 1. Decembris 1695. respondit Negative, Dummodo modica interveniat quantitas, & aliter redemptio fieri non possit.*

Novae additiones ex aliena manu.

Armorum licet variae acceptiones sint, tamen in inhibitione de armis non deferendis arma accipiuntur pro omnibus illis instrumentis, quibus ad nocendum homines utuntur, & quae eo animo deferunt; unde Ictus in l. armatos 9. ff. ad Leg. Juliam de vi publ. armatos non tantum eos accipiendos esse monet, qui tela habuerunt, sed etiam quidquid aliud, quod nocere possit; Vide Pancrol. in not. Imper. cap. 66. ad Dempsterum ad Rosin. lib. 3. cap. 5.

Armorum delationem, seu usum privatis ut plurimum prohibitum fuisse indicat l. un. Cod. ut arm. usus, adeo ut nec fabris ipsorum usus permittatur in Novel. 85. cap. 1. ac nec militibus quidem extra usum belli, ut probat Arnicaus lib. 2. de majest. cap. 5. In sequiori aetate nobiles a plebe distincti armorum delatio, unde Guntherus lib. 3. Ligust. in Frideric.

Utque suis omnem depellere finibus hostem
Possit, & armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia sedum
Judicat, accingi gladio concedit aequistri.

Quo ex loco intelligimus, de nobilibus tantum accipiendum esse Canonem 17. Concil. Mogunt. 1; tuncque nobiles enses accipiebant de altari, ut indicat Ferrus Blesensis epist. 94. & probat Alaferra de Ducib. c. 7.

Ob institutum vero, & peculiarem professionem ab armorum usu arcentur Clerici, cum eorum arma non sint gladii, sed dolor, fletus, orationes, & lacrymae, cap. non pila, cap. convenior 23. q. 8., & maxime repugnet habitui, & honestati sacerdotali arma gestare, & qui armatus incedit, arrogantior fit, & ad injuriam inferendam proclivis, quod ab honestate Clericorum prorsus alienum est; Vide Gonzalez ad lib. 3. decr. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. per tot.

Sequiori saeculo abusus invaluerat, ut passim Episcopi, & Clerici armis stipati essent, ut refert Aymonius agens de Ludovici Imperatoris temporibus, ibi: *Tunc ceperunt deponi ab Episcopis, & Clericis cingula baltheis aureis, & gemmis cultus onerata;* Vide etiam Gregorium Turonensem lib. 4. cap. 43. Bedam lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 18. & late differenter Thomassin. de vet. & nov. Eccles. discipl. p. 3. lib. 3. cap. 44.

Huic malo medicinam fecit Concilium Liptinense can. 2. vetando Clericis, Monachisque, ne arma unquam induerent, aut pugnarent, vel exercitibus intervenirent, nisi paucissimi illi numero Episcopi, quorum est in castris Principibus, Ducibus & militi ipsi Sacramento erogare. Idem cautum ab aliis Conciliis, quae postea successerunt; Qui plura scire cupit, adeat Rojeaud de la Combe in sua jurisprudentia Canonica v. arma. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

super sepulcrum Patris sui, & Fratrum suorum edificium altum visu; lapide polito retro & ante; & statuit septem Pyramidas unam contra unam Patri, & Matri, & quatuor Fratribus, & his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam eternam, & juxta arma naves sculptas, que viderentur ab omnibus navigantibus mare; ubi vides, Simonem erexisse, & statuisse etiam Pyramidam pro seipso, cum duæ fuerint pro Patre, & Matre, & quatuor pro quatuor suis Fratribus videlicet Judæ, Jonathæ, Joanni, Eleazar, & septima sibi, ut notat Tyrinus in cit. cap. 13. Machabæor. vers. 25. Et hunc morem magis in dies servari videmus nostris hæcæ temporibus, ut sepulcris arma, & insignia Defunctorum nomen, & Familiam referentia asignantur; Anton. Theaur. decis. ultim. num. 34. sicuti in sedilibus, scamnis, & scabellis Templorum signum fieri, nomen imprimi, arma pingi, vel sculpi, ne loco moveantur, vel aliorum usui pateant per traditionem; Menoch. de recip. remed. 15. num. 47. Et insignia, stemmata, seu arma sculpi, vel pingi in Parietibus, Portis, Turribus Ecclesiarum, in Capellis, Altaribus, imo etiam quandoque in lapide Fontis Baptismalis, ut observavit Rota part. 9. decis. 115. num. 5. ea ratione, quod sicut Patronus ex gratia habet in Ecclesia Juspatronatus, cap. Quoniam 3. de Jure Patronat. sic ei concedatur habere sedem, stemmata, arma & insignia in Ecclesia de facultate Prælati; Cum arma in Ecclesia imprimi non possint, nisi de voluntate Prælati; Rota part. 17. dec. 139. num. 6.

Hac stante communi consuetudine, ac pene universali usu insignia, arma, seu stemmata ponendi in Altaribus, Capellis, Parietibus, Turribus Templorum, & in aliis locis Ecclesiarum, seu etiam in Ecclesiasticis ornamentis, Candelabris, Lampadibus, Calicibus, Planetis &c. dicimus licitum esse, si qui id facit, legitimo Jure & justo sine agat, aut, ut alios exemplo suo ad Templum, & Altaria construenda, restauranda, vel adornanda attrahat, vel ut armorum & insignium suorum appositione fidem Tituli Patronatus firmet, & probet, & sic clare colligitur ex sequentibus Sacre Congregationis Episcop. & Regul. declarationibus a Pignatella. tom. 8. conf. 25. relatis. Episcopus non debet amovere arma, seu insignia, & monumenta, seu memorias suorum Prædecessorum ab Ecclesia, vel Palatio Episcopali, maxime si fuissent constructa propriis ipsorum expensis. Sac. Cong. super Episcopis in Messanen. 9. Martii 1593. & alibi 21. Novembris 1603, 26. Januarii 1604, 18. Septembris 1606, & 30. Aprilis 1609. Neque de paramentis, non obitante Concilio Provinciali, si in Metropolitana tolerantur, 26. Januarii 1604. Unde coactus fuit per Censuras Baro, qui eraserat insignia Episcopi a quibusdam paramentis factis ab Archiepiscopo, & sua substituerat, ad restituendum omnia in pristinum 27. Novembris 1615. Nec Fundatorum Ecclesiarum, vel Monasterii 9. Octobris 1618. Et si fuerint amota, restitui debent ut prius, 11. Augusti & 6. Octob. 1645. Armaque ejus qui nihil contulit, vel ei, a quo fuit erogata, pecunia restituta, debent amoveri. 15. Octobris 1601. Maxime si est Laicus, 28. Septembris 1696, & 20. Martii 1600. Attamen Patroni, debent manuteneri in quasi possessione tenendi in Ecclesia sua insignia, 17. Septemb. 1601, & 4. Septembris 1602.

Poteit Hæres gravari, ut teneatur arma Testatoris pingi facere in ejus rebus, & Cognomen, & ejus insignia semper deferat, l. Facta 63. §. Si vero nominis ff. ad Trebel. Anton. Theaur. decis. ultima, Ancharan. conf. 113. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. in fine. Et hoc onus deferendi arma & insignia familiæ a Testatore impostum, censetur inductum intuitu conservandæ agnationis. Rota part. 14. decis. 194. num. 8. Unde ab Hæredibus nequeunt abradi, seu deleri arma, & insignia Testatoris, & Fundatoris Ecclesiæ, vel Capellæ, & tanto minus ab aliis l. Qui liberalitate §. nec ejus nomine ff. de operibus publicis, ibi: Nec ejus nomine, cujus liberalitate opus extructum est, eraso, aliorum nomina inscribantur. Aliter in modico tempore ignorari posset, quis dictam Ecclesiam, vel Capellam fundaverit, vel quæ Domus, & sic non conservaretur agnationis Dignitas contra mentem Fundatoris, qui in signum Patronatus ibidem arma, & insignia, seu stemmata Familiæ suæ ponendo, videtur id facere sub ea Lege, ne unquam amoverentur, per dict. l. Qui liberalitate; & leg. Si Judicis ff. de operibus publ. & l. Legatum ff. de administr. r. r. ad Civit. pertinet. Et per hoc tam Jure communi, quam particularibus multorum locorum Legibus statutum est, quod corruptentes, ac delentes alicujus Familiæ insignia in Ecclesiis, aliove loco ad perpetuam memoria collocata, severe puniantur, l. opus, ff. de operibus publ. Et quidem Romanus sing. 474. scriptum reliquit pœnam ejus-

modi esse Judici arbitrariam, cui subscripserunt Gem. §. pœnales n. 5. instit. de actionib. Curt. Jun. in Leg. Si quis id quod n. 6. de Jurisd. omni. Jud. Rebuff. in compend. ad Reg. Const. Gall. rom. 3. tit. de mat. possess. art. 1. gloss. 2. num. 35. ex textu, ubi Bartol. in l. Qui liberalitate, ff. de operibus publ. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. quest. 281. ubi n. 6. dicit extare Patavii statutum sub rubr. Quibus liceat acquirere bona, cap. Nullus hominum; quo pœna quinquaginta Ducatorum indicitur illi, qui arma, insignia, & epitaphia a Sepulchris deleverit, atque corrupit.

Novæ additiones ex aliena manu.

Materia hæc levi brachio tractata est ab Auctore, latior vero est, quam ut intra angustos limites hujus additionis concludi queat. Agendum est de Insignium varia acceptione, de distributione insignium multifaria, de Insignium proprie sic dictorum principiis & originibus, de Insignium proprietate, de contrariis, de causis & occasione Insignium in genere, de causis & occasione Insignium in specie, de his, quibus jus deferendi Insignia primario tam suo quam alieno nomine competit, & de his, qui ab Insignium delatione arcentur, de his, quibus jus deferendi Insignia jure transmissionis, ac sic seculario vel consequenter competit, vel minus, de variis acquirendis Insigniis, de his, ex quibus Insignia constant, clypeo scilicet, imagine, coloribus, metallo, galea, & cimero, laciniis sive vitris, & sustentaculis, de rebus & locis tam publicis, quam privatis, in quibus pinguntur, calantur, sculpiuntur, & suspenduntur Insignia, de modo rite conficiendorum, locandorum, & cummandorum Insignium, de finibus Insignium multiplicibus, de vario usu effectu & potestate Insignium, de actionibus Insignium nomine competentibus, de probationibus Insignium, eorumque juris modis variis, de modis, quibus Insignia amittuntur, extinguuntur, & abolentur, nec non de ordine ac processu circa privationem Insignium servando, tum demum de alienibus Insigniis. Vide de his omnibus fusè æque, ac erudite differenter Hopingium de Insigniis, sive Armorum prisce & novæ jure. Nos pauca adnotabimus concernentia appositionem Insignium in locis sacris, publicis, & privatis.

In Ecclesia Insignia apponere non nisi is potest, qui vel Patronus vel Benefactor sit. Deficiente autem utroque titulo, etiam Insignia apposita sunt removenda, nisi favore apponentis concurrat vel immemorabilis, vel centenaria. Quadragenaria autem nullius efficacitæ hoc in casu est; Vide decisionem Rotæ in Calaguritana Præminentiarum super reservatis 12. Febr. 1745. cor. R. P. D. Canilliac.

Hinc sequitur, quod Rector alicujus Ecclesiæ si Capellam, aut Sacellum alicujus Familiæ, aut Universitatis fidelium elemosynis restaurari curet, haud poteit sua Insignia ibi apponere; Sorg. jurisprud. forens. tom. 7. cap. 29. sub num. 12. ubi quod idem procedat in Episcopo, Sanfelix. decis. 283. per tot.

Ecclesiæ Matrici an competat jus apponendi Insignia in Ecclesia filiali, discutit idem tribunal Rotæ in Romana Fumeris super reservatis 16. Januarii 1742. cor. bon. mem. Peralt.

Præpositus ad constructionem alicujus operis publici, quod sit impensis Civitatis vel Regis, nequit sua Insignia in eo apponere, de Franc. decis. 443. per tot. ibique de Luc. in observat. pariter per tot. Dubitat vero de hac opinione de Ponte de potest. Pro Reg. tit. de divers. Provis. fieri solit. n. 7. At Thor. in addit. n. 6. tenet posse inscribi nudum nomen; Eumque sequitur Prato observ. practic. 49. n. 15.

Quilibet Dominus alicujus loci potest in eo sua apponere Insignia, Staiban. 2. forens. 193. num. 42. Sorg. jurisprud. forens. tom. 7. cap. 29. n. 10. Idque procedit etiam si agatur de Domino directo, ut præter allegatos firmat de Luca in observ. ad Franch. decis. 443. num. 5. tum de Barone qui subinfeudat, iidem Auctores ubi supra.

De onere deferendi Insignia Testatoris utilis est tractatio. At alio, etoque opportuniore loco agemus; Coniule interim Knipskildt de fideicom. famil. nobil. cap. 6. a num. 126. ad plur. sequent. Sorg. jurisprud. forens. tom. 7. cap. 29. num. & plur. sequent.

AROMATARIA, AROMATARI.

Regulares non possunt Aromatariam tenere nisi pro seipsis, quo casu visitari non potest a Protomedico. Sac. Cong. Episcop. & Regul. in una Neapolitana 9. Januarii 1602. idipsum declaravit Sac. Cong. Immunitatis in Barchinonensi 21. No-

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Aromatariorum officina in Urbe reductæ sunt ad sexaginta; 23 Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 6. incip. Essendo Noi §. 4. Aromatarie artis exercitium pro sæcularibus & venditio pharmacorum, & medicamentorum prohibetur in Urbe omnibus Regularibus, exceptis Hospitalariis S. Joannis de Deo; Idem ibid. Vide dictam Constitutionem, in qua inferuntur varia ad id Decreta edita, & assignantur 29. Augusti 1637, 9. Decembris 1720, 25. Januarii 1722, 11. Martii 1722, 20. Julii 1733, & 11. Octobris 1735. Balsamum tamen Apoplepticum, & Theriaca vendi possunt a Regularibus; Idem ibid. §. 2.

Novæ Additiones ex aliena manu.

DE Aromataria quibus conditionibus permittatur Regularibus, plene differit Rot. in Barchinonen. Aromataria 27. Junii 1687. & 8. Maji 1688. cor. Randinno, 2. Junii 1690. cor. Manuel. 14. Januarii 1692. cor. Caccia, 7. Maji 1736. & 7. Martii 1738. cor. Clar. mem. Calcagnin. Et quando iis dici nequeat satisfactum, consule idem tribunal in Barchinonen. Aromatariorum 21. Januarii 1746. cor. Clar. mem. Millin.

ARRHA.

Arrha ut sic sumitur pro pignore, quod traditur pro stabilita obligatione ad non recedendum a facto contractu, v. g. emptiois, venditionis, seu alterius sub pœna amittendæ tale pignus, si sine legitima causa a tali contractu recedatur; Infit. de empt. & vendit. in principio. Speciatim tamen solet accipi Arrha pro eo, quod per Sponsos, vel per eorum Parentes post Sponsalia datur veluti pignus pro assecuratione perficiendi contractum Matrimonii promissi; l. Arrhis, l. fin. Cod. de Sponsalibus & leg. 1. ibi Arrharum nomine data; Cod. Si nuptia ex rescriptis. Unde Arrha contradistinguitur a Sponsalitia largitate in hoc, quod Arrha detur tamquam pignus futuri Matrimonii, Sponsalitia vero largitas, quæ solet etiam vocari aliis nominibus Jocalium; donum Sponsalitium, Donatio ante nuptias, non datur in pignus futuri Matrimonii, sed in signum amoris, vel affectus. Imo si aliquid detur post Sponsalia, & expresse exprimat, quod datur veluti in pignus & assecurationem futuri Matrimonii, tunc non erit Arrha, sed Sponsalitia largitas, ut recte advertit Sanchez lib. 1. disp. 35. num. 1. Boico in Theologia Sacramental. disp. 11. sect. 1. conclus. num. 312. & alii plurimi. Quod autem datur ante Sponsalia non est Arrha, nec Sponsalitia largitas, quia hæc, ut diximus, datur post Sponsalia, sed est donum datum ad conciliandum amorem, vel affectum, cujus dominium potest Donataria acquirere sine ullo onere. Et quamvis Donataria vicium redonet aliquid Donatori, per hoc non impondit Matrimonium, sed potest tantum velle recognoscere liberalitatem Donatoris. Datio tamen Arrhæ si fiat inter Sponsam, & Sponsam, præsumitur pro Matrimonio, nisi probetur contrarium, vel eiset contraria consuetudo, vel atas repugnaret. Si vero hoc fiat a Parentibus, sola Sponsalia contrahuntur, vel præsumuntur, eo tamen modo, quo a Parentibus Sponsalia contrahi possunt, Silvester, & Tabiena verb. Arrha num. 3. & alii.

Arrhæ licite, & valide dari, & accipi possunt in contractu Sponsalitia. l. Arrhis 3. & l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus. Et est communis. Arrhæ de jure communi possunt tradi, & constitui in quavis quantitate etiam in rebus immobilibus, etiam reciproce; colligitur ex cit. l. Arrhis 3. & l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus, quæ traditioem etiam reciprocam Arrhæ permittendo universaliter, indistincte, & illimitate loquuntur, ac consequenter universaliter, indistincte, & illimitate debent intelligi, arg. l. pretio ff. de pub. in rem act. Tum quia ex d. l. Mulier 5. Cod. de Sponsal. habetur, quod potest inter Sponsos conveniri, ut recedens a contractu Sponsalium Arrhas quadruplo restituat, ibi: Nisi specialiter ex communi consensu inter contrahentes de quadrupli ratione placuit, adeoque etiam statim ab initio Sponsalium tanta quantitas Arrharum tradi poterit absque eo quod lædatur necessaria libertas Matrimonii. De jure vero municipali Regni Castellæ Arrhæ non possunt in quacumque quantitate constitui, sed solummodo quoad decimam partem bonorum constituentis; l. 1. tit. 2. de las Arrhas lib. 3. for. & hoc fuisse inductum, ne mutuo se conjuges amore spoliarent, asserit Sanchez lib. 6. de Matrim. disp. 29. num. 1. Sive de jure communi, sive de jure Hispano, si Arrhæ constituantur in immobilibus, seu

2. vembri 1635. Permitti tamen potest Regularibus, & Monialibus præsertim pauperibus vendere medicinalia suæ Aromatarie renovandi gratia, maxime pretis moderatis. Ead. Sac. Congreg. in Neapolitana 26. Maji 1603. & in una Dominicanorum 11. Octobr. 1647. Nec obstat decretum Sacre Congregationis Visitationis Apostolicæ edit. 29. Aug. 1637. in quo prohibet omnibus Regularibus exercere ullam artem vendalem, sive Aromatariam &c. quia ipsum Decretum non habet locum extra Urbem, ut declaravit Sac. Cong. in Neapolitana 5. Octobr. 1646. & constat ex verbis ejusdemmet Decreti: ibi: Regularium in Urbe, ejusque districtu existentium. Pro solo tamen fine lucri, & negotiationis nequeunt Regulares Aromatariam tenere, cum negotiatio cautæ lucri sit in Sacris Canonibus expresse prohibita, & signanter in Concilio Lateranensi 3. sub Alexandro III. celebrato, part. 27. c. 3. his verbis: Secundum instituta Prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causa lucri negotientur. Et sic decrevit Sac. Cong. Concilii in Camarin. 28. Februarii 1623. ad tertium. Et novissime Benedictus XIV. sub gravissimis pœnis id prohibuit pro toto statu & Ducatu Mediolanensi Constitutione incip. Exponi Nobis edita die 2. Martii 1741. Hinc neque Clerici possunt exercere Officium Aromatarii neque in Hospitalibus sine licentia Papæ, vel Sac. Congregationis, eadem Sac. Cong. in Paormitana 23. Aprilis 1591.

Aromatarii non possunt societatem contrahere cum Physicis, & Chirurgis; Gregor. XIII. Constit. 29. incip. Officii nostri, ibi Neque Medico, sive Physico, sive Chirurgo cum Aromatario, neque Aromatarium cum Medico societatem ullo modo inire liceat. Qui aliter fecerit viginti quinque Ducatorum pœna a Collegio Medicorum, si Medicus fuerit, si vero Aromatarium a Consiliis Aromatariorum officiat. Aromatarii privilegium prioritaris habent contra quoscumque alios privilegiatos. Itaut in creditis Defunctorum Decoctorum præferendi sint etiam illis, qui habent obligationem Cameralem. Etiam in causa Dotis ulque ad summam Scutorum 50. tantum. Clemens VIII. Constit. 47. incip. Laudabilis. Aromatariorum libris plena fides est adhibenda, si eos tenent secundum usum suæ artis, sed solum per quinquennium, & debitores eorum ulque ad quinquennium tantum intelliguntur obligati, si in eorum libris inventiuntur delcripti. Clemens VIII. in cit. Constit. Laudabilis. Aromatariorum causæ a nullo Judice possunt cognosci, nisi a Consiliis artis; nec ab ullo realium. Idem Clemens VIII. in Constit. Laudabilis edita pro toto statu Ecclesiastico. Aromatarie defalcationes in computis ex generali consuetudine sunt in tertia parte. Rota part. 14. dec. 252. n. 8. Et in computis defalcum dicitur probatum in consueta remissione alias observata; Rota ibid. num. 6. & 7. Extractionem ex suis libris si Aromatarium permittere nolit, præsumitur taxæ remissionem negare. Rota ibid. num. 15.

Peccant Aromatarii, seu Pharmacopolæ, si rudes, & ignari munus exercent. Item si sine arte, vel diligentia medicamenta conficiant. Item si quid pro quo in medicamentis conficiendis immisceant, vel unum medicamentum præbeant pro alio contra Medici præscriptum, nisi tamen esset æque bonum, & non majoris pretii. Ita Doctores communiter. Ad cognoscendum autem in similibus casibus, an sit peccatum mortale, vel veniale, attendenda est gravitas, vel levitas materie, in qua delinquant. Sic peccant mortaliter Aromatarii, qui in conficiendis Medicinis aliquando ponunt aromata multum vultu, mollicam, vel non exigentiam virtutem habentia, & aliquando alia non ita consentientia ponunt loco illorum, quæ ponere deberent, unde medicina infirmo parum prodest, vel forte nocet. Sic cum communi Divus Antoninus part. 3. tit. 8. cap. 4. §. 6. & Aromatarii sic delinquentes, cum nedum Charitatem, sed etiam Justitiã violent, ad omnia secuta mala, & damna tenentur; Homobon. in Comment. Resolutor. tract. 10. cap. 4. q. 12. Sic mortaliter peccant, & fiunt irregulares conficiendo medicinas ex rebus corruptis, ob quas sequitur mors infirmi, quia dant causam periculosa homicidii; Ita cum Ugolino & aliis Bonacina de Confir. disp. 7. q. 4. punct. 7. n. 11. Bassius in florib. verb. Irregularitas 7. n. 8. Sic mortaliter peccant, si vendant medicamenta ad non parendum, vel ad foetum expellendum, & rei sunt culpæ, & pœnæ cooperantur ad abortum, juxta Constitutionem Sixti V. incip. Effrenatam, & aliam hujus moderatam Gregorii XIV. incip. Sedes Apostolica.

seu mobilibus pretiosis, quae servando servari possunt, non possunt constitui per Pupillos, & Minores, inconsultis Tutoribus & Curatoribus, & absque Judicis Decreto; & ratio est, quia ex genere suo Arrhae siltendo in iure communi substituuntur loco pignorum; l. Arrhis 3. l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus & Arrhis, ibique Glossa & in l. unica Cod. Si Rector Provinciae.

Pupilli autem, & Minores sine auctoritate Tutorum, & Curatorum, & absque Decreto Judicis oppignorare nequeunt immobilia, l. Julianus ff. de contrah. empt. & vendit. & in l. 1. §. Impuberes ff. commodat. Si vero Arrhae consistant in mobilibus, quae servando servari non possunt, possunt licite tribui per

14 Pupillos & Minores sine Decreto Judicis. Non tamen sine Tutoris & Curatoris auctoritate. Suarez l. 3. for. t. 2. de las Arrhas lib. 1. num. 65. Antonius Gomez l. 52. Tauri num. 24. Barbof. in l. Si ante 6. ff. solut. Matrimon. 24. Et ratio est, quia regulare est in omnibus fere Regionibus, ut Pupilli, & Minores ius etiam contractibus translationis Domini contrahant accedente Tutoris, vel Curatoris auctoritate etiam sine decreto Judicis, per quos

15 immobilia non transferuntur. Quod autem in hac hypothese requiratur Tutoris, vel Curatoris auctoritas, colligitur expresse ex l. Si Curatorem Cod. de in integrum restitut. & ex l. 2. & l. Mulier. Cod. de sur. Dot.

16 Injuste resiliens a Sponsalibus perdit Arrhas, quas dedit in contractu Sponsalicio. Si vero postea Matrimonium, seu contractum compleat, denuo acquirat; colligitur ex l. Arrhis 3. & l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus. Et est communis. Arrhae enim, ut dictum est, dantur in pignus futuri Matrimonii, & pignora amittuntur ab injuste recedentibus a contractibus, ut patet in contractibus emptionis & venditionis; Instit. de empt. & vendit. in princip. Si tamen non qui dedit, sed solum qui recepit

17 Arrhas injuste resiliat a Sponsalibus, tunc si sit major viginti-quinque annis, debet restituere Arrhas in duplum, scilicet & Arrhas, quas accepit, & insuper tantumdem de patrimonio suo. Si autem sit minoris aetatis, tenetur restituere solum id, quod accepit, textu expreso in l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus, ibi Mulier sui iuris constituta, Arrharum Sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, id est quod accepit, & aliud tantumdem, si post completum vigesimum quintum annum, vel post impetratam veniam aetatis huiusmodi Arrhas accepit. In simplicem autem, id est tantummodo in id quod accepit, si minoris

18 aetatis est. Et si uterque contrahentium Arrhas dedit, & accepit, tunc injuste resiliens debet perdere quas dedit, & restituere quas accepit, ut subeat poenam dupli praescriptam in cit. l. Mulier 6. Cod. de Sponsalibus. Et est communis cum Suarez l. 1. disp. 30. num. 9.

19 Pater vel Mater, sive Avus, vel Proavus, si Arrhas pro Filia, nepte, seu pronepte receperint, vel pro filio, nepote seu pronepote; & sine legitima causa Matrimonium non contrahatur, tenentur ad duplum. Si ex causa, quam dignoscere poterint, & nihilominus receperint, item in duplum. Si ex causa, quam penitus ignoraverint, nec praecognoscere potuerint, tenentur tantum receptum reddere: colligitur expresse ex cit.

20 l. Mulier 5. Cod. de Sponsalibus, & Arrhis. Patri, vel Matri, sive Avo, vel Proavo restituenda sunt Arrhae, quas dederunt promittentes Filiae, Neptis, vel proneptis Matrimonium, si ista nolit adimplere, facientibus ipsis quidquid in se est, ut vere Matrimonium sequatur; Et ratio est quia tales Parentes in hoc culpam non haberent, adeoque nec poenam sentire deberent, impossibilitas enim in facti obligatione excusat a quacumque poena per textum in l. fin. §. idem fuit ff. ad Leg. Rhod. de jact. & in l. 2. ff. Si quis caut. Sic Bartolus in l. continuus §. Istud ff. de verb. obligat. Socin. Sen. conf. 3. num. 9. vol. 1. Rosella verb. Sponsalia num. 7. mngelus eodem v. b. num. 14. Silvester ibid. q. 8. p. 1. Gutierrez de juram. 1. par. cap. 44. n. 3. Molina tom. 2. de justit. tract. 2. disp. 167. vers. quod si 15., Bruellus de Sponsalibus conclus. 16. num. 6. & alii.

21 Arrhae Sponsaliorum nomine datae non acquiruntur de iure communi, si interea Sponsus, vel Sponsa decesserit, nisi causam, ut nuptiae non celebrarentur, defuncta Persona jam praebuerit; colligitur expresse ex l. Arrhis 3. Cod. de Sponsal. & Arrhis; Et ratio est, quia Arrhae sunt veluti pignora ad perficiendum contractum; Glossa in cit. l. Arrhis in princip. Cod. de Sponsalibus; & in l. unica Cod. Si Rector Provinciae verb. pignora; pignora autem in ordine ad contractum non amittuntur, nisi ex aliqua culpa contrahentis, si contractus non sequatur, cum amissio sit in penam, & poena esse non potest, ubi non est culpa; l. Sancimus 22. Cod. de penis; uti supponitur in hoc casu, ubi contractus non perficitur solum ratione obitus.

22 Et per hoc dixi, nisi causam, ut nuptiae non celebrarentur, De-

functa Persona jam praebuerit, quia cum tunc ratione praecedentis causae dici possint Sponsalia dissoluta ex culpa ipsius, est in poenam statutum, quod Arrhae a superflite innocente acquirantur: cit. l. Arrhis 3. Cod. de Sponsalibus, & Arrhis.

Novae additiones ex aliena manu.

Arrha dicitur, auctore Isidoro lib. 10. etymol. cap. ult. a re pro qua datur, vel ut aliis magis placet a verbo graeco *arrha* quod firmum significat.

Arrha simpliciter pignus est apud idoneos Auctores; non solum enim in argumentum contractus emptionis, vel matrimonii, sed pro qualibet promissa re datur, ut compleatur. Apud Jurisconsultos arrha, & arrhabo proprie illud est, quod pro emptionibus confirmandis datur.

Arrha in contractu emptionis & venditionis, vel in pecunia numerata, vel in aliis rebus consistere potest. Si in pecunia numerata, nihil vetat quominus ab emptore venditori data penes accipientem remaneat pretio imputanda. Sin aliis in rebus, post impletum contractum id quod arrhae nomine datum fuerat, actione ex empto, vel conditione sine causa a dante repeti potest, l. 11. §. 6. ff. de Act. empt.

Arrha saepe datur in signum emptionis contractus & perfectus, & ulterius utroque ex latere implenda, ut ita evidentius probari possit de pretio convenisse, l. 35. in princip. ff. de contr. empt. Quandoque tamen in indicium emptionis inchoatae, ac ulterius in scriptis aut aliter secundum partium voluntatem perficienda, l. 17. in fin. C. de fid. Instrum. Posteriori hoc casu recedi ab emptione inchoata posse sub dispendio Arrhae quam quis dedit, vel restitutione duplicatae, si acceperit, liquet ex d. l. 17. in fin. C. de fid. Instrum. Num autem idem obtineri debeat in priori casu, non conveniunt inter se DD. Affirmant Odofred. Salicet. & Scharf. in d. l. 17. §. illud C. de fid. Instrum. Zafius lib. 2. singul. Respons. cap. 24. per tot. Fachin. controverf. jur. lib. 1. cap. 23. per tot. Treuvel. select. disput. vol. 1. disput. 28. th. 8. lib. B. Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 2. n. 18. Et hanc affirmativam opinionem communem dicit Eminentissimus Suarez in Thesaur. recept. sentent. verb. Arrhas n. 274. Negant vero Voet in comment. ad Pandect. lib. 13. tit. 1. n. 25. Harprecht. in comment. ad Instit. lib. 3. tit. 24. in princip. a num. 91. ad plur. seq., & qui ab Harprecht. plena manu citati sunt Doctores.

Interveniunt quoque Arrhae, sed non semper in sponsalibus. Sunt autem Arrhae, quatenus in sponsalibus interveniunt, non signum contrahendorum sponsalium, sed ad majorem solemnitatem, probationem, & argumentum contractorem sponsalium vulgo a sponsio sponsae dari solent, l. 3. C. de sponsal.

Olim in sponsalibus arrharum nomine plerumque annuli tradebantur, C. Nostrates 3. caus. 30. q. 5. l. Cuicumque 5. §. Si item 15. ff. de inst. act. l. ex emption. 11. §. Si is qui 6. de act. empt. l. donata 36. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. Nec annulus usque fuit foeminae, nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius quam binos aureos in digito habere solebat, Horomann. de cast. nupt. part. 3. cap. 2.

Mulieris detrectantis nuptias post Arrhas olim poena quadrupli erat, ut indicat l. 6. Cod. Theod. de sponsalibus. & ante nupt., & ibi Gothofredus; l. in si nupt. ex v. s. r., d. l. in si Prov. Rector Cod. Theod. quod pariter indicant Papiiani responsa tit. 27. Hanc poena deinde mutata est in duplum, l. pen. Cod. de sponsal. & arr. Vide Schultingium vet. juris anti Justin. ad d. loc. Papiiani num. 2.

Arrhas sponsalicias in Saxonia non reperi decedente sponso, vel sponsa, ante nuptias, tradit Carpzov. jurispr. forens. p. 3. Constit. 19. definit. 13. num. 5. & plur. sequent.

ASSASSINIIUM, ASSASSINUS.

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

1618. concordant, quae habet Card. Lambert. Bened. XIV. Institur. Eccles. 105. §. 128.

Episcopo extra suam Cathedrali in aliam Ecclesiam sive Saecularium, sive Regularium ingredienti Aspersorium porrigi debet per digniore illius, ad quam Episcopus accedit, & nullo modo per Dignitates, aut Canonicos Cathedralis. Ead. Sac. Cong. Rit. in Bononien. 14. Februarii 1632. & in Rhegiensi 8. Februarii 1648. & in Ravennaten. 21. Martii 1665. Vid. verb. Aqua benedicta num. 12. in fine.

Si Episcopus venerit ad Ecclesiam, dum in Choro a Canonicis recitantur Horae Canonicae, saltem duo ex Canonicis tenentur a Choro discedere, & obviam ire porrigentes Aspersorium Ead. Sac. Congreg. Rit. in Lunen. Sarzanen. 3. Martii 1633.

Si Suffraganeus de licentia Episcopi deferat Cappam, tenentur duo Canonici ire usque ad ostium Ecclesiae, & Dignior porrigere Ei Aspersorium, quo Suffraganeus se ipsum tantum aspergat, & pariter eum associare in reditu usque ad eundem locum. Ead. Sac. Congreg. Rit. 6. Septemb. 1693.

Aspersorium non est porrigendum Archipresbytero a digniore Presbytero, neque alia obsequia ei sunt praestanda, quae soli Episcopo a Canonicis praestantur. Ead. Sac. Congreg. Rit. in Baren. 4. Julii 1615.

Aquae benedictae aspersio fieri debet singillatim quibuscumque Dignitatibus, & Canonicis incipiendo ab iis, qui in dextro cornu existunt, non vero unico lectu in circulum. Ead. Sac. Cong. Rit. in Perusina 20. Decemb. 1601.

Aspersio aquae benedictae in Dominicis diebus fieri debet per ipsum Celebrantem. etiamsi sit prima, vel alia Dignitas, non obstante contraria consuetudine, quae potius corruptela, quam consuetudo dici debet, cum sit contra Rubricas Missalis Romani, & dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2. c. 30. quae tollit omnem contrariam consuetudinem. Ead. Sac. Cong. Rit. in Perusina 29. Novemb. 1632.

Ad solum Parochum defuncti, etiam interveniente Capitulo Cathedralis, seu cuiuscumque Collegiate spectat aspergere aqua benedicta Cadaver, antequam levetur de domo, & ad eundem pertinet intonare Antiphonam: Si iniquitates. Ead. Sac. Cong. Rit. in Aversana 15. Septembris 1640. in responsione ad tertium, & in Novarien. 21. Septembris 1651. Vide verb. Canonicus art. 8. num. 5. 6. 7. 8., & 9. ubi multa ad rem.

Sic pariter ead. Sac. Rit. Congreg. in Squillacen. 18. Novembris 1606. centum Curatos, in quorum Parochia defunctus obiit, & non Regulares, ad quorum Ecclesiam defunctus portatur, debere benedicere corpus defuncti. Ita refert Barbofa de Offic. & potestat. Parochi cap. 27. num. 67.

Aspersiones domorum in Sabbatho Sancto Paschae Resurrectionis spectant ad Parochos privative quoad alios Ecclesiae Clericos. Sic post alios resolvit Barbofa l. cit. c. 12. num. 11. & 12. ubi refert Sac. Congreg. Concilii sub die 23. Novembris 1616. decrevisse Regulares non posse in Sabbatho Sancto benedicere domos.

Praelato Referendario, & Governatori Civitatis accedenti ad Ecclesiam datur aqua benedicta per contactum Aspersorii ab aliquo Ministro Corta induto, non autem per traditionem Aspersorii, quo te ipsum signet, & alios per aspersorem, ut auditis partibus declaravit ead. Sac. Congreg. Rit. in Ajina 7. Junii 1704.

Novae additiones ex aliena manu.

Multa ad hanc materiam pertinentia vide apud Barbofam in Sum. Apostol. dec. d. collect. 39., & collect. 88. n. 29., collect. 253. num. 31.

ASSASSINIIUM, ASSASSINUS.

Assassinium proprie dictum, est, cum pro pecunia, aut alia re pretio aestimabili accepta, vel promissa de alterius mandato homo incautus occiditur: Unde Assassini proprie dicti, sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione, occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt, & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt vere Assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congreg. in una Sarzanae, 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet

mandatarius, si non sit secuta mors, nec intentatum assassinium; Sac. Congreg. Immunitatis in Mediol. 21. Septemb. 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 161. & in Meliten. 21. Novembris 1690. lib. decret. Martelli pag. 686. ubi statuitur, reum confisgitum ad Ecclesiam, & ab ea extractum ob intentata assassina, sed non secuta, gaudere Immunitate, & esse restituendum, proviso tamen, ne ex reititione oriantur scandala. Sic etiam gaudet Immunitate, tam mandans quam mandatarius, si mandatum, & pecunia intervenerit ad solummodo vulnerandum, non autem ad occidendum, ut expresse decrevit Sac. Congreg. Super Episcopis in Neapolitana 25. Junii 1601. per haec verba: Gaudet Ecclesiastica Immunitate, qui mandat, & mandatarius recipit, vel cooperatur propter pretium acceptum, vel promissum ad faciem ferro cuiuspiam deformandam, aut vulnerandam, quia tales improprie dicuntur Assassini.

Assassini sunt, & privantur Immunitate Ecclesiastica, qui recipientes, defendentes, vel occultantes sunt vera causa mortis illatae per assassinum, & cognoscant Assassinum esse, cui auxilium praestant, & quatenus tali auxilium praestent. Farinac. de homicid. q. 123. num. 29. & seq. Gutierrez lib. 3. q. 7. num. 53. Peregrinus tract. de Immunit. Ecclesiast. cap. 7. num. 336. Pignatell. tom. 9. conf. 43. num. 16. De receptoribus, & occultatoribus est textus expressus in cit. cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. ibi: Aut eos receperint, seu occultaverint, & tradunt Glossa ibid. verb. receperint. Hostiensis ibi in princip., & num. 15. & alii. Receptatores autem sunt, qui scientes Assassinum, ad eum tuendum in Domum suscipiunt; arg. l. 1. & 2. ff. de recept. leg. congruit, ff. de offic. Praesid. Immo non in propriis tantum Domibus, sed etiam in alienis, in quas suscipere possunt recipientes poena huic sunt obnoxii; arg. leg. 1. §. Quia autem, ff. de serv. corr. rump. De darentioribus patet etiam expresse in cit. cap. Pro humani, de homicid. in 6. ibi: Vel defenderit, & firmant ibidem Hostiens. num. 26. Joann. Monachus num. 9., & alii. De fautoribus docet Piazza in epist. de delict. cap. 19. num. 24. Remig. de immunit. fall. 15. num. 9. Gutierrez dict. quest. 7. num. 13. Farinac. de Carcer. q. 28. Peregr. dict. cap. 7. num. 35. & alii. De praestantibus auxilium tenent Probus, & Joannes Monachus in d. cap. Pro humani: de homicid. num. 1. ltr. C. ubi etiam ait, quod prohibeatur auxilium omne, per quod insultans efficitur audacior, & insultatus timidior. Quod etiam tradit, Bald. in l. Novideo minus col. ult. Cod. de accus. & late Ancharan. conf. 276. Angel. conf. 14. col. 2. Paris. conf. 166. n. 1. lib. 4. & alii plurimi.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam Assassini Judices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seqq. Curtell. lib. 1. q. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. num. 42. Delbene de Immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 40. Isti enim puniuntur leg. Cornelia de Sicariis, quae punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in Magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret; l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. Unde incurrunt Sicariam crimen, & poenam, atque adeo privationem Immunitatis Ecclesiasticae, ut videtur colligi ex leg. non solum §. Si mandato ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expresse tales delinquentes vocantur Assassini, & in Constitutione Gregor. XIV. incip. Cum alias dicuntur Assassini rei. Sic etiam dicuntur Assassini, & Immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet Infidelem V. G., vel Paganum in ditionibus Christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de Immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de Immunit. cap. 7. num. 39. Delbene l. c. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13., & alii plurimi. Et ratio est, quia Fidelis, vel Infidelis se habet materialiter & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quidditas formalis huius criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Conf. Greg. XIV. incip. Cum alias non distinguit inter illos Assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt Fideles, vel infideles, adeoque intelligenda est de omnibus Assassinis ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Praesef. ff. de offic. Praesid.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam Assassini Judices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seqq. Curtell. lib. 1. q. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. num. 42. Delbene de Immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 40. Isti enim puniuntur leg. Cornelia de Sicariis, quae punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in Magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret; l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. Unde incurrunt Sicariam crimen, & poenam, atque adeo privationem Immunitatis Ecclesiasticae, ut videtur colligi ex leg. non solum §. Si mandato ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expresse tales delinquentes vocantur Assassini, & in Constitutione Gregor. XIV. incip. Cum alias dicuntur Assassini rei. Sic etiam dicuntur Assassini, & Immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet Infidelem V. G., vel Paganum in ditionibus Christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de Immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de Immunit. cap. 7. num. 39. Delbene l. c. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13., & alii plurimi. Et ratio est, quia Fidelis, vel Infidelis se habet materialiter & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quidditas formalis huius criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Conf. Greg. XIV. incip. Cum alias non distinguit inter illos Assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt Fideles, vel infideles, adeoque intelligenda est de omnibus Assassinis ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Praesef. ff. de offic. Praesid.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam Assassini Judices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seqq. Curtell. lib. 1. q. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. num. 42. Delbene de Immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 40. Isti enim puniuntur leg. Cornelia de Sicariis, quae punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in Magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret; l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. Unde incurrunt Sicariam crimen, & poenam, atque adeo privationem Immunitatis Ecclesiasticae, ut videtur colligi ex leg. non solum §. Si mandato ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expresse tales delinquentes vocantur Assassini, & in Constitutione Gregor. XIV. incip. Cum alias dicuntur Assassini rei. Sic etiam dicuntur Assassini, & Immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet Infidelem V. G., vel Paganum in ditionibus Christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de Immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de Immunit. cap. 7. num. 39. Delbene l. c. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13., & alii plurimi. Et ratio est, quia Fidelis, vel Infidelis se habet materialiter & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quidditas formalis huius criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Conf. Greg. XIV. incip. Cum alias non distinguit inter illos Assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt Fideles, vel infideles, adeoque intelligenda est de omnibus Assassinis ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Praesef. ff. de offic. Praesid.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam Assassini Judices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seqq. Curtell. lib. 1. q. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. num. 42. Delbene de Immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 40. Isti enim puniuntur leg. Cornelia de Sicariis, quae punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in Magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret; l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. Unde incurrunt Sicariam crimen, & poenam, atque adeo privationem Immunitatis Ecclesiasticae, ut videtur colligi ex leg. non solum §. Si mandato ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expresse tales delinquentes vocantur Assassini, & in Constitutione Gregor. XIV. incip. Cum alias dicuntur Assassini rei. Sic etiam dicuntur Assassini, & Immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet Infidelem V. G., vel Paganum in ditionibus Christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de Immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de Immunit. cap. 7. num. 39. Delbene l. c. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13., & alii plurimi. Et ratio est, quia Fidelis, vel Infidelis se habet materialiter & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quidditas formalis huius criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Conf. Greg. XIV. incip. Cum alias non distinguit inter illos Assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt Fideles, vel infideles, adeoque intelligenda est de omnibus Assassinis ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Praesef. ff. de offic. Praesid.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam Assassini Judices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seqq. Curtell. lib. 1. q. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. num. 42. Delbene de Immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 40. Isti enim puniuntur leg. Cornelia de Sicariis, quae punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in Magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret; l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. Unde incurrunt Sicariam crimen, & poenam, atque adeo privationem Immunitatis Ecclesiasticae, ut videtur colligi ex leg. non solum §. Si mandato ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expresse tales delinquentes vocantur Assassini, & in Constitutione Gregor. XIV. incip. Cum alias dicuntur Assassini rei. Sic etiam dicuntur Assassini, & Immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet Infidelem V. G., vel Paganum in ditionibus Christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de Immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italiae de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de Immunit. cap. 7. num. 39. Delbene l. c. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13., & alii plurimi. Et ratio est, quia Fidelis, vel Infidelis se habet materialiter & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quidditas formalis huius criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Conf. Greg. XIV. incip. Cum alias non distinguit inter illos Assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt Fideles, vel infideles, ade

- 16 Assassinus tamen non dicitur, qui adversarium, cum quo inimicitias gerebat, sociis pecunia conductis, occidit, quia non occidit incautum. Farinac. in *append. de Immunit. cap. 8. n. 232.* Ambrosin. *de Immunit. cap. 7. n. 10.* Peregrin. *de Immunit. cap. 7. num. 45.* & alii. Sic etiam non est Assassinus, qui occidit communem inimicum, etiam si pecuniam ab altero ad hoc accepit, quia non occidit incautum, & qui pecuniam dedit, potius dicitur intelligitor, quam Assassinus. Covarruvias *lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 9.* Farinac. in *append. de Immunit. q. 8. n. 132.* Ambrosin. *dict. cap. 7. n. 10.* Delben. *loc. cit. sect. 2. n. 1.* & 2. Gratian. *conf. 53. num. 45. ac seq. lib. 2. Gabr. conf. n. 1.* & 2. Pignatell. *loc. cit. n. 18.* Pignatell. *loc. cit. 170. n. 13. lib. 1.* Bonacin. *loc. cit. n. 15.* Lezana, Diana, & alii plurimi. Nec etiam dicitur assassinus, qui sine pretio, & sine pretii promissione aliquem interficit, ut alteri rem gratam faciat. Mascard. *de prob. tom. 1. concl. 138. num. 2.* Menoch. *de arbit. lib. 2. centuria 4. casu 360. num. 42.* Farinac. *loc. citat. num. 130.* Ambrosin. *loc. cit. num. 8.* & alii passim. Nec etiam est Assassinus, qui occidit aliquem ob solam spem obtinendi premium, aut ob solas preces, aut alios respectus, quia in assassinio opus est, ut ad sit pecunia, vel aliqua res pretio estimabilis data, vel promissa loco pecunie. Sic Nicol. *loc. cit. nu. 32. limit. 4.* Diana *tom. 1. n. 1. resol. 18. & tom. 4. tract. 1. resol. 103.* Farinac. *loc. cit. nu. mer. 129.* & alii multi apud ipsum cum Bald. Ambrosin. Peregrin. Pignatell. & aliis plurimis. Nec etiam est Assassinus, qui alium occidit spe succedendi in bonis occisi, aut vincendae liti, quia non accepta pecunia, nec habita promissione pecunie, ac sine mandato occidit, uti requiritur ad verum assassinium, ex *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6.* & expresse tenent Ambrosin. *loc. cit.* Peregrin. *loc. cit. n. 51.* & alii.
- 21 De primo ad ultimum ad hoc ut possit de facili cognosci, an quis dicatur, & sit vere Assassinus, ac privetur Immunitate Ecclesiastica, sciendum est, quod quatuor principaliter requiruntur. Primo requiritur, ut precedat mandatum ad occidendum, textu expresse in *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6.* & ibi Doctores communiter. Secundo requiritur, quod ad occidendum, mandatarius conducatur pretio certo soluto, vel certe promisso, nec sufficit vaga, ac iudicatoria promissio, ut si mandans homicidium dicat mandatario se nunquam de futurum ipsius necessitatibus. Burlat. *lib. 1. conf. 20. n. 4.* Vulpell. *conf. 143.* Pignatell. cum multis aliis *loc. cit. n. 32.* & sic Sac. Cong. *Immun. in Mediolan. 21. Septemb. 1633. lib. 2. decr. Paul. pag. 171.* ubi decrevit, quod non probata conventionione, aut solutione certi pretii, non probatur qualitas assassini, ideoque reus in Ecclesiam confugitus gaudet Immunitate. Tertio requiritur, ut promissio sit expresse acceptata, aliquam nullam ponit obligationem, ac proinde non est pretio estimabilis, nec aequivalet pecunie Bald. *conf. 182.* Decian. *lib. 9. cap. 30. num. 17.* Gratian. *disceptat. forens. lib. 4. cap. 619. n. 6. & seq.* Farinac. *qu. 113. n. 147.* Boss. *de homicid. num. 35.* Gabriel. *de malefic. lib. 7. concl. 1. 39.* Pignatell. *loc. cit. num. 37.* cum aliis, & Grammat. *conf. 11. num. 19.* qui subdit non sufficere promissionem esse postea executam, quia requiritur, ut interveniat conventio, & contractus mutuae voluntatis inter mandantem, & mandatarium, ut colligitur ex *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ex cit. decreto Sac. Cong. Immunit. in Mediolan.*
- 25 & ex alio ejusdem Congr. Decreto mox adducendo. Quarto requiritur, ut conventio, & pecunia data, vel alterius rei aequivalentis promissio acceptata sit pro ipsa occisione, non autem pro alia re, ut pro expensis itineris, vel pro occisione a morte eripiendo, vel pro simili: requiritur enim ad verum assassinium, & ad privationem Immunitatis, quod homicidium committatur cum pretio sanguinis convento; Bald. *conf. 170. num. 21.* & 23. Boss. *loc. cit. num. 34.* Farinac. *d. q. 173. num. 158.* & in *append. Immunitatis cap. 8. n. 127.* Ambrosin. *loc. cit. cap. 7. n. 9.* Pignatell. *loc. cit. num. 38.* Lezana, Bonac. & alii passim, & expresse decrevit Sac. Cong. *Immun. in Assassien. 26. Maji 1632. lib. 2. decr. Paul. pag. 25.* his verbis: *Committens homicidium absque pretio sanguinis convento gaudet Immunitate.*
- 26 Clerici diffidati Assassini excluduntur a privilegio Canonici contra percipientes eos, & sunt spoliati omni privilegio Clericali, & sine alia degradatione, cum sint ipso Jure degradati, possunt occidi, vel verberari sine Excommunicatione, vel alia poena. Angelus *verb. Assassinus num. 3.* Sylvester *verb. Assassini qu. 3. & 4.* Jul. Clar. *§. final. q. 36. num. 20.* Squilant. *de privileg. cler. cap. 6. num. 12.* Covarruvias *lib. 2. varian. cap. 20. n. 10.* & alii passim, & colligitur aperte ex *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6.* Cognitio tamen Assassini commisi-

si a Clericis non spectat ad Curiam Laicalem Sac. Cong. *Immun. 26. Martii 1629. lib. 1. decr. Paul. pag. 131.* Nec Judex Laicus ullam habet jurisdictionem in Clericis sub pretexto hujus criminis ante sententiam declaratoriam, quae non a Seculari, sed ab Ecclesiastico Judice fieri debet. Clemens VIII. *Constitut. 37. incip. Aequa, & circumspicua,* edita pro Hierosolymitanis 18. Decemb. 1595. & Sac. Cong. *Episcop. in Capacen. 14. Februarii 1601.* Sic etiam cognitio criminis Assassini confugitorum spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Sac. Cong. *Immun. in Amalphytana 4. Decembris 1626. lib. 2. Paul. pag. 16.*

Assassini veri incurrunt varias poenas, Primo incurrunt Excommunicationem ipso facto, quae tamen non est reservata, ut notat Gloss. in *cap. 1. de homicid. in 6.* Farinac. *q. 123.* & alii. Et haec Excommunicatio incurritur, quamvis intendens occidere, solum vulneret, & mors non sequatur, textu expresse in *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6.* ibi: *Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur.* Secundo incurrunt poenam percellionis, seu diffidationis perpetuae a toto populo Christiano ipso facto in personam, & bona sua, ut tanquam publici hostes habeantur, itaut possint impune occidi, nedum per Judicem, sed etiam per quemcumque privatum, quia idem est bannire, & diffidare, quod statueri, & praecipere, ut impune possint occidi, ut *not. C. de accus. l. Reus.* Requiritur tamen prius sententia declaratoria assassini probati; & dum textus in *d. cap. Pro humani,* dicit non requiri aliam sententiam, debet intelligi, quod non requiratur sententia, quae det licentiam occidendi, & hujusmodi, quia sufficit quod declaratur Assassini, vel fautores; Sic Tabiena *verb. Assassini numer. 2.* Angelus *eodem verb. num. 4.* Farinac. & alii. Tertio incurrunt poenam depositionis, seu privationis omnis Dignitatis, Honoris, & Officii, ac Beneficii ipso facto ex *dict. cap. Pro humani.* Et haec poena respicit tam Laicos, quam Clericos, dummodo prius precedat Declaratoria assassini commisi, ut docet Suarez *disp. 23. sect. 5. num. 47. de Censur. ac de communi testatur Farinac. q. 123. n. 17.* Immo tam mandans, quam mandatarius, & omnis cooperans, effectu secuto incurrunt Irregularitatem. Reginald. *lib. 30. numer. 123.* Suarez *de Censur. disp. 44. sect. 3. n. 7.* Adeo ut Episcopus non possit rehabilitare, talem Irregularitatem ad retinendum Beneficium, quamvis simplex, & de Jurepatronatus suae Familiae, de quo servat. servand. sit privatus propter simile homicidium, ut censuit Sac. Cong. *Concil. in una Catacen. 23. Augusti 1631.* Quarto tam mandans, quam mandatarius, & cooperantes privantur eo ipso Immunitate Ecclesiastica, ex Greg. XIV. *Constitut. incip. Cum alias, & Benedict. XIII. Constit. incip. Ex quo,* effectu, tamen secuto, quia Assassini propter intentata, & non secuta assassinia gaudent Immunitate, ex *decret. Sac. Cong. Immunit. in una Mediolanensi 21. Septembris 1633. & in una Meliten. 21. Novembris 1690.* Et hic nota, quod aliae poene indicuntur in *cap. Pro humani 1. de homicid. in 6.* incurruntur etiam effectu non secuto, ut expresse loquitur textus ibi: *Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur,* & poena privationis Immunitatis Ecclesiasticae indicuntur in *cit. Gregoriana Cum alias,* non incurrunt, nisi effectu secuto, ut expresse declaravit Sac. Cong. in *cit. Mediolan. & etiam in una Bononiensi 10. April. 1628. & in una Florentina 10. Julii 1636.*

Novae additiones ex aliena manu.

Assassinium de jure civili incognitum est. Jus Canonicum primo mentionem de eo habuit in *cap. Pro humani, de homicid. in 6.*
 De Assassini natalibus & antiqua ratione, consule Bohemer. in *decretal. lib. 5. tit. 12. §. 26. & sequent.* Adde & Strykium *juridic. disert. tom. 6. disput. 16. sect. 2. num. 19. & sequent.*
 Ut Assassinium commissum dicatur, tria & quidem copulative a Doctoribus requiruntur. 1. Mandatum ad occidendum. 2. Ut pecunia vel alia merces interveniat certa data aut promissa. 3. Ut hujus praemii dati intuitu aut ejusdem saltem certa spe Assassinum mandatum det executioni, aut ad minimum deveniat ad actum effectui proximum, Theodor. in *Colleg. criminal. disput. 2. th. 4. lit. B.*
 Hinc sequitur 1. Quod assassinium non sit, si a Mandante Mandatario data vel promissa sit pecunia ad percipiendum, non ad occidendum. 2. Quod ad assassinium non sufficiat generalis promissio. 3. Quod assassinium non inducat mutuum depositum commodatum; Confer Farinac. *lib. 1. consil. 10. fer. per tot. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 138. num. 11.*

At

- 9 At sunt qui tenent, Assassinum committi, si Mandans promiserit bona, & mala sua esse fore communia; tum si dixerit: *Domus mea erit domus tua: Domus mea tibi semper erit aperta: Liberabo te a morte: Vide Sorg. jurispru. forens. tom. 9. cap. 5. num. 133. & Auctores ab eo cumulat.*
- 10 Crimen hoc tam atrox est, ut crimini laetae majestatis committitur, Farinac. *lib. 1. consil. 4. num. 7.* item latrocinio. Multa quoque singularia habet, quae aliis criminibus non sunt annexa. 1. Quod in probando crimine illo, si agatur coram Judice Ecclesiastico, probabilia etiam sufficiunt argumenta, quum tamen alias criminibus probationes luce meridiana clariores requirantur; secus si coram Seculari. 2. Quod Judex sine accusatione procedere valeat; quando nimirum constat aliquo modo de qualitate assassini, nequaquam vero si dubitetur. 3. Quod Reus confugiendo ad Ecclesiam non gaudeat ejus immunitate; aliaque plura de quibus omnino vide Farinac. *qu. est. 123. inspe. 3.*
- 15 De mandante assassinum an gaudeat immunitate, & quid effectu non secuto, vide contrarias inter se opiniones apud Sorg. *jurispru. forens. tom. 9. cap. 5. num. 139. & sequent.* ubi ait, quod ex concordia de anno 1741. inita S. Sedem inter, & Regem utriusque Siciliae in Regno Neapolitano Mandans non gaudet immunitate, etiam non secuto effectu, dummodo (sunt verba concordiae) *deventum fuerit ad actum proximum, hoc est ad insultum, ita ut intervenerit vulnus.*
 De Clerico Assassino vide quae copiose habet Sorg. *jurispru. forens. tom. 9. cap. 34. num. 10. & plur. seq.*

ASSECURATIO, ASSECURATOR.

- 1 Assuratio est contractus, quo suscipitur in se periculum alicujus rei alienae pro pretio, vel interesse accepto; Est communis. Licet enim possit aliquis gratis assecurare, & suscipere in se periculum, quae erit quasi gratuita Donatio, communiter tamen fit pro pretio, sicut emptio, & venditio: qui enim pretio assecurat, videtur vendere suam obligationem, qua se obligat ad solvendum rei aestimationem, dato quod perierit, & alter hanc videtur emere. Sic Molina *disp. 507. num. 2.* Lessius *lib. 2. de justit. cap. 28. dubit. 4. numer. 24.* Lugo *de justit. & jur. tom. 2. disp. 31. sect. 7. num. 93.* & alii passim, & Rota *part. 2. decis. 633. num. 4.* ubi dicit quod *assecurare idem importat, ac se obligare, adeoque assecrans statim conveniri possit, & ex parte part. 19. tom. 2. dec. 447. num. 7.* Et hic contractus assecurationis est licitus, & non usurarius, si juitum intercedat pretium pro ratione periculi, cum aliis conditionibus numero sequenti assignandis. Rota *part. 17. decis. 400. num. 1. & part. 19. tom. 1. decis. 369. num. 89.* & Doctores communiter.
- 4 Conditiones ad iustitiam hujus assecurationis contractus requisitae principaliter sunt: Prima, ut sit aequalitas inter pretium, quod assecuranti datur, & obligationem, quam in se suscipit secundum varias circumstantias temporum, locorum, & personarum; sicut enim in contractu emptionis, & venditionis debet servari aequalitas inter pretium, & rem venalem, ita in contractu assecurationis inter pretium, & illam obligationem, quae alteri venditur. Et haec aequalitas consideranda est ex quantitate periculi tempore contractus, non autem ex rei eventu, juxta tamen communem hominum aestimationem, & praxim cujusque Regionis, & Civitatis. Secunda conditio est, ut assecurator ab eo, qui petit assecurationem, moneatur de veris periculis, quibus subjacet res assecuranda, si aliqua adfuit penitus incognita assecuratori; sicuti venditor tenetur manifestare vitium, & defectum intrinsecum rei penitus incognitum emptori. Tertia conditio est, ut merces, quae assecuratur, revera existant, alias invalidus est assecurationis contractus, cum non possint assecurari merces, quae non existunt. Quarta conditio est, ut merces assecurate subsint revera, & expositae sint periculo, alias si assecurator sciret, merces non amplius libere periculo ex quo jam pervenissent ad portum, vel terminum, non valeret contractus, & teneretur assecurator restituere omne pretium acceptum, cum periculum, pro quo datur pretium non adesset; unde illis bene ponderatis.
- 9 Resolvitur, primo quod si is, qui assecurationem petit, sciat merces jam periisse, vel esse in statu, in quo certissime perire debeant, non potest pretio promisso securitatem ab alio exigere, & si aliquid tali dolo contractus exegit, debet integre restituere. Sic communiter Doctores, & Rota *part. 2. decis. 88. num. 1. & part. 19. tom. 1. decis. 373. num. 31.* Si tamen tempo-

re assecurationis notitia depraedationis, vel deperditionis mercium haberi non potuit, licet de facto merces fuissent jam deperditae ante celebrationem contractus, in tali casu assecurator remanet obligatus, quia mens contrahentium juxta receptam praxim est, ut periculum intelligatur susceptum etiam quoad praeteritum, si mercator ignorat, merces esse deperditas. Ita Rebell. *de obligat. justit. lib. 16. de contractu assecurationis quest. unica num. 7.* & alii cum Rota *part. 19. tom. 1. decis. 373. num. 33. & 34. & part. 6. decis. 229. num. 17.* In hac tamen ultima decis. *num. 19.* dicit Rota, quod dum dicitur, quod assecurationis contractus potest fieri de re perempta, id intelligitur verum quando adest pactum expressum, ut etiam jam perempta nave, assecurato teneatur de interitu.
 Secundo resolvitur, quod si quis non habeat merces in Mari, sed fingat eas habere, non est valida assecuratio. Doctores communiter, & Rota *part. 19. tom. 2. decis. 447. num. 4.* & assecrans, qui per fraudem, & dolum adductus est a Mercatore ad praestandam assecurationem mercium non existentium, potest sibi retinere pretium acceptum a Mercatore, quia nihil retinet, invito Domino, cum quo quantum in se fuit, voluit justum assecurationis contractum inire; Tum quia sicut adductus per fraudem ad ludendum, potest lucrum in ludo acquisitum retinere, quamvis qui fraude utitur, non possit aliquid lucrari, ita etiam assecurator; Bonacina *de Contractib. disp. 3. part. 9. punct. 3. num. 3. vers. Respondeo affirmative, & multi alii apud ipsum.* Sabell. *summ. divers. tract. §. Assecuratio num. 5.* Sanctar. Lusitan. *tract. de assecurat. & Sponsion. par. 3. num. 10. & seq.*
 Tertio resolvitur, quod assecrans, qui fingit se habere bona, quae revera non habet, agit contractum invalidum assecurationis, & tenetur restituere pretium totum acceptum pro assecuratione, imo & damna Mercatori inde provenientia, quia illorum est causa injuria: Dolus enim dedit causam contractui, nec Mercator contractum assecurationis celebravit, nec aliquid ei pretium pro assecuratione dedisset, si cognovisset assecuratorem non habere bona ad solvendum, mercibus pereuntibus. Communis Doctorum.
 Quarto resolvitur, quod si assecrans sciat, vel per litteras Amicorum, vel alio modo merces jam esse in tuto, vel pervenisse navim ad portum, licet hoc ab aliis communiter ignoretur, non potest pretium sibi pro assecuratione pacisci; Cum periculum, pro quo datur pretium, non adfit, & per hoc si pretium receperit, tenetur illud integre restituere; imo & omnia damna Mercatori inde incursa ex ejus dolo rescarcire, ut tenet Communis.
 Si autem assecurator non sciat certo merces jam esse in tuto, sed solum sciat pericula magna ex parte cessasse, tunc potest aliquid accipere, & retinere pro quantitate decrementi, vel incrementi periculum secundum prudentis viri iudicium. Azorius *instit. Moral. part. 2. lib. 11. cap. 18. dub. 5. & 9.* Molina *decis. 507. num. 3.* Lessius, Lugo, & alii passim.
 Sic etiam assecurator, qui ex aliquo capite cognoscit non futuram in mari tempestatem, aut ex litteris Amicorum scit mare esse securum, & liberum a latronibus, & piratis, non potest tantum accipere, quantum alter assecurator, qui haec ignorat, sed solum potest accipere tantum pretii, quantum adhuc restat dubium periculi ratione cognitionis saepe sapientis nimis fallacis. Et ratio est, quia assecuratio est contractus fortis, quo periculo perdendi, & lucrandi quis se exponit, unde qui scit nullum, aut minus fore periculum, nulli, aut minori periculo se exponit, adeoque non potest tantum accipere, quantum alter assecurator, qui haec ignorat, cum ille talia ignorans, contractum fortis cum Mercatore iniret cum aequalitate conditionis, quod est iustum, & talia cognoscens iniret cum conditionis inaequalitate, quod est injustum. Sic Azorius *loc. cit.* Salonius, Lugo, Valentia, Toletus, Bonacina, & alii passim.
 Assecuratio facta a periculo maris non extenditur ad alia pericula, & ideo satis erit, si merces salva pervenerint ad locum statutum, & conventum, quidquid postea de illis contingat; si vero non pervenerint, tunc tenetur assecurator; l. 1. *Cod. de navis fauorum.* Rota *part. 6. recent. decis. 24. num. 6. & part. 12. decis. 157. num. 26. & seq.*
 Si vero in contractu assecurationis, exceptio facta sit de uno tantum casu, tunc manifeste declarat, omnes alios casus fuisse comprehensos. Rota *part. 19. tom. 1. decis. 58. num. 9.* Sicuti omne periculum in se asumentes uno tantum excepto, in reliquis omnibus undequaque tenentur; Rota *part. 16. decis. 420. num. 5.*

Si

- 18 Si mercium affecuratio facta fuerit super una, & certa determinata navi, & postea sine nova conventione merces deferatur super divertiam, si fuerint deprædatæ, vel naufragio deperditæ, contra affecurantem agi non potest. Rota part. 6. recent. decis. 54. num. 18.
- 19 Affecurans merces, vel pecunias per loca periculosa vehendas, intelligitur in se suscipere periculum solius fortunæ, non autem culpæ vehentis, aut alterius; l. cum proponas, ubi Bart. Bald. Castor, & alii, & in l. penult. Cod. de nau. fanor. Leonin. conf. 23. Paul. Christin. decis. Belg. 47. num. 5. & 6. vol. 3.
- 20 Affecurans navim, vel merces de uno loco ad alium, mercibus deperditis, vel deterioratis, tenetur refarcire damnum secundum æmulationem loci, ad quem erant deferendæ, & non simpliciter loci, a quo fuerunt levatæ, & sic habita etiam ratione lucri, quod affecurans percepisset, falvis rebus in loco, ad quem deferbantur. Rota part. 6. recent. decis. 258. per tot. & part. 7. decis. 47. per totum.
- 21 Affecuratio navium, si fit facta in forma amplissima se obligando ad omne riscum, & periculum, per quod possit impediri transportatio ad locum conventum, nullum casum excludere videtur, adeoque affecurans non poterit se excusare, quod merces non sint deperditæ, sed alibi ex facto Principis asportatæ. Rota part. 6. recent. decis. 24. per totam.
- 22 Affecuratio non potest consequi integrum pretium affecurationis, si naves totum iter non fecerint, ejusque integrale periculum non subierint. Rota part. 18. tom. 2. decis. 448. num. 5. Imo pretium affecurationis preventive solum, restitui debet, retento aliquo, si naves totum iter destinatum non fecerint, sed modicum. Rota part. 18. tom. 2. decis. 713. num. 1. & 9.
- 23 Affecuratio enim causa unice consistit in periculo itineris, quo cessante sine culpa partium, deficit affecuratio, itaut pretium correceptivum non debeatur, vel solum restituitur. Rota ibi num. 3. & 6. competit tamen retentio medii scuti pro quolibet centenario tamquam pretium proportionatum pro modico periculo. Rota ibi num. 9.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 V Ox affecurationis non uno sensu accipitur; nam & dotis restituentis securitatem ac indemnitate affecurationem vocari tradit Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 7. defm. & 3. Salvum Conductum eodem vocabulo designat de Franch. dec. 717. & ibi Rovit. in Addit. Quin voce ita usu recepta omnes securitates seu cautiones veniunt. Hic vero pro negotio illo accipitur, quo quis mercium alio transvehendarum periculum suscepit.
- 2 De definitione affecurationis non conveniunt inter se Doctores. Non male ea definitur a Kuricke in Diatrib. de Affecuratione in principio = *Conventio qua quis periculum trajiciendum, vel alio terra marique vehendarum mercium, vel etiam navis ipsiusmet, & indemnitate eo nomine præstationem in se pro certo periculi precio, sive præmio recipit.* Alia enim est affecuratio terrestris, quæ fit ratione rerum & mercium, quæ per terram alio transvehuntur, licet rara; alia maritima, quæ per mare venientes vel abeuntes concernit, eaque frequentissima. Vocabulum affecurationis Jurisconsultis incognitum, fuisse inter omnes convenit. Sunt tamen qui autumant, plane ignotam haud fuisse susceptionem periculi vel damni ex certa conventionione; Innituntur hi Livio lib. 3. cap. 49. tum & maxime Suetonio in Claudio cap. 18.
- 3 Utrum affecuratio contractus sit nominatus an innominatus, magna quæstio est; Stryman. de Jur. marit. p. 4. cap. 7. an. 159. tenet, affecurationem esse contractum nominatum. Contra affecurationem contractum esse innominatum volunt Santem. de Affecur. p. 1. num. 7. Rutgers. Roland. de commiss. par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 5.
- 4 Effectus hujus quæstionis præcipue in esso secundum mox allegatos alioque Doctores consistit, an affecuratio admittat pœnitentiam nec ne, nam licita est in contractibus innominatis pœnitentia. Ceterum quum moribus hodiernis ex quovis delibato inito pacto detur actio, supervacanea est dicta quæstio, & absolute pronuntiandum, in affecuratione locum non esse pœnitentiæ, sive nominatus, sive innominatus contractus ea djudicetur. Confer. Struv. S. l. c. ex. 25. th. 48. ibiq. in addit. Muller. & omnium optime Stryck juridic. dissert. tom. 12. disp. 16. cap. 3. num. 12. & duob. sequent. Ex quo sequitur, quod etiam nondum soluto pretio Affecuratio teneatur de periculo, Stryckius juridic. dissert. tom. 9. disput. 7. part. 1. cap. 4. §. 7.

Ad amputandas vero controversias præstat vel facultati pœnitendi expre. se renunciare, vel premium affecuranti mox dare. Quid nomine periculi in hoc contractu veniat cum primis vendendum. Periculum quo eximente committitur affecuratio est, ut recte ait Henricus Cocceji ad Grov. de Jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 12. §. 23. casus fortuitus incertus, quo extrinsecus damnum mercibus accidit, quale est quod a tempestatibus, piratis, incendiis, scopulis &c. metuitur. Nec soliti tantum sed & insoliti omnino continentur, licet dissentiat Marquard. de Mercat. lib. 2. cap. 13. num. 66. Hinc primo recte videtur sentire, Savary in suo Perfeito Negociatore judicio 60., quod etiamsi periculum susceptum sit *sans aucune exception & reserve quelconque*: nihilo tamen tectius P. Assureur (sunt ejus verba) *n'est point tenu de la baratterie de Patron, ni obligé d'indemniser l'Assuré du vol qu'il a fait le Maître de Navire des Marchandises assurées. La raison est, que baratterie de Patron ne peut passer pour eas fortuit qu'il a l'égard du Bourgeois du Navire*: quidquid in contrarium molitur Kuricke in allegata diatriba de Affecuratione sub initium.

Secundo nec periculi nomine venit quod intrinsecus ex ipsa mercium conditione naturæ vitio accidit. Neque enim (oportune Henric. de Cocceji ubi supra) *damno sunt que aliunde mercibus allata, sed ex ipsis nata sunt, nec pericula itinerum, sed vitia mercium. Quin hi casus nec in se semper incerti sunt, sed fere a Peritis prospici possunt, etsi alios lateant; Imo causa horum casuum in ipsis mercibus jam tum & quasi ab initio existit*: Quinimo laudatus Auctor tenet, non valere pactum affecurationis adjectum, ut præstentur hi quoque casus intrinseci, idque quia contractus hic, qui ratione tantum periculi illius incerti, & futurorum eventuum permittitur, hoc pacto utriusque evaderet.

Tertio nec valet affecuratio, quæ concepta est in præteritum vel præsens, puta si Navis in itinere perierit dabo, quum periculum non amplius sit rei jam præteritæ, nec casus, aut eventus nisi in futurum: Confer Masfrill. dec. 284. num. 56. & plur. sequent.

Idque sive ignota, sive & multo quidem magis nota fuerit res illa præterita. Nam autem data ignorantia rei præteritæ conventio hæc, si valere nequeat uti affecuratio, saltem valere possit uti sponso, vel alius contractus innominatus, consue. Henric. de Cocceji loco mox allegato.

De periculo etiam illud discutiendum est, utrum duret de portu in portum, an de litore in litus. Nisi autem contrarium expresse conventum sit, vel moribus earum gentium obtineat, periculum de portu in portum durat. Quo fit, ut si forte vis maris aut Piratarum in ipsum portum effundatur, damnumque dederit; tenebitur Affecuratio, licet navis nondum e portu solverit, non item si merces quum immitti in navim deberent in litore posite sunt, atque a mari hauritæ vel a Piratis raptæ; Ad Henricum de Cocceji loco mox allegato.

De præmio nihil certi definiri potest, sed uti navigatio longinqua vel brevis, & loca pluribus periculis obnoxia sunt, ita hoc præmium extenditur vel remittitur. Stryman. de Jur. marit. part. 4. cap. 7. num. 354. & plur. sequent. Henric. de Cocceji loco toties citato, ubi & de conditionibus, quæ præmio adjici possunt, illudque vel augent vel minuunt, dissentit.

In computando damno, cuius loci & temporis æstimatio inspicienda sit, non incongrue hic quaritur. Juxta autem naturam contractus nullius certi loci, vel temporis æstimatio spectanda est, sed quanti merces emptæ fuerit. Id enim ex natura affecurationis agitur, ut indemnis servetur Affecuratus, nequaquam vero ut lucrum capiat, Henricus de Cocceji in doctrina disput. de Affecuratione §. 49. Aliud vero contrahentes convenire possunt, quod exemplis illustrat Samuel de Cocceji ad Grotium de Jur. Belli, & Pacis lib. 2. cap. 12. §. 23. Omittendum vero haud est, quod statuti in illud Genueis, ut medietate itineris pretia distinguantur, & loci unde solvitur pretium spectetur, si medium iter nondum emensa navis fuerit, alias autem ejus loci in quem iter dirigitur, communiter receptum est, Corren. rer. judicat. observ. 41. in not. ad num. 4.

Formulas hujus contractus exhibet Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 141. Marquard. lib. 12. cap. 13. num. 68. alioque.

De actione competente Affecurato ad obtinendum valorem mercium, & Affecuratori ad habendum premium, tum de tempore quo ab utroque sua actio institui potest, plene Stryman. de Jur. marit. part. 4. cap. 7. a n. 426. ad plur. sequent. Idem quoque Auctor eodem loco disputat & de exceptionibus, quæ utrique, tam Affecurato quam Affecuranti competunt.

- 33 Quoniam in antiquis circa materiam affecurationis nihil speciatim dispositum, quæri solet, ex quibus legibus de ea judicandum, Kuricke diatriba de Affecuratione; & Stryckius juridic. dissert. 13. sect. 3. cap. 5. §. 30. ajunt, recurri ut plurimum ad conditiones Burfæ Antuerpiensis vel etiam Amplurimum ad conditiones illas quas Philippus II. Hispaniolodamensis, & ritibus Ordinationibus adæxavit, ut & Amniam Rex fuit hoc condita plebscita, nisi quæ Civitas stelodamensis hoc condita plebscita, nisi quæ Civitas luetudines habeat. Quod ait Auctor n. 15. suas leges vel eræ nugæ sunt, ideoque corruunt consuetudina proposita.
- 34 Ceterum plenius instrui cupit de hoc affecurationis contractu, legas de eo evulgarunt dissertationes Hertius, Kuricke, & primo loco nominandus erat Henricus de Cocceji, tum adeat Marquard. de Jure Mercatur. tom. 2. litt. R. & S. Stryman. de Jure maritim. part. 4. cap. 7. la Placette de Restitutione l. cap. 15. alioque.

ASSISTENTIA, ASSISTERE.

- 1 Assistentia Episcopo faciendæ est juxta Ceremoniale: Sac. Congreg. Rit. in Legionen. 1. Junii 1601. Assistentia cum Episcopo celebranti faciendæ est a prima Dignitate, vel a primo Canonico in Ordine Presbyterali constituto, quocumque nomine appelletur, sive Archidiaconus, sive Archipresbyter, sive Decanus; Sac. Rit. Congreg. in Reatina 10. Januarii 1609., & in Verecellensi 7. Augusti 1610. Et quamvis prima Dignitas sit unica, tenetur ad præstantiam hanc Episcopo assistentiam, & recusans potest cogi pœnis, & censuris Ecclesiasticis, Ead. Sac. Congreg. in diœt. Reatina 10. Januarii 1609., & in Calaguritana 12. Decembr. 1620. Et dum est in assistentia apud Episcopum, intelligitur præsens in Choro, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in alia Ecclesia; Ead. Sac. Congreg. in Camerunensi 15. Martii 1603. Assistentia duorum Canonico- rum semper convenit Episcopo, sive celebret, sive Divinis Officiis assistat; Eadem Sac. Congreg. in Granatens. 10. Maii 1603. maxime quando est paratus, ut in Saonen. 21. Augusti 1724., & in Ajina 30. Augusti 1602. Et hoc intelligitur de Episcopo loci Ordinarium tantummodo, ut in Casaraugustana 9. Maii 1606. Et hæc assistentia duorum Canonico- rum hinc inde faciendæ est a Canonico Præbendæ Diaconalis; Illis deficientibus a Canonico Præbendæ Subdiaconalis, & etiam illis deficientibus, ab ultimis Canonico Presbyteris; Eadem Sac. Congreg. in Saonen. 17. Julii 1606. Assistentia, quæ fit ad Missam, & Vesperas, faciendæ est cum Pluviali. Ead. Congregat. 3. Augusti 1602.
- 2 Assistentes Episcopo Diaconi, & Subdiaconi omnibus aliis preferuntur. Sac. Congreg. Rit. in Caputaquen. 18. Maji 1608.
- 3 Unde Assistentes licet minus digni ratione assistentiæ inter Dignitates thurificandæ, & accipiunt pacem. Ead. Sac. Congreg. in Cremenf. 28. Septemb. 1602. & in Nolana 43. Maji 1603. & in Bracharen. 19. Junii 1609. Immo Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicarium Generalem, & sunt ante ipsum thurificandi. Ead. Sac. Congreg. 6. Martii 1610. Et sic potest Episcopus, etiam ante Magistratum, quamvis sit de Majoribus. Ead. Sac. Congreg. in Patav. 12. Martii 1602. Assistentes Canonici supervenientibus Dignitatibus, vel Canonico dignioribus, debent dcedere, & locum assistentiæ digniorem cedere dignioribus, secundum consuetudinem, & usum Capellæ Papalis. Ead. Sac. Congreg. in Asten. 18. Novembris 1606. & in Ferrarient. 20. Junii 1609. Assistentes Dignitates, & Canonici, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inservientes, nullo modo tenentur genuflectere. Ead. Sac. Congreg. in Monopolitana 15. Decemb. 1632. Canonici duo assistentes Episcopo debent eligi ex numero Diaconorum, quando Præbendæ sunt distinctæ. Ead. Sac. Congreg. in Nolana 14. Maji 1603. Assistens Presbyter, sive Dignitas sit, sive Canonicus, & non Diaconus Evangelii debet Episcopum thurificare. Ead. Sac. Congreg. in Placentina 19. Maii 1607. Non convenit, ut Episcopus in Vesperis decantandis per aliquam ex Dignitatibus Cathedralis stante penuria Sacerdotum, admittat pro assistentibus cum Pluvialibus Clericos in minoribus constitutos, etiam in solemnioribus Festivitatibus. Ead. Sac. Congreg. in Casertana 18. Sept. 1632.
- 4 Assistere tenetur Episcopo celebranti Decanus, seu prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici præter Diaconum, & Subdiaconum Ministros, qui cantant Evangelium, & Epistolam, & sic assistere debent digniores & honoratiores. Sac. Congreg. Rit. in Calaguritana 1. Julii 1601. & postea in Jacens. 1609. & in Reatina 10. Januarii 1604. & in Verecellensi Ferrar. Bibliot. Tom. 1.

7. Augusti 1610. Canonici tenentur Episcopo assistere non modo in Cathedrali, verum etiam in quibuscumque Civitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, vel sollemnes Episcopales functiones exercendas Episcopum ire contigerit. Ead. Sac. Congreg. in Typhernaten. 5. Julii 1603. in Salamantina 19. Januarii 1604. in Granaten. 9. Maji 1606. & in Elboren. 7. Julii 1612. Dum modo tamen in Cathedrali numerus sufficiens Canonico- rum, & ministrorum remaneat, & officium, ac servitium Chori non deferatur. Ead. Sac. Congreg. in Lamacen. 17. Martii 1607. & in diœt. Elboren. 7. Julii 1612. Secus si ad private celebrandum accesserit ad alias Ecclesias, quia tunc Canonici cogi non poterunt ei assistere, Ead. Sac. Congreg. in diœt. Typhernat. 5. Julii 1603. Immo Episcopo Missam private celebranti, neque in Cathedrali tenentur Canonici assistere, ut resolutum ait Scipio de Rubeis verb. Assistentia n. 3. & Machado lib. 4. part. 5. tract. 2. n. 3. in fin. & quatenus Episcopo in his Missis privatis interviant, non gaudent distributionibus, ut censuit Sac. Congreg. Concilii 17. Martii 1619. Nisi tamen ex consuetudine Ecclesia assistere tenerentur, quia talis consuetudo esset observanda, & Canonici assistentes non amitterent distributiones quotidianas, ut censuit Sac. Congreg. Rituum in Lamacenf. 25. Aprilis 1608. Ad Dignitates & Canonicos Cathedralis, si adsint, pertinet assistere Episcopo Pontificaliter celebranti, etiam in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali, non autem ad Canonicos Collegiatæ, vel Presbyteros Parochialium, etiam si numerus aliquo sufficiens sit Presbyterorum. Sacra Rituum Congreg. in Calaguritana 1. Julii 1601 & in Bononien. 20. Aprilis 1602. & in Brundusini. 15. Julii 1617. & in Iserniens. 2. Augusti 1631. Quod etiam procedit, quando Episcopus celebrat, aut Missæ, aut Vesperis sollemnibus, quacumque ex causa intente in Ecclesiis exemptis, & Sedi Apostolicæ immediate subiectis, intra fines tamen sue Diocesis existentibus. Sac. Rit. Congreg. in Alexandrina S. Petr. in Borgoglio 7. Februarii 1604. Secus autem respondit eadem Sac. Rit. Congreg. in Cumerin. 3. Augusti 1726. ap. d. Pitolium p. 4. disc. prat. 149. ubi ex multis probat talem assistentiam præstantam esse Episcopo a Canonico Cathedralis solum quando capitulariter interveniunt, non autem quando ut singuli. Vide Pitolium l. c. ubi ex Rota, Pignatell. Card. de Luca, & pluribus aliis multa habet a rem.

Canonici, qui assistunt Episcopo cum Cappa, non tenentur ei ponere, & deponere Birretum, sicut ei tenentur ponere, & deponere Mitram. Sac. Rit. Congreg. in Saonen. 21. Augusti 1604. & in Laud. 5. Aprilis 1620. ubi pro parte Capituli Cathedralis petitum fuit a S. Rit. Congreg. declarari, An in Provincia Mediolanen. sit laudabilis ea consuetudo, ut Episcopo cum Cappa sedenti ad sedem suam caput operiatur, & cooperiatur ab altero ex Diaconis assistentibus, & eo casu ad quem spectabit: Sacror. Rit. Congreg. audita relatione Eminentissimi Cardinalis Bellarmini, respondit, Birretum debere Episcopum sibi de per se extrahere; Et in Thelesina ubi petitum fuit a Sacrorum Rituum Congregatione responderi, An Episcopo assistenti Divinis Officiis cum Cappa Canonici debeant deponere, & ponere Birretum in capite Episcopi; & an isto casu debeatur assistentia Canonico- rum? Ead. Sac. Congreg. sub die 22. Decemb. 1629. respondit nihil deberi de prædictis Episcopo; Et eadem S. Congreg. in Iserniens. 21. Augusti 1632. censuit neque Dignitates, neque Canonicos assistentes Episcopo tegere, & detegere, quando assistit Divinis cum Cappa, & Birreto. Canonici duo Diaconi assistentes, & non Presbyter assistentes, debent elevare fimbrias Pluvialis hinc inde dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare. Sac. Rit. Congreg. in Placentina 19. Maji 1607. in respons. ad 7. Canonici assistere debent Episcopo, quando facit Ordinationes, tam si faciat cum Missa solemni, quam si faciat cum Missa privata. Eadem Sac. Congreg. in diœt. Placentin. in respons. ad 3. dub. Diaconi assistentes non tenentur, immo non debent inservire Archiepiscopo de Bugia, seu candelæ, sed ea administranda est per Capellanum. Et non possunt cogi Canonici ad inserviendum Archiepiscopo in Missis privatis præter consuetudinem. Sac. Congreg. Rit. in Ragulina 15. Martii 1638.

Canonici tenentur assistere Suffraganeo, quando nomine proprii Episcopi functiones Episcopales exercet. Sac. Congreg. Rit. in Bracharen. 21. Febr. 1634. Eadem enim obsequia præstant sunt Episcopo Delegato, quæ præstari debent Deleganti. Ead. Sac. Congreg. in d. Bracharen. 20. Martii 1604. Canonico- rum duorum assistentiam habere non debet Episcopus Suffraganeus ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantuari Evangelium, & Epistolam, si ut haberet proprius Episcopus. Sac. Rit. Congreg. in Bracharen. 1. Septembris 1667. Nisi consuetudo antiqua id permetteret, ut fuit consideratum in Taraconen. 7. Julii

- 35 7. Julii 1612. Canonici, & Dignitates omnes non debent assistere parati, quando Episcopus Suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu ordinario, sicut, & quando facit Ordinationes, Consecrationes, vel alias similes functiones pro Ordinario, quo casu illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarii in Ministerio. *Ead. Sac. Congr. in d. Bracharen.*
- 36 1. Septembris 1607. De primo ad ultimum circa assistentiam faciendam Episcopo a Dignitatibus, & Canonici servandam est Ceremoniale Romanum, ut expresse monuit *Sac. Cong. Rit. in Visen. 31. Junii 1605.* Prout etiam circa alia omnia servari debere censuit *Ead. Sac. Congr. in Alex. 15. Martii 1608.* & *m Mexicana 4. April. 1620.* Qui assistit in Choro Missæ Conventuali non potest portare pileolum per totum Canonem: in aliis vero Divinis Officiis uti potest. *Sac. Rit. Cong. 5. Nov. 1602.*

Supplementum Auctoris e II. Editione.

- 39 Assistentia Matrimonii non temere deleganda Sacerdotibus extraneis, qui non sint contrahentium Parochi, Bened. XIV. tom. 1. Constit. 85. incip. *Nimiam* §. 9. & 12. Talis delegandi facultas admittit Nuncio Apostolico in Polonia commoranti Idem *ib. §. 16.* Assistentia Matrimonio non inducit cognationem Spiritualem. Idem Constit. 89. incip. *Inter* §. 17.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE assistentia præstanda primæ dignitati post Pontificalem solemniter in festivitatibus majoribus celebranti nec verbum facit Auctor. Parcis tamen de ea differendum.

- 1 Ei assistere omnino debent duo Canonici, alter qua Diacomis, alter qua Subdiaconis, ut ex *Ceremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 17.* firmavit *Rot. cor. Molin. decis. 920. num. 12.* & *cor. Kamnitz decis. 6. num. 4.*
- 2 Dubitabile autem videtur idem *Sac. Tribunal in Tolentina. Præeminentiarum 12. Februarii 1748. §. 8. cor. Rev. r. ndiff. Bissio.* rum id obtineat in Collegiatis non insignibus, Pro certo autem habuit, locum sibi non vulticare in Collegiatis etiam insignibus, in quibus Canonici ex peculiari lege onus habent ascendendi ad sacros Ordines, ut videre est *in d. §. 8. tum in §. sequenti.* Quinimo censuit, nec sufficere, quod aliqui de Canonici onus hæc ascendendi ad sacros Ordines habeant; *Hoc enim* (sunt verba §. 10, *interverteret opportunam equalitatem, quam in Ecclesia Dei summo tempore servari decet, dum Canonici Presbyteri obnoxii continue reperirentur oneri ministrandi quod ceteri Canonici veluti Clericali præbenda dumtaxat provisi nullo unquam tempore subirent.*
- 3 An vero id ipsum locum saltem habere possit ex consuetudine in dictis Collegiatis, in quibus Canonici non habent onus ascendendi ad sacros Ordines, & quando hæc consuetudo inducta sit nec ne, vide *eandem decisionem a §. 14.*

ASTROLOGIA, ASTROLOGUS.

- 1 Astrologia est duplex. Una est Naturalis, quæ etiam dicitur Astronomia, & altera est Judicaria, quæ retinet nomen Astrologiæ. Astrologia Naturalis est illa quæ ex Astrorum, maxime Planetarum ortu, occasu, conjunctione, oppositione, varioque aspectu tum inter se, tum ad Stellas fixas de futuris elementorum affectionibus conjectat ea, quæ naturaliter contingunt, & sic prædicat eclipses, pluvias, siccitates, morbos animalium, pestes, salubritates, frigora, calores, grandines, ventos, & alia hujusmodi, quæ a Cælo pendunt. Astrologia Judicaria est illa, quæ ex aspectu, situ, motu, ac positione Astrorum, & Planetarum eventus in particulari a libera hominis voluntate aliquo modo pendentes prædicat ut de conditione vitæ, & Matrimonii, de liberis, honoribus, infortunis, divitiis, præliis, exilio, carcere, morte; & aliis hujusmodi casibus humanis. Interdum hujusmodi judicaria facit de præteritis, & præsentibus occultis, ut revelando quis sit hujus parens; quis furtum, vel homicidium commiserit, & hujusmodi. Sic *Doctores communiter.*
- 2 Astrologia est una de septem artibus Liberalibus, quia non solum ordinatur ad intelligere, sed etiam ad alias operationes. Tabiena *verb. Ars num. 2.* & fit per motum, & situm Astrorum. Tolet. *Summ. lib. 4. cap. 15. n. 5.* & expresse inter ipsas artes Liberales enumeratur a Doctoribus, ut patet in sequentibus verbis de omnibus artibus Liberalibus, quos refert *Hortensius in Summa tit. de Magistris §. quam sententiam, Ambro-*

sius de Vignate *qu. 6. de Hæret. Nicol. in Floscul. verb. Ars,* & alii, pro ut sequitur. Grammatica: *Quidquid agunt artes, ego semper prædico partes.* Dialectica: *Me sine Doctores frustra colere sorores.* Rhetorica: *Est mihi dicendi ratio cum floreluquendi.* Musica: *Invenerit locum per me modulamina vocum.* Geometria: *Rerum mensuras, & rerum signo figuras.* Arithmetica: *Explico per numerum, quid sit proportio rerum.* Astrologia: *Astra, viasque Poli vindico mihi soli.*

Astrologia Naturalis non est prohibita, nec a Sixto V. nec ab Urbano VIII. quia, ut patet in eorum Constitutionibus infra adducendis, non prohibetur Astrologia judicans temporum mutationem, ubertatem, sterilitatem, pluvias, grandines, ventos, & hujusmodi, & ex comellationum influxu in nativitate hominis, ejusdem inclinationes naturales, temperamentum, & ea, quæ ad sanitatem pertinent judicans, & actiones in genere, quia hæc naturaliter ex Astris cognosci possunt, ut de facto D. Gregor. Nazianzenus ex physiognomia Juliani sui condiscipuli ejus pravi animi affectus coniecit, *orat. 48. in Julianum* his verbis: *Neque enim mihi boni quidquam significare, atque ominari videbantur cervix non stata, humeri subsaltantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculi insolens, & vagus, vultus lineamenta ridicula &c.* Est tamen naturalis magna ex parte incerta, & parum utilis, excepta ea parte, quæ sumitur ex ortu, occasu, aspectu, & calore Solis, ac Lunæ, nam virtus reliquorum Astrorum est valde obscura, & omnis experientia, quæ de illis haberi potest, incerta, uti solide demonstrat *Lessius lib. 2. cap. 43. de Superstitione dubitat. 6. num. 33.* Adducens Joannem Picum, *qui lib. 2. contra Astrologos cap. 9.* ait ex 130. prædictionibus nobilissimi cujusdam Mathematici de mutatione Cæli, & aure, se adhibita accurata observatione, tantum 7. veras d-prehensisse, idque jurejurando confirmat. & similes prædictiones tanto magis erunt incerte, si de temperamento, inclinationibus, propensionibus, & moribus hominum fiant ex Astris, & hora nativitatis eorum, ut patet in geminis simul editis, qui sepe diversissimas habent inclinationes, temperamenta, mores, & eventus, ut patuit in Elau, & Jacob. Unde dicit *Lessius loc. cit. num. 34.* quod mera amentia est ex aspectu Siderum, qui tempore nativitatis viget, velle de temperamento, vel inclinationibus prolis judicare; licet tamen, ut ibi subjungit, hoc judicium, si ulterius non procedat, sed sit in naturalibus effectibus, & temperamento, non sit damnatum per Canones, aut Leges, sed permittatur, sicut multa alia trivola, quæ per se noxia non sunt, permittuntur.

Astrologia Judicaria prædicans eventus pendentes ex libera hominum voluntate, aut casu fortuitos est superstitiosa, & omni jure prohibita, ac proinde vitiosa illius est peccatum mortale. Habetur clare ex Scriptura; *Levitici enim 19. num. 31.* sic prædicæ cavetur: *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos; Deuteronomii c. 18. num. 14.* dicitur: *Gentes istæ, quarum possidebitis terram, Angures Divinos consulunt, tu autem alter a Domino Deo tuo institutus es; ubi per Angures intelliguntur Astrologi, ut docet Lessius loc. cit. num. 35.* & colligitur aperte ex *Isaia cap. 47. n. 13. Stent, & salvent te Angures Cæli* (id est secundum 70. Astrologi Cæli) *qui contemplantur sidera, & sappabant mensuras tibi vera prædicerent,* maxime Astrologia Judicaria, cui præ ceteris nimis fidebant Chaldæi, & in penam, ut iungit *Isaia, ignis combussit eos;* id est, ut explicat *Tirinus hic vers. 14. omnes Astrologos, & Angures, & Ariolos.* Unde ad refutandas horum Astrologorum falsas prædictiones, sic agebat *Jeremias cap. 1. n. 2. Signis Cæli nolite metueret, quæ timebant gentes, quia Leges populorum vana sunt; Fallum est enim quod a Stellis, ut certis, & fatalibus signis omnia præmonstrantur, ut censent Astrologi Judicarii.* Sic *Tirinus hic vers. 2.*

Habetur etiam expresse ex utroque Jure; damnatur enim Astrologia Judicaria in *lib. 2. §. 7. Cod. de Maleficis, & Mathematicis,* ubi jubentur puniri Astrologi Judicarii eodem modo, quo Necromantici, & alii Magi; & *cap. illud, & cap. Sed & illud quæst. 2. caus. 26. cap. igitur quæst. 3. caus. eadem & cap. Non liceat quæst. 5. eadem caus. 26.* Et præcipue *Constitut. incip. Cali & Terræ Creator edita a Sixto V. 1586. 5. Jan. contra istos Astrologos Judicarios, ubi sic præcise habetur. Nos igitur &c. damnantes, & reprobantes omne genus divinationis quæ diabolo auctore infidelium deceptionem, a prædicatione, vel perditis hominibus fieri solent &c. hac perpetuo validura Constit. Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus, ut contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dictam Judicariæ Astrologiæ artem præterquam circa agriculturam, &*

navigacionem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes judicaria, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiamsi id non certo affirmare aaserant, & protestentur &c. tam Episcopi, & Prælati, Superiores, ac alii Ordinarii locorum, quam Inquisitores hereticæ pravitatis &c. diligentius inquirent, & procedant. Et alia Constitutione incipit. Inscrutabilis judiciorum edita ab Urbano VIII. 31. Martii 1631. ubi postquam confirmat dictam Sixti V. Constitutionem editam contra Astrologos Judicarios, subdit: *Et insuper omnibus, & quibuscumque Laicis cujuscumque sexus, conditionis, status, gradus, qualitatibus, & dignitatis etiam Marchionalis, vel Ducalis existentibus, qui de Statu Republicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis ejusque ad tertium gradum inclusive Consanguineorum, Mathematicos, Ariolos, Aruspices, Vaticinatoresque nuncupatos, vel alios Astrologiam Judicariam exercentes, seu alios quomodolibet proficientes, de cetero consulerint, sive desuper eorum judicaria, prognostica, prædictiones, seu præcognitiones etiam sibi oblatas receperint, illiusve quomodolibet usi fuerint, vel illas penes se scienter retinuerint, aut alicui ostenderit, necnon ipsam Mathematicis, Ariolis, Aruspices, Vaticinatoribus, sive aliis Astrologiam Judicariam, seu quamlibet artem divinatoriam quomodolibet proficientibus, qui judicaria, prognostica, seu præcognitiones, & prædictiones, super præmissis etiamsi id non certo se affirmare protestentur, fecerint, sive a se, vel ab aliis jam facta, seu factas in posterum penes se similiter retinuerint, vel alicui dederint, seu ostenderit; aut de eis quovis modo etiam improbando scripto, vel verbis tractaverint, nedum Excommunicationis majoris late sententiæ, sed etiam vi læsæ Majestatis reus, ultimi supplicii, ac confiscationis omnium bonorum suorum etiam Rom. in e. Curia Officiorum, ac devolutionis quoruncumque Civitatum, Castrorum, & Locorum Jurisdictionalium, & Feudalium §. 4. Clericis quoque, & Presbyteris, aliisque Personis Ecclesiasticis, tam Secularibus quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu instituti, vel Militarium quaruncumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quomodolibet exemptis, ac Nobis, Apostolicæ Sedi immediate subiectis, Regularibus utriusque sexus, ultra prædictas, etiam privationis Beneficiorum, & Dignitatum, ac Officiorum Ecclesiasticorum, etiam Monasteriorum, Prioratum, & Preceptoriarum, ac aliorum quoruncumque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa in posterum obtinenda, ita quod Personæ Ecclesiasticæ prævia illarum degradatione, Curia Seculari tradantur punicandæ; in Episcopali vero, Archiepiscopali Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacumque alia etiam Superiori Ecclesiastica, vel mundana quantumvis sublimi, eccellente, & speciali nota digna, etiam suprema constitutis dignitate eisdem Excommunicationis, ac privationis etiam regimini, & administrationis Ecclesiasticarum, & aliorum quoruncumque Beneficiorum, & Dignitatum quantumvis amplissimarum, & Patriarchali majorum, ac Officiorum suorum, & inhabilitatis penas, ipso facto incurrendas, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, infligimus, & imponimus.*

- 16 Hanc Judicariam Astrologiam damnant etiam omnes Doctores communiter cum D. Augustino; *lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 17. & lib. 2. de Doctrina Christi c. 21. 22. 23. 24. lib. 5. de Civitate Dei cap. 1. & sequentibus,* quibus locus refutat diffuse hanc Judicariam Astrologiam, & ostendit eam pertinere ad occulta cum Demonibus commercia; *Div. Thom. 2. 2. quæst. 95. art. 5.* Et jure merito dicunt omnes esse gravissimum peccatum, quia hæc divinatione supponit actiones humanas pendere ab Astris, quod est gravissimus error contra Fidem, cum judicet fatum quod antiqui Astrologi dicebant esse immutabilem omnium eventuum dispositionem a stellis dependentem, & consequenter tollat liberum arbitrium; Deumque faciat auctorem peccati, ut eleganter ostendit *Origenes apud Eusebium de præparatione Evangel. lib. 6. cap. 8. & 9.* Eo vel maxime quod utentes hac Divinatione subjungunt se disciplinæ Diaboli, ex cuius traditione per homines curiosos ab ipso deceptos regulæ hujus artis processerunt, ut docet *Lactantius lib. 2. Divinarum institut. cap. 17.* Apulejus apud Augustinum *lib. 8. de Civitate cap. 16.* & ipse *Div. Augustinus plurimis in locis.* Unde optime asserit *Paulus Rubens in annotation. ad decess. 320. Roræ part. 9. tom. 2. num. 41. & sequent.* nescire, an Astrologia Judicaria vocanda sit Judicaria, vel sine ratione, digna potius despectu, quam aspectu Stellarum, a quibus ipsa extrahit mendacia, ut ea vendat tanto carius, quanto illa sit mercatura calcæ Ferrar. Bibliob. Tom. 1.

stis. Et apposite (subjungit ipse *num. 54.*) tales Astrologi, dum adeo intrepide de Planetis cælestibus verba faciunt, possent facite interrogari una cum Diogene: *Quandonam de Cælo venistis?* Et tandem *num. 63.* pro finali puncto concludit, hortando omnes, qui huic fallaci, & prohibita arti incumbunt, ut possessores, & non scrutatores Cælorum generose querant se constituere; & non se, & alios seducere; nam, ut inquit *S. Augustinus in psalm. 71. Mathematicus seductus seducit, & deceptus decipit.* Et per hoc Phavorinus apud *Gellium lib. 4. cap. 1.* dicit partem millesimam eorum, quæ quotidie Astrologi prædicunt, veram non esse, & de facto *Cicerolib. 2. de Divinatione* observat, quod promiserunt Astrologi *Pompejo, Crasso, & Cæsari lætissima omnia, non nisi jam senes domi cum summa gloria morituros, at quisque eorum infeliciter, & immature periit.*

Hujus damnatæ artis cultores dicuntur Astrologi Planetarii ab Astris & Planetis; & quia ex Astris, & Planetis generationes prædicunt, dicuntur *Genethliaci,* & communi nomine vocantur *Mathematici Cap. Igitur 1. quæst. 3. caus. 26.* Et proprie, & rigorose sunt illi, qui vanam, & falsam Syderum, & Astrorum scientiam professi, ex motu Syderum, & Astrorum, & maxime Planetarum prædicunt futura fortuita, aut præsentia, & præterita penitus Homines occulta, aut ex hominum ortu, & natali die, aut quavis alia temporum, & momentorum observatione, & notatione indicant, & prænuntiant de cuiusque hominis statu, conditione, vita, curâ, honoribus, divitiis, nuptiis, sobole, salute, moribus, morte, itineribus, certaminibus, inimiciis, simulationibus, odiis, carceribus, exiliis, cadibus, aliisque variis discriminibus, & fortuitis rerum eventibus adversis, vel prosperis. Ita *Azorius part. 2. institut. moral. lib. 9. cap. 12. Suarez tom. 1. de Religione. lib. 2. de superstit. cap. 11. num. 8. Farinac. in præx crimin. quæst. 20. num. 111. & de Hæresi quæst. 185. n. 56. Martin. Delrio lib. 4. cap. 3. quæstion. 1. Lessius, lib. 2. cap. 43. dubitat. 6. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 38. n. 27. & sequent. Benedictus Pereira de Magia lib. 3. cap. 1. cum sequent. Salas, & alii communiter.*

Tales Astrologi Judicarii prædicentes absolute aliquid in particulari verb. grat. Paulum tali morte, tali tempore, & loco moriturum, futurum homicidam, furem, Cardinalem, vel Pontificem, & similia, quamvis non certo, sed tantum probabiliter eventura prænuntiant, peccant mortaliter, quia cum, revera nihil tale ex Astris colligi possit, omnis similiis prædictio referenda est ad disciplinam malignorum spirituum, & occultam eorû societatem, ut colligitur ex *cit. Constit. Sixti V.* quam obligare non solum in foro exteriori, sed etiam interiori conscientia tenent *Sanch. Salas, Homob., Bonac., Barbol., & alii.* Quod si aliquando vera fuerint prænuntiata, non est quod ex Astris potuerint certo præcognoscere, sed ideo est, vel quia casu ita accidit, ut docet *Divus Augustinus lib. 7. Confess. cap. 6.* vel (quod verius est) quia intercedit pactum, & invocatio Demonis suggerentis sibi nota ad homines decipiendos, ut docet idem *S. Augustinus lib. 5. de Civitate Dei cap. 17. in fine.* Et sic *Lessius lib. 2. cap. 43. dubit. 6. num. 43. Filiuc. tractat. 6. num. 93.* & alii passim. Si vero Astrologi solum in genere prænuntiant, ita ut probabilis ratio reddi possit ex ætate, dispositione corporis, temperamento, consuetudine vitæ, aut aeris affectione, quæ ex Syderum concursu, vel Astrorum aspectu proveniat, non sunt condemnandi; *Lessius loc. cit. n. 42.* & alii.

Inquirentes occulta furta, vel alia delicta occulta ab Astrologis Judicariis, sicuti & per quamvis divinationem, peccant mortaliter, quia absque Demonis auxilio hæc sciri nequeunt. *Sotus de iustitia l. 8. quæst. 3. art. 2. circa solutionem ad 3. Navarr. sum. cap. 11. num. 30. Martin. Delrio lib. 4. disquisit. Mag. cap. 2. quæst. 7. sect. 4. & alii.* Sic etiam mortaliter peccant consulentes Astrologos ad invenientes Thesauros occultos; & consulentes eos, qui affirmant se videre venas metallorum, & Thesauros in terræ visceribus latentes, & recurrentes ad eos pro difficili curatione morborum, quia non possunt naturaliter, sed solum ope Demonis illa scire, & penetrare, & respectivo curare. *Naldus verb. Astrologus num. 1. Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 38. n. 36.* & alii plurimi; Et colligitur ex *Qui sane salvatore q. 2. caus. 26.* ubi sic dicitur. *Omnis inquisitio, & curatio, quæ a Divinis, & Magicis artibus . . . expeditur, mors potius dicenda est, quam vita; qui ea sectantur, si se non correxerint, aeternam perditionem tendunt.*

Contra Astrologos Judicarios varie sunt statuta pœnæ. In *28 l. Nemo, & in l. Esti, Cod. de maleficis, & Mathematicis* statuitur eadem pœna, quæ est statuta contra Necromanticos, & alios Magos. In *Conc. Tolentan. 1. c. ult. & in Constit. Sixti V. incip. Cali, & Terræ Creator, & in Constit. Urban. VIII. incip.*

Inscrutabilis iudiciorum Dei altitudo. statuitur pena excommunicationis ipso facto. Et in præfatis Constitutionibus statuitur, quod severius possint ab Inquisitoribus, & Ordinariis locorum puniri, & si præsumant predicare, & sua falsa iudicia formare de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut morte Papæ, & ejus Conanguineorum usque ad tertium gradum, statuitur quod tamquam rei læsæ Majestatis pena ultimi supplicii, & confiscatione omnium bonorum puniantur. Etiam si protulerint, se non certo affirmare, quod dicunt; Urbanus VIII. in cit. Constit. *Inscrutabilis.* Eisdem penas incurrunr Astrologi talia iudicia sive a se, sive ab aliis facta scienter retinentes, vel dantes, seu ostendentes aliis, aut de iis, quovis modo tractantes. Urbanus VIII. *ibid.* Si Ecclesiastici sint, tam Seculares, quem Regulares incurrunr, ultra prædictas penas etiam privationem omnium Beneficiorum, & Officiorum, & perpetuam inhabilitatem, & prævia degradatione, tradendi sunt Curia seculari pro condigna punitione, *ibid.* Si sint Episcopi, aut etiam majores Prelati, ipso facto privantur omnibus gradibus, Dignitatibus, & Beneficiis, & incurrunr, ultra Excommunicationem sicut alii, privationem regiminis, & perpetuam inhabilitatem, *ibid.* Eisdem penas incurrunr etiam omnes confilientes tales Astrologos, Ariolos, Mathematicos, Aruspices, Vaticinatores, & alios hujus generis de statu Reipublicæ Christianæ, aut Sedis Apostolicæ, vel de vita, & morte Papæ, aut eius Conanguineorum usque ad tertium gradum. Vel qui iudicia, aut prædictiones in præfatis etiam sponte oblata receperint, illitque usufuerint, vel apud se retinuerint. Urbanus VIII. in Constit. *Inscrutabilis iudiciorum Dei altitudo.*

A quibus autem iudicandi, & condemnandi sint hujusmodi Astrologi iudicarii, statuitur expresse in cit. Constit. *Inscrutabili* §. 5. his præcis verbis; *Cognitionem autem causarum hujusmodi quoad personas Ecclesiasticas, tam seculares, quam Regulares in Urbis nostra, & illius districta, ad dilectos Filios nostrum in eis Vicarium in Spiritualibus Generalem, necnon ejusdem Urbis Governatorem, ac causarum Curia Camera Apostolica Auditorem Generalem, & eorum quemlibet in solidum, extra vero Urbem, & districtum prædict. in Provinciis Nobis, & Apostolica Sedi subiectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Provinciis de latere Legatos, & Prelatos, & Præsides in Dignitate Ecclesiastica constitutos pro tempore existentes. In aliis vero omnibus, & singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Castris, & Locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quam consuevis alterius Principis ditione comprehensis, privative quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsique Superioribus penitus exclusis ad Ordinarios locorum; ubilibet vero locorum etiam ad hæreticam pravitatis inquisitores spectare volumus.* Astrologia iudicariæ libros retinentes ac legentes ab Inquisitoribus contra Hæreticam pravitatem puniri possunt. Sixtus V. in cit. Constit. incip. *Celi, & Terræ Creator.*

Egyptianæ vel Egyptiani, vulgo dicti Zingari, vel Zingaræ, qui se jactant divinare bonam, vel malam fortunam, & in dies ab idiotis præsertim, & plebeis passim de sua sorte consuluntur, possunt ab Inquisitoribus puniri. Sic Villadiego in *polit. cap. 5. §. 20. num. 40.* & alii. Tam Egyptianæ, & Egyptiani id facientes, quam omnes alii ipsos, vel ipsas consulentes peccant mortaliter, si fiat cum firma fide, vel scandalo. Si vero fiat propter solam curiositatem, vel animo ridendi, ut communiter fieri solet, peccant tantum venialiter, Filiucius *tract. 24. n. 135.* Lupus *pag. 223. Diff. 2.* Bulsembaum *Meddull. lib. 3. tract. 1. dist. 2. n. 10.* Sanchez, & alii passim. Vide verb. *Zingari per tot.*

Astrologi qui vera dicunt, magis cavendi sunt, quam qui falsa. Hi enim vanitatem suam ostendunt, illi vero cum Demone fœderis suspicionem S. Augustin. *lib. de Civit. Dei c. 7.* apud Uriayam in *Miscellaneo primo litt. A. n. 299.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Astrologia naturalis, sive Astronomia, quæ Astrorum theoriam contemplatur, a nullo jure prohibetur. Quæcumque autem Auctor contra illam accumulatur, de iudicaria tantum sunt intelligenda, quæ nec scientia, nec ars, nec nisi futillis est conjectatio; quapropter & illam profitentes, & illi credentes a doctis viris, & ab utroque jure merito damnantur.

Astrologia iudicaria plurimis etiam Imperatorum Constitutionibus jam inde ab initio vetita, & severe vindicata fuit, *Ulpian. libr. 7. de Offic. Proc. in collat. Leg. Mosaic. tit. 15.* Nusquam vero severius in hujusmodi homines lævitum est, quam quum Valens ea de causa omnes Philosophos extinxit,

nec solum Philosophos, sed & qui Philosophorum habitu utebantur, adeout nemo jam palis indui vellet ob periculi metum, ne ex eorum numero videretur, qui futura prædicarent, *Sozomen. lib. 6. Histor. Eccles. c. 36. Ammian. Marcellin. lib. 29.* Tulitque tunc temporis Valens legem 8. *C. Theodosiani de Malefic. & Mathematic.* his verbis conceptam: *Cesset Mathematicorum tractatus. Nam si qui publice aut privatim in die noctuque deprehensus fuerit in prohibito errore versari, capitali sententia feriatur uterque; neque enim dissimilis est culpa prohibita discere, quam docere: cujus portio est lex itidem 8. Cod. Justiniani, cod. titul.*

Jacobus Gothofredus in *commentar. ad d. l. 8. Cod. Theod. de Malefic. & Mathematic.* Huic legi, ait, occasionem omnino præbuisse credo memorabilem illum Gentilium, & Mathematicorum tractatum, quem memorant Amm. Marcellin. & c. Zosimus & c. Socrates & c. Sozomenus & c. Philostorgius & c. & post omnes Nicephorus & c. & Cedrenus & c. Gentiles scilicet Christiani Principis pertæli suarum vicissitudinum Imperatorem avidius expetentes, imperatori post Valentem nomen detestando divinandis genere exploratum tum iverant. Quæ res & Mathematicorum nonnullos, Coniutoresque ad ultimum supplicium perduxit, & Valentem ad hanc Constitutionem procul dubio adegit.

Refert Procopius in *Anecdotis*, Justinianum infensum Astrologia fuisse, eosque camelis per Civitatem vectos humeris cœcidisse; & tamen nulla lex Justiniani adversus eos reperitur in titulo *Codic. de Malefic. & Mathematic.*

ASYLUM. Vide Verb. *Immunitas art. 2. per tot.*

ATTENTIO.

Atentio est actus intellectus, per quem homo considerat ea, quæ facit, & differt ab intentione, quia intentio non est actus intellectus, sed est actus voluntatis circa finem; *Sic Doctores communiter.* Attentio est duplex, interna, & externa. Attentio interna est animi advertentia, & applicatio ad id, quod agit, seu recitat. Attentio externa est illa, per quam nihil externe fit incompatible cum attentione interna, ut legere, scribere, pingere & c. Attentio interna circa orationem vocalem est triplex, scilicet *Superficialis, litteralis, & spiritualis.* Attentio *Superficialis* est illa, qua attenditur ad verba tantum, ut ea recte, distincte, & reverenter proferantur, & non confundantur. Attentio *litteralis* est illa, qua attenditur ad ientium verborum, ut hæc percipiuntur mente, & affectus applicetur ad hoc, quod verba significant Attentio *Spiritualis* est illa, qua attenditur ad Deum, ut terminum nostræ orationis, & ad rem, seu gratiam, pro qua oratur. Quælibet ex his tribus attentionibus adhuc est triplex, scilicet, *actualis, virtualis, & habitualis.* *Actualis* est illa, qua sic actu mente attenditur ad verba, sensum, & Deum, seu gratiam petitam, ut sit exclusiva omnis alia cogitatio extranea, ideit, in genere, est illa, qua re ipsa mens cogitat eodem momento, quo actus producitur externus. *Virtualis* est illa, qua a principio quidem mente attenditur ad verba, sensum, & Deum, seu gratiam petitam; postea tamen orans involuntarie distrahitur, & ita durat tandem, quamdiu quis involuntarie distrahitur, vel quamdiu dedita opera non distrahitur, ideit, in genere. Attentio virtualis est animi ad opus applicatio, non actu, sed virtute remanens ex actuali præhabita non revocata. *Habitualis* est illa, qua ex frequentatione actuum redditur quis sic dispositus ad attendendum ad verba, sensum, & Deum, seu gratiam petitam, ut licet antea attentionem actualem non habuerit, ex cuius vi sequeretur vocalis oratio, tamen si ei in mentem venisset; ipsam attentionem actualem non omisitset, ut si Clericus dormiens ex habitu aliquam horam Canonicam recitaret, certe si de actu cogitasset, necessariam attentionem non omisitset; ideit in genere. Attentio *habitualis* est propensio ad attendendum orta ex frequentatione Actuum, itaut si actu de ea cogitatum fuisset, necessaria attentio non omisitset.

Ad satisfaciendum præcepto de recitando Divino Officio, & de audienda, vel celebranda Missa requiritur sub culpa mortali, nedum attentio externa, sed etiam interna; *Sic Divus Chryostomus homil. 79. ad populum Antiochenum, Divus Thomas in 4. dist. 15. quæst. 4. artic. 2. quæstioncula 4. ad 2. Major in 4. dist. 12. quæst. 7.* Cajetanus, Sotus, Navarrus, Azorius, Lessius, Suarez, Sa, Reginaldus, Aragonius, Filiucius, Valentia, Vasquez, Rodriguez, Malderus, Moneta, Macignus, Garzias, Paulus Squillax, Bonacina, & alii plurimi. Et colligitur aperte ex *cap. Dolentes 9. de celebratione Missæ,*

Missæ. ubi sic præcise habetur: *Et si quando, dum hæc celebrantur intersint Chori silentium fugientes intendunt exterius colloquutionibus laicorum, dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad Divina. Hæc igitur & similia sub pena suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum Officium, nocturnum pariter, & diurnum quantum eis dederit Deus, studiose celebrent pariter, & devote.* Ubi Glossa notat *Studiose*, quantum ad Officium oris, ideit sine Syncopa, & *Devote*, quantum ad Officium cordis, juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. *Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino*, unde Glossa in *cap. Cantantes dist. 92.* hos versiculos refert:

14 *Non vox, sed votum, non musica chordula, sed cor.*
14 *Non clamans, sed amens cantat in aure Dei.*

15 Et ad hoc faciunt etiam alii duo sequentes versiculi a Doctoribus pro faciliiori captu adducti.
Dirige cor sursum; bene profer; respice sensum; Inque Choro ne sis corpore, mente foris.

16 Etratio est clara, quia Ecclesia præcipit Divinum Officium devote recitare in supra citat. *cap. Dolentes* ibi, *Devote.* Devotio autem est actus internus, adeoque ultra attentionem externam requiritur etiam interna. Tum quia præcipitur Officium prout est actus orationis Deo gratus, sed nulla oratio est Deo grata sine attentione interna, imo a Deo reprehenditur, *Matth. 15. Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me;* & juxta id, quod ex Divo Gregorio refert, & approbat Divus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 13. *illius orationem Deus non audit, cui qui orat non attendit;* & per hoc asseveranter idem Divus Thomas in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2. quæstioncul. 4. ad 2. sic ait, Si ad contrarium mens evagetur etiam culpa mortalis erit, & *S. Chrysostomus homil. 79. ad populum Antiochenum in hæc præcisa verba prorumpit: Quæ enim exultatio, & venia dabitur nobis, si cum amico loquentem adsumus animo, mentemque adhibemus, cum Deo vero colloquentes animo in rebus indignis peregrinamur? possidet que tam fœda, & turpis est peregrinatio illa mentis, ut damplicis sceleris, seu lethalis culpæ laedem haberet; unam, verbi causa, cogitatio optatque iustri, seu homicidii, alteram insignis injuriæ, qua Divinæ preces, Psalms, Sacreque Scripturæ verba tunc assiciuntur.*

18 Nec valet objicere, quod Ecclesia actus internos præcipere non potest, cum super illos potestatem non habeat, nec de illis iudicet. Nec etiam valet objicere, quod difficillimum est talem attentionem internam habere, ac proinde credibile, non sit, Ecclesiam voluisse tale jugum imponere, cum ipsa sit piissima Mater, & ejus jugum suave sit. Non valet, inquam, primum, quia licet Ecclesia non possit per se, ac directe præcipere actum mere internum, ac teoriam sumptum, potest tamen Ecclesia ipsam comprehendere, seu indirecte, & concomitanter præcipere una cum actu externo, quando ad ejus rationem, seu morealem substantiam actus internus requiritur; prout in proposito attentio interna requiritur ad rationem, & morealem substantiam orationis, cum hæc sine ulla attentione interna potius esset simulatio orationis a Deo reprehendenda juxta illud *Matth. 15. Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me,* adeoque attentio interna circa recitationem Officii cadit sub Ecclesiæ præcepto; & hac præcipiendi potestate Ecclesia usa est in tribus Oecumenicis Conciliis, in quibus Officii recitationem attentam præcipit videlicet in Concil. Lateranen. sub Innocentio III. in *cap. Dolentes 9. de celebratione Missæ.* in Concil. Viennen. sub Clement. V. in *Clementina cap. Gravi 1. de celebratione Missæ.* & in Concil. Tridentino sub Pio IV. in *sess. 24. de reformat. cap. 12.* Nec pariter valet secundum, quod scilicet difficillimum sit, talem attentionem internam habere, pro adimplendo tali præcepto, nam facillime adimpleri potest præceptum cum attentione tantum virtuali, quam habere non est arduum, ut experientia patet in omnibus aliis negotiis. Tum

22 quia facillima est attentio interna superficialis ad verba cum pia intentione orandi, & colendi Deum prolata, quæ attentio superficialis ex communi Doctorum est sufficiens pro adimplendo præcepto, quia attentio hæc superficialis cum dicta pia intentione facit orationem perfectam quoad substantiam, Deoque pergratam, ut patet in Monialibus, aliisque idiotis Horas Canonicas ignoto idiomate recitantibus, qui omnes sine dubio præcepto satisfaciunt cum sola illa attentione superficiali ad verba animo laudandi, & colendi Deum prolata: Imo tanta,

sepe est fententiarum Divini Officii profunditas, ut eorum, sentus, & Myteria vix doctissimis pateant; Unde etiam doctissimi eam attentionem licite omittant, & quia necessaria non est, & ut ne nimia illa attentio caput gravet, vel lædat; quamvis tamen omnium consensu Doctorum sit consulenda attentio litteralis, vel spiritualis, si sine capitis offensione haberi possit.

Ad peccatum mortale incurrendum ob detractionem debite attentionis internæ, non est necesse, ut mentis evagatio sit deliberata, directeque volita, sed sufficit, si sit volita indirecte, ut cum quis advertit se non attendere, & per crassam, & supinam negligentiam de hoc non curat; aut cum quis licet nolit esse distractus, tamen voluntarie occupat se in actionibus sive interioribus, sive exterioribus, quæ iecum non patiuntur attentionem necessariam; Unde si quis advertat se per id quod cogitat, aut facit, esse distractum ab attentione requisita ad recitationem Officii, ad auditionem, vel celebrationem Missæ, & per crassam, & supinam negligentiam non curet ad id mentem colligere, sed per totum Officium, & totam Missam, aut per notabilem partem perseveret sic crasse, & supine distractus, non satisfacit præcepto. Si vero distractio non sit plene voluntaria, sed inadvertenter aliud cogitet, aut faciat, quousque advertat se distrahi, semper reputatur sufficienter attentus, & per consequens satisfacit præcepto attente recitanti Officium, seu Missam audiendi, vel celebrandi: quia licet pro tunc non habeat attentionem actualem, habet tamen virtualem, quæ sicut in omni alio opere, ita etiam in recitatione Officii, & auditione, vel celebratione Missæ sufficit; non enim requiritur attentio actualis semper durans, ut scilicet quis per totum Officium, seu Missam attendat actu semper ad omnia verba, vel Deum; Immo hæc attentio continua ob naturalem mobilitatem, & instabilitatem mentis humanæ naturaliter vix possibilis esset, ideoque sub humano præcepto cadere non potest. *Sic Doctores communiter.*

Clerici Beneficiati, qui cum voluntariis distractionibus recitant Divinum Officium, licet mortaliter peccent, non tenentur tamen ad ullam fructuum restitutionem, dummodo tamen integre, & cum intentione orandi, & Deum colendi recitent; Sic D. Antoninus, Hostiensis, Major, Gerion. Corduba, Medina, Sotus, Toletus *lib. 2. cap. 12. Navarrus de Orat. cap. 10. num. 31. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 10. Gobat tom. 1. tract. 4. disp. 2. num. 842. Sporer tom. 2. cap. 2. sect. 2. §. 5. num. 88.* & alii multi contra Suarez, & Barboiam in *cap. Dolentes*, & alios multos a se citatos: Et ratio efficacissima est, quia Leges odiose, & præsertim pœnales non sunt extendendæ ultra proprietatem verborum, sed potius intra eandem restringendæ quoad fieri potest, *cap. final. de Transact. ibi: In his, in quibus jus non invenitur expressum, procedas (æquitate servata) in humaniorem partem declinando semper secundum quod personas, & causas, & loca, & tempora postulare videris; & cap. Ex litteris, de probat. ibi: Promptiora sunt iura ad absolvendum, quam ad condemnandum, & l. Benignius 18. ff. de leg. ibi: benignius leges interpretande sunt, quo eorum voluntas conservetur: l. Semper in dubiis, ff. de regul. Jur. ibi: Semper in dubiis benigniora præferenda sunt; l. Placuit, Cod. de Jud. ibi: Placuit in omnibus rebus præcipuam justitiæ æquitatisque, quam stricti juris esse rationem, & similiter statuitur l. Arianus, ff. de obligat. & action. l. in ambiguis, ff. de regul. Jur. Atqui Sacri Canones præcipientes attentionem non faciunt ullam priorem mentis restitutionis, ut patet in *cap. Dolentes 9. de celebr. Missæ. Clement. Gravi, de celebrat. Missæ. & Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12.* & Leges Canonicæ præcipientes restitutionem fructuum ob neglectum penitus Canonicum expressè solum loquuntur de non recitante, non dicente, omittente, vel intermittente, ut patet in *sess. 9. §. Statuimus. Concil. Lateran. celebrati sub Leone X. & in Constitut. S. Pii V. incip. Ex proximo; Recitans autem Officium cum distractionibus voluntariis, non potest vere dici illud non recitasse, vel omisitset, quomodo enim posset vere dici illud recitasse distracte, si nullimode recitasset, & penitus omisitset; adeoque stat clarum, quod Beneficiati recitantes Officium cum voluntariis distractionibus, licet peccent mortaliter, non tenentur ad restitutionem fructuum, si illud integre, & cum intentione orandi, & Deum colendi recitent. Tum quia obligatio restitutionis non est imponenda maxime a Confessoribus, nisi cogat indubitata veritas, ut recte possit Graff. Polan-cum, & alios docet Gobat *loc. cit. (*)***

(*) Fructuum restitutioni obnoxium esse beneficiarium voluntaria animi derogatione Officii Breviarium persolventem, hæc

- 29 Ad satisfaciendum præcepto recitandi Divinum Officium, vel audiendi, seu celebrandi Missam, sufficit attentio tacita, vel implicita, non enim requiritur propositum expressum attente recitandi, audiendi, vel celebrandi; Unde intendens in genere recitare Officium, audire, seu celebrare Missam, modo confucto, vel intendens Deum laudare, & debito suo satisfacere, sufficientem habet attentionem; Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 3. num. 6. & lib. 4. cap. 26. num. 5. Lessius, Bonacina, & alii. Qui Officium incipit recitare, & Missam, audire cum intentione recitandi, vel audiendi debite, quoties dedita opera mentem non divertit, licet per totum Officium, vel Missam distractus, non peccat mortaliter. Ita Sanchez cum multis a se citatis lib. 7. Consil. Moral. cap. 2. dub. 28. num. 10.
- 30 Audire cum intentione recitandi, vel audiendi debite, quoties dedita opera mentem non divertit, licet per totum Officium, vel Missam distractus, non peccat mortaliter. Ita Sanchez cum multis a se citatis lib. 7. Consil. Moral. cap. 2. dub. 28. num. 10.
- 31 intelligens de omnibus. Gobat loc. cit. num. 845. Merito intelligit de solis scrupulosi, & solitis recitare, & respectively audire pie, & devote. Qui accedit ad Ecclesiam de more ibi Officium recitaturus, vel Missam celebraturus, seu auditurus, ut adimpleat munus suum, sufficientem habet attentionem, ac proinde satisfacit, quamvis postea recitet, audiat, vel celebret involuntarie distractus. Ratio est, quia in tali intentione includitur attentio, quæ quasi necessario consequitur intentionem orandi, & Deum colendi. Ita cum multis a se citatis Bonacina tract. de Hor. Canon. disp. 1. quest. 3. punct. 2. §. 2. numer. 24. Dummodo quis adhibeat mediocrem diligentiam pro repellendis distractionibus se vexantibus, & non lupina, & crassa negligentia se evagari sinat, satisfacit præcepto cum sufficienti attentione. Ita Sanchez cum multis aliis a se citatis loco supra laudato num. 25. Quinimmo absque culpa poterit admitti aliqua brevis mentis evagatio ad refocillandum cerebrum vel cor; Idem ibid. num. 10. post Gerlonem, & alios: Idemque ceniet Suarez lib. 4. de Horis cap. 24. in fine, si inter recitandum Officium, & consequenter etiam inter audiendum Sacrum aliquid quis annotet, vel famulo mandet, quia nimirum advertit, se non posse aliter conservare interiorum quietem, quam turbat cognitio identidem illum stimulans ad mandandum chartæ, ne forte obliviscatur. Quamvis scrupuloso evidenter non constet quod mutaverit propositum recitandi attente, licet advertens, sciens, volens inhælerit cogitationibus plane alienis inter recitandum Officium, vel audiendum Sacrum, credere potest se satisfecisse suæ obligationi; cum hoc sit privilegium scrupulorum, ut ex communi Doctorum docent Suarez cit. lib. 4. cap. 26. num. 20. & Gobat loc. cit. num. 844

ATTRITIO. Vide verb. Penitentia Sacramentum.

A V A R I T I A.

- 1 Avaritia est inordinatus appetitus divitiarum, erogationisque illarum tenacitas. Est in re communis, & colligitur ex Ecclesiast. 5. ibi: Avarus non implebitur pecunia, & ex Sancto Augustino serm. 107. cap. 3. ubi sic expresse dicit: Non solum avarus est, qui rapit aliena, sed & ille avarus est, qui cupide servat ea. Avaritia consistit in tribus, scilicet in appetendo, in acquirendo, & in retinendo divitias inordinate.
- 2 Communis. Avaritia in avaro potest considerari, & circa Deum, & circa proximum, & circa seipsum. Circa Deum fit peccatum mortale, quando repugnat Charitati Dei, cum scilicet homo adeo inordinate, & immoderate appetit divitias, ut in eis ultimum finem constituat, paratus ob eas Legem Dei violare, atque adeo amicitiam Dei, curamque salutis omnino postponat, vel excludat, quod innuere voluit Christus Matth. 6. ubi postquam dixisset: Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet, statim subiunxit: Non potestis Deo servire, & Mammonæ, ita scilicet ut in divitiis totum affectum, curam, spem, aut velut ultimum finem constitutis, sic enim Deo contempto, Mammonæ pro Deo servietis; unde Apostolus ad Colossens. 3. sic ad rem ait: Avaritia est simulacrorum servitus, & jam Olee cap. 12. dixerat: Divites effectus sum, inveni Idolum mihi, & Itaius

hoc ratiocinio evidenter constare reor: Recitatio beneficiariis imposita, qua deficiente, fructuum restitutioni subjungitur, est vera oratio. A vera autem oratione inseparabilis est attentio saltem virtualis omnem voluntariam animi distractionem excludens. Itaque beneficiarius, qui voluntarie distractus Canonicas horas percurrit, vere eas non recitat, adeoque fructuum restitutioni adstringitur. Major certa est, nisi forte quis dicat officium sub restitutionis vinculo beneficiariis impositum

cap. 2. Repleta est terra argento, & auro, & repleta est terra idolis, ad quæ egregie alludens Innocentius III. lib. de vitia te conditionis humane, sic ait: Sicut idololatra servit simulacro, sic avarus servit thesauro; nam ille cultum idololatriæ diligenter ampliat, & ille cumulum pecuniæ libenter augmentat, ille cum diligentia colit simulacrum, & iste cum omni cura custodit thesaurum, ille spem ponit in Idololatria, & idolo, & iste spem ponit in pecunia, & nummo, ille timet mutilare simulacrum, & iste timet minuire thesaurum. Et revera quod avarus Deum postponat divitiis observat S. August. in psalm. 96. ubi avaro alloquens sic ait: Nam multa jubet Christus, & non facis, jubet avaritia, & facis: jubet Christus, ut vestias pauperem, & non facis; jubet avaritia, ut fraudem facias, & hoc potius facis; Et idem lib. 2. de Civitate Dei cap. 25. dicit, quod avari frui volunt nummo, uti autem Deo; quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt.

Circa proximum fit avaritia peccatum mortale, quando repugnat graviter Charitati, vel Justitiæ erga proximum, verb. gr. immoderate habendi amore, aut injuste auferendo, aut retinendo rem alienam, aut duriter non succurrendo extreme, vel gravi proximi necessitati. Communis cum S. Thoma 2. 2. q. 118. art. 4. in corp. ubi explicans quomodo avaritia sit peccatum mortale, utpote Justitiæ opposita in re gravi, dicit: In quantum aliquis. . . acquirit pecuniam ultra debitum aliena surripiendo, vel retinendo, & S. Eusebius super illa verba Matth. 25. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare &c. ubi sic ait: intelligamus quanta damnationis est lapsisse pauperem, quam summum crimen est non pavisse. Circa seipsum, peccat avarus, cum ratione suæ avaritiæ, non tantum servit in alios, sed etiam in suammet Personam, nec pro se utendo suis divitiis, vel facultatibus ad necessitatem, vel sufficientiam; unde egregie S. Petrus Chrysologus serm. 19. dicit: Avarus nullius erit, nec suus erit; itaut sibi negando etiam necessaria, reddat avarus suam vitam suum supplicium, ut observat Seneca lib. de consolatione ad Polit. 8. ibi; Ejus vita supplicium est.

Avaritia semper est lethalis, ubi opponitur Justitiæ in re gravi. Communis cum S. Thom. loc. cit. supra num. 5. Aliquoties est etiam lethalis, licet non opponitur Justitiæ; S. Thom. 2. 2. q. 118. art. 4. in corp. ubi sic expresse dicit: Si in tantum. . . amor divitiarum crescat, quod præferatur charitati, ut scilicet propter amorem divitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem Dei, & proximi, sic avaritia erit peccatum mortale. Et sic alii passim. Avaritia ubi opponitur soli Liberalitati, est peccatum ex genere suo veniale, quia sic est mera illiberalitas, seu affectus nimius divitiarum in hoc consistens, quod licet quis ea superflue quærat, amet, possideat &c. non tamen earum amorem amori Divino præferat, & ideo supponitur paratus potius velle omnium divitiarum jacturam facere, quam præceptum aliquod graviter obligans violare. Communis.

Hinc colligitur, quod avaritia opponitur duplici virtuti, scilicet Justitiæ, & Liberalitati. Justitiæ, auferendo, vel retinendo quod alienum est invito domino rationabiliter; Liberalitati propter nimium, & immoderatum affectum ad res proprias. Justitia recte definitur cum Ulpiano l. Justitia, ff. de Justitia & Jure, sic: Justitia est constans, & perpetua voluntas Jus suum unicuique tribuens, id est Justitia est virtus inclinans, & firmans voluntatem ad perpetuo tribuendum Jus suum unicuique. Est in re communis. Liberalitas est virtus inclinans voluntatem ad dispensanda bona in usus proprios, & alienos, juxta præscriptum rationis. Est in re communis. Prodigalitas econtra est vitium inclinans voluntatem ad dandum ultra mensuram ratione præscriptam. Est in re Communis. Unde, ut videtur, quanto est laudabilis liberalitas, tanto magis est damnabilis prodigalitas, quæ licet ex genere suo sit tantum peccatum veniale, potest tamen ab extrinseco fieri mortale, si nempe prodiga bonorum dilapidatio sit in causa cur non possit prodigus debita solvere, familiam sustentare, sit inde aliis scandalo,

psittacorum more pronuntiandum esse. Confer Cabassur. Jur. Can. Theor. & Pr. lib. vi. cap. xiv. numer. 14. ubi hanc sententiam ratione & auctoritate firmat, additque: Quisquis etiam sic recitat Divinum Officium, ut notabilem ejus partem per nimium celeritatis affectum, aut per socordiam & negligentiam male proferendo intercipiatur, tenetur quoque, si ea pars intercepta sit notabilis, restituere de fructibus, ad ejus partis proportionem.

- dalo, aut gravi detrimento, & hujusmodi. Communis.
- 15 Avaritia septem habet filias, quæ recensentur, & a S. Gregorio lib. 31. Moral. cap. 31. & a Divo Thoma 2. 2. q. 118. art. fin. & ab aliis communiter. Prima est Duritia cordis, quæ est vitium a compassione pauperum avertens. Secunda est Inquietudo mentis, quæ est vitium ad ordinatam quiete animi avertens. Tertia est Violentia, quæ est vitium animum inclinans ad inferendam vim pro rapiendo, vel injuste retinendo aliena. Quarta est Fallacia, quæ est vitium inclinans ad decipiendum verbis. Quinta est Perjurium, quod est vitium inclinans ad decipiendum verbis juratis, seu cum falso jramento. Sexta est Fraus, quæ est vitium inclinans ad decipiendum factis proximorum nostrorum quoad res. Septima est Proditio, quæ est vitium inclinans ad decipiendum proximum nostrum quoad personas.

Pro avaritia fugienda possunt considerari sequentes Sacre Scripturæ textus Eccles. cap. 2. sic ait Sapiens: Detestatus sum omnem industriam meam. . . habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens, an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis, quibus desudavi, & sollicitus fui, & est liquidum tam vanum? Ad Timoth. 6. dicitur; Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in vitium, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Et Eccles. 10. habetur: Avaro nihil est scelestius; nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet. Ad Ephes. 5. sic scribit Apostolus: Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis avarus non habet hereditatem in Regno Christi, & Dei. Matth. 19. sic dicit ipse Jesus Christus: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in Regnum Celorum; facilius est Camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum Celorum, & de facto, ut dicitur Luca 16. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno, & Matth. 25. sententia finalis reproborum assignatur his verbis: Discedite a me maledicti in ignem æternum, esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, nudus fui, & non cooperastis me &c. Reflectant quælo divites avari, quod relinquent alienis divitias suas, Psal. 43. num. 11. & sic, Divitiæ si afflant, nolite (nolite) cor apponere, Psal. 61. num. 11. sed juxta monitum Salvatoris nostri Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur: thesaurizate autem vobis thesauros in Cælo, ubi nec erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur, & ut alias innumeras hujusmodi Scripturas omittam, sit pro complemento grave, & serio reflectendum monitum D. Jacobi Apostoli in sua Epistola cap. 5. Agite nunc divites in miseriis, quæ advenient vobis.

Avarus est bursâ Principum, capterius Latronum, rixâ Parentum, & sibilus hominum; S. Hieronymus apud Urianam in Miscellaneo primo litt. A. n. 305.

AUDITOR, AUDITORES.

- 1 Auditores, ut sic, sunt illi, quibus cura demandatur causam audiendi, & examinandi; cap. Super Questionibus art. 27. §. intentionis, de Offic. & potest. Jud. Delegati. Non tamen possunt causam definire, nisi delegatam habeant facultatem. Clement. Auditor, cap. 3. de Rescriptis. Auditorum genera licet sint multiplicia; Nos tamen hic de duobus tantummodo, quibus principales, & universales causæ competunt in Curia Romana, agemus, videlicet de Auditore Camere, & de Auditoribus Rotæ.
- 2 Auditor Camere habet Jurisdictionem ordinariam, quæ per obitum Papæ non expirat, Tenet Gloss. in Clementina. Ne Romani cap. 2. §. Eo tamen proviso verb. Expirare, & expresse habetur in Constitut. Pii IV. incip. Ad eximiam §. 5. ibi: Tua ordinaria auctoritate; & in alia simili Pauli V. incip. Eximiam §. 7. ubi repetuntur eadem verba; Tua ordinaria auctoritate; Et propterea, ut observat Fagnan. in cap. Cum olim, de majorit. & obed. n. 71. in suis Litteris semper inscribitur, Camere Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curie Judex Ordinarium. Unde Auditor Camere est Judex Ordinarius appellationum a sententiis per Ordinarios latis, etiam extra statum Ecclesiasticum; Paul. V. in Constit. incip. Eximiam fidelitatis §. 10. Potest procedere contra Episcopos non residentes usque ad sententiam definitivam exclusive. Pius IV. in Constit. incip. Cum tam Sacrosanctum; & Urbanus VIII. in Constit. incip. Sancta Synodus. Immo Auditor Camere habet generalem facultatem procedendi contra Episcopos, in quibuscumque causis

etiam gravioribus, eosque puniendi absque speciali commissione, & Signatura Papæ. Colligitur aperte ex Constit. Gregorii XIV. impressa post practicam Salutii Tiberii in praxi §. 12. & ex alia Pauli V. incip. Eximiam fidelitatis §. 12. & 13. in quibus Auditor Camere declaratur Judex Ordinarius quoruncumque Prælatorum exemptorum, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel Majori Dignitate Ecclesiastica præditorum, tam per accusationem, quam denunciationem, instigationem, & inquisitionem, in casu omnium, & singulorum, ac quoruncumque, & quantumcumque enormium criminum, delictorum, & excessuum tam in Urbe, quam extra commissorum, nec non quoad pœnas contra culpabiles reprobos juxta excessuum exigentiam devenire valeat. Dummodo tamen Monitoria contra Episcopos ad comparandum personaliter non nisi prævia commissione manu Papæ signata decernant, ut expresse cavetur in citatis Constitutionibus; & sic stat clarum, quod signatura Papæ non requiratur, nisi in casu illo speciali, cum Monitoria decernuntur ad personaliter comparandum, ut etiam statuit Pius IV. Constit. incip. De salute gregis §. 3. nam illa exceptio firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptis. Leg. Nam quod liquide §. fin. ff. de pen. legat.

Nec refert quod dictæ Constitutiones non derogent expresse Concilio Tridentino, quod sess. 24. cap. 5. sic præcise statuit; Causæ criminales graviore contra Episcopos, etiam Hæresis, quod absit, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini proorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis a Beatissimo Papa eligendis. Hæc vero commissio, & specialis sit, & manus ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec unquam sub his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanam Pontificem transmittant, reservata eidem Sanctissimo Sententia Definitiva. Non refert, inquam, quia nulla requiritur expressa derogatio Conc. Tridentini propter expressam præiervationem auctoritatis Sedis Apostolicæ in cap. ultimo sess. 25. de reformat. sed sufficit, quod Pontifex statuatur, prout statuit in hoc casu. contrarium ejus, quod Concilium distiponit, cum sola clausula generali: Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ut declaravit S. Pius V. & sæpius censuit Sac. Congreg. ejusdem Concilii interpres, ut testatur & tenet Fagnan. in cap. Nulla num. 86. de concessione Præbend. Barbosa in cap. Nulla num. 86. de concessione Præbend. Barbosa in Conc. Trident. cap. 21. sess. 25. de reformat. Garcias de Benefic. part. 4. cap. 5. num. 36. ubi refert hanc esse praxim Cancellariæ, & styli Romanæ Curie, & expresse tenet Rota par. 2. dec. 687. n. 24. & dec. 724. num. 6. & par. 6. dec. 71. num. 9. & par. 19. tom. 2. dec. 498. num. 27.

Nec refert etiam, quod in dictis Constitutionibus Greg. XIV. §. 26. & Paul. V. §. 38. addita sit clausula: Per præsens tamen non intendimus Concilii Tridentini decretis in aliquo derogare, vel alias præjudicare, sed illa salva esse, & in suo robore permanere, eaque omnia omnino, & inviolabiliter servari mandamus. Non valet, inquam, quia cum facultas procedendi contra Episcopos concessa Auditori Camere ex generali commissione absque Signatura Papæ in cit. Constitutionibus obviet expresse Concilio Tridentino, talis clausula præservativa decretorum Concilii, ut evitetur contradictio, debet intelligi præter ea, quæ ibi statuuntur expresse contraria eidem Concilio. Rota coram Cavaler. decis. 601. num. 3. idem addit ad Buratt. dec. 163. num. 5. & pars. 7. recentior. coram Panzirolo dec. 155. num. 2. Oldrad. conf. 320. in fine. Crescent. decis. 7. in fin. de Jurisdictione Seraphin. decis. 1445. Fagn. in cap. Pervenit, de testibus cogendis num. 30. Petra in Constitut. 2. Leonis IX. sess. 1. num. 40. Et quod vere Pontifices in citat. Constitutionibus voluerint expresse dare Auditori Camere facultatem procedendi sine aliqua commissione manu Papæ signata requisita a Concilio, patet aperte, quia utuntur his verbis: Omnibus, & singulis, quibuscumque criminibus, & quantumcumque enormibus delictis & excessibus, quæ verba singula universalitatem casuum important, & præsertim verificatur de verbo quibuscumque, ut non excludat aliquem, & sit terminus infinitus, l. A Procuratore, Cod. Mandati, cap. Solita 6. de majorit. & obed. Gloss. verb. Quicumque in cap. Quicumque, de sententia. Excomm. in 6. Decian. conf. 41. num. 48. lib. 2. & conf. 35. num. 23. lib. 3. Gom. in reg. de trien. q. 1. vers. tamen istis; Fagn. loc. cit. num. 29. Petra loc. cit. n. 42. & alii passim.

Nec refert tandem adducere exempla, in quibus Auditor

Camera processit contra Episcopos ex speciali commissione Sacre Congregationis Episcoporum, quod non potuisset evenire, si ipse haberet Ordinariam Jurisdictionem in ipsos quo ad causas graviores absque speciali commissione, & Signatura Papae; Non valet, inquam, quia per hoc non censetur controversia ejus auctoritas, nam id evenit, quia directe fuerunt habitus recursum ad Papam, vel ad dictam Sacram Congregationem, a quibus postmodum fuit commissum causa Auditori Camerae ad excitandum potius ejus Jurisdictionem, quam ad novam concedendam; nam si illam non haberet, non potuisset procedere contra Episcopos in variis causis. Uti de facto processit contra quemdam Archiepiscopum in Regno Neapolitano inquisitum de homicidio, stupro, adulterio, aliisque excessibus, ipsum condemnando per sententiam definitivam in penam extraordinariam relegationis in Monasterium Nursiae, Suspensionis a Divinis, & ab exercitio Jurisdictionis per triennium, ac deinde ad beneplacitum Sanctissimi, quae sententia fuit iudicata legitima a Congregatione pro revisione ejusdem deputata ab Innocentio X., & habita in aedibus Domini Fagnani die 10. Julii 1647. quae Congregatio re accurate discussa, & Archiepiscopum, ejusque Procuratoribus, & Advocatis legitime auditis, unanimi consensu censuit bene fuisse iudicatum per Auditorem Camerae; & ita referendum Sanctissimo non obstantibus oppositionibus in parte Archiepiscopi factis, quod non potuerat Auditor Camerae ad dictam penam extraordinariam procedere. Sic refert Fagn. in cap. Pervenit, de testibus cogend. num. 30. Sic pariter contra alios Archiepiscopos, & Episcopos processit pluries Auditor Camerae ut variis aliis constat exemplis. Anno enim 1642. cum solo Pontificis oraculo, & sine Commissione processit contra Archiepiscopum Tranen. ad instantiam Fisci, & Capituli dictae Cathedralis; Anno 1647. contra Episcopum Guardiae ad instantiam Fisci & D. Josephi della Rocca pro causa gravissima etiam sine Pontificis oraculo: Anno 1661. contra Archiepiscopum Beneventi: quae & alia exempla, quae possent conferri, fuerunt extracta ab Officiis dicti Auditoris Camerae, & deducta a Fisco in causa Sorana contra Reverendissimum Episcopum anno 1701. in cuius Soranae causae commissione facta Auditori Camerae certo cognoscitur ejus radicalis potestas procedendi contra Episcopos etiam sine speciali commissione, & signatura Pontificis ibi; Et alias Tribunal R. P. A. C. ex facultatibus sibi indultis omnimodam valere exercere Jurisdictionem, tam contra praesentem R. P. Episcopum Soranum, quam contra ipsius qualitercumque complures; nihilominus ne in re adeo gravi ulla valeat excitari dubietas, & ulla opponi quovis tempore contra competentiam cavillatio &c. ex quibus quidem verbis patet, commissionem potius ex abundantia, & ad removendas cavillationes fuisse impetratam, quam ex necessitate; excepta evocatione Episcopi extra Dioecesim ad personaliter comparandum itagrate inquisitione, & quoties videretur pro Justitia implemento expedire, pro qua fuit necessaria signatura commissionis propter dispositionem Concilii Tridentini in sess. 13. cap. 6. expresse inhibentis, ne Episcopi citentur ad personaliter comparandum, & reservationem dictae facultatis expresse facta in Jurisdictionibus concessis Auditori Camerae a Gregorio XIV. & Paulo V. in Constit. 2. Leonis IX. sess. num. 62. Cum Auditori Camerae non sit necessaria specialis commissio in scriptis ad procedendum contra Episcopos, nisi in casu transmissionis Monitorii ad personaliter comparandum, ut constat ex cit. Const. Greg. XIV. & Pauli V. & ex Constit. Pii IV. incip. De Salute gregis §. 3. & S. Pii V. incip. Inter multiplices.

19. Auditor Camerae non potest cognoscere de causis Ecclesiasticorum in prima instantia; nec Monitoria decernere ad extrahendas partes a suis domiciliis. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 126. Barbosa de Offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 81. num. 2. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 837. num. 15. & alii passim ex Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. cuius Conciliaris Decreti praecipua causa, & ratio fuit, ne partes extra suas Provincias, & Dioceses tot sumptibus, & incommoditatibus degere, & litigare cogentur, ut observant cit. Doctores; Et sic expresse decrevit Sac. Congr. Immunitatis in Taurinen. 15. Martii 1650. lib. 4. decr. Paul. pag. 101. his verbis: Auditori Camerae annuente Sanctissimo injungitur, ut se absteineat a concessione inhibitionum in prima instantia. Nec potest cognoscere

causas in Beneficialibus, etiam quoad Judicium manutentionis inter Beneficiatos, quia nullam habet Jurisdictionem in materia Beneficiali. Rota part. 9. recent. tom. 1. decis. 222. num. 24. decis. 264. num. 13. & part. 10. decis. 84. num. 9. decis. 99. n. 20. & part. 17. decis. 228. num. 4. Nec potest dare absolutionem a Censuris ex causa violatae Immunitatis Ecclesiasticae. Sac. Congr. Immunit. in Roman. 4. Augusti 1626. Immo eadem Sac. Congregatio approbante Sanctissimo, praecipit Auditori Camerae, ut revocet absolutionem concessam censurato ex causa violatae Immunitatis, libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae, nec se ingerat in hujusmodi causis, in Rossanen. 25. Febr. 1638. lib. 3. decr. Paul. pag. 38. in Nullius Causa 4. Junii 1641. dist. lib. pag. 146. in Alavina 27. Januarii 1643. dist. lib. pag. 194. in Neocypren. 1. Febr. 1638. lib. decr. Mart. pag. 417. Nec potest concedere inhibitiones, & absolutiones a Censuris in causis praedictis, etiam cum reincidentia; In una Regni Neapolitani 27. Maii 1642. lib. 3. decr. Paul. pag. 176. Et licet per datae fuerunt Litterae circulares omnibus Episcopis Regni; ibid. & Melphiten. 22. April. 1673. lib. 1. decr. Alt. pag. 792. in Satrien. 17. & 24. April. 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 117. Ravellen. 30. Augusti 1698. l. 2. decr. Vallem. 172. Et ideo Episcopi non debent attendere ejus inhibitiones, sed debent procedere ad ulteriora, ut sepius fuit resolutum ab eadem Sacra Congregatione & praecipue in praefatis Melphiten. Satrien. Ravellen. & in Neapolitana 29. Augusti 1671. Notarius Auditoris Camerae, qui absque facultate Sacrae Congregationis per sua acta expedierat absolutionem cum reincidentia in causa violatae Immunitatis, suspenditur ab exercitio sui muneris arbitrio Eminentissimi Praefecti. In una S. Agathe Gorhorum 8. Junii 1700. lib. 2. decr. Vallem. pag. 294. Auditor Camerae in causis pendentibus in suo Tribunali debet superledere, si partes recurrant ad Sacram Congregationem Immunitatis pro aliquo dubio declaratione, & illam exequi ex Decreto emanat. die 4. & 11. Augusti 1626. approbat. & confirmat. ab Urbano VIII. die 5. Septembris 1626. & iterum cum approbatione Innocentii X. confirmato in Congregatione habita 27. Aprilis 1650. Immo Auditor Camerae debet etiam superledere in cognitione causae, donec ab Episcopo sit contestatus processus, an confugitus gaudeat nec ne Immunitate? in Interanen. 4. Aprilis 1656. lib. 5. decr. Paul. pag. 91.

Auditor Camerae est legitimus Judex obligationum Cameralium. Rota part. 2. recent. decr. 52. num. 1. Unde potest judicare causas omnium Praelatorum, Cardinalium, Regum, Imperatorum, in proventibus, & aliis Juribus Ecclesiarum, Potest procedere in omnibus causis Criminalibus, Civilibus, & Mixtis in statu Ecclesiae, & recipere causas appellationum omnium Judicum (exceptis causis Vicarii Papae, Senatoris, & Judicum Capitolii) & omnium Episcoporum etiam extra statum Ecclesiae. Potest procedere in causis omnium exemptorum, in causis Campiorum, & Mercatorum, ac Pensionum, quamvis solutio alicuiusmodi eisdem. Est executor omnium Litterarum Apostolicarum, ubi quidem nullus alius est deputatus, solus ac privative; ubi vero deputati sunt alii, cumulative. Remissorias, & compulsorias dat, Monitoria ad partes decernit, Censuras promulgat, ac solus cognoscit de causis & litibus ortis vigore obligationis Cameralis. Pius IV. Constit. 33. incip. Ad Eximia; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Pistorien. 18. April. 1595. Et vigore suarum facultatum est executor obligationum Cameralium privative quo ad omnes. Rota part. 10. decis. 21. num. 1. & part. 13. decis. 242. num. 2. Intellige tamen non posse Auditorem Camerae avocare causas obligationis Cameralis extra Urbem introductas, sed solum motas in eadem Urbe; in qua sola est Judex privative quo ad alia Tribunalia non autem extra, ubi habet tantum cumulativam Jurisdictionem. Rota part. 13. decis. 123. num. 8. quia Bullae dictae privativam concedunt solum in primo casu, ut in Constit. Pii IV. §. 5. & alibi; & ita dixerunt Ridolph. in praxi part. 1. c. 1. num. 4. & 114. Scaccia de iud. lib. 1. c. 22. num. 29. Zacch. de obligat. Camer. q. 7. num. 48. Panim. l. dec. 12. adnot. 1. num. 9. Petrain Constit. 2. Leonis IX. sess. 5. num. 5. Rota decis. 462. coram Buratto, ubi id firmatur ex verbis Bullae & aliis.

Auditor Camerae potest etiam in pluribus casibus procedere in causis Regularium. Primo in causis Regularium Monasteriorum Episcopis subjectorum, prout sunt plures Aabatie, & Monasteria in Germania, Belgio, & Polonia in Congregationem non redacta, quae nulla potuerunt prerogativa exemptionis, sed Episcopis Dioecesanis sunt subiecta, quemadmodum erant Monasteria, omnia de Jure veteri.

Cap. si quis Abbas: & cap. Abbates caus. 18. quest. 2. cap. Qui vera in sin. caus. 16. quest. 1. & 2. & cap. cum dilectus 8. de Religiosis Domibus. Nam si in eorum causis Ordinarius Episcopus pronuntiaverit, a tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum, cap. Licet in corrigendis, de offic. Ordinarii, vel ad Papam omisso medio, cap. ad Metropolitanum caus. 2. quest. 7. cap. ad Romanam 1. & 2. & c. Si quis caus. 2. quest. 6. & tunc poterit procedere & inhibitiones concedere Auditori Camerae, qui est Judex Ordinarius appellationum, quae sententiae per quodcumque Ordinarios latis, etiam extra statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur; Paulus V. in Constit. incip. Eximia fidelitatis §. 19. Secundo in causis ordinariis, & Telam Judicariam requirentibus, quae vertuntur inter diversas Religiones; nam in praedictis causis una Religio convenienda erit coram suo Conservatore, si illum habeat, alioquin coram loci Ordinario ad praescriptum Constitutionis Gregorii XV. De exemptorum privilegiis; & Auditor Camerae erit Judex competentis in causa appellationis ad Sedem Apostolicam interposita a Sententia per Conservatorem, vel Ordinarium lata; Idem Paulus V. loco citato. Tertio cum his, & causa vertitur inter Regulares, & Saeculares, sive Clericos, sive Laicos; Si Regulares sint, conveniendi sunt coram suo Conservatore, vel Ordinario, ut dictum est in casu precedenti; Si vero sint Auctores, & agant contra Laicum, tenentur sequi Forum Reipublicae. Si Clericus Laicum, de Foro competentis, & tunc extra statum Ecclesiasticum a Sententia Judicis Laici appellatur ad Superiores Judices Laicos gradatim, ut in l. Imperatores, ff. de appellat. non autem ad Curiam, seu Auditorem Camerae, sed in statu Ecclesiastico potest appellari ad Sedem Apostolicam, ex cit. Constit. Eximia fidelitatis §. 10. Si vero Res sit Clericus, conveniendus erit coram Ordinario suo in prima instantia, juxta Trident. sess. 24. cap. 20. & in secunda instantia appellari poterit, omisso medio, ad Papam; & in utroque casu appellationis ad Sedem Apostolicam interposita Auditor Camerae erit Judex competentis; Paulus V. in eadem Constit. §. 10. Quarto in causis Praelatorum Regularium, qui Generalibus Capitulis, aut Episcopis non subdunt, nec suos habent Ordinarios Visitatores Regulares, sed sub immediata Sedis Apostolicae protectione exsistunt, de quibus in Concilio Tridentino c. 8. sess. 25. de Regularibus. Has enim causas in prima instantia cognoscere possunt tam Legati, & Nuncii Apostolici, quam ipse Auditor Camerae tamquam Judex Ordinarius Exemptorum, ut dicta Constit. Pauli V. §. 12. Et quamvis in hoc casu facultatem habeat privative quo ad omnes, ut ibi disponitur; tamen in his procedunt etiam Legati, & Nuncii ex speciali facultate, quam habent a Sede Apostolica; & ideo, cum inter illos, & Auditorem Camerae Jurisdictio sit cumulativa, est locus praeventioni, arg. cap. Proposuiti, de Foro competentis. cum concordant. de quibus ibi in Gloss. 1. & cap. Cum sit generale 8. cum ibi notatis per Abbatem, & Doctores eodem Titulo, de Foro competentis; Et in Monasteriis apponenda est clausula: Quatenus lis non pendeat, alioquin praesentis Litterae minime suffragentur. Quod si Legati, & Nuncii in causa praevenerint, ab eorum sententiae appellabitur ad Sedem Apostolicam, & in secunda instantia Auditor Camerae erit Judex competens juxta suas facultates ei concessas ab Innocentio VIII. Constit. 7. incip. Apprime, & Pio IV. Constit. 33. incip. Ad Eximia; & ab eodem Constit. 56. incip. Inter Multiplices; a S. Pio V. Constit. 113. incip. Inter illa; & a Paulo V. Constit. 28. incip. Eximia fidelitatis; & ab eodem Constit. 71. incip. Universi, titulo, de Auditore Camerae.

44 Quinto, cum agitur de debitis in Curia contractis, aut de salario, seu contractu in ipsa inito, nam Auditor Camerae potest citare, & monere ad satisfaciendum Curiales Ecclesiasticos Saeculares, vel Regulares etiam ab ipsa Curia absentes, pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis ad instantiam quorumvis etiam absentium, ut clare constat ex citat. Constit. Pauli V. incip. Eximia fidelitatis §. 10. Sexto ubi agitur de executione Litterarum Apostolicarum, vel Decretorum, seu declarationum Congregationum, quia Auditor Camerae pro hujusmodi executione dat Monitoria, etiam in causis, & negotiis Regularium ex cit. Constit. Pauli V. §. 14. & expedit, ut haec facultas ei conservetur, quia favorabilis est Religionibus, quae hoc praesidio se tuentur adversus eos, qui eorum privilegia convellere, aut ledere moluntur.

46 Non potest autem Auditor Camerae procedere in causis Regularium, in quibus agitur de disciplina, & morum correctione. Haec enim spectant ad Abbatem, etiam si Monasterium esset Episcopo subiectum, c. Corripiantur caus. 24. q. 3. & cap. Reprehensibilis 26. de Appellationibus. In his enim Auditor Ca.

merae nequit se ingerere, nedum in prima instantia, sed neque in gradu appellationis, quia in praedictis, nisi addit gravis excessus (ut in cap. De priore 31. de appellat.) non datur appellatio; cit. cap. Reprehensibilis 26. de appellationibus; ubi sic expresse habetur: Ne subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant... Praecipue vero haec in Religiosis volumus observari, nisi Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Praelatum sui, & Capituli disciplinam appellare praesumant, sed humiliter ac devote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eis dem injunctum, & concordat c. Ad nostram 3. de appellationibus. Et hoc idem dicendum est de Nunciis Apostolicis, quia non possunt amplius cognoscere in prima instantia de causis ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, ex Concilio Trident. sess. 25. cap. 20. Immo Regulares ad se recurrentes remittere debent suis Superioribus; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Florentina 30. Martii 1594. ut in registro fol. 94. & in una Venetiar. 4. Junii 1602. in registro fol. 74. & in una Dominicanorum 26. Januarii 1604. in registro fol. 9. Neque potest Auditor Camerae se immiscere in prima instantia in causis Regularium ejusdem Ordinis, sive sint inter subditos, sive inter subditum, & Praelatum, sive inter subditos & Capitulum, sive inter Monasterium, & Monasterium, sive inter Provinciam, & Provinciam, vel alias quomodolibet; sic resolutum fuit die 5. Junii 1650. in Sacra Congregatione Cardinalium, & Praelatorum super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalium Auditorii Camerae, & aliorum Tribunalium Curiae Romanae a Sancto. mem. Urbano VIII. deputata, & ab Innocentio X. renovata. Et in casibus, in quibus Auditor Camerae potest appellationes recipere a sententiis, & gravaminibus Praelatorum Regularium, fuit ab eadem Sacra Congregatione habita die 19. Julii ejusdem anni 1650. decretum, ut inhibitiones minime decernat, nec Praefectus Signaturae Justitiae det commissiones, nisi prius citato Procuratore Ordinis. Haec ex Fagnano in cap. de Priore 31. de appellationibus. Qui de Auditore Camerae plura desiderat, revolvat attente Constitutionem septimam Innocentii VIII. incip. Apprime, trigessimam tertiam S. Pii IV. incip. Ad Eximia, quinquagesimam sextam ejusdem incip. Inter multiplices, centesimam decimam tertiam S. Pii V. incip. Inter illa, vigesimam octavam Pauli V. incip. Eximia fidelitatis, & septuagesimam primam ejusdem incip. Universi, tit. de Auditore Camerae, in quibus sunt omnia statuta, quae ad ipsum spectant.

Auditorum Rotae esse debent, ad istum numerum sic redacti a Sixto IV. in Constit. 2. inc. Rom. Pontificis. Et ex istis unus debet esse Germanus, unus Gallus, unus Hispanus, ex Corona Castell. unus Hispanus ex Corona Aragoniae, unus Venetus, unus Mediolanensis, unus Bononiensis, unus Ferrariensis, unus Tuscanus, & tres Romani. Auditores Rotae in eorum origine erant Capellani Summi Pontificis, quibus etiam utebatur pro dandis responsis in variis causis, & praesertim Beneficialibus ad Sedem Apostolicam deductis, & sunt plura ipsorum responsa in Decretis, libris registrata. Crescentibus autem exinde causis decidendis majoribus negotiis pressi Summi Pontifices, unum Tribunal ipsorum Capellanorum erexerunt pro decisione talium causarum; & cum isti nomine Papae Jus dicerent, ac veluti ejus Vicegerentes causas in Palatio Apostolico definirent, Auditores Sacri Palatii Apostolici sunt appellati. Et cum causae per turnum ceperint examinari ab istis in orbem sedentibus, ex figura consensu orbicularis fuit suo Tribunali, seu Auditorio nomen Rotae additum, & ipsi exinde, ut impraesentiarum, Auditores Rotae sunt communiter appellati. Veitrius in praxi Cur. Romanae lib. 5. cap. 17. Petra in Constit. 14. Joann. XXII. n. 2. & alii. Et horum Auditorum, seu Rotae Romanae decisiones sunt tantae existimationis, quod praevalet communi opinioni, secundum Imolam in cap. 1. de Lit. contest. & Fagnanum in c. Cum concessissent, de iudicis n. 32.

Auditorum Rotae Jurisdictio, Auctoritas, Officium, & Obligatio late statuitur a Joan. XXII. in Constitutione 14. incip. Ratio Juris, a Martino V. in Constit. 3. incip. Romani, a Sixto IV. in Constit. 2. incip. Romani Pontificis, ab Innocentio VIII. in Constit. 6. incip. Circumspecta, a Paulo V. in Constit. 71. incip. Universi, tit. de Auditore Rotae, ab Urbano VIII. in appendice Bullarii Constit. 57. alias 167. incip. Exponi, & ab Innocentio XII. in Constit. incip. Auditor es Rotae. Et eorum Locumtenentes non possunt manifestare vota sua, vel suorum Coadjutorum alicui, exceptis Luocumtenentibus, & Coadjutoribus, nec patefacere quinam ex sociis votum dederit, vel non, sub poena Excommunicationis latae sententiae, a qua anullo possunt absolvi, neque a summo Paenitentiaro, neque

que per ullum Jubileum, aut Bullam Cruciatæ, neque in anno Sancto, sed a solo Papa. Urban. VIII. in cit. Constit. Exponi. Possunt vero assignare vel significare difficultates, motiva. & rationes, ob quas dilata est resolutio in aliqua causa, tacito tamen nomine eorum, qui illas adducunt; Urbanus VIII. *ibidem*. Auditorum Rotæ Adjuutores, Manuenses, & alii, qui sciunt tractatus, & causas sub eadem Censura tenentur celare, & nulli patefacere: Urbanus VIII. *ibidem*. Auditores Rotæ, Locumtenentes, Adjuutores studii &c. tenentur præstare juramentum, & quale? Urban. VIII. *ibidem*, & Joannes XXII. in cit. Constit. *Ratio juris*.

62 Auditores Rotæ accipientes aliquod munus a Notariis ratione Officii, scilicet quia utuntur ipsis, incurrunt Excommunicationem, & tenentur ad restitutionem in duplo erogandam.

63 Pauperibus. Immo Auditores Rotæ nihil recipere possunt neque per se, neque per alium a partibus litigantibus, vel per Notarios, aut alios pro iisdem, nec etiam pro sigillo, aut rubricis, vel alio quæsito colore; Joannes XXII. in cit. Constit. *Ratio juris*, & Martin. V. in cit. Constit. *In Apostolica*. Solent tamen ab istis recipi munera quædam solita pro Festis Natalitiis, & Kalend. Augusti, quæ mittuntur a Principibus, aliisque nota dignis litigantibus; munuscula dicta ex quadam inveterata consuetudine in uniformi, invariabilique fere certa quantitate in cereis, parvis panibus sacchari, pullis, seu vino mitti solita, ut de istylo testatur *Card. de Luca disc. 32. num. 30. in relatione Romana Curie*, quæ munuscula solent etiam mitti Advocatis, & Procuratoribus per litigantes, quæque uti consueverunt bonificari Agenti causarum, ut dixit Rota in *Bononiens. Exponiarum 18. April. 1704. coram D. Omann. Vide verb. Xenia*.

65 Auditores Rotæ nequeunt votum proferre in causis propriis suorum Consanguineorum usque ad secundum gradum Consanguinitatis, Dominorum, Familiarum, & Ecclesiarum sui Beneficii, & tunc debent exire de Rota; Joan. XXII. in cit. Constit. *Ratio juris*. Immo dictæ causæ modo prohibentur agitari in Rota. Pius IV. in Constit. 44. incip. *In Throno*, & Paul. V. in Constit. 71. incip. *Universi*, ibi: *Causa propria Auditorum, & eorum Familiarum, ac Consanguineorum, vel affinium usque ad secundum gradum juxta Jus Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota*. Auditores Rotæ prohibentur dare consilium, siue publicum, siue privatum in causis pendentibus, siue introducendis in Rota, & si dederint debent repelli a voto ferendo. Urban. VIII. in cit. Constit. *Exponi*. Sic etiam debent repelli a voto ferendo in causis, quas ut Advocati patrocinati sunt antequam Auditores eligerentur; In jure enim prohibitum est, Advocatum in causa, quam patrocinatus fuit, Judicis munus gerere, *cap. Postremo 36. de appell. & l. nemo ex his 13. Cod. de Asses. & maxime quidem suadente ratione, ne, ut ibi ait Imperator: ne affectionis suæ, vel advocacionis memor, in corrupti Judicis non possit nomen perferre*.

69 Auditores Rotæ habent maxima privilegia; Possunt anticipatis horis recitare Officium cum uno, vel pluribus Familiaribus. Possunt uti Altari portatili & Missam ante lucem facere celebrare. Tempore Interdicti esse præsentis Sacris cum lex aliis Personis, quæ non dederint causam Interdicti. Interdicti tempore, si moriantur possunt tradi sepulturæ etiam cum pompa funerali. Tempore Quadragesimæ visitando duas Ecclesias, & in Curia tempore audientiarum propriam Capellam, Indulgentias stationum Urbis lucrantur. In diebus prohibitis comedere caseum, & cætera lacticia; sic etiam in diebus in quibus prohibentur carnes, & comeduntur ova, possunt comedere carnes. Possunt habere plura Beneficia, etiam si alterum sit Curatum, & alia incompatibilia. Non tenentur ad residendum Beneficii, sed per alios possunt illud regere absque licentia Ordinarii. Nominare possunt amicos, Consanguineos &c. pro Beneficiis sibi concessis, Præferri debent aliis in his provisionibus. Bullæ pro quovis Beneficio ipsorum gratis expediendæ sunt pro illis. Sunt exempti a Jurisdictione Ordinariorum, Legatorum &c. etiam de Latere, & aliorum, & Papæ immediate subduntur ipsi, & ipsorum bona. Eximuntur a gabellis, taxis &c. Clemens VII. in Constit. 13. incip. *Convenit*. Habent exemptionem pro 15. vegetis vini, siue ex Ripa, siue ex aliis partibus recipiantur; Paul. III. in Constit. 12. incip. *Romani*. Et alia multa habent privilegia sibi a variis Summis Pontificibus pluries concessa & confirmata, ut signanter videri possunt in Constit. Leonis X. incip. *Sedis*, in Constit. 13. Clementis VII. incip. *Convenit*, in Constit. 12. Pauli III. incip. *Romani*, in Constit. 71. Pauli V. incip. *Universi*.

84 Auditores Rotæ licet olim congregarentur modo in Palatio Vaticano, modo in Ecclesia D. Mariæ Pacis Canonicoꝝ Re-

gularium, modo in Palatio Vicecancellarii, seu in Cancellaria, a Pontificatu tamen Urbani VIII. ceperunt congregari, ut nunc servatur, in Vaticano, seu Quirinali, prout Papa ibi degit. Hora competens huic Congregationi est de mane, ut dicitur per quatuor circiter horas, & pro signo attenditur pullatio Campanæ Tribunalis A. C. ab Innocentio XII. instituti. Auditores Rotæ Missam semper audiunt collegialiter in Rota antequam ad causarum discussionem procedant. Antequam novus Auditor in hanc Congregationem, seu Collegium admittatur, ultra publicum examen, quo in publicis Conclusionibus probari debet juxta disposita a Martino V. in Constit. incip. *In Apostolica*, debet etiam sustinere examen privatum coram Eminentissimo Vicecancellario, prout statuit Sixtus IV. in Constit. 2. incip. *Romani Pontificis*. Rotæ Jurisdictio quoad singulos, cessat statim ac Papa moritur, & innotescit per ionum Campanæ Capitolinæ, quæ juxta morem pullari solet, dum Papa expirat; quod evenit die 9. Decembris 1669, cum Rota jam erat congregata, & lectum erat primum Memoriale, & tunc cessavit processus ad ulteriorem discussionem causarum, ut testatur Emerix Junior in *decis. 18. in initio*; Sed postea repertum fuit, contrarium fuisse servatum in obitu Leonis XI. apud Coccin. in *annot. 48. lib. 1. decis. & in obitu Urbani VIII. apud Cardin. Cerrum*, ut testatur idem Emerix *ibidem*: nam continuata fuit Rota usque ad expeditionem causarum; nam æquius videtur, ut sic continuet Rota, quia actus inceptus legitime debet sequi, ut recte notat, & tenet Petra in *Constit. 14. Joannis XXII. num. 18*. De primo ad ultimum Rotæ Adjuutores circa Personas, Loca, Festa, Causas, & alia omnia, regulari debent juxta disposita a Joanne XXII. in Constit. 14. incip. *Ratio Juris*, a Mart. V. in Constit. 3. incip. *In Apostolica*, a Sixto IV. in Constit. incip. *Romani Pontificis*, ab Innocentio VIII. in Constit. 6. incip. *Circumspecta*, a Paulo V. in Constit. 71. incip. *Universi*, ab Urbano VIII. in Constit. 57. incip. *Exponi*, & ab Innoc. XII. in Constit. 44. incip. *Circumspecta*.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Auditor Generalis Cameræ Apostolicæ commissiones pro causis criminalibus expedire potest expensis accusatoris, siue adhaerentis Filco, facto nimirum ab hoc congruo deposito pro viaticis, cibariis &c. & data fidejussione pro reliquo. Sic Bened. XIV. tom. 2. Constit. 44. incip. *Rerum humanarum*. Deficiente autem accusatore, seu adhaerente, commissiones expedire nequit, sed demandare debet inquisitiones Ordinariis Ecclesiasticis locorum, seu aliis ibi existentibus in dignitate Ecclesiastica constitutis. Idem *ibid.* Quod si expedire judicetur, commissiones ex Officio ab Urbe mittere: vel eas injungere Judicibus extra locum delicti existentibus, reportare tenentur Commissionem specialem manu Papæ signatam, & ab Auditore Sanctissimi subscriptam, sub pœna solvendi de proprio. Idem *ibid.*

Auditor Papæ executioni Legum a Pontifice statutarum pro Tribunali Viarum peculiariter invigilare jubetur. Idem tom. 2. Constit. 67. incip. *Dum omnibus*. Auditor Papæ tamquam Secretarius Congregationis Œconomicæ, examinare, & approbare debet causas mittendi commissiones criminales ex officio a Tribunalibus Cardin. Vicarii Urbis, & A. C. Idem Constit. 44. incip. *Rerum humanarum*.

Auditoribus Rotæ conceditur delatio Rocchetti per Urbem. Idem tom. 1. Constit. 84. incip. *Præclara*. Rotæ Auditores electi habitum Advocatorum Consistorialium assumere nequeunt absque licentia Collegii: Idem Constit. 106. incip. *Inter §. 12.* A Rota Romana assumi consuevit Regens Pœnitentiariæ. Idem Constit. 96 incip. *In Apostolica* §. 12.

Auditores Rotæ in Subdiaconorum Officio Pontifici solemniter celebranti ministrant. Idem tom. 2. Constit. 60. Incip. *Rerum*. Eorum Decano traduntur Agni, ex quorum vellerebus sacra Pallia conficiuntur. Idem *ibid.* Idcirco iidem deputantur ad deferenda eadem Pallia coram Pontifice, cum solemnem eorum Benedictionem perficit. Idem *ibid.*

Ad Rotæ Tribunal in secunda sententia pertinent causæ graviores, quæ in Urbe in prima instantia judicatæ fuerint coram Cameræ Auditore, vel Cardinali Vicario. Idem tom. 2. Constit. 21. incip. *Justitia*. Item causæ graviores in partibus judicatæ, & per appellacionem ad Curiam devolutæ, vel immediate, vel post alteram instantiam coram A. C. aut coram Cardinali Vicario expletam arbitrio appellantis. Idem *ibid.* In Rotæ Auditorio post primam, aut ulteriorem causæ propositionem in Turno ordinario, si suffragia æquentur, causa ipsa

ipsa proponenda erit *videntibus quinto, sexto, & septimo. 104. Idem ibid.* In his vero, causis, quæ *videntibus omnibus* proponuntur, Auditor proponens suffragium ferrè debet, vel non, prout aliorum suffragantium par erit vel impar; Idem *ibid.* Rotæ Auditorio committi nequeunt causæ Prælatitiæ, vel ad Capitolii Curiam spectantes, nisi de omnium Partium consensu; Idem *ibid.* Rotæ Auditorio tamquam Prælati committi nequeunt causæ de sui natura Rotaes, ne quidem de Partium consensu; Idem *ibid.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Antiquitas inter duodecim Rotæ Auditores e diversis nationibus assumendos, locum obtinuisse Neapolitanos, refert *Marta de Tribunal. Urb. cap. 3. num. 19.* Quomodo vero lium postea locum amiserint Neapolitani, in obscuro est.

AUGURIUM. Vide verb. *Superstitio n. 28.*
AUSPICIUM. Vide *ibid. n. 29.*

AURORA.

1 Aurora est sic dicta, quasi avium hora, Holtienf. in *cap. Dolentes 9. de celebrat. Missarum n. 5. in fin. in verb. ad Diurnum concentum*, Joannes Andreas *ibidem num. 3.* Cardin. *ibidem in princip.* Fagnan. *ibid. num. 4.* ubi notatur reprehensibile esse Prælati, & Clericis e somno non surgere ad diurnum concentum avium, ibi; *Vix ad diurnum concentum avium excitantur*, idest in Aurora, nam, ut ait Sanctus Augustinus, indecens est Christiano, si radius solis ipsum in lecto dormientem inveniatur; & facit textus in *cap. Sunt qui arbitrantur, de penit. dist. 1. & in cap. Clericus victum dist. 91.*

Aurora pro diversitate Mensium diverso tempore præcedit solem; In Martio enim circa æquinoctium præcedit solem per horas cum quadrante. In Junio circa solstitium præcedit solem per duas circiter horas cum quadrante; In Februario, & Septembri per horam, & mediam. In aliis Mensibus, aliquando per duas horas, & mediam. In aliis Mensibus, aliquando per duas horas, vel per unam cum tribus quadrantibus, itaque excepto Martio semper durat saltem per horam, & dimidiam; *Aversa quæst. 11. sect. 15. §. quarto, Quartus in Rubr. Missal. part. 1. tom. 15. D. 2.* notans, auroræ tempus sumendum esse non Mathematicæ, sed moraliter, ideoque nihil peccare, qui ea hora celebrat, ut dici possit adhuc in aurora celebrasse, vel absolvisse cum aurora, itaut saltem finis Missæ attingat auroram; Suarez, Aversa, & alii. A Sacra tamen Rituum Congregatione pro licita Missarum celebratione fuit sic decretum: *Ubi non est aurora physice pro licita Missarum celebratione attendatur ea moraliter, & politice, quando scilicet ibi terminari solet quies, & inchoari labor juxta probatam Regionum consuetudinem, 28. Septembris 1634.* [Horarium ab Auctore allatum infervit noctæ tantum Zonæ temperatæ.]

B

BACCHANALIA.

Additio ex Auctore, e II. Editione.

1 Quamvis bacchanalium honesta remissio toleretur, duo tamen graviores abusus in eorum frequentatione invecti ab Ecclesia reprobantur: nempe quod vigiliæ, choreæ, & ludii ultima bacchanalium nocte usque ad diem Cinerum protrahantur, & multi ab istis discedentes, iisdem induti vestibus, quibus personati quaquaverius processerant, Ecclesiam subeant, Divinis Mysteriis interfert, Sacros Cineres de more accipiant, domum deinde redeuntes dormiant plerumque totum mane primi Quadragesimalis diei. Et quod in aliquibus Civitatibus & Oppidis perverfa hæc irreperit consuetudo, ut Festivis quoque diebus personati homines pervagantur; Circulatores, & id generis blaterones majori spectatorum frequentia, diebus Festivis, quam ferialibus populum ludificent; iisdem demum diebus saltationes, & choreæ publice, & per summam licentiam celebrentur; Bened. XIV. tom. 2. Constit. 45. incip. *Inter cetera*.

2 Hinc Sanctissimus Pontifex in tota sua Ecclesiastica Ditione expresse vetat, ne personati homines incedant diebus Festivis de precepto, & Festivis sextis juxta disciplinam in Urbe Romæ vigentem. Item ne choreæ ultima nocte ante Feriam quartam Cinerum, ultra mediam noctem producantur. Item ne quis habitu bacchanalitio indutus mane ipsius Festæ quartæ incedat, multoque minus Ecclesiam ingrediatur. Item ne Circulatores & scurræ Festivis diebus in plateis, & publicis viis spectacula edant, & potissimum matutinis horis, ac tempore Officiorum Vespertinorum, & Doctrinæ Christianæ. Et serio mandat Episcopis, ut nullam operam, nullumque studium prætermittant, ut hæc morum perveritas, ubi deest, perpetuo desit, ubi autem invaluit, penitus extirpetur, ac funditus evellatur, illiusque auctores, defensoresque nulla rerum humanarum ratione habita acerrime puniantur; Idem *ibid.*

6 Insuper monet omnes zelantissimus Pontifex, quod dum res desuper enarratas vetat, interdicto non liberat cetera omnia, quæ sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Conciliis, aut Provincialibus, aut Diœcesanis quoad bacchanaliorum solatiam prohibentur, & præcipue quoad Ecclesiasticos Viros, numquam oculos a Concilio Tridentino deflectens, quod *sess. 22. cap. 1.* postquam Sacrorum Canonum mentionem fecit, qui Ecclesiasticis luxum, convivia, choreas, & aleas severe prohibent, sic Episcopos alloquitur: *Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse comperint, ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendatione* Ferrar. Biblioth. Tom. I.

nis ipsi condignas, Deo vindice, penas persolvant; Idem ibid.

Ut facilius odio, & horrore concipiantur bacchanalitæ pravitates, promptiusque eradicentur, adductis ad id exemplis SS. Caroli Borromæi, & Philippi Neri, ac duabus Epistolis Clementis XI. ad plurimos eodem exemplo datis, altera die 11. Januarii 1719., altera 4. Januarii 1720. quæ in ejus Bullario pag. 533. undecima sunt, & duodecima, adducit Bacchanalium scditatem, & corruptelam, prout ipsam describit claræ memoriæ Episcopus Gratianus in Synodo America habitata 1595. pag. 10. ibi: *Hinc factum (ad o nos prava pervertit consuetudo) ut Septuagesimam inter & Quadragesimam interjecti dies, quos Sancta Mater Ecclesia magno mysterio veluti lugubres funebreque habet, prævalens lascivie risu, hilaritatis amor, non in lætitiâ solam, inconditumque gaudium verterit, sed pene communi cuidam insaniam dedicavit, eoque porrecta licentia sit, ut ipsas quoque leges, ipsos Magistratus traxerit, & quod ne privato quidem cuiquam ulla pene morata Civitas concederet, id penitus jam publica auctoritate nitatur, & populi veluti oblitii nominis, quo servantur, in ipsos profanarum gentium ritus, moresque degenerant.* Refertque, quod illustris Gilsenius Bulbequius, qui medio sæculo XVI. Ferdinandi I. Imperatoris ad Solimanum II. Orator fuit, scriptum reliquit, Turcarum Legatum postquam bacchanaliorum tempore in quadam Christianorum regione moratus eilet, Constantinopolim reversum retulisse, certo anni tempore Christianos sui impotes insanire, tum cuiusdam pulveris arcana vi, quo corporum capita conspergebantur, redire ad bonam mentem, ac respicere consuevisse; *ut non frustra creditum sit, hominem Turcam, qui eo tempore ad nos publici negotii causa Legatus venisset, domum reversum, retulisse Christianos certis diebus bacchari, & furere, donec genere quodam cineris in Templo respergi, redirent ad se, & convalescerent; Idem ibid.*

Dictis bacchanalitibus pravitatibus opponit specialia pietatis exercitia, enixe exhortando Episcopos, ut ceteris incitamento suo exemplo, præsertim Divinis Officiis bacchanaliorum tempore quotidie interesse, sacrosanctum Missæ Sacrificium coram populo celebrare, Ecclesias, & Xenodochia visitare, & Ecclesiasticos homines, laicosque secum ad id muneris invitare. Curando, insuper, ut in una, aut in pluribus Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publico cultui exponatur, & quotidie populo ad vespertas benedictio, in Septuagesimæ, aut Sexagesimæ hebdomadis, aut tribus omnibus, concedens ob id Indulgentiam plenariam per omnes Ecclesiasticos

tiçe Ditionis Diœceses acquirendam ab iis, qui Pœnitentia, & Sacra Synaxi rite muniti singulis diebus dictorum Triduorum SS. Sacramentum expositum visitaverint, & Deum juxta mentem Ecclesiæ oraverint; Idem ibid.

BACULUS.

1 Baculus est duplex, alius communis, quo homines præfertim infirmi, ac debiles uti solent ad sustentandum corpus; alius est Pastoralis, & est unum ex insignibus, seu ornamentis Episcopalis; Et hic baculus Pastoralis est acutus in fine, rektus in medio, & retortus in summo, ad designandum, quod Pastor, seu Episcopus deberet pungere pigros, regere debiles sui rektitudine, & colligere vagos, ut denotant sequentes verius relati a Glossa in cap. unico de Sacra unctiõne.

In baculi forma Præsul datur hæc tibi norma: Attrahere per primum, medio rege, punge per imum. Attrahere peccantes, rege justos, punge vagantes, Attrahere, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Glossa in cap. unico de Sacra unctiõne in fine, verb. propter historiam. Sic Hieronymus Viennensis de Episcopis Trilateralibus part. 2. fol. 13. Moicon. in tract. de Majest. Milit. Eccles. p. 1. lib. 1. cap. 8. vers. Item baculus; Gavant. in comment. Rub. Misal. & Breviar. tom. 1. part. 2. tit. 1. num. 7. & part. 5. tit. 3. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disp. 20. q. 1. num. 4. & c. 2. in fin. Durandus in Rationali Divin. Off. l. 3. cap. 15. numer. 4. Barbof. de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. m. 13. Priori baculo, scilicet communi, possunt uti omnes, etiam si aureus vel argenteus sit; cum non sit, proprium dignitatis; 3 Sac. Cong. Rit. in Novaric. 19. Maji 1614. Hoc tamen communi baculo non potest uti Sacerdos in Altari Missam dicens; neque ad Altare cum eo accedere, Conc. Roman. sub Zacharia 5 cap. 13. Posteriori baculo, scilicet Pastoralis non possunt uti, nisi Episcopi, & alii privilegiati; Et isto non utitur Papa, cap. unico §. ultimo de Sacra unctiõne, ibi: „ Licet Romanus Pontifex non utatur baculo Pastoralis, tum propter historiam, tum propter mysticam rationem, tu tamen ad similitudinem aliorum Pontificum poteris eo uti, „

6 Historia autem quare Papa non utitur baculo Pastoralis est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Maritalem Discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit cum dixit, Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, in qua via ad viginti dietas defuncto Fronto collega ejus rediit ad annuncian- dum hoc Petro, cui Petrus, accipe hunc baculum, & tangens illum dic; Surge in nomine Domini, & prædica: ille vero in quadragesimo die a tempore mortis illius tetigit eum, & turrexit, & prædicavit; & ita Petrus baculum a se removit, & subditis dedit, nec recuperavit. Innocentius vero Papa tertius scripsit in Ecclesiæ speculo, quod Beatus Petrus misit baculum suum Eucherio primo Trevirorum Episcopo, quem una cum Valerio, & Materno ad prædicandum Evangelium Genti Teutonicæ destinavit, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat sulcatus, quem baculum usque hodie cum magna veneratione Ecclesia Trevirensis servat; ideo Papa in illa Diœcesi utitur baculo, & non alibi. Hæc Durandus in Rationali Divinorum lib. 3. cap. 15. num. 5. Alzedo de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 13. num. 70. Hieron. Venero de exam. Episcop. lib. 4. cap. 20. num. 21. Barbof. de Offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 1. num. 14. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disp. 20. q. 1. n. 4.

8 Mystica ratio quare Papa non utitur baculo est. Primo, quia baculus habet in summitate quandam recurvationem quasi ad trahendum, quod non est necessarium Romano Pontifici, quia cum Ecclesia non possit esse nulla ex cap. Pudentia in fine caus. 24. quest. 1. non potest ab illo finaliter divertere. Secundo, in signum, quod Romanus Pontifex non habet coarctatam potestatem, id quod curvatio baculi significat. Tertio, quia per baculum significatur coercitio, & ideo alii Pontifices recipiunt a suis Superioribus baculos, quia potestatem ab homine recipiunt; Romanus vero Pontifex non utitur baculo, quia potestatem recipit a solo Deo; Gloss. in cap. unico de sacra unctiõne §. Ungitur vers. mysticam rationem, S. Thomas suppl. q. 40. art. 7. ad 8.

11 Baculi, & Mitra usus sunt correlativa, & cui unum conceditur, alterum etiam concedendum videtur; Sacra Cong. Rit. in Treviren. 8. Januarii 1605. & in Argentina 7. Octob. 1606.

12 Baculo Pastoralis uti non debet Episcopus Suffraganeus, seu Coadjutor, quando solemniter celebrat, sicut utitur Episco-

pus proprius, nisi in Ordinationibus, & aliis similibus necessariis; Sac. Rit. Congr. in Bracaren. 1. Septembris 1607. Baculo, & Mitra in Processionibus extra suum Monasterium Abbas uti prohibetur, nec ante se deferri facere facultatem habet; Sac. Cong. Rit. in Eugubina 17. Julii 1604. & in Cameracen. 6. Decemb. 1631. & in decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum a Sac. Rit. Congregatione ordinaria habita coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro „ Papa VII. die 27. Septemb. 1659. sub num. 8. ibi; „ Baculum „ Pastoralis albo velo appenso deferant, ab usque, & aliis „ Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra Eccle- „ sias sibi subjectas prorsus abstineant, & neque in Processio- „ nibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum, vel „ Parochiam ducuntur, insignis prædictis utantur, vel penes „ se perferri faciant; Et sic iterum fuit ab eadem Congr. deci- „ sum in Cremonensi 14. Junii 1687. Vide verb. Abbas sub „ num. 11.

Novæ additiones ex aliena manu.

Quidquid sit de congestis ab Auctore usque ad num. 10., quæ nolumus ad examen revocare, Baculus Pastoralis a Patribus, aliisque Scriptoribus variam appellationem accepit; dum modo ferula pastoralis, modo pedum pastorale & cambuca, modo virga Episcopalis dicitur fuit, ut observat Strauch. in Amenit. jur. can. sem. 11. Eclog. cap. 8. Adde, Schmidt. dissert. de Bacul. Pastoral. §. 8.

Pedum pastorale uti & sceptrum Regum videntur initio non fuisse nisi baculi, quibus grelum firmarent, dum longum ementiebantur iter. Laptu vero temporis addita iis opulenta evaserunt utrorumque insignia, Thomasin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. tom. 1. lib. 2. cap. 58. num. 2.

Abbatibus utrum ex veteri Monachorum consuetudine relictus, an ex similitudine, & participatione quadam Episcopalis sollicitudinis auctoritatisque sit communicatus Baculus pastoralis, in medio relinquit Van-Essen Jur. Eccles. univ. par. 1. tit. 31. cap. 6. num. 6. Illud tamen asserit, Abbatibus competere baculum pastorem privilegium alia Pontificalia insignia, ut sunt mitra, annulus, sandalia, & similia, iis fuerint communicata. Quinimo notat, esse Abbates etiamnum, & Abbatibus, quibus baculus pastoralis competit, communicata vero haud sunt alia Pontificalia.

Quæ si vera sunt, non ita facile pronunciari cum Auctore n. 11. debet, quod cui usus baculi pastoralis concessus est, ei & usus mitræ concessus intelligi debet.

An Episcopus celebrans extra propriam Diœcesim uti queat baculo pastoralis? Tum an idem obtineat, quoad Episcopum celebrantem in locis exemptis suæ Diœcesis? Vide Pasqualig. de Sacrific. nov. Leg. tom. 2. quest. 1231. a num. 10.

BALDACHINUM.

Baldachini usus est concessus nedum Episcopis, sed etiam pluribus Abbatibus & aliis Privilegiatis; Urbanus enim VIII. concessit illius usum Abbatibus Olivetanis 4. April. 1629. in Const. 97. incip. Exponi Nobis. Abbatibus Cassinensibus 11. Julii 1629. in Const. incip. etiam, Exponi Nobis. Abbatibus Cœlestinis 26. Septemb. 1629. in Constit. incip. pariter Exponi Nobis. Abbatibus Camaldulensibus 15. Septeb. 1632. in Constitut. 126. incip. Nuper. Et Sac. Congr. Rit. 15. Januarii 1633. expresse illius usum concessit Prælati Congregationis Canoniorum Regularium Lateranensium habentibus usum Mitræ, & baculi. Et pluries aliis Abbatibus, & Prælati Episcopis inferioribus, & Pontificalium usu gaudentibus fuit concessum, ut Baldachino, sine auro tamen, & pompa uti liceat in tribus tantum anni Festivitatibus solemniter celebrantibus, nec non assistentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Canoniorum, vel Monachorum sacris vestibus coloris solemnitati respective convenientis indutorum, duorum nempe cum Pluvialibus, duorum cum Planetis, & aliorum duorum cum Tunicellis, ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui in Missa cantaturi sunt Evangelium, & Epistolam. Dummodo iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, ut Sedes Episcopalis retineri solet; Sed eorum sedes retineatur in Ecclesia iis tantum diebus, quibus solemniter, ut supra, celebrari debet, & dicti sex Monachi, seu Canonici, ut supra parati, non in sedibus Choralibus, sed super scabellis sedent in situ congruo juxta Ecclesiarum convenientem situm; & sic tere est-

dem verbis loquantur omnes citatæ Constitutiones, & Decreta pro concessione usus Baldachini, & denuo sic fuit resolutum 27. Septembris 1659. a Sac. Rituum Congregatione coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. in Decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum. Vide verb. Abbas num. 31. ubi per extensum asfertur.

4 Baldachino uti Pontificaliter nequeunt Abbates in Officiis, & Missis defunctorum; & nec etiam quum solemniter ritu in suis Ecclesiis celebrant exequias Nobilium Virorum, & Principum. Pignatell. tom. 7. consult. 44. n. 7. & sic decrevit citat. Sac. Rit. Congreg. 27. Septembr. 1659. §. 5. his verbis: Dies vero, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de præcepto Festivi, vel alii, in quibus ipsos Pontificaliter celebrare Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicacionis Ecclesiæ. Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usu in Officiis, & Missis Defunctorum quocumque die, etiam Festivo, & de Præcepto. Et iterum eadem Sa. Congreg. die 12. Jun. 1660. in declaratione præced. Decreti, his verbis: Ad §. quantum, quo tribus diebus tantum de præcepto &c. Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachis taxativam hujusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine Baldachino, ac præterea ex indulto Alexandri VII. sibi competere Pontificalium usum in exequiis Nobilium Virorum: Sacra Congregatio censuit hujusmodi privilegium tantummodo suffragari Monasterio Cavensi, nec ad alia Monasteria extendi, quæ Decreta Sanctissimus D. D. noster Alexander Septimus approbavit die 20. Julii 1660. salva quavis contraria verbaliter expressa dispositione privilegiorum particularibus Monasteriis Congregationis Cassinensium concessorum.

6 Regulares tenentur in propriis Ecclesiis volenti Episcopo Pontificales functiones exercere, Baldachinum erigere; Sac. Cong. Episcop. & Regul. 10. Junii 1653. ex expresso mandato Clementis VIII., & pœnis, & Censuris ad id, vel saltem ne impediatur, quin Episcopus ipse illud attollere faciat, compelli possunt, ut apparet ex verbis Decreti, quod est tenoris seq. Decet Episcopis pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu in quocumque suarum Diœcesum loco quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quæ par est, reverentiam, & honorem decoro cultu, & ornatu exhibere. Quæ non sine animi dolore auditum est, nonnullos Regulares vano quarundam immunitatum, & privilegiorum prætextu, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus interessentibus, non modo renuisse in eis supra locum Episcopalis solii Baldachinum erigere, verum id etiam in ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausos fuisse. Atque ideo Sacra Congregatio Sanctæ R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro Papa Clemente VIII. ac de Sanctitatis suæ speciali, & expresso mandato, hoc presenti decreto perpetuis futuris temporibus validitudo declarat, statuit, decernit, & mandat, ut de cetero Episcopi, ubi tam ex consuetudine, & privilegio, quam ex Sacrorum Canonum Constitutionibus, & Pontificalibus Romani præscripto, aut alio iure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus parametis cum Mitra, vel etiam sola Cappa induti in quibusvis Regularium, tam Mendicantium, Monachorum, etiam Cassinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cujusvis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ecclesiis interesse possunt; ipsi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solum Episcopi constitutum opportuno, & congruo, Baldachinum attollere. Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacumque eorundem Regularium, aut alia quantumvis exempta Ecclesia, aut supra Episcopale solum, seu Pontificali Faldistorium erigi facere, atque sub eo sedere, & stare, quemadmodum in propriis, & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare, & sedere solent, eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales hujusmodi functiones exercent, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui vero Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis ad id per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, hujus decreti virtute cogi, & compelli posse, aliisque pœnis tam Spirituallibus, quam temporalibus arbitrio Summi Pontificis Romani subjacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibuscumque &c. Romæ 10. Junii 1603.

7 Regulares tamen Regularibus subjectæ, non tenentur erigere Baldachinum Episcopo Clausuram visitare volenti, sed sufficit stratum præparare; Sac. Cong. S. R. E. Cardinal. Concil. Tridentinum die 19. Januarii 1686, quæ interrogata, & consulta

super variis dubiis a P. Francisco de Monelia Procuratore Generali Minorum de Oblervantia, ad quartum dubium, his terminis propositum: An Episcopo Monasteriorum clausuram visitare volenti, dicte Moniales teneantur erigere in Ecclesia exteriori, vel interiori Sedem cum Baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque Ecclesia? Respondit ad quartum, sufficere præparationem strati.

Baldachinum a propriis personis, quibus de jure, consuetudine, vel privilegio competit, non autem ab eorum substitutis deferendum est. Unde Baro, sive alius, qui de consuetudine, solet deferre hastam Baldachini, id per seipsum, non autem per substitutum facere debet. Sac. Cong. Rit. in Montis Pelusii 5. Jul. 1603. Baldachini habitæ in Ecclesia deferendæ sunt, ut dicitur in libro Cæremonialis Episcoporum; Sac. Cong. Rit. in Melphiten. 30. Aug. 1602. Baldachinum non est parandum pro benedictione Spontii, & Sponse; Sac. Cong. Rit. in Neritonem. 25. Febr. 1605. Baldachinum non potest erigi a Vicario Episcopi, ipso Episcopo absente in Ecclesiis Monasteriorum Cassinens. in vitis Monachis; Sac. Cong. Rituum in Cassinen. 10. Julii 1621.

Baldachinum in Ecclesia, loci Dominus, seu Marchio, Comes, vel Baro erigere non potest, & Episcopus omnibus Sacrorum Canonum remediis Baldachinum omnino removeri facere debet. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Bojauen. 12. Jan. 1623. Unde Sac. Cong. Immunit. in causâ Baldachinorum censuit eisdem scribendum Episcopis Converteriani, & Rubi; ut procedant servatis servandis ad Censuras contra personas, quas constat repouisse Baldachina, & procedant etiam contra mandantes, & fautores, & ut præfixo tempore, & termino ad removenda Baldachina, & hoc elapso, & non confito de remotione, procedant ad Interdicta Civitatum, & Locorum, quæ possidentur a Baronibus in ipsis Diœcesibus, & eadem observanda esse in aliis Locis, si apponatur Baldachinum auctoritate Laicali. Secundo censuit scribendum etiam eisdem Episcopo Andrien, ut statim assignet terminum ad removendum Baldachinum, & hoc elapso, & non confito de remotione, procedat ad Interdictum Ecclesiæ, & postea etiam ad Interdictum ipsius Civitatis Andriæ, & omnium Locorum suæ Diœcesis subjectorum Domino Ducis Andriæ. Et Sanctitas Sua approbavit decretum in omnibus. Sac. Congr. Immunitatis die 27. Julii 1690. lib. decret. Marcelli pag. 642.

Pro his, & similibus juvat hic asserere decretum Generale Sacræ Rit. Congregationis, quod est tenoris sequentis. Cum pluries S. Rit. Cong. in hârendo Decretis alias editis, & signanter in Lucerna die 22. Novembris 1654. 24. Septembris 1675. & 13. Martii 1668. declaravit nullo modo dandum esse Evangelium ad osculandum secularibus, etiam Præsidi in celebratione Missarum, nec non prohibuerit usum Baldachini, & præsertim in Acermina 26. Junii 1665. in Barenfi 5. Martii 1667. & 17. Junii 1684. in Marsicensi, Polignanensi, & Militenfi 5. Martii 1667 in Hieracensi 2. Octob. 1683. & Bituntensi 23. Septembris 1684. ac insuper denegaverit assistentiam in Presbyterio, & specialiter in Materanensi 24. Januarii 1665. in Melphitana 15. Jun. 1667. & in Barenfi 20. Novembris 1677. & 25. Februar. 1687. Emmentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales eidem Sacræ Congregationi præpositi mandarunt, ut prædicta Decreta prohibentia personis secularibus osculum Evangelii, usum Baldachini, & assistentiam in Presbyterio renoventur, & copia illorum transmittantur Archiepiscopis & Episcopis Regni Neapolitani, eisdemque injungendo, ut illa intimari faciant superioribus Ecclesiarum suæ Diœcesis, tam secularibus, quam Regularibus, & in casu transgressionis procedant etiam contra Regulares auctoritate ejusdem Sacræ Congreg. ad pœnam Interdicti. Et ita decreverunt, & in Ecclesiis Regni Neapolitani omnino servari jussurunt die 13. Mart. 1688. Et aliud consimile generale Decretum editum est die 22. ejusdem Mensis, & anni 1690. Vide verb. Eccles. art. 5. n. 30.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Baldachinum in processionibus Pontificiis deferri debet a Referendaris utriusque Signaturæ, & his deficientibus, præsentem Pontifice ab ipsius Cubiculariis secretis, vel his etiam deficientibus, ab aliis ejusdem Cubiculariis honoris nuncupatis. Eodem vero Pontifice absente, ab Advocatis Consultoribus suppleri debet. Benedict. XIV, tom. 1. Const. 106. incip.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 Prælati Episcopo inferioribus non nisi ex speciali privilegio competere potest utis Baldachini; Barbot. de Offic. & Potest. Episcop. alleg. 80. n. 18. Tambur. de Jur. Abbat. t. 1. disp. 21. q. 10. n. 10.
- 2 Episcopo Pontificalia exercenti competit retentio Baldachini supra Sedem a latere Altaris majoris positam, dummodo non sit pretiosum, nec auratum. Idque procedit etiam si Capitulum ommitteret apponere Baldachinum super Altare majus, & ad illud apponendum potest Episcopus Capitulum cogere; Sac. Cong. Rituum in Terulen. 20. Augusti 1729. ad 5. & 6. dub.
- 3 Principi supremo debitum est Baldachinum in Ecclesia.
- 4 At collocari illud debet non solum extra Presbyterium, sed & a parte sinistra Baldachini Episcopi, seculum tamen consuetudine; Card. de Luc. de Præemin. discurs. 26. Scarfanton. in Animadvers. ad Cæcoper. lib. 2. tit. 2. num. 13. Num etiam debitum sit Baldachinum Principi, qui aliquam habet subjectionem, pollet vero principalioribus juribus Imperii? Affirmat Scarfanton. loc. cit. num. 5. Quinimo idem ibidem hæc habet: Licet excludantur Duces, Barones, vel Marchiones, qui non habent juram imperii, & proinde sunt simplices Feudatarii, & solummodo abisive, & in simplici nuncupatione sunt ad nominandum Principes, ut relatis Sac. Cong. Rituum decretis advertit de Luca &c. videtur tamen tolerandus usus, si prædicti Barones in illius quasi possessione reperiantur propter rationes solide suo more deducas a Cardinali de Luca ubi supra.

BANNITUS, BANNUM.

- 1 Bannitus dicitur a Banno, idest edicto publico juxta Gloss. in cap. Quod Clerici, de Foro competent. & a bannire, quod est idem; quod proscribere; & sic bannitus idem est ac proscriptus de Civitate, vel Provincia. Proscriptio autem est advertius abfentem judicialis pronuntiatio, ut in posterum procul agat, idest procul maneat ab imperio a quo proscribitur.
- 2 Silvester in summa verb. Bannum num. 1. & alii. Bannitorum genus est duplex: unum eorum qui solum sunt missi in exilium extra aliquam Civitatem; & aliud est eorum, qui propter crimen capitale damnati sunt ad mortem illis impune a quocumque infligendam. Et isti ultimi sunt proprie Banniti, qui vocantur etiam proscripti, seu capitaliter Banniti, cum priores potius exules proprie loquendo appellari debeant.
- 3 Capitaliter banniti, seu damnati ad mortem possunt licite etiam in Foro conscientie occidi a quacumque etiam privata persona, quæ non sit Ecclesiastica; dummodo tamen interveniant sequentes quatuor conditiones. Primo, ut sententia banni per appellationem legitime interpositam non sit suspensa, quia appellatio legitima habet effectum suspensivum, & devolutivum, cap. si a iudice 10. de appellat. in 6. & cap. Dilectis filiis 55. § cap. de debitis 59. de appell. Secundo, ut occisio præcise fiat ex zelo iustitiæ, & ob bonum publicum, non vero ex odio, aut passione privata, vel effectu vindictæ, aut turpis lucri. Tertio, ut occisio fiat intra territorium, seu dominium proscribentis, & non extra, quia sicuti ipsi Magistratui, ita a fortiori privati personis illicitum est executionem contra reum facere extra territorium. Farinacc. in præct. crimin. part. 3. q. 103. num. 212. Arg. l. fin. ff. de Jurisd. omni. iud.
- 4 Quarto, ut persona bannita non sit speciali jure conjuncta personæ private volenti occidere, V. G. Pater, Filius, Coniux &c. hos enim occidere semper illicitum est, nisi aliter ab armis contra Patriam averti non possint; arg. l. Minime 35. ff. de Relig. & sumpt. fun. quia in tali casu prævalet bonum universale Patriæ, quæ est communis omnium mater. Ita conditiones recentitas merito requiri docent Clarus §. Homicid. n. 54. Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 2. num. 2. Silvester, Sæ, & alii passim.
- 5 Istitis autem intervenientibus conditionibus possunt licite occidi, quia eo ipso quod sunt iuste (ut supponitur) proscripti, & damnati ad mortem illis a quocumque infligendam, quilibet constituitur publica auctoritate veluti minister, seu executor iustitiæ ad illorum occisionem. Azorius tom. 3. lib. 2. cap. 2. q. 2. Layman. loc. cit. Bonacina de contractib. disp. 2. q. ult. §. 1. punct. 2. & alii. Unde etiam proditorie, & per insidias, aut veneno occidi possunt propter eandem rationem, Molina de iustitia tom. 4. tract. 3. disp. 7. num. 1. Azorius loc. cit. q. 4. Naldus in summa verb. Bannitus num. 5. Lezana in summa verb. Bannitus num. 9. & alii. Immo ipsi proscripti, & Banniti inter se ipsos possunt eodem modo se ad invicem interficere, militat enim eadem ratio; Bonacina, Lezana loc. cit. & alii. Propterea laudatur a pluribus Doctoribus utriusque quorundam Principum, qui proponunt præmia occidenti illos, posito enim, quod iuste damnati sint ad mortem, nulla illis fit injuria in hoc, immo aliquando expedit pro bono communi. Azorius loc. cit. Diana part. 5. tract. 4. de homicid. resolut. 24. Lezana loc. cit. & alii. Recte tamen monet ipse Diana loc. cit. & Molina tract. 7. disp. 7. quod raro, & non nisi ob gravem causam ejusmodi sententiam, & facultatem contra Bannitos pronunciare, & concedere expedit propter multa incommoda, & maxime propter grave periculum, quod ipsi Banniti, nendum corpus, sed & animam perdant, cum ordinarie sic Sacramentis delituti, in peccato mortali decedant. Cur autem a Republica fiat potestas hos occidendi sine peccato, & e contra peccet V. G. maritus occidens adulterum, vel uxorem, disparitas est, quia Banniti sunt Republicæ hostes, qui nec capi, nec accusari possunt, ideoque ob bonum commune conceditur ea facultas; Adulteri autem non sunt Republicæ hostes, & possunt capi, atque accusari, & sic a iudice puniri. Fuit autem dictum in conclusione posse occidi a quacumque persona privata, quæ non sit Ecclesiastica, quia eito, quod Ecclesiastici, sive Regulares occidentes Bannitum immunes essent a pœna temporali, revera tamen graviter peccarent, quia illis non licet se immiscere in causa sanguinis, quamvis iusta; cap. Sententiam 9. Ne Clerici, vel Monachi.
- 6 Bannitum iuste damnatum ad mortem posse occidere suum aggressorem tenent aliqui cum Claro lib. 5. sentent. verb. Homicid. num. 71. quia utitur jure naturali defensionis, quo per iudicis sententiam spoliari non posse videtur; Reliqui tamen communissime, & merito negant cum Azorio tom. 3. lib. 2. cap. 1. q. 11. Sæ, verb. Bannitus, & Layman, lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 3. Lezana verb. Bannitus num. 13. quia Bannitus iuste condemnatus ad mortem per auctoritatem publicam privatur jure defensionis; non enim est permessa defendendi facultas, ubi offendendi est danda libertas, ajunt DD. in l. 1. Cod. Quando liceat unicuique sine iudice se vindicare. Tum quia alioquin rei, qui ad supplicium ducuntur, etiam possent se defendere, & carnificem occidere vitæ propriæ salvandæ causâ; Tum etiam quia sic dari posset bellum ex utraque parte formaliter iustum, seclusâ ignorantia, quod omnes negant.
- 7 Regulares prohibentur receptare, & retinere in Conventibus Bannitos, fallitos, & are alieno gravatos sub pœna privationis officiorum, vocisque activæ, & passivæ. Sac. Cong. Episc. & Regul. 17. Aprilis 1601. de mandato Clement. VIII. & constat expresse etiam ex sequenti Epistola de mandato Pauli V. transmissâ ad Nuncium Neapolitanum, his verbis.

Molto illustre &c.

Enchè nostro Signore voglia, che sî osservata l'Immunità Ecclesiastica, e la Conititutione di Gregorio XIV. di felice Memoria sî eseguita come ista, non gli piace però, che le Chiese, nè gli altri luoghi Sacri servano di asilo, nè di ricettacolo a' tristi, onde mi ha comandato di scrivere a V. S. che faccia proibire, ed intimare per parte di sua Beatitudine agli Superiori de' Monasterj de' Regulari di tutti gli Ordini col mezzo degli Ordinarij, o come meglio parerà a lei, che per l'avvenire non diino ricetta a forte alcuna di Condannati, Banniti, Ladri; o altra gente di mal affare, nè a falliti, o debitori sotto pena della privazione dell' officio, e di voce attiva, e passiva, se si avrà notizia del ricetta, anche che non sîno trovati questi tali nelli Monasterj, e sotto altre pene ancor maggiori ad arbitrio della Santità sua; e vuole in oltre che sia avvertito di punire quelli, che averanno ardire di contravvenire a quest' ordine. Potrà dunque V. S. far pubblicare nel modo suddetto la detta proibizione nelli luoghi, dove ne sarà maggior bisogno, e di mano in mano per tutto, accio non se possi pretendere ignoranza, ed il Signore la consoli.

Roma li 13. Agosto 1613.
Come Fratello affezionatissimo.
Il Cardinal Savelli:
Sic in regesto Sac. Cong. Episcop. & Regul. fol. 55.

Banniti non possunt recipi in statu Ecclesiæ neque a Baronibus, neque ab aliis, sed fugari debent sub gravissimis pœnis. Julius II. in Const. 2. incip. Quia nihil, in Const. 4. incip. Romani, in Constit. 6. incip. Cum homines; Julius III. in Constit. 25. incip. Cum sicut; Sixtus V. in Const. 6. incip. Hoc non sibi, ubi præscribit, quomodo persequendi sint etiam a personis

- 24 nis privatis, saltem manifestando, & probando. Bannitos existentes in aliquo loco non relevantes intra tres dies, similes pœnas incurrunt. Julius II. in Const. 6. incip. Cum homines.
- 25 Bannitos receptans in statu Ecclesiæ, vel faciens cum eis trequam præter excommunicationem, incurrit crimen læsæ Majestatis; Leo X. in Const. 36. incip. Omnes; Clemens VII. in Const. 10. incip. In sancta, in qua Clemens precipit, quod Banniti a Communitatibus capiuntur, & carcerentur. Eadem circa Bannitos, & eorum receptatores confirmat Julius III. in Const. 25. incip. Cum sicut, & Pius IV. in Const. 27. incip. In eminenti, & Gregorius XIII. in Const. 65. incip. Tanta, in qua Gregorius etiam decernit, quod Bannitos occiditantes, vel impediennes alios ne ipsos capiant in statu Ecclesiæ, læsæ Majestatis rei sunt; privantur omni Ecclesiastico Beneficio, honore, dignitate &c. & sunt inhabiles ad ea, omnesque actus legitimos, & eadem incurrunt eorum filii; Privantur feudis &c. subditi eorum absolventur a juramento fidelitatis. Hæc, & alia in ipsâ Const. incip. Tanta.
- 27 Banniti in statu Ecclesiæ a nullo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel alio habente mixtum imperium possunt aggratiari, vel componi, sed a solo Papa; Admittentium pœnæ, & gratia est nulla; Julius III. in Const. 25. incip. Cum sicut, & Clemens VII. in Const. 15. incip. Inter ceteras §. 7.
- 28 Neque Banniti aggratiari possunt a Legatis Papæ; Pius IV. in Const. 27. incip. In eminenti §. 6. Banniti, vel alii exules Urbis Romæ minantes partibus offensis, nisi pacem habeant cum eis, crimen læsæ Majestatis incurrunt. Deserentes Litteras, vel ambasciatas de hac re ad partes offensas, idem incurrunt; Innoc. VIII. in Constit. 14. incip. Licet. Bannitus occidens alium bannitum ad consequendam liberationem a pœna capitis, vel nominatus ab alio, qui habet talem gratiam, juxta tenorem banni non potest aggratiari, nisi seipsum personaliter præsentet, neque sufficit, si compareat per Procuratorem; Pius IV. in Const. 52. incip. Esti cuncta.
- 32 Contra Bannitos in magna quantitate confugitos ad Ecclesias reducetes ipsas ob abulius quasi speluncas latronum, conceditur Episcopo, ut carceret quotquot in propriis carceribus poterit retinere. S. C. Imm. in Lyciens. 29. Decemb. 1625. l. Scripturarum Veterum pag. 78. Iniungitur Nuncio ad supplicationem Proregis, ut deleget Ordinariis locorum, vel aliis personis Ecclesiasticis facultatem extrahendi ad formam Bullæ Bannitos obsidentes vias publicas, & itinera frequentata. Eadem Cong. in Neapolitana 4. Maii 1669. l. 2. decr. Altoviti pag. 341.
- 34 Conceditur facultas ejiciendi a locis immunibus infra triduum Bannitos in magno numero ibi concurrentes, & committentes varia, & atrocia delicta, & publica furta; in casu vero contraventionis extrahendi ad formam Bullæ ad effectum transferendi ad alias Ecclesias Neapolim; eadem Cong. in Salernitana 11. Novemb. 1679. lib. 2. decr. Altoviti pag. 1870. Conceditur mandante Sanctissimo Episcopo, ut consignet Bannitum Capitem captum in Feudo mensæ Episcopalis, Tribunali Legationis, cum solita præservazione ab irregularitate. Eadem Cong. in Imolen. seu Ferrar. 23. Novembris 1697. lib. 2. decr. Vallem pag. 221. Confito, quod extracti ab Ecclesia fuissent banno Capitali obnoxii, datur Eminentissimo Urbis Vicario facultas absolvendi Cooperatores extractioni egrundem, qui fuerunt iustu Curie secularis jugulati, cum facultate subdelegandi, erogata cleemosyna Ecclesiæ violatæ pro ejus arbitrio, etiam non obtenta remissione partis; ead. Cong. 19. Decemb. 1690. lib. decr. Martell pag. 688. Bannitus Capitalis ab aliis Bannitis violenter extractus a scalis Ecclesiæ, & consignatus Curie Laicali, ut potirentur præmio illius præsentationis gaudere debet immunitate Ecclesiastica; ead. Cong. in Perusina 20. Martii 1662. lib. decr. Rocci pag. 393. Bannitus violenter per Laicos ab Ecclesia extractus, ac in carceres laicales conjectus, non obitante quod post ejus fugam et carceribus, fuerit elapsis sex mensibus captus in loco non immuni, gaudet immunitate, adeoque est restituendus. Ead. Cong. in Prænestina 17. Julii 1685. lib. 3. decr. Altoviti pag. 468.
- 39 Contra Laicos Officiales, seu jurisdictionem temporalem, obtinentes, Personas Ecclesiasticas bannientes, relegantes, aut proscribentes, est indicta pœna excommunicationis ipso facto, & Communitates, & Oppida eorum Interdicto Ecclesiastico supponuntur, non obstantibus privilegiis quibuscumque; Urbanus VI. in Const. 3. incip. Quia sicut. Immo contra bannientes Personas Ecclesiasticas ultra prædictas Censuras sunt indictæ gravissimæ pœnæ a Clemente V. in Clementina, de pœnis cap. primo. Quinimmo nedum Canones Ecclesiastici, sed etiam gravissimas pœnas contra ipsos bannientes statuerunt Im-

peratores Valentianus, Theodosius, ac Arcadius in Cod. Theodos. lib. 16. tit. de Episcop. aud. cap. ultim. & Federicus II. ac Carolus IV. Imperatores, de quibus Legibus fit mentio in Conit. 10. Innocent. III. incip. Ad nostram, & in Conit. 1. Honorii III. incip. Has Leges; & in Const. 4. Bonifacii IX. incip. Iustus, ubi ita habetur ex Lege Caroli ibi hædæxa; Item pronunciamus, & declaramus Imperiali auctoritate, quod quicumque Laicus cuiuscumque status, & conditionis existat, casu sacrilego, & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem, & Clericum sacrilegem, vel Religiosum diffidaverit, vel captivaverit, proscrisperit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaverit, vel favorem in his eis præstiterit, præter pœnas a Sacris, & Imperialibus, & Canonicis sanctionibus eis inflictas sint ipso facto infames, & omni honore privati, nec ad placita, & concilia Nobilium admitti quovis modo possint. Et ultra prædicta omnia est lata excommunicatio in Bulla Cœnæ num. 11. contra ejicientes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuncios a suis Diocesis, Territoriis, Terris, seu dominijs, nec non id mandantes, vel ratum habentes, seu præstantes consilium, vel favorem. Nec non sunt interdicta ipso facto loca, & dominia bannientium Clericos; Concl. Toletan. 22. cap. 34. Et iuste loca, & Dominia, quæ supponuntur interdico per hoc Toletanum Concilium, per citatam Constitutionem Urbani VI. & aliam Clementis V. patiuntur dictam pœnam pro delicto sui Domini, prout alias a Sacris Canonibus idem impositum reperitur pro delictis Superiorum; cap. Non est vobis, de sponsalibus; cap. Sanc. 2. de offic. delegati; cap. Vbi periculum §. Præterea in 6. cap. Si Sententia, de sent. excomm. in 6. Hac potissima ratione, quia subditorum pœna redundat in dominum, & Rectorem, & subditorum clamoribus facilis Domini expergiscuntur, & videmus plurimis exemplis in sacra Scriptura id factum, quia pro peccato Davidis, interfectus fuit populus, & alia multa similia sunt compilata in cap. Ecclesia, causa prima q. 4.

Bannum a Communitate publicatum, ne quis accedat ad molendum in molendino pertinente ad mensam Archiepiscopalem, est invalidum, & revocandum, prout Sac. Congr. revocavit, & iussit revocari, ac cassari a Communitate una cum aliis actis secutis, & huiusmodi actum revocationis transmitti ad Sac. Congreg. Immut. in Firmana 7. Septemb. 1638. lib. 3. decr. Paul. pag. 7. Banna Laicalia circa amotionem, ut dicitur de tavolati, e domibus, seu Apothecis non ligant bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum; si autem adsit publica utilitas, provideri poterit ab Episcopo; Eojanen. 10. Maji 1630. lib. 3. decr. Paul. pag. 89. In Banno Laicali inhibente, ne extra Domus nocturno tempore quis permaneat, non comprehenduntur personæ Ecclesiasticæ, & quatenus ista in Banno exprimentur, omnino est revocandum; Gravinen. 23. Julii 1647. lib. 4. decr. Paul. pag. 20. Bannum editum de ordine Ministrorum Regiorum Neapolis ab Officialibus Civitatis Aquilana ordinans carceribus mancipari laicos donationes, vel contractus fraudulentos ineuntes cum Ecclesiasticis in præjudicium Civitatis, & non exarcerandi, nisi soluta gabella; item inhibens emi vinum a personis exemptis, & prohibens Ministris Civitatis concedere Ecclesiasticis majorem franchitiam illa, quæ fuit taxata a Camera Regia tamquam læsivum Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ, est revocandum, & de facto die 31. Octobris 1664. per dictos Officiales de ordine Ministrorum Regiorum Neapolis fuit revocatum publice ad sonum Tubæ; Aquilana 18. Novembris 1664. lib. decr. Rocci pag. 591.

Bannum publicatum per Ministros Communitatis, quo prohibentur manuteneri in exemptione Ecclesiasticos a gabella vini, omnino revocari curet Episcopus; Bituntina 6. Octob. 1671. lib. 1. decr. Alt. pag. 742. Quoad Banna, Edicta, & Ordines Curie Sæcularis Fanen. Sacr. Congregatio resolvit ut infra. 1. Curia Sæcularis non potest prohibere, ut dicitur, a Pesci vendoli, ne vendant pisces Ecclesiasticos, antequam sint appetiati a Curia Sæculari, & consequenter neque carcerare, contravenientes, nec declarare, quod Ecclesiastici debeant stare ad pretium impositum piscibus a Laicis. 2. Curia Sæcularis non potest coarctare Ecclesiasticos ad venditionem proprii frumenti juxta taxam, & pretium impositum a Laicis, nec molestare Laicos ementes ipsum frumentum ab Ecclesiasticis. 3. Curia Sæcularis non potest obligare Ecclesiasticos ad accipiendam licentiam a foro Laico pro extractione granorum cum solutione unius julii, sed si Ecclesiastici accipiant hanc licentiam,

ARTICULUS I.

Quoad Baptismi institutionem, divisionem, & necessitatem,

- 53 tiam, gratis eis dandum esse. 4. Curia Sæcularis non potest prohibere Colonis Ecclesiasticorum, ne amoveant, ut dicitur, *lc Covate del grano* absque licentia Fori Laici, concedenda cum solutione unius julii. 5. Curia Sæcularis non potest extendere Bannimenta pro consignatione messis ad Ecclesiasticos, sed mens Sac. Congregationis est, quod debeat fieri in Cancellaria Episcopali; *Fanen. 21. Martii 1673. lib.1. decr. Al-tovit. pag. 785.* Bannum Curie Legationis inhibens, & sibi reservans venationem, non comprehendit, nec efficere potest Ecclesiasticos; *Ravenmaten. 27. Martii 1696. lib.2. decr. Val-lem. pag. 15.* Bannum Laicale super assertis contractibus simulatis cum Ecclesiasticis est abolendum per Locumtenentem; *Ruben. 11. April. 1690. lib. decr. Martelli pag. 599.* Bannum Laicale revocetur, & aboleatur ea forma, qua fuit publicatum, deinde absolvi poterit in forma Ecclesiæ Baroncellus, qui illud promulgavit, etiam cum potestate subdelegandi; *Neocastren. 21. August. 1694. lib.1. decr. Valleman. pag. 140.*

Supplementa Auctoris e II. Editione.

- 58 Bannitus propter homicidium non gaudet immunitate Ecclesiastica in statu Ecclesiæ five sit Laicus, five Clericus; *Benedict. XIV. tom.1. Constitut. 88. incip. Alias,* in qua id extendit ad loca Reipublicæ Lucanæ, confirmans Constitutionem Clementis XII. incip. *In supremo.* Et quod laici rei talis præmeditati homicidii non gaudeant immunitate Ecclesiastica ubique, jam statuerat *Benedictus XIII. Constitutione incip. Ex quo §. 6.* uti adnotatum reperies in verb. *Immunitas. artic. 2. num. 130.* Vide *ibi*, ubi traduntur varia ad rem.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 **B**annitos, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 2 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 3 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 4 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 5 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 6 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 7 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 8 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 9 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 10 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*
- 11 **B**annitus, (ait Antonius Matthæi in lib. 48. digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) *si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quanquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. cod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscabantur, damnatus cujus bona tacite. Sequēbatur enim faciliē panam capitale bonorum publicatio. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineat tamen ea, quæ sunt juris naturæ, & gentium, arg. L. de portatus 15. ff. de Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, qua Exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat, etiam Lactantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exilibus, inquit, igne, & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbatur icsas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Festus, homo sacer is erat, quem Populus iudicaverat ob maleficium. neque fas erat eum immolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima cautum erat: Si quis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua Tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sanctum fuit: Ne quis vi Tribunum quasi privatum facere cogito, neve cedito, neve cadi, occidive iubeto. Qui adversus ea fecerit; sacer esto, bonaque eius Cereri sacra sunt, quique eum occiderit, purus a cede esto. His autem hominibus Banniti similes videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo ope, consilio invare eos possit, etiam iniuriis & libidini omnino exponuntur.*

Baptismus fuit a Christo institutus ante suam passionem, & mortem; *Scotus in 4. d. 2. q. 4.* cum suis, & recentioribus passim; Ratio est, quia *Joannis 3.* dicitur: *Post hæc venit Jesus, & discipuli ejus in terram judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat,* ergo tunc jam erat institutus Baptismus, nam usus Baptismi supponit, aut continet ejus institutionem. Nec valet dicere, quod Apostoli tunc baptizabant Baptismo Joannis; Non valet, inquam, quia, ut ait *Scotus loc. cit.* cum *S. Augustino cap. 118.* videntes discipuli Joannis discipulos Christi baptizantes, conquesti sunt apud Joannem, quod ausi sint baptizare, ut constat *ex Joannis 3.* Si autem baptizasset Baptismo Joannis, nullam habuissent causam querelæ, quod Apostoli baptizasset, adeoque Apostoli baptizabant Baptismo a Christo instituto, & non Baptismo Joannis. Tum quia Christus ante suam passionem in ultima Coena dedit Apostolis Eucharistiam, *Luc. 22.* & Ordinem Sacerdotii, ut expresse constat ex definitione Concilii Tridentini *sess. 22. c. 1. & can. 2.* ubi sic definit: *2. Si quis dixerit, illis verbis; Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent Corpus, & Sanguinem suum, anathema sit.* Non est autem credendum, hoc Christum fecisse ipsis Apostolis necdum baptizatis, adeoque Baptismo necdum instituto, cum hic sit janua ad reliqua alia Sacramenta, & sit primum novæ Legis Sacramentorum primitate institutio, & necessitatis, ut docet Concil. Florent. in decreto unionis Latinor. & Armenor. his verbis: *Primum omnium Sacramentorum locum tenet Baptismus, quod vitæ Spirituales janua est; per ipsum enim membra Christi, & de Corpore efficiuntur Ecclesiæ.* Et non suscepto ipso, non suscipiantur alia Sacramenta, *ex capit. Veniens 3. de Presbytero non baptizato: ibi: Cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum, ante susceptionem Baptismi, non suscipiatur aliud Sacramentum, quoniam ubi fundamentum non est, superedificari non potest, & in ejus Summario expresse dicitur: Non baptizatus ordinari non potest, & si de facto ordinetur, non recipit Ordinis Characterem, licet crederetur baptizatus; & in cap. 1. ejusdem tituli sic præcise statuitur: Si quis Presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.* Tum etiam quia est probabilis opinio, quod Christus propriis manibus baptizaverit suam Sanctissimam Matrem, Sanctum Petrum, & alios Apostolos, seu saltem quod *S. Petrus a Christo baptizatus Baptismo Christi, alios postea Apostolos baptizaverit: Et quod Apostoli omnes fuerint baptizati Baptismo Christi habetur in cap. Quando ab Hierosolymis, de consecr. dist. 4. ibi: Quando ab Hierosolymis exiit Jesus cum Discipulis suis in Judæam terram, & illic morabatur cum eis; baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus jam fuisse baptizatos, sive Baptismo Joannis (sicut nonnulli arbitrantur) sive quod magis credibile est, Baptismo Christo. Item respondit Dominus Petro, qui lotus est &c. ubi intelligitur, quod jam Petrus baptizatus fuerat; & in cap. si eos. ead. dist. 4. de consecr. ubi sic dicitur: Sed ipsos, idest Apostolos, baptizatos esse per hoc nobis imotescere potuit, quando *B. Petro Apostolo Dominus ait, qui lotus est &c.* adeoque Baptismus fuit a Christo institutus ante suam passionem, & ante illud tempus, quo ipse, & discipuli ejus baptizabant, *Joann. 3.**

Baptismus est triplex, scilicet Fluminis, Flaminis, & Sanguinis. Baptismus Fluminis est Sacramentum abolitionis Animæ a peccato, consistens in ablutione hominis aqualiter consentientis, facta in aqua ab alio ablutente, & in verbis certis simul ab eodem ablutente cum debita intentione prolatis, *Scotus in 4. dist. 3. qu. 1.* quæ definitio est eadem cum illa, quæ communiter traditur, quod Baptismus Fluminis sit absolutio corporis exterior facta sub præscripta forma verborum, & de hoc Fluminis Baptismo dicitur *Joan. 3. Venit Jesus, & discipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.* Baptismus Flaminis est contritio perfecta hominis cum voto, seu proposito recipiendi Baptismus Flaminis in re, necdum receptum, & de isto Baptismo legitur *Actorum 1. Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies,* Ba-

Supplementa Auctoris e III. Editione.

- 9 Baptismus Sanguinis est Martyrium, seu perpeffio mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi Fide, supplens defectum Baptismi Fluminis; & de hoc Baptismo dicitur *Marci 10. Potestis bibere Galicem, quem ego bibo, aut Baptismo, quo ego baptizor, baptizari?*
- 10 Per hoc tamen quod triplex sit assignatus Baptismus non sequitur, ut notat *Glossa in cap. Baptismi vicem de consec. dist. 4.* tria esse Baptismi Sacramenta, quia Baptismus Fluminis solum est Sacramentum, quia est unicus in essentia, & specie atoma, juxta illud *Apostoli ad Ephesios 4. unus Dominus, una Fides, unum Baptisma;* quem locum de unitate specifica interpretatur *ibi Joannes Chrysostomus.* Baptismus autem Flaminis, & Sanguinis non sunt Sacramenta, quia, ut dicit *Glossa; Non sunt, accedente verbo ad elementum;* sed vicem tantum Sacramenti supplendo per cordis contritionem, vel Sanguinis pro Christi fide effusionem, qua sic inquit *Glossa, mundatur homo a peccatis per Pœnitentiam, vel Sanguinis effusionem, sicuti per lavacrum Baptismi.*
- 11 Et quod in defectu Baptismi Fluminis sufficiat ad obtinendam justificationem, & salutem Baptismus Flaminis, vel Sanguinis clare patet; De Baptismo enim Flaminis est expressa decisio *Innocentii tertii. c. Apostolicam, de Presbytero non baptizato, & ideo Tridentinum, sess. 6. c. 4.* docet justificationem haberi, aut lavacro regenerationis, aut ejus voto, & colligitur ex pluribus Sacræ Scripturæ textibus, in quibus hominibus Deum super omnia amantibus, aut vere pœnitentibus promittitur justificatio, & remissio peccatorum *Proverb. 10. Univerſa delicta operit Charitas. Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ezechiel. 18. Si egerit pœnitentiam impius, vita vivet, & non morietur; & de facto Centurio ante susceptum Baptismus Fluminis fuit justificatus Baptismo Flaminis, ut patet *Actorum 3.* De Baptismo Sanguinis habetur in *c. Baptismi vicem de consec. dist. 4.* ubi dicitur expresse; *Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo cui non baptizato dictum est, hodie mecum eris in Paradiso, Beatus Cyprianus non leve documentum assumpsit, & in ejus Summario præcise dicitur: Effusio sanguinis implet vicem Baptismi; & hoc desumitur ex promissione Christi, qui voluit hoc speciale privilegium concedere iis, qui pro ejus Fide, martyrium subeunt, ut non minus in sanguine, quam in aqua Baptismi dealbari possint. Nam ut notat *S. Augustinus l. 13. de Civitate Dei c. 7.* Qui dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etiam dixit, omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo, & qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* *S. Thomas q. 78. art. 1. ad 2.* sic habet: *Passio pro Christo suscepta obtinet vim Baptismi, & ideo purgat ab omni culpa & veniali & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato invenerit inherentem.* Vide verb. *Martyrium a num. 26.***
- 12 Baptismus extra casum Martyrii est omnibus ad salutem necessarius necessitate mediæ. Parvulis necessitate mediæ in re; Adultis vero in re, vel in voto. Habetur expresse ex verbis Christi *Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Et hoc idem definitivè Concilium Florentinum in decreto de Armenis dicens: *Nisi ex aqua, & Spiritu Sancto renascimur, non possumus* (ut inquit *Veritas*) *in regnum Cælorum introire; & idem de Fide habetur ex Concil. Trident. sess. 7. can. de Baptismo sic definiente: Si quis dixerit Baptismus liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit.* Idem habetur in *c. Quisquis, de consecr. dist. 4. & in Clement. de Trinit. & Fide Catholica. c. unic. §. final.* Unde *S. Augustinus Epist. 28. ad Hieronymum* expresse docet, Baptismus esse parvulis omnino necessarium necessitate mediæ in re, præcisè his verbis. *Quisquis dixerit, quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine Sacramenti ejus participatione de vita exeunt, hic profecto, & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam. Ubi propterea cum baptizandis parvulis festinat, & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo vivificari omnino non posse.* Et quod Adultis sit necessarius necessitate mediæ in re, vel in voto, expresse docet *Tridentinum sess. 6. de justificatione c. 2.* dicens: *Quæ quidem translatio* (ab eo scilicet statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statu gratiæ) *post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut scriptum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei.*
- 13 Baptismi fides non est simpliciter necessaria pro contrahendo Matrimonio. *Sac. Congreg. Concil. in Nullius Orbitelli 6. Junii 1662. l. 42. Decr. fol. 190.* teste *Urlaya in Miscel. l. lit. B. n. 4. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.*

ARTICULUS II.

Quoad Baptismi Materiam.

Materia Baptismi est duplex, proxima, & remota. Proxima est ablutio corporis, quæ debet esse sensibilis, ut aqua corpus physice tangat. Et hæc ablutio potest fieri tripliciter; Primo per immersionem alicujus partis corporis baptizandi in aquam; Secundo per effusionem aquæ in corpus, ut communiter fit in Ecclesia latina: Tertio per asperisionem aquæ sufficientis ad ablutionem in corpus baptizandi; *Sic Doctores communiter.* Materia remota est aqua naturalis, & elementaris. Est de fide definitum in Conc. Lateranensi *cap. Firmiter de summa Trinitate,* in Conc. Florent. *In decreto unionis Armenor. & in Conc. Trid. sess. 7. can. 2. de Baptismo,* ubi sic definit: *Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi, Anathema sit; & constat ex pluribus Sacræ Scripturæ locis, ut ex illo *Joan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto: ex Actor. 8. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? & ex cap. Non ut apponeres 3. de Baptismo.**

Valida Baptismi materia est aqua elementaris, sive calida, sive frigida, sive amara, sive dulcis, sive fluvialis, sive pluvialis, sive sit putei, sive fontis, sive balnei, sive maris, sive sit turbida, vel parum lutosa, sive sulphurea. Item aqua resoluta ex nive, vel gelu, vel grandine, vel vaporibus condensatis, vel fluens ex lapidibus, aut parietibus hyberno tempore, quia est liquor ex aere conversus in veram aquam naturalem. Item aqua, quæ licet habeat aliquid admixtum, est tamen potius denominanda aqua, quam aliud, ut aqua expressa ex luto, vel alia, quæ ex permixtis exprimitur purior, & subtilior sub nomine veræ aquæ. Invalida Baptismi materia est oleum, saliva, lacrimæ, sudor, sanguis, urina, vinum, lac, item liquores, & fucci expressi ex arboribus, pomis, pyris, cerasis, radicibus, granis, & similibus. Idem dicendum de nive, glacie, grandine, & pruina, nisi prius dissolvantur, licet enim sint aqua naturalis, non tamen sunt aqua usualis, seu fluida, per quam possit fieri ablutio requisita ad valorem Baptismi. Materia Baptismi dubia est omnis aqua ex floribus, & herbis per distillationem extracta, liquores naturaliter ex vitibus & arboribus emanantes, cerevisia valde tenuis, lixivium non nimis crassum, & coctum, aqua ex sale resoluta; Quæ tamen si sit resoluta ex sale maris, secundum aliquos est materia valida, quia est aqua naturalis, quæ antea erat coagulata, sicut aqua ex nive; Si vero sit ex sale petræ est invalida, quia non est sal ex aqua. De jusculo, in quo decoctæ sunt carnes, variaz discurrunt doctores; at vero tenenda est sententia Divi Thomæ *3. part. summ. quæst. 66. art. 4. in corpor. & Scoti in 4. dist. 3. artic. 4.* & aliorum dicent

15 discrimini. Ita communis Doctorum. Tertio resolvitur, quod mortale peccatum sacrilegii committit adhibens in Baptismo aquam impuram, & turbidam absque gravi necessitate, quia in re gravi agit contra reverentiam Sacramenti. Palaus loc. cit. Gobat. tract. 2. sect. 1. num. 41. Bonacina de Baptismo punct. 3. num. 7. & alii. Quarto resolvitur, quod in necessitate, quando non potest haberi materia certo valida, non solum licite potest, sed etiam sub peccato mortali tenetur quis adhibere aquam dubiam, quia quilibet Jure naturali, Divino, & humano tenetur alterius aeternam perniciem impedire, saltem quando potest sine gravi damno, & peccato; sed deficiente materia certa Baptismi, potest quis per materiam dubiam applicatam impedire aeternam alterius perniciem, cum possit esse quod sit materia valida, & quidem sine suo damno, ut patet, ac etiam sine peccato, cum necessitas, & appositio conditionis evitet nullitatem, & irreverentiam Sacramenti, quia non intervenit temeritas presumptionis, ubi est diligentia pietatis, c. Si nulla de consecr. dist. 4. adeoque &c. Est Communis. Quinto resolvitur quod in necessitate quando non potest infundi aqua, seu fieri ablutio in capite, vel alia parte principali corporis, possit, & debeat ablu, seu baptizari Infans in quacumque tandem minima parte corporis, etiam in solis capillis, in unguibus, in secundinis vel umbilico, etiam totaliter in utero matris existens, si obstetrix sit adeo perita, ut manu intra matris uterum super infantis corpus possit aquam perfundere, vel alio quovis modo possibili corpus infantis mox perituri duabus guttis aquae, vel etiam una sola gutta possit attingi, & ablu, quia periclitanti animae infantis de salute aeterna succurrendum est omni possibili modo. Sic Dicastill. disp. 1. de Baptismo num. 29. Bonacina q. 2. punct. 3. n. 24. Tannerus q. 1. n. 56. cum Victoria, Gabriel. Valent. Tolet. & alii, & expresse Capeavilla, de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis c. 3. q. 10. & alii passim.

11 Advertendum tamen est, quod cum in casu necessitatis defectu materiae certae adhibetur materia dubia, debet Baptismus conferri non absolute, sed conditionaliter, dicendo v.g. voce, vel mente sola: *Si haec materia est valida, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen*; & deinde habita materia certo valida, debet Baptismus reiterari sub conditione dicendo v.g. *Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris &c.* & sublata necessitate Baptismus debet reiterari sub conditione, dicendo v.g. *Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris &c.* quia sic, & certo consulitur aeternae salutis proximi, & salvatur debita reverentia Sacramento; Colligitur aperte ex cap. de quibus dubium 2. de Baptismo, & ejus effectu, ubi Innocentius tertius sic respondet Arelatensi Archiepiscopo: *De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizentur his verbis praemissis; si baptizatus es, non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus, es Ego te baptizo &c.* Unde de primo ad ultimum in his & similibus haec pro certa, & tuta adhibenda est praxis; quando possibilitas adest via certa eligenda est: si non adest possibilitas, via tutissima proxima tenenda est; cessante impossibilitate, caute supplendum id quod impossibilitas prohibebat, Sic concludit Scotus in 4. dist. 3. quest. 2.

ARTICULUS III.

Baptismus quoad ejus formam.

1 Vera & legitima forma Baptismi in Ecclesia Latina est ista: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Est de Fide, & definitur clare ex illis verbis Christi Matth. ult. *Enites docet omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; & habetur definitum in Concilio Lateranensi, cap. Firmiter, de summa Trinitate, Florentino in decreto unionis Armenorum §. Quinto Ecclesiasticorum; & Tridentino sess. 7. can. 4. de Baptismo, & cap. Si quis puerum 1. de Baptismo. In Ecclesia vero Graeca, observatur haec forma: *Baptizetur*, vel ut vult Arcadius, *Baptizatur servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Est et de Fide utroque modo formam esse validam, & legitimam, ut est expresse definitum a Concilio Florentino in cit. decreto unionis Armenorum, quamvis nobis Latinis non liceat uti forma Graecorum, quia esset contra consuetudinem, & Ecclesiae Latinae, nec fieret sine scandalo. Rationem autem

hujus diversitatis deducit Scotus in 4. dist. 2. q. 2, ex eo, quod refert S. Paulus 1. Corinth. c. 1. ortum fuisse dissidium inter Christianos; gloriabatur enim unumquodque de suo Ministro Baptismi; Unde unus dicebat: *Ego quidem sum Pauli*; Alter: *Ego autem Apollo*; Alius: *Ego verae Cephae*; & alter: *Ego autem Christi*; & sic videbantur adscribere virtutem Baptismi Ministro, sive esset Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive Christus, unde Apostolus eos reprehendit sic: *Divisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Ad tollendum itaque hoc schisma inter eos, ordinatum fuit, ut Minister non exprimeretur in propria persona, ne haberent occasionem gloriandi in Ministro, quo motivo cessante in Ecclesia Latina adhibetur consuetata Baptismi forma: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; quia verba hujus formae conformantur institutioni Christi, & significant Baptismum a Ministro procedere tantum ministratiter, non vero principaliter.

Ad essentiam formae Baptismi requiruntur quatuor necessario necessitate Sacramenti exprimenda, aliter nullum erit Sacramentum. Primo debet exprimi persona, quae baptizatur, quod fit per ly Te. Secundo actio ipsius Ministri baptizantis, quod fit per ly Baptizo. Tertio invocatio Sanctissimae Trinitatis, quod fit per ly in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quarto requiritur, ut exprimitur non solum Trinitas Personarum, sed etiam *Nature Unitas*, quod fit per ly in nomine non autem in nominibus. Hoc totum colligitur ex forma Baptismi a Christo praescripta cit. cap. ult. Matthaei; *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & ex cap. Si quis puerum 1. de Baptismo*, ubi Alexander tertius sic definit: *Si quis puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, & non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, non est puer baptizatus*; & quod de essentia formae debeat dici in nomine & non in nominibus, ex quo ista vox non essentiae unitatem in tribus Personis significet, cujus tamen expressio ad validitatem Baptismi non minus est necessaria, quam expressio trium Personarum, ut habetur clare in cap. Eodem modo 81. de consecr. dist. 4. ubi de mente Divi Hieronymi sic praecise dicitur: *Non baptizamur in nominibus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti sed in uno nomine, quod intelligitur Deus*. Et idem sentit D. Augustinus lib. 2. contra Maximum cap. 23. *In nomine inquit, non in nominibus: Hi enim tres unum sunt, & hi tres unus est Deus*, & sic etiam Divus Thomas 3. part. summ. q. 66. art. 5. ad 6. his verbis: *Et si sint tria nomina personalia, trium Personarum, est tamen nomen unum essentiale. Virtus autem Divina, quae operatur in Baptismo, ad essentiam pertinet, & ideo dicitur in nomine, & non in nominibus. Et est communis Doctorum*.

De aliis particulis in citata forma Baptismi usitatis, varii varia sentiunt Doctores. De pronome Ego dicunt Dicastillo tract. de Baptismo n. 130. Bonacina q. 2. punct. 4. & alii non solum non esse de essentia formae Baptismi, sed etiam ejus omissionem esse ex se solum venialiter malam, cum pronomen Ego satis contineatur in verbo Baptizo. At Gobat tract. 2. de Baptismo n. 69. dicit non posse eorum responsonem esse veram, nisi in lingua Latina, nam dicit ipse, si in lingua Germanica, vel Gallica omittatur pronomen Ego; nullus efficietur sentus. De praepositione In negant Bonacina, & Dicastillo loc. cit. & alii esse de essentia formae Baptismi; At esse de essentia affirmant Scotus in 4. dist. 3. q. 2. Toletus lib. 2. cap. 19. Reginaldus lib. 23. cap. 1. num. 30. & plures alii, & per hoc recte ait Toletus peccatum esse mortale omittere praepositionem In: de conjunctione Et negant esse de essentia formae Baptismi, Comitatus lib. 1. de respons. moral. q. 9. Toletus, Gobat. l. c. & alii, quia saepissime omittitur conjunctio Et in variis locutionibus permanente immutato sensu ipsorum. Affirmant tamen Conradus, Vivaldus, Barthol. ab Angelo apud Dianam part. 2. tract. 16. Gabriel, Major, Reginaldus, Sylvester, & alii; quia alias non exprimeretur distinctio Personarum. Quidquid sit, in praxi debet forma consuetata plene pronunciari, nec potest sine gravi peccato omitti conjunctio Et ob periculum nullitatis Baptismi. De verbo Amen, conveniunt communiter Doctores, quod non sit de essentia formae Baptismi, cum sine ipso omnia significata per formam salventur. Immo volunt fere omnes posse etiam citra peccatum veniale omitti, cum in Rituali Romano non addatur, sicut additur verbis absolutionis, ut ipsum legenti patet; Unde ex istis facilliter cognoscitur, quanam sint formae validae, quae invalidae, & quae dubiae.

Formae validae sunt. Primo valida, & semper tenenda est forma

forma consuetata in Ecclesia Latina: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen*, quae valida, & licita est in quocumque idiomate proferatur, sive latino, sive vulgari; Concil. Oxonien. c. 16. & Gregor. III. Epist. 5. Secundo valida est, etsi venialiter illicita, haec forma: *Ego te abluo in nomine &c.* *Ego te lavo &c.* *Ego baptizo Dominationem, vel Majestatem vestram in nomine Patris &c.* Layman. lib. 5. tom. 2. c. 4. num. 6. Bonacina lib. 5. tom. 2. punct. 4. n. 9. Bufenbaum, & la Croix lib. 6. part. 1. de Baptismo. dub. 2. n. 268.

18 Tertio valida est ista: *Ego te baptizo in nomine Patris Omnipotentis &c.* Quarto valida est ista: *Baptizo te Ego*, vel te baptizo ego in nomine &c. vel in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti ego te baptizo. Quinto valet ista ex ignorantia latinitatis, & simplicitate sic prolata. *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta*. Habetur expresse ex decisione Zachariae Papae c. Retulerunt de consecr. dist. 4. praecisive verbis: *Retulerunt nuncii tui, quod fuerit in eadem Provincia Sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, nesciens latine loqui, infringens linguam diceret, Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta. Ac per hoc tua R. F. confidit: ravis eos rebaptizare, sed sanctissime Frater, si illi qui baptizavit, non errorem introducens, aut heresim, sed pro sola ignorantia Romanae locutionis, infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizatus dixerit, non possumus consentire, ut deus baptizetur*. Sic praecise respondit Zacharias S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, a quo super hac re fuerat consultus. Sexto valet ista: *Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti*. Sic declaravit Sac. Cong. Conc. in una Poloniae 4. Maii 1641. lib. 16. pag. 519. apud C. Petram in Constit. Innocent. IV. n. 32.

23 Formae invalide sunt. Primo si dicatur: *Ego te baptizo in nominibus Patris &c.* quia non exprimitur Unitas Essentiae in tribus Personis, quae expressio ad valorem Baptismi ita necessario requiritur, sicut expressio trium Divinarum Personarum; c. Eodem modo 81. de consecr. dist. 4. Vide supra n. 2. Secundo, si dicatur: *Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu Sancto*, quia variatur significatio, nam particula Cum significat societatem ministerii. Tertio si dicatur: *Ego te baptizo ex parte Patris, ex parte Filii, & ex parte Spiritus Sancti*; quia etiam variatur significatio, nam baptizans exprimitur non tantquam Minister principalis, sed tamquam Procurator. Quarto si dicatur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & gratia Spiritus Sancti*. *Ego te baptizo in nomine Patris, per Filium in Spiritu Sancto*. *Ego te baptizo in nomine Dei Unius, & Trini*; quia variatur significatio, & non fit expressio explicita trium Personarum, ut requiritur ex Matthaei ultimo, & ex Concil. Lateranensi c. Firmiter, de Summa Trinitate, Florentino in decreto unionis Armenorum, & Tridentino sess. 7. can. 4. de Baptismo. Quinto si dicatur: *Ego te Baptizo in nomine Paternitatis, & Filiationis, & Spirationis passivae*; *Ego te baptizo in nomine Dei Sanctae, & verae Crucis*. *Ego te baptizo in nomine Matris &c.* quia penitus variatur significatio requisita ex cit. Evangelio, & Concilio; & ex c. Si revera 30. de consecration. dist. 4. ex cap. Multi 82. de consecr. ibidem, & ex cap. In Synodo 83. de consecr. ibidem. Sexto si dicatur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatae Mariae Virginis, & omnium Sanctorum*. Si intelligatur in nomine Beatae Mariae Virginis, & omnium Sanctorum baptizari, sicut in nomine Trinitatis, est forma penitus invalida; valeret tamen, si per illam additionem peteretur tantum intercessio Beatissimae Virginis, & omnium Sanctorum: sic in terminis resolvit S. Thomas 3. part. summ. quest. 66. art. 8. in corpor. & in 4. dist. 31. q. 2. art. 2. quaestiuicula 3. in corpor. Septimo si dicatur: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, praetermissis illis verbis: Ego te baptizo*, quia non exprimitur actio abluendi; habetur clare in cap. Si quis puerum 1. de Baptismo; Vide supra n. 2. & in propositione damnata ab Alexandr. VIII. in ordine 27. his verbis: *Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: in nomine Patris &c. praetermissis illis; Ego te baptizo*. Octavo si dicatur: *Ego te baptizo in nomine Christi Jesu*, *Ego te baptizo in nomine Domini*: cap. Si revera 30. de consecr. dist. 4. cap. Multi sunt 82. de consecr. ibidem, & cap. In Synodo 83. de consecr. dist. 4. cap. Firmiter, de Summa Trinitate & cap. Si puerum 1. de Baptismo.

31 Nec valet objicere, quod dicitur Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, & cap. 8. In nomine Jesu baptizabantur viri, ac mulieres*; & cap. 10. *Jussit, eos baptizari in nomine Jesu Christi*. Non valet, inquam, quia vel respondetur, fuisse pro tunc permissum ex speciali dispensatione Di. Ferrar. Biblioth. Tom. I.

vina ad glorificandum magis SS. Nomen Jesu tempore primitivae Ecclesiae Judaeis, atque Gentilibus summe exotum; nobis tamen nunc permissum non esse, eo quod cessaverit causa baptizandi hoc modo, ut respondet S. Thomas q. 66. art. 6. §. Bonaventura dist. 3. q. 2. Scotus in 4. dist. 3. q. 2. Alensis 4. part. q. 8. memb. 3. art. 3. Ricard. dist. 3. q. 3. art. 3. & alii. Vel respondetur, ut respondent Bellarminus, Suarez, Vasquez & Coninch, Averfa, & alii recentiores, quod citati textus Actuum Apostolorum non debent intelligi, quod revera in primitiva Ecclesia fuerit Baptismus administratus in solo nomine Christi, sed debent intelligi, quod Apostoli dederint, & administraverint Baptismum Christi, hoc est, institutum a Christo, & cuius auctor fuit Christus. Ex hoc enim, quod in illis textibus fiat mentio expressa de solo nomine Jesu Christi, non sequitur, quod sint exclusae aliae duae Divinae personae, ut S. Cyprianus Epistol. 73. explicans illud dictum Divi Petri Act. 2. his verbis: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu*, ait, *Jesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi Pater omitteretur, sed ut Patri quoque Filii adjungeretur*. Et juxta hunc sensum videtur procedere Divus Augustinus lib. 3. contra Maximum cap. 17., qui etiam paritate adducta sic arguitur ex alio Scripturae loco ad rem praesentem: *Jo: primo habetur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*; & tamen per hoc non tollitur, quin Pater, & Spiritus Sanctus ad omnia ejus opera, utpote, quae fuerunt ab extra, concurrerint, ergo ex eo quod Act. 8. dicatur: *In nomine Christi baptizabantur viri, & mulieres*, & consimiliter in aliis locis; non tollitur quin fuerint baptizati in nomine etiam Patris, & Spiritus Sancti. Et haec secunda responsio ad citatos textus Actuum Apostolorum videtur magis consona veritati, quam prima dicens, quod Apostoli ex dispensatione Divina baptizarunt in solo nomine Christi, ut magis glorificaretur ejus nomen tunc omnibus exotum; quia ad obtinendum hunc finem exaltationis, & glorificationis nominis Jesu Christi non erat necessaria reticentia aliarum duarum Personarum, cum ex conjunctione expressionis ejusdem cum illis aequae resultasset glorificata ejus Divinitas, & exaltata ejus potestas, maxime si fuisset dictum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii ejus Jesu Christi, & Spiritus Sancti*.

Nec valet objicere Canonem A quodam Iud. eo 24. de consecratione dist. 4. ubi Nicolaus primus sic ait ad Pagaros: *A quodam Iud. eo, nescitis urum Christiano, vel Pagano multos in Patria vestra baptizatos asseritis, & quid de iis sit agendum consulitis. Hi profecto si in nomine Sanctae Trinitatis, vel tantum in Christi nomine, sicut in Actibus Apostolorum legitimus, baptizati sunt (unum quippe, idemque est, ut Sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse deus baptizandos*. Non valet, inquam, quia ut dicit Divus Thomas q. 66. art. 6 ad ultimum, Nicolaus Papa, & Divus Ambrosius innitebantur allegatis textibus Actuum Apostolorum; & ideo juxta mox datam expositionem & responsonem ad ipsos textus, responderunt ad Canonem Nicolai Papae, & auctoritatem Divi Ambrosii. Et si quis pertinaciter dicat, quod Nicolaus Papa vult in citat. Canone esse validum Baptismum collatum in solo nomine Christi, exclusis aliis duabus Personis; Tunc respondetur cum Vega in Trident. cap. 4. & aliis, Nicolaum loquutum fuisse ibi ut privatum Doctorem, non ut Pontificem Decisorem; non enim ab eo requirebant Bulgari, an idem esset Baptisma collatum in nomine Christi, sed solum illum consulebant, an validus esset Baptismus collatus a Iudaeo quodam, cujus incerta erat Religio. Proprio itaque ingenio respondet hic Papa iis, de quibus non interrogabatur, ac sententiam suam, ut privatus Doctor proponit de re non petita: quare quod addit de suo, non haberi potest, ut formalis decisio, nec proinde aequalis potest esse auctoritatis, ac decisionis expressae contrariae Papae Pelagii in cit. cap. Si revera 30. de consecr. dist. 4. ubi sic praecise definit; *Si revera hi de Haereticis, qui in locis tunc dilectioni vicinis commorari dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan contententur, sine cujusdam dubitationis ambiguo, eos ad Catholicam Fidem venientes in Sanctae Trinitatis nomine baptizabis, & in cit. cap. Multi sunt 82. ibidem, in quo improbat Baptismum collatum in nomine solummodo Christi. Et eum tantum verum admittit, qui conferitur in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, juxta praecipit unum datum a Christo ipso Apostolis Matthaei ultimo, & decil. Pa pe Zachariae cit cap. In Synodo 83. de consecr. dist. 4. ubi Concilium Anglicanum, in quo soluta fuerat hujusmodi sollemnis quaestio, refert, approbat, & confirmat, ibi: *In Synodo Anglorum decretum, firmissime pra-**

praeceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, quod quicumque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, Sacramentum regenerationis non haberet, quod omnino verum est, quia si mersus in Fonte Baptismatis quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti fuerit baptizatus. Hoc quoque observari in praedicta Synodo Sacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate Personam in Baptismo non nominaret, illud Baptisma esse verum non possent, quod pro certo verum non est. Immo S. Cyprianus Epistol. 73. miratur quomodo quidam dicant valere Baptismum collatum in solo nomine Jesu Christi; ubi post Resurrectionem a Domino Apostoli ad gentes mittuntur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizari jubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foras extra Ecclesiam, imo contra Ecclesiam, modo in nomine Jesu Christi ubicumque, & quomodocumque Gentilem baptizatum, remissionem peccatorum consequi, quando ipse Christus Gentes baptizari jubet in plena, & adunata Trinitate? Idem docent S. Basilii lib. de Spiritu Sancto cap. 12. in fin. S. Damasceni lib. 4. de Fide cap. 10. Sanctus Athanasius 3. contra Arianos paulo post medium. S. Chrysostomus homil. 16. in Epist. ad Rom. S. Fulgentius lib. de Incarnation. cap. 11. S. Leo Epist. 4. ap. 3. S. Gregor. lib. 9. Epist. 61. S. Augustin. lib. 3. de Baptismo. cap. 15. S. Hilarius, S. Isidorus, & alii Sancti Patres.

44 Forma dubia sunt. Primo si dicatur Ego te baptizo in virtute Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Secundo si dicatur: Ego te baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, vel in uno Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Tertio si dicatur: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque; vel in nomine Ingeniti, Geniti, & Doni; vel in nomine Creatoris, Redemptoris, & Sanctificatoris, vel in nomine Omnipotentis, Sapientis, & Boni, vel in nomine primae, & secundae, & tertiae Personae SS. Trinitatis. Quarto si dicatur: Ego te baptizo in nomine Filii, Patris, & Spiritus Sancti, vel in nomine Spiritus Sancti, & Patris, & Filii, vel in nomine Filii & Spiritus Sancti, & Patris. Quinto si dicatur: Ego Patris tris baptizo te in nomine & Filii, & Spiritus Sancti. Sexto si dicatur: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, omittendo Sancti. Septimo si dicatur: Ego te baptizo nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omittendo in. Unde baptizati in istis, & similibus formis dubiis, debent iterum rebaptizari sub conditione, dicendo ver. gr. Si non es baptizatus: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, textu expresso c. De quibus dubium 2. de Baptismo, & ejus effectus.

ARTICULUS IV.

Baptismus quoad ejus Ministrum.

1 **M**inister Baptismi ordinarius ex officio, & solemniter administrandi cum solitis Ecclesiae Ceremoniis est Papa in toto Orbe, Episcopus in sua Dioecesi, & Parochus in sua Parochia, vel alius Sacerdos ab ipsis delegatus. Clemens I. Epist. 3. Concil. Florentin. in decreto Unionis, Conc. Mediolanen. I. part. 2. tit. de Baptismo. Constit. M. lib. 3. cap. 11. cap. Constit. 19. de consecrat. dist. 4. Et ratio est, quia administratio Baptismi ex officio est actus Pastoris, & per consequens requirit in administrante Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, quam Jurisdictionem ordinariam habet Papa in totum Orbem, Episcopus in suam Dioecesim, & Parochus in suam Parochiam; & Jurisdictionem delegatam habent alii Sacerdotes juxta amplitudinem suae Commissionis, & delegationis. Diaconi autem, Subdiaconi, & alii Clerici inferiores non possunt ex vi sui muneris, & consecrationis Baptismum solemniter cum solitis Ecclesiae Ceremoniis administrare. Clem. Papa lib. 3. Constit. 11. ibi: Sed neque reliquos Clericos baptizare permittimus, sed solos Episcopos, & Presbyteros ministrantibus illis Diaconis; Conc. Eborac. decr. 4. his verb. Decrevimus etiam, ut non nisi summa, & gravi urgente necessitate, Diaconus baptizet. . . ut juxta paternum tenorem Canonum huic Ordini Sacerdotali proprie convenire decrevit antiquitas, & Concil. Londinen. I. cap. 3. his verbis; Adjicimus etiam &c., & ut non liceat Diaconibus baptizare. . . nisi duplici necessitate; videlicet, quia Sacerdos non potest, vel absens, vel stulte non vult, & mors imminet protero; & cap. Diaconus 12. dist. 93. Hinc cum illis baptizandi munus non competat, si Baptismum ministrare audeant, Irregularitatem incurrunt; cap. Si quis baptizaverit 1. de Clerico non ordinat. ministrante.

Quamvis Diaconus ex dictis non possit ex vi suae ordinationis solemniter baptizare, ut clare etiam dicit Divus Clemens Papa lib. 8. Constit. c. 46. his verbis: Nus non est Diaconus, aut Sacrificium offerre, aut baptizare; Potest tamen baptizare solemniter ex commissione Episcopi in defectu Sacerdotum. Colligitur ex c. Diaconus 13. dist. 93. ubi praecipitur, ne Diaconus absque Episcopo, vel Presbytero audeat baptizare: ibi: Absque Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeat, ergo auctoritate ab Episcopo, vel Parocho sibi communicata poterit baptizare, argument. a sensu contrario deducto, ut exprimit Gloss. ibi verb. Necessitas & c. Constit. Baptisma 10. de consecr. dist. 4. Difficultas major est, an Diaconus factus Parochus antequam sit Sacerdos, possit licite baptizare absque alia commissione, & auctoritate; Gubat tract. 2. Baptismi n. 138. tenet partem affirmativam, dicens hoc ipso quod Episcopus tali Diacono conferat Canonice Beneficium Parochiale, conferre quoque, ut sane potest, Jus tam libere in sua Parochia augendi numerum Christianorum, quam si esset jam Sacerdos. Ultraquam, quo I Doctores tribuentes Parocho Jus ordinarium baptizandi non addunt hanc restrictivam: Si sit Sacerdos. Tum quia, ut colligitur ex Pontificali Romano tempore ordinationis Diaconorum, dicitur ipsis; Diaconum oportet ministrare, baptizare, & praedicare, atqui potest talis Parochus sine ulteriori commissione praedicare; ergo, & baptizare, Sic Gob. u. cit. quem videtur laquei Stephanus tract. 5. disp. 2. dub. 3. & la Croix lib. 6. part. 1. de Baptismo n. 276. Eminentissimo tamen Petra in Constit. 1. Gregorii XI. num. 26. verius videtur, Parochum non Presbyterum, quamvis Diaconum, Baptismum solemniter ministrare non posse, quia, dicit ipse, administratio Baptismi Diaconis delegari non valet, nisi deficientibus Presbyteris, proinde etsi Parochus ex officio illud ministrare valeat, si Presbyter sit. (qui quemadmodum licite ministrat cum licentia Episcopi, ita etiam ex officio uti Parochus;) Secus autem dicendum erit de Diacono, cui sicuti non licite delegatur baptizandi facultas extantibus Presbyteris, ita ex titulo Parochi non alias solemniter baptizare poterit, nisi ob defectum Presbyterorum; quod etiam ex Concilio illib. rit. canon. 77 colligit Gonzal. cap. 1. de Clerico non ordinat. ministrat. n. 15. in fine, ubi quod Diaconus populum regens illicite Baptismum ministret; Et Sacra Congregatio Concilii absolutionem (idei dispensationem) ab Irregularitate ad cautelam concessit Parocho Diacono, qui Baptismum bona fide ministraverat. in cr. monen. absolut. 2. Decemb. 1679. Et huic potius videtur adherendum, quia si auctoritate Sacrae Congregationis Concilii fuit ad cautelam absolutus, idei dispensatus ab Irregularitate Parochus Diaconus, qui Baptismum ministraverat bona fide: a fortiori pro certo Irregularitatem incurrat, & consequenter erit dispensandus Parochus Diaconus, qui mala fide, seu propter temeritatem, ut loquitur textus c. 1. de Clerico non ordinato ministrant. solemniter Baptismum administraret. Eo vel maxime, quod sub nimis urgentibus verbis inhibeatur a Sacris Canonibus administratio solemnis Baptismi ipsis Diaconis, ut patet n. antecedenti in cit. Concilio Eboracensi d. cr. 4. ibi Decrevimus etiam, ut non nisi summa, & gravi urgente necessitate Diaconus baptizet, & in Concilio Londinen. I. cap. 3. ibi Adjicimus etiam, ut non liceat Diaconibus baptizare, nisi duplici necessitate, videlicet quia Sacerdos non potest, vel absens, vel stulte non vult, & mors imminet protero; & c. Diaconus 13. dist. 93. ibi. Absque Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeat; & cap. Constit. Baptisma 19. de consecr. ibi: Constitat Baptisma solis Sacerdotibus esse tractandum, ejusdem ministerium nec ipsi Diaconis explere est licitum, absque Episcopo, vel Presbytero, nisi his procul absentibus ultima languoris necessitas cogat.

In casu necessitatis, videlicet in probabili periculo, quod quis possit mori sine Baptismo, nisi statim baptizetur, validus simul, & licitus Minister Baptismi est quilibet homo usum rationis habens, debitam materiam, & formam adhibens cum intentione faciendi id, quod Ecclesia intendit sive Sacerdos sit, sive Diaconus, sive simplex Clericus, sive Laicus, sive Vir, sive Femina, sive Paganus, sive Judaeus, sive Haereticus, sive excommunicatus. Est definitum in cap. Firmiter, de summa Trinitate. & c. Romanus 22. & cap. A quodam Judaeo 24. de consecr. dist. 4. & in Concilio Florentino in decreto Unionis Arnenor. ibi: Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare; In casu autem necessitatis, non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam Laicus, & Mulier, immo etiam Paganus, & Haereticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiae, & facere intendat, quod facit Ecclesia. Quinimo etiam extra casum necessitatis validus est Baptismus

collatus a quocumque etiam Haeretico, & Pagano, ut communiter tenent Doctores, quia Nicolaus Papa in cit. cap. A quodam Judaeo statuit, Baptismum a Judaeo sub legitima forma collatum, esse validum, nulla facta mentione necessitatis, & sic etiam nulla facta mentione necessitatis definit Concilium Trident. sess. 7. can. 4. de Baptismo. ibi Si quis dixerit Baptismum, qui etiam datur ab Haereticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit. Et in cap. Ventum est. 18. causi 1. & c. qui in quolibet 10. causi. 1. q. 7. adultus, qui voluntarie recipit Baptismum ab haeretico, declaratur quidem irregularis, sed non invalide baptizatus. Adde quod valide sunt baptizati, itaut neque sub conditione sint iterum baptizandi, etiam qui sunt baptizati ab Haereticis, & signanter a Calvinistis, qui negant Baptismum Sacramentum esse (*), conferr. gratiam, justificare, & remittere peccatum. ut cum pluribus Theologis consultis, & articulo pro rei gravitate mature discusso de mente Sanctissimi declaravit Sac. Congr. Conc. apud Fagnan. l. 1. Decret. in c. Quoniam 12. de Constit. n. 24. & universim sanxit Ecclesia Haereticos ad Fidem Catholicam convertos non esse baptizandos c. Ostenditur. c. H. de quibus; c. Nullus autem; Sive Haereticus, de consecr. dist. 4. Quos omnes ad Fidem convertos non esse rebaptizandos, nisi adsit probabile dubium invaliditatis Baptismi, respondit Sac. Congr. Concil. in dubiis Baptismi 27. Martii 1683.

14 Infideles ad Fidem conversi in locis Infidelium, ubi non adfunt, nec Episcopi, nec Parochi, possunt licite baptizari, etiam solemniter, & extra casum necessitatis a Missionariis, quibus specialis ad hoc facultas concedi solet, ut ex concessione Pauli III. & Sancti Pii V. pro Missionariis apud Indos tradit Vasquez in summa verb. Baptismus 3. num. 14. Verricelli de Apost. Missionariis tit. 6. At si ibi adsint Episcopi, sive Parochi, ipsis non licet solemniter, & extra casum necessitatis baptizare, ut in terminis respondit Sac. Congr. Concil. in Manillen. Baptismi 5. Julii 1581. in qua fuit rejecta instantia cujusdam Missionarii in Insulis Philippinis petentis facultatem sibi soli concedi baptizandi Infideles inibi convertos, cum ibi & adsint Episcopi, & Parochi. Et a fortiori non licet eis, nec aliis baptizare Infideles ad fidem convertos in locis Christianorum, cum hoc spectet ad Episcopum, & ipso impedito; vel nolente, ad Parochum domicilii ipsius Infidelis baptizandi; Ritual. Roman. rubr. de Baptismo §. 3. his verbis; Adulterum Baptismus, si commode fieri potest, ad Episcopum deferatur, ut si placuerit solemniter ab eo conferatur, alioquin Parochus ipse baptizat statuta Ceremonia, & specificis in terminis Baptismi auctorum Infidelium tenet Gloss. in c. Nec numerus 5. causi. 10 q. 3. verb. Aut in electu, & ibi Archidiaconus n. 2. Turrecrmat. verb. Ceterum, Bellamer. n. 7. vers. in Glossa, Petra in Constit. 2. Gregorii XI. n. 31. ubi rationem dant, quod scilicet Infideles, ex quo baptizari volunt, ratione propositi, intelliguntur jam esse de Foro illius, ubi habitant; Nec in praedictum Parochi domicilii potest id praetendi a Parocho Cathedralis. ut resolvit Sac. Congr. Concilii in Neapolitana uris baptizandi, in qua praeten lente Parocho, seu Vicario-Curato Ecclesiae Metropolitanae sibi competere jus baptizandi pro se, vel per alios ab ipso delegandos. Infideles ad Fidem convertos privative quo ad Parochos Parochiarum, intra quarum limites baptizandi degunt, ac proinde propositi dubio. An us baptizandi dictos Infideles competat Vicario Curato Ecclesiae Metropolitanae, vel potius Parochis earum Parochiarum, intra quarum limites baptizandi degunt; sub die 27. Septembris 1687. responsum fuit: Spectare ad Parochos domicilii servata forma Ritualis Romani, & sub die 21. Februarii 1688. perlitum fuit in decisis.

18 Sacerdotes sive Parochi alienae Parochiae baptizantes alienum subditum sine licentia proprii Parochi, vel Episcopi extra casum necessitatis peccant mortaliter, & puniri severe possunt, quia in re gravi sibi usurpant Jurisdictionem alienam contra dispositionem Concil. Trident. sess. 24. c. 12. ubi praecipiens Episcopis distinctionem populi in proprias, certasque Parochias sic ait; unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochiam assignent, qui eos cognoscere valeat a quo solo licite Sacramenta suscipiant; & contra Canonem Ecclesiae causi. 13. q. 1. ubi Dionysius Papa ad Severum Episcopum sic scribit: Ecclesias singulis Presbyteris dedimus, Parochias, & Cemeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus al-

terius Parochiae terras, terminos, aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit contentus. Vide infra n. 45. Ex quibus deducitur, ut quamvis Episcopus alteri Sacerdoti, etiam Parocho invito, facultatem baptizandi, aliaque Sacramenta ministrandi delegare possit, id tamen raro, & non nisi urgenti de causa faciendum est, ut decrevit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Traven. 21. Augusti 1580. in Neapolitana 14. Decemb. 1604. & in Thelesin. 12. Januarii 1618. Non tamen tales Sacerdotes, seu Parochi alienum subditum sine licentia baptizantes incurrunt aliquam centuram, & Irregularitatem, cum nullibi reperitur imposita haec pena censurarum, vel Irregularitatis, ut tenet Barbosa de offic. & potest. Paroch. part. 2. c. 18. num. 11. Suarez tom. 3. in tertiam part. D. Thomae disp. 31. sect. 4. vers. Sed queres; Armilla verb. Baptismus n. 39. Valentia, Bonacina, & alii passim. Irregularitatem tamen, ultra peccatum mortale, incurrunt Diaconi ministrantes Baptismum solemniter sine debita licentia, ut colligitur ex c. Si quis baptizaverit 1. de Clerico non ordinat. ministrant. quem textum intelligunt de ministrante solemniter, etiam in casu necessitatis, Gloss. in dict. c. 1. de Clerico non ordinat. ministrant. Navar. in manual. c. 22. n. 7. & c. 27. n. 242. Divus Antonin. tertia part. tit. 28. c. 1. & alii. Et ratio est, quia nulla necessitas potest ab hac Irregularitate excusare, cum nulla sit necessitas, quae cogat ad solemnem Baptismum conferendum, cum egenti providi possit per Baptismum sine solemnitate, adeoque Diaconi ministrantes Baptismum solemniter sine debita licentia incurrunt Irregularitatem impositam in dicto c. Si quis baptizaverit.

Subdiaconi, & alii Clerici inferiores, & a fortiori Laici solemniter baptizantes, etiam in necessitate, contrahunt Irregularitatem, etiamsi baptizarent cum facultate Episcopi. Et ratio est, quia Subdiaconi, & alii Clerici inferiores, & a fortiori Laici non habent aptitudinem, ut possint deputari ad hoc munus, cum haec aptitudo solum resultet in Diacono ex vi suae ordinationis privative quoad omnes alios inferiores. Unde ipsi etiam eandem Irregularitatem contraherent solemniter baptizando, quamvis baptizarent ex commissione Episcopi, quia non sunt apti recipere talem commissionem. Et licet Laici secundum aliquos videantur non incurrere hanc Irregularitatem, ex quo cit. c. 1. de Clerico & c. ubi id imponitur, non loquatur, nisi de Clericis non ordinatis baptizantibus. Tamen bene perpensis verbis, per quae Irregularitas imponitur, potius ex ipsis contrarium eruitur. Non enim ibi dicitur: Si quis ordinatus baptizaverit; sed si quis baptizaverit non ordinatus, aequae autem non est ordinatus Laicus, ac Clericus, qui non est Sacerdotio initiatus, & per hoc etiam Laicos incurrere hanc Irregularitatem. tenent Paludanus in 4. dist. 4. q. unica ad argument. contra secundam conclus. Divus Antonin. 3. part. tit. 28. c. 1. Scotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. & alii magis communiter. Clerici inferiores, & Laici, & etiam Sacerdotes censura irretiti extra casum necessitatis baptizantes etiam privatim graviter peccant; quia abutuntur in re gravi facultate, quae solum est eis concessa pro casu necessitatis urgentis, ne defectu Ministri quis imbaptizatus decedat & Sacerdotes censura irretiti ratione censurae insuper specialiter interdicuntur a quacumque communicatione potissimum in divinis. Et illi omnes mortaliter, vel venialiter peccarent juxta gravitatem, vel levitatem injuriae alteri majori praesenti irrogatae, si in casu necessitatis conferendi Baptismum non servarent ordinem traditum a Divo Thoma 3. p. q. art. 4. & communiter receptum a Doctores, ut scilicet inferior in baptizando cedat Superiori praesenti, adeo ut non baptizatus baptizato, Excommunicatus non Excommunicato, Mulier Viro, Laicus Clerico, Clericus Sacerdoti, Sacerdos Parocho, Parochus Episcopo cedant, Nisi iusta causa aliud suadeat, veluti si ob mortis periculum oporteat baptizari puerum nondum plene ex materno utero editum: tunc enim propter honestatem deceret terminum ministrare, praetermissio etiam proprio Parocho, alioquin autem non licet hujusmodi ordinem intervertere. Et inferiores baptizantes praesentibus superioribus paratis, & dispositis ad baptizandum, peccarent lethaliter, ut tenent Doctores apud Leandr. tom. 1. de Sacrament. tract. de Baptismo disp. 4. q. 7. Diana part. 3. tr. 4. resolut. 4. & alii passim; Et colligitur in Concil. Mediolan. I. part. 2. tit. de Baptismo; ubi dicitur quod Mulier potest baptizare in necessitate, si non adsit Sacerdos, neque Clericus in Sacris, vel alii Clerici, neque alius masculus, & Rit. Roman. tit. de Ministro Baptismi.

(*) Numquam Calvinistae negarunt, baptismum Sacramentum esse; nihil enim apud ipsos solemnium quam duo dumtaxat Sacramenta suscipere baptismum videlicet & coenam.

Equidem Baptismum necessarium necessitate medii ad salutem non esse inficiantur, ut patet ex Calv. L. 4. Institut. c. 15. n. 22. pag. 488.

32 Unus solus Minister potest in casu necessitatis plures simul per asperionem baptizare, utendo hac forma, *Ego vos baptizo &c.* quia non mutatur nec forma, nec sententia; nam *vos* idem est ac *Te*, & *Te*: & patet a pari, quia potest unus eadem forma consecrare plures Hostias, & in periculo naufragii absolvere plures Pœnitentes. Sic Scotus in 4. dist. 6. q. 2. & alii communiter. Extra tamen casum necessitatis est peccatum mortale simul plures baptizare; quia est contra morem Ecclesiæ in re gravi, ut recte advertit Scotus loc. cit. Coninch. 3. par. q. 67. art. 6. dub. 2. Ghetius in *Theodoro an. verb. Baptismus c. 5. de Ministro Baptismi num. 13.* Henricus diff. 6. de Baptism. q. 2. num. 14. & alii plurimi, quidquid ex adverso dixerint Scotus, Vivaldus, Reginaldus, & alii, & colligitur ex Rituali Romano tit. de baptizandis parvulis, ubi agens de forma *Ego vos baptizo &c.* ait; *quam tamen formam in his solum. & in aliis similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, & ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur, alias nunquam licet addibere*, quod denotat gravem culpam juxta gravitatem rei, ut recte ait Henricus loc. cit. Et in tali casu essent plura Baptismata formaliter, & quoad effectum distincta, quia essent plures Baptizati, & quamvis una tantum videatur esse forma, est tamen virtualiter multiplex, eo quod pronomen *Vos* includat in se singulare plures geminatum, cum *vos* idem sit ac *Te*, & *Te*. Scotus loc. cit. & alii passim. Plures ministri simul valide baptizant, si quilibet abluat, & formam proferat independentem ab intentione alterius; patet a pari de pluribus Sacerdotibus noviter ordinatis, qui simul cum Episcopo omnes consecrant, & conficiunt Sacramentum, si simul cum illo proferant, & finiant verba consecrationis. Si vero unus ex ipsis aquam effundat, & alter verba formæ Baptismalis proferat, invalide baptizant. Quia ultra quam quod hoc est contra Christi institutionem, ut patet ex praxi Ecclesiæ, & communi sententia Doctorum; In tali casu significatio formæ esset falsa, nam alter dicens: *Ego te baptizo*, cum non ipse, seu alius baptizaret, seu ablueret, falsum proferret. Sic Divus Thom. p. 3. q. 67. a. 6. Scotus in 4. dist. 6. q. 2. & alii passim, & colligitur ex c. *De trabe 54. caus. 1. q. 1.* ubi ex verbis S. Augustini expresse dicitur: *De trabe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Si plures simul concurrant ad eundem baptizandum sub hac forma: *Nos te baptizamus in nomine Patris &c.* nullum faciunt Baptismum. Sic Divus Thomas 3. p. q. 67. a. 6. S. Bonaventura, Aleris, Contentonius, Toletus, Vasquez, Coninch, Caspensis, Bonacina, Mastrius, Ledesma, Centinus, & alii passim. Et ratio est quia, in hoc casu mutaretur essentialiter forma a Christo instituta, siquidem forma Baptismi ex sua ratione significandi, significat Baptismum ab uno Ministro perfici, & ab illo adæquate, & totaliter causari independentem ab alio, ut clare denotant ipsius verba: *Ego te baptizo &c.* sed hæc forma; *Nos te baptizamus &c.* significat, quod plures convenient ad unum Baptismum conferendum inadæquate, & tamquam concausæ ad invicem dependentes, & connexæ, non autem adæquate, & absolute, ergo hoc modo forma Baptismi mutaretur essentialiter, quia sic non representaretur una causâ totalis, & principalis, quæ est Christus Dominus, ad quem finem Minister ita debet esse unus, sicuti causâ principalis est una; propter quod Apostolus ad Ephes. 4. ait: *Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma.*

38 Baptizatus a Christo, vel ab Angelo, est valide baptizatus, adeoque non est necessario rebaptizandus, ut colligitur ex S. Thoma q. 64. art. 7. ubi sic expresse ait: *Quia boni Angeli sunt nuntii veritatis, si aliquod sacramentale ministerium ab Angelis perficeretur, esset ratum habendum, quia debet constare (idei certo credi) hoc fieri voluntate Divina, & ex Scoto in 4. dist. 6. q. 1. ubi dicit, quod si conitat aliquem esse baptizatum a bono Angelo, præsumendum esset illum Baptismum collatum esse jussu Dei, & idcirco pro rato habendum, ergo a fortiori habendum erit pro rato Baptismus collatus ab ipso Christo juxta id quod Ador. 10. Angelus dixit Petro: *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Licet enim solus homo sit idoneus Minister Sacramentorum ex vi præsentis institutionis; Nihilominus tamen constat per se Angelos ministrasse hominibus Eucharistiam, ut S. Bonaventuræ. S. Stanislaus Kostka, & alii, & ipsos Angelos, & Christum ipsum consecrassent aliqua Sacramenta; Sic S. Amphilochius fuit ab Angelis consecratus Episcopus, & ea consecratio pro rata habita a ceteris Episcopis, ut refert Nic. Calixtus lib. 11. hist. c. 21. Sic S. Philemon Martyr jam constitutus in loco Martyrii, cum ei obiceretur a Præsule Tyranno nihil ei profuturam tormentorum perperionem pro Christo, ex quo non esset baptizatus, ad im-*

plendum ejus ardens desiderium repetita supplicatione de habendo Baptismo expretium, a Christo ipso in nube lucida, apparente inter medios Carnifices omnibus ipestantibus baptizatus est. Sic ex Meaphraite referunt Aloyius Lippomanus, Laurentius quoque Surius in *vita S. Thyrsi, & Sociorum ad 14. Decemb.* & Gobat. *Tract. 2. de Baptismo cas. 7. n. 222.*

In casu necessitatis si nullus alius existat, potest baptizare Pater, vel Mater pueri sine solutione conjugii, seu absque debiti Matrimonialis præjudicio. Concil. Londin. l. c. 3. & c. *Ad limina 7. caus. 30. q. 1.* ubi Joannes VIII. Papa sic scribit ad Anselmum Lemovicentem Episcopum, qui separaverat a propria muliere quoad totum quemdam nomine Stephanum, ex quo in extrema necessitate filium suum baptizasset, ibi: *Vicimus dimittendum esse, & inculpabile iudicandum quod necessitas inducit. Nam hoc baptizandi opus Laicis Fidelibus juxta canonica auctoritatem, si necesse fuerit facere, libere conceditur. Unde si supradictus Genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte periret dimitteret sacra unda Baptismatis lavavit, ut eum de potestate auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi jam regnaturum sine dubitatione transmitteret, benefecisse laudatur, & idcirco sua uxori sibi legitime sociata, impium, quando vixerit, iudicamus manere conjunctum, nec ob hoc... aliquatenus separari debere.* Nemo tamen etiam in casu necessitatis potest baptizare seipsum, textu clarissimo in c. *Debitum 4. de Baptismo*, ubi Innocent. III. sic scribit Metensi Episcopo: „ Sane intimasti quod quidam Judæus in mortis articulo constitutus, cum interter Judæos tantum existeret, ipse aquam seipsum immerfit, dicens, Ego baptizo me in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Respondemus, quod inter baptizantem, & baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apostolis; Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, memoratus Judæus est denuo ab alio baptizandus, ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, & alius qui baptizat; ad quod etiam designandum ipse Christus non a seipso, sed a Joanne voluit baptizari. Monachi, & Regulares nedum in casu necessitatis, sicuti omnes alii possunt valide & licite baptizare, sed etiam de licentia Ordinarii, vel Parochi possunt licite baptizare extra casum necessitatis. Quamvis enim eis hoc fuerit interdictum in cap. *Placuit 8. caus. 16. quest. 1.* his verbis: *Placuit communi nostro Concilio, ut nullus Monachorum... præsumat... neque filium de Baptismo accipere, neque baptizare, tamen fuit hoc eis concessum in c. Doctos 21. eadem caus. 16. & q. 1.* his verbis: *Doctos, ac probos Monachos Presbyterii honore dicatos... baptizare... moderata dispensatione commendamus, & sic hoc eis permissum de licentia Parochi, vel Ordinarii observat Eminentissimus Petra in Constit. 5. Honorii III. sess. 2. num. 22.* ubi dicit, quod conciliando Textus in Canon. *Placuit 8. caus. 16. q. 1.* quo videtur vetitum, & in Canon. *Doctos 21. eadem caus. 16. q. 1.* quo videtur permissum, declaratum fuit non licere, nisi cum licentia Ordinarii, vel Parochi. *Clementina* incipiens *Religiosi c. 1. de privileg. & excessibus privilegiatorum*, & sic eis esse permissum docet etiam Glo. in cap. *Pervenit 20. caus. 18. q. 2.* allegans ad hoc textum in cit. c. *Doctos 21. caus. 16. q. 1.*

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Baptismus a laicis, aut faminis administrari nequit, nisi in necessitatis casu. Et idem de Nutricibus in specie, Bened. XIV. tom. 2. Constit. 28. incip. *Postremo mense*, §. 31.

Baptismus a Bigamo administrari non debet, etiam in necessitatis casu, si alius adsit magis idoneus, *idem ibid. cit. §. 31.*

Relate ad ea, quæ tradita sunt in hoc art. sub n. 18. juvat hic adducere responsa Sac. Cong. Concilii ad sequentia dubia proposita in Fabrianen. *Fontis Baptismalis, & juris baptizandi*, nempe, an liceat Parocho Ecclesiæ Cathedralis S. Venantii in ea baptizare natos in alienis Parochiis, etiam Fontem baptismalem habentibus, seu potius ipectat privative ad unumquemque Parochum habentem Fontem in sua Ecclesia Baptismum conferre propriis parochianis in casu &c. S. Congregatio 21. Junii 1732. Respondit, *Servetur solitum.*

Sed postea die 14. Novemb. 1733. reposita causa, Respondit, Prævio recessu a decisio negative ad primam partem; & affirmative ad secundam. Visum quippe fuit expedire, ut sublata etiam contraria consuetudine, quæque Parochus habens fontem baptismalem, infantes in sua Parochia natos aqua salutis respergat, adeo ut singuli Pastores suas cognoscant oves, quæ

quæ per primum Baptismi Sacramentum in Christi Domini gremio cooperentur, & in Ecclesiæ sinum excipiantur; quemadmodum advertit Rota in *Romana juris baptizandi 12. Januarii 1733. coram Saminiat.* Id etiam suadente, tum ea ratione, quod Parochis propriis facilius compertum esse potest, quinam ex iustis nuptiis procreati sint, & tamquam tales in Parochialem librum referri debeant: tum & alia, quod ab eis vigilantia adhiberi major valet, ne a parentibus procrastinetur de latio infantium ad Ecclesiam, in qua spiritualem regenerationem sunt assecuturi.

Reposita tandem eadem causa sub dubio, *an sit standum in decisio die 21. Junii 1732. vel potius in decisio die 14. Novemb. 1733. in casu &c.*

Eadem S. Congr. die 20. Martii 1734. Rescripsit: In secundo loco decisio, & amplius. Sic apud Theaurum Resolut. Sac. Congr. Concilii tom. 6. & apud Ursajam tom. 9. part. 1. discept. 32. & 33. ubi multa ad rem. Vide in nostro Tom. VIII. Resoluciones S. Congr. Concil. in Fabrianen. *Fontis Baptismalis, & Savonen. Jurium parochialium.*

Supplementa Auctoris e III. Editione.

47 Baptizati ab hæreticis materiam, & formam debitam adhibentibus, nec sub conditione iterato baptizari debent. Bened. XIV. Constit. incip. *Jam inde §. 3. & 5.* Et concordant dicta supra sub n. 11. ad 13.

48 Infantibus vero, de quibus dubium subest, an fuerint vel an rite fuerint baptizati, Baptismus ministrandus est sub conditione; Idem *ibid. §. 2.*

49 Baptismus cum conditione adjecta non confertur absque lethali culpæ crimine, nisi prudens dubitandi ratio suppetat, an antea validus Baptismus collatus sit. Idem de *Synod. diocæs. lib. 7. cap. 6. §. 3.*

50 Nihil officit validitati Baptismi error privatus baptizantis, dummodo in materia & forma nihil innovetur. *Ibid. §. 9.*

ARTICULUS V.

Baptismus quoad ejus Subjectum, & dispositiones in Subjecto requisitas.

1 Subjectum capax Baptismi est omnis, & solus homo, adhuc vivator. *Est communis.* Unde nedum adulti, sed etiam infantes vix nati sunt capaces Baptismi. Est de Fide definitum in Concilio Trident. sess. 7. can. 12. & 13. *de Baptismo*, & in c. *Firmiter, de summa Trinitate*, & in c. *Majores 3. de Baptismo.* Item capaces sunt, & baptizari debent furiosi & amentes a nativitate, qui nullis gaudent lucidis intervallis, quia isti sententur ejuldem conditionis cum infantibus. Sic etiam furiosi, & amentes, qui ex sana mente in furorem, & amentiam inciderunt, si pro tempore sanæ mentis Baptismum petierint, vel voluntatem illum recipiendi sensibilibus exhibuerint, sunt baptizandi, licet in furore, & amentia contradicant. Si vero non petierint, nec voluntatem exhibuerint illum recipiendi, non sunt baptizandi, ut colligitur ex c. *Majores 3. de Baptismo*, Divus Thomas *tertia part. quest. 68. art. 12. in corpore*, Graffius *part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 45.* Suarez, Henriquez, Bonacina, Layman, & alii passim. Sic etiam baptizari debent monstra ex viro, & muliere genita, & si conset ex geminatis partibus principalibus corporis, duas habere animas, bis sunt baptizanda; Si vero dubitetur, an duas habeant animas, ut v. gr. si aliquod monstrum habeat duo capita cum uno pectore, aut duo pectora sub eodem capite, bis Baptismus conferri debet, unus absolute in illa parte, in qua perfectius apparet caput, alius in altera parte sub hac conditione: *Si non es baptizatus, vel si es capax, Ego te baptizo &c.* Si autem monstrum sit genitum ex muliere, & bruto, (quod est impossibile) baptizari non debet, quia certum videtur quod non sit homo, cum ad generationem hominis per omnes requiratur semen viri. Quod si monstrum sit genitum ex viro, & bruto femella, (quod est etiam impossibile) baptizari debet sub hac conditione: *Si es capax, Ego te baptizo &c.* quia probabiliter est homo, cum dubium sit, an semen femine ad foetum active concurrat. In dubio vero an sit ex bruto mæculo, vel ex viro, baptizari debet sub hac conditione: *Si homo es, Ego te baptizo &c.* Si de tur casus, quod infans non via ordinaria, & per feminalem generationem, sed miraculose formatus ex humana carne prociolose nascatur, ut accidit anno 1330. in Pago de *Ulasao* pro-

pe *Dixmundam in Flandriâ* pueriliter referunt Ludovicus Bertrandus Loth in resolut. *Theol. num. 15. art. 1.* & Franciscus Bonapei cit. a Patre Columbano a Sancto Spiridione de monte Carmelo in quaestione illa, *an miraculose formatus ex humana carne haberet necessitatem Baptismi*, Henno tom. 2. tract. de *Baptismo disp. 4. q. 1. concl. 1. resol. 1.* & La Croix lib. 6. par. 1. num. 295. narrantes, quod quidam Ludovicus Roussel videns dolores uxoris suæ parturientis quasi eos simularet, ex imprecatione uxoris, & ultione Divina per novem menses sensit dolorem maximum, & tumorem in femore dextro, quo tempore completo, inde excilius fuit infans mæculus, qui nomen Patris fortitus est. Dato igitur casu, talis infans esset baptizandus, non quidem ad delendum peccatum originale, quod, ut habet communis cum S. Thoma apud *Dicastil. dist. 2. num. 114.* non contraxisset, quia non descendisset ab Adamo per ordinariam, & feminalem generationem, sed ut character Baptismali adscriberetur Ecclesiæ Christi, & propter gloriam consequendam, juxta illud *Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest intrare in regnum Dei.*

Filii parvuli quorumcumque infidelium sive nunquam baptizatorum, sive jam baptizatorum possunt valide baptizari invitis parentibus; Et ratio est, quia ad valorem Baptismi ex parte infantium non requiritur propria dispositio c. *Majores 3. de Baptismo.* Neque obstat suorum parentum contradictio, quia infantes non baptizantur in Fide suorum parentum, sed in Fide totius Ecclesiæ, ac secundum voluntatem Christi. S. August. *Epist. 23. ad Bonifac. S. Thom. 3. part. q. 69. art. 9.* & alii fere communiter. Filii parvuli infidelium jam baptizatorum, idest Hæreticorum, seu Apostatarum a Fide, nedum valide, sed etiam licite possunt baptizari invitis parentibus, si ita velint legitimi Superiores Ecclesiastici ut colligitur ex *Conc. IV. Tolet. c. 56. relato in c. De Judæis 5. dist. 45.* & Laym. lib. 5. tr. 2. c. 6. num. 11. dicit hoc esse certum, quia Hæretici Ecclesiæ Jurisdictioni subiecti sunt, unde sicut Ecclesia potest ipsos parentes cogere pœnis ad servandam Fidem, ita potest ab ipsis filios eripere, & baptizare. Filii infidelium nunquam baptizatorum ordinarie loquendo non possunt licite baptizari invitis parentibus, etiam degentibus in ditionibus Principum Christianorum, ut colligitur ex c. *de Judæis 5. dist. 45. ex Conc. Tolet. IV. c. 15. ubi præcipit Sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri, non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ.* Item ex Divo Gregorio lib. 1. *Epist. 15. & lib. 2. cap. 91. Epist. 52.* Et ratio est, quia filii infidelium ante usum rationis secundum jus naturale sunt sub cura parentum; & ideo contra justitiam naturale esset, si tales pueri invitis parentibus baptizarentur; Tum quia, ut dicit Divus Th. 2. 2. qu. 10. art. 12. *esset etiam periculosum valiter filios infidelium baptizare, quia de facili ad infidelitatem redirent propter naturalem affectionem ad parentes, & ideo non habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quod filii infidelium invitis parentibus baptizentur.* Immo Ecclesia hoc expresse prohibet, nam Julius tertius teste Pignatelli. *t. 4. conf. 192. num. 51.* imposuit tali baptizanti pœnam Suspensionis, & multam 100. ducatorum. Hinc etiam Sac. Cong. Conc. a Sinensium Missionariis consultata, decreto, quod approbavit Innoc. X. statuit, ne invitis parentibus baptizarentur pueri eorum; & quia Judæi cujusdam puella Avenionæ, ipso incio, fuerat baptizata, omnibus Divini verbi Præconibus jussit, ut declararent eum, qui hoc facere temere præsumeret, præter peccatum mortale, quod committeret, pœnæ pro Superioris arbitrio infligendæ fore subiectum. Sic refert Lud. Bancel. *t. 1. Moral. S. Th. verb. Infidelitas.*

Fuit dictum, quod filii infidelium non possunt licite baptizari invitis parentibus ordinarie loquendo, quia dantur aliqui casus, in quibus ipsis invitis possunt licite baptizari. Primo potest licite baptizari infans, si unus parens, sive Mater, sive Pater sit conversus ad Fidem, quia melior est conditio Fidelis, & innocenti, ideoque præferenda; Habetur expresse decretum in c. *Ex litteris 2. de conversione infidelium*, & c. *Judæi 10. caus. 28. q. 1.* Et hoc etiam extenditur ad Avum paternum, quippe qui in locum Patris defuncti successit, unde si ipse sit conversus, & velit infantes baptizari, potest licite baptizari, infans etiam Matre reluctante sicut testatur additio *Navar. conf. 4. de convers. infidelium edit. 3. Layman. lib. 5. tract. 2. n. 6. n. 10.* & alii. Secundo potest licite baptizari infans etiam utroque parente manente in infidelitate, quando unus consensit in Baptismum filii, & non alter, quia præferenda est voluntas justa injustæ; justior autem est voluntas consentientis, utpote favorabilior, & Fidei Christianæ, & salutis infantis. Bartholomæus ab

ab Angelo de Baptismo §. 3. Passerinus de Baptismo c. 6. n. 20. Bonacina de Baptismo disp. 2. qu. 2. punct. 6. num. 2. vers. respondeo §. Rosignol. de Baptismo qu. 3. de subiecto art. 1. sect. 1. num. 12. & alii. Tertio licite baptizari potest infans in articulo mortis constitutus, quia talis extrema necessitas videtur praeponderare Juri, quod habent parentes in filios, & tunc cessat periculum subversionis; dummodo tamen baptizetur occulte, & non per manifestam violentiam ad evitandam occasionem scandalorum, & aliorum incommodorum. Suarez tom. 3. in 3. part. D. Thomae disp. 25. sect. 3. vers. ex his autem, Sotus in 4. dist. 5. q. unica art. 7. Filliucius tract. 2. c. 6. qu. 8. num. 144. Rosignol. loc. cit. num. 8. & alii communiter; Et hoc idem potest dici de filiis Infidelium perpetuo amentibus, quando ipsi spoliati essent omni spiritali remedio, quando nulla spes est, quod ad proprium rationis usum possint pervenire; Layman. loc. cit. num. 10. Anaclet; & alii. Quarto, si filii Infidelium pervernerint ad usum rationis, & Baptismum petierint, possunt licite baptizari invitatis parentibus, quia filii rationis. capaces in iis, quae spectant ad salutem animae, sunt sui Juris, & nullimode dependent a parentibus; Sic Doctores communiter.

Quoad dispositiones requisitas in subiecto ad recipiendum Baptismum, dicimus, quod licet in infantibus ante usum rationis, & in perpetuo amentibus, nulla requiratur moralis dispositio, tam ad valide, quam ad fructuose recipiendum Baptismum, cum Fidem, aliamque dispositionem in ipsis ob eorum incapacitatem suppleat Christus, & Ecclesia, ut colligitur ex cap. Parvuli 74. ex cap. Nihil 76. & cap. Cum pro parvulis 77. cap. In Ecclesia 140. & cap. Mater Ecclesiae 139. de consec. dist. 4. & est definitum in cap. Majores 3. de Baptismo, & Concil. Trid. sess. 7. can. 13. de Baptismo. Tamen in adultis ad recipiendum Baptismum valide, & fructuose simul requiruntur tres dispositiones. Prima est consensus voluntarius, quia Deus neminem invitum vult suae familiae adscribi, juxta illud Prov. 23. Fili praebe mihi cor tuum, & habetur cap. Qui simcera 3. & cap. De Judaeis 5. dist. 45. & cap. Majores 3. de Baptismo, & cap. Sicut Judaei 9. de Judaeis, & Saracenis. Secunda est Fides, quia Marci ultimo dicitur: Quis crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Ad Hebraeos 11. scribit Paulus: Sine Fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Unde Actor. 8. Eunuchus postulantem Baptismum respondit Philippus: Si credis ex toto corde, licet; & idem colligitur ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 6. & 8. & sufficit, quod haec Fides sit actualis, non enim est necessaria habitualis, nam ante justificationem in Baptismo receptam non datur in recipiente Fides habitualis, cum simul dentur in effectu Baptizatis tres virtutes Theologicae. Tertia dispositio necessaria in adultis, qui cum originali habent etiam aliquod peccatum mortale personale, est poenitentia, seu dolor peccatorum commissorum. Est de Fide ex Actor. 2. Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum, & ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. & sess. 14. cap. 1. ubi sic habetur: Fuit poenitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam, & justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramentum abluisset, qui dolor peccatorum sufficit, quod sit attritio supernaturalis, ut docet Scotus in 4. dist. 4. quaest. 5. & Doctores communiter, cum S. Thoma quaest. 68. art. 4. & quaest. 79. art. 3. ad 2. (*) Non requiritur tamen in ipsis baptizandis exterior peccatorum confessio, ut docet S. Bonaventura in 4. dist. 16. part. 1. art. 1. quaest. 2. & S. Ambrosius lib. 3. de Sacrament. cap. 2. his verbis: Etiam si non confiteatur (exterius) peccatum qui venit ad Baptismum, tamen hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quod baptizari petit, ut justificetur, hoc est, ut a culpa ad gratiam redeat. Et S. Thomas q. 68. art. 6. duplex est peccatorum confessio; una interior, quae fit Deo, & talis confessio peccatorum requiritur ante Baptismum, ut scilicet homo sua peccata recogitans de eis doleat, non enim potest inchoare novam vitam, nisi poeniteat veteris vitae. Alia est peccatorum confessio exterior, quae fit Sacerdoti, & talis confessio non requiritur ante Baptismum, quia pertinet ad Sacramentum Poenitentiae.

(*) Dispositiones adultorum, qui Sacro lavacro mergi exoptant traduntur a Trident sess. 6. de justific. cap. 6. uti praeter fidem & timorem, seu attritionem, qua utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, inquit, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque, tamquam omnis justitiae fontem dili-

Ad valide autem recipiendum Baptismum in adultis ratione utentibus, requiritur solummodo prima dispositio, scilicet consensus voluntarius, sive sit actualis, sive virtualis, sive etiam habitualis, idest voluntas, seu intentio habita, & non retractata, unde ratione habitae voluntatis, seu intentionis non retractatae recipiendi Baptismum, possunt etiam valide baptizari amentes, dormientes, & ebrii. Habetur expresse definitum in cap. Majores 3. de Baptismo §. Item quaeritur, & cap. De Judaeis 3. dist. 45. Immo sufficit ad valide recipiendum Baptismum quilibet consensus voluntarius, licet cum involuntario mixtus sit, videlicet vi, aut metu quocumque extortus, seu praestitus ob perversum finem V. G. propter flagitium patrandum, propter Principis favorem, vel lucrum temporale consequendum, cit. cap. Majores, ubi Innocent. III. sic praecise definit: Is qui terroribus, atque suppliciis violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, Baptismi suscipit Sacramentum, talis (sicut & is qui sicte ad Baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum; & ipse tamquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad observantiam Fidei Christianae, in quo casu dicit Pontifex debet intelligi Decretum Conc. Toletani IV. cap. 56. in Canone de Judaeis 5. dist. 45. ubi sic dicitur: Qui autem ad Christianitatem coacti sunt venire... oportet, ut Fidem, quam etiam, vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur; & Fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur. Unde S. Thom. in 4. dist. 6. quaest. 1. artic. 2. quaest. 3. in corpore, sic concludit: Si autem sit coactio inducens sicut minis, vel flagellis, ita quod baptizatus potius eligat Baptismum suscipere, quam talia pati; tunc suscipit Sacramentum, sed non rem Sacramenti.

Aliae vero duae dispositiones, scilicet Fides, & dolor de peccatis, non requiruntur ad recipiendum Baptismum valide, sed solum ad recipiendum fructuose, nempe cum effectu Gratiae; Unde si quis adultus sine actu Fidei, & doloris de peccatis commissis Baptismum susciperet, valide eum susciperet, quia characterem reciperet, non tamen fructuose, quia non reciperet gratiam, & ceteros effectus ex illa pendentes; Habetur clare in cap. 151. de consec. dist. 4. §. 1. ex istis praecisis verbis S. Augustini: Non interest cum de Sacramenti integritate, & sanctitate tractatur, quid credat, & quali Fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum; interest quidem plurimum ad salutem viam, sed ad Sacramenti quaestionem nihil interest. Item manifestum est, fieri posse, ut sine non integra integritate quoque maneat Sacramentum Baptismi, & expresse habetur ex cit. cap. Majores 3. de Baptismo, ibi: Sicut & is, qui sicte ad Baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum. Recedente vero fitione, idestposito actu Fidei, & doloris, tum gratiam, & ceteros effectus reciperet absque reiteratione Baptismi ex vi praeteriti Baptismi recepti sine Fide, & dolore de peccatis, quia Sacramentum irreiterabile non debet carere suo fructu recedente fitione recipientis, idest adveniente vera Fide, & vero dolore de peccatis commissis. Habetur expresse in cap. Tunc valere incipit 42. de consec. dist. 4. ex istis verbis S. August. Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cum illa fitione veraci confessione recesserit, quae corde in malitia, vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem non sinebat fieri. Et idem de Haereticis, qui baptizati in Haeresi recipiunt valide Baptismum, & recedente fitione, idest abnegata Haeresi per conversionem ad veram Fidem recipiunt statim gratiam, & virtutem Spiritus Sancti, habetur clare in cap. Quamvis, de consec. dist. 4. ibi: Quamvis unum Baptisma sit & Haereticorum, eorum scilicet, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizant, & Ecclesiae Catholicae, tamen qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt Baptismum ad salutem, sed ad perniciem; habentes nimirum formam Sacramenti, virtutem autem ejus abnegantes, & ideo eos Ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, & ipsa est perfecta forma Sacramenti. Ideo cum reversi fuerint, accipiunt virtutem Spiritus Sancti, quam qui foris Ecclesiam baptizantur, nondum habent. Unde S. Thom. in 4. dist. 4. q. 3. art. 2. ad 2. sic ait: Baptismus recedente fitione habet illum effectum, quem prius habuisset, si fictio non fuisset; & ideo peccata

gere incipiunt: ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam poenitentiam; quam ante Baptismum agi oportet; denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata.

causa praecedentia Baptismus remittit, & quoad culpam, & quoad poenam; sed peccata sequentia remittuntur virtute contritionis, quae fitionem amovet, quantum ad culpam, sed non quantum ad poenam totaliter. Sic etiam Scotus in 4. dist. 4. q. 5. & alii communiter juxta Trid. sess. 6. cap. 14. & sess. 7. Canon. 10. Filii expositi quando, & quomodo debeant baptizari? Vide verb. Expositi filii.

supplementa Auctoris e II. Editione;

Baptismus conferri debet filiis mulierum Christianarum ex Turcarum contubernio genitis, quando eorum vitae periculum imminere videtur, admonitis tamen matribus ut si convalescerint ipsos in Christiana Religione educare sedulo curent. Pro aliis autem extra tale periculum existentibus hortantur Ecclesiae Ministri, ut invocato cum gemitibus lumine Spiritus Sancti, juxta illius ductum, & prudentis suae dictamina se gerant. Et si eos ad Baptismum admitti posse crediderint, debent eorum matres serio monere de obligatione eos educandi in Religione Christiana. Benedictus XIV. tom. 1. Constit. 89. incip. Inter omnigenas §. 8.

Infantes nati ex Patre, & Matre Graecis, ritu Graeco, nisi aliter parentes, accedente Ordinarii consensu, voluerint, baptizari debent. Nati vero ex Patre Latino, & Matre Graeca latinis sunt caeremoniis baptizandi; Si autem Pater sit Graecus & Mater Latina, liberum erit eidem Patri, ut proles, vel ritu Graeco baptizetur, vel etiam ritu Latino, si uxor Latina, prevaluerit, idest si in gratiam uxoris Latinae, consenserit Graecus Pater, ut Latino ritu baptizetur. Idem Constit. 67. incip. Et si §. 2. num. 8. 9. & 10. Baptismus Graecorum filiis collatus in casu necessitatis ritu latino, non imponit obligationem sequendi ritum latinum. Idem Constit. 87. incip. Demandatam §. 18.

Baptismus infidelium filiis sine consensu parentum conferre, est contra justitiam, & contra Ecclesiae consuetudinem. Idem tom. 2. Constit. 28. incip. Postremo mense §. 4. Limita si in extremo mortis discrimine reperiantur. Idem ibi §. 8. Item si a parentibus projecti, & destituti inventiantur. Idem ibi §. 9. Alterutro tamen parente consentiente, quantumvis patrie potestatis jura matri non competant, baptizari possunt. Idem ibi §. 13. & 16. Item si Avus Nepotes ad Baptismum offerat, patre, & matre invitis. Idem ibi §. 17.

Baptismus conferri non debet infidelium filiis, quos Christiana educatione fraudandos fore, & infidelitatem parentum sequuturos esse dignoscatur. Idem ibi §. 23. Item Baptismus conferri non debet infidelium filiis, qui a parentibus offeruntur, non ut originalis culpa ex eorum anima deleatur, sed ut a malignis spiritibus, vel morbo aliquo liberentur. Idem ibi §. 19.

Quod intellige ubi infans in parentum infidelium potestatem reeditur in eorum infidelitate educandus fore dignoscatur, sed si perversionis periculum absit, tunc habita potius ratione intentionis Ecclesiae ejusque Ministri, quam voluntatis parentum infidelium, ex sententia Sancti Augustini baptizandus est. Idem ibi §. 24.

Baptismus infantibus collatus sine consensu parentum, quamvis illicitus, validus tamen censendus est ex sententia S. Augustini, & Decret. Congregationis S. Officii sub die 3. Martii 1633. 30. Martii 1638. 23. Decemb. 1698. & 8. Martii 1708. Idem ibi §. 26. & 27. Baptizans illicite & absque consensu parentum infidelium filios pueniendus est. Idem ibi §. 31.

Baptismus adulto conferri non debet, nisi antea instructus fuerit in Mysteriis Fidei, quae sunt necessaria necessitate medii. Idem ibi §. 41. Baptismus enim sine baptizati adulti voluntate collatus, est invalidus; Ideoque in adultis voluntas est investiganda. Idem ibi §. 43. & 44. Baptismus si quis neutra voluntate susceperit, idest neque volens, neque nolens, non erit valide baptizatus. Idem ibi §. 47. & 48.

Si Baptismus violenter, atque animo palam contrario suscipiatur, tunc adultus sic baptizatus est caute, & serio examinandus, nec facile credendus, ubi responderit se baptizatum non libere, sed in vite, etiam si cum juramento deponat, nisi hoc idem comprobent ad Juncta plurima, & circumstantiae antecedentes, concomitantes, & subsequentes, & ex quidem momenti sint ineluctabiles, & inconcussi. Quod si ex dictis clarissime constet nullam prorsus habuisse voluntatem, aut intentionem recipiendi Baptismum, tunc hortandus est, ut rite id faciat, quod jam irritum fecit, & suscipiat absolute, ac libere Sacramentum, & si adhuc obstinate repugnet, est remittendus. Si autem res in dubio sit, nec intelligi possit, an de-

fuerit intentio, an sufficiens fuerit necne, adultus tunc detinendus, baptizandusque sub conditione. Item quoties de Baptismi validitate, sive in jure sive in facto dubitetur, adultus sub conditione iterum baptizari debet. Idem ibid. §. 48. 49. 50. 51. & 52.

Baptismus valide in febris ardore, infania, somno, vel furore, conferitur iis, qui ante praemissa illum postularunt. Idem ibi §. 46. Baptismus ab adulto susceptus animo suscipiendi lacrum tamquam Ecclesiae Christianae proprium, erit validus. Idem ibi §. 45.

Baptismi collatio unius testimonio comprobatur, si tamen eum probatae fidei esse constet. Idem ibi §. 31. Non creditur autem chartulae anonymae, cum qua infantes aliquando projecti reperiuntur; tunc enim tales infantes baptizandi sunt sub conditione. Si autem scheda habeat certitudinem, ex quo ejus scriptor sit notus, ac fide dignus, tunc infantes habendi sunt ut baptizati, & nequidem baptizandi sunt sub conditione. Idem ibid. cit. §. 31. Vide verb. Expositi filii, ubi ad id datur Decretum Sac. Cong. Conc. 15. Januar. 1724.

Baptizandus non est infans in utero matris, si nulla ejus aqua perfundi possit; & Baptismus sic collatus non prodest; Idem de Synodo Dioc. lib. 7. cap. 5. num. 2. Si infans in utero possit in aliqua sui parte immediate aliquo modo tingi, aut aliqua ejus pars ex utero prodierit, poterit in periculo mortis baptizari, rebaptizandus sub conditione, nisi pars prodians fuerit caput, aut alia ex principalioribus; Idem ibid. a num. 2. ad 10. plura ad rem scite & erudite suo more adducens.

Alia ad rem, vide verb. Infantes.

ARTICULUS VI.

Baptismus quoad tempus, locum, & Caeremonias.

Baptismus est ab omnibus suscipiendus quam primum. Clementis 1. Epistola 4. ibi: omnibus ergo festinandum est, sive mora renasci Deo. Unde licet olim Baptismus differendus esset pro puero nato usque ad Pascha, vel Pentecosten, si nullum adesset periculum, ex Concil. Colon. 3. tit. Censura cap. 14. Concil. Antifiodor. cap. 18. cap. Venerabilis, & cap. Duo tempora, de consecr. dist. 4. Tamen nunc dari potest Baptismus parvulis statim, ac nati sunt. Conc. Trid. sess. 6. in decret. de peccato Originali. cap. 4. Et in Concil. Mediolanen. 1. part. 2. tit. de Baptismo, statuitur sub poena excommunicationis, quod Baptismus conferatur ante nonum diem post nativitatem pueri. Layman vero lib. 5. tract. 2. cap. 6. numer. 9. dicit quod, si solemniter Baptismus cum gravi causa differatur verb. grat. apud Principes, quia expectari debet Patrinus, possit differri usque ad tesquimensem. Adulti autem mortaliter peccant, si absque justa causa diu differant suscipere Baptismum, & ideo in cap. Quando quis, de consecr. dist. 4. graviter reprehenduntur, qui differunt susceptionem ejusdem usque ad exitum vitae, ubi Divus Augustinus ad Bonifacium ait: Mibi credite, non terrens vos dico, quod disturus sum. Multos novi, qui hoc passi sunt, qui spe Baptismatis multa peccabant, circa diem autem mortis discesserunt vacui: Deus enim propter hoc Baptisma tribuit, ut solvat peccata, non ut addat. Immo contra dicentes Baptismum esse differendum usque ad mortem, vel usque ad exitum Christi, sic invehitur Trident. sess. 7. can. 12. de Baptismo: Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea aetate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit.

Baptismus extra casum necessitatis sub poena peccati mortalis est omnibus ministrandus in Ecclesia, ubi sunt Fontes, exceptis Filiis Regum, & Principum, qui extra Ecclesiam, & in domibus possunt baptizari, textu expresse in Clementina unica de Baptismo, ibi: Praesenti prohibemus edicto, ne quis de cetero in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc Fontes specialiter deputati, aliquos, (nisi Regum, vel Principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint, aut talis necessitas emerferit, propterquam nequeat ad Ecclesiam accedere propter hoc accessus haberi) audeat baptizare. Qui autem secus praesumpserit, aut suam in hoc praesentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, quod alii attentare similia non praesumant. Sic etiam habet Rituale Romanum jussu Pauli V. editum: In privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte Regum, aut magnorum Principum Filii id ipsis depositibus, dummodo id fiat in eorum Capellis, seu Oratoriis, & in aqua Baptismali de

8 de more benedicta; Et aliter facientibus a Concil. Mediolanens. 1. part. 2. tit. de Baptismo, est imposita Excommunicatio, adeoque transgressores peccant mortaliter; cum gravis pœna non imponatur, nisi pro gravi culpa, & Excommunicatio sit major pœna, quam habeat Ecclesia, cap. Corripiantur 17. caus. 24. quæst. 3. ibi: Quæ pœna in Ecclesia nulla major est.

9 Nomine Principum, quamvis per Glossam dict. Clementinæ, & Vitalin. ibi num. 43. Ugolin. & varios alios Auctores, intelligantur solummodo Principes Supremi neminem in sua ditione Superiorem cognoscetes, & non ii, qui Principum titulo, & dignitate gaudent, sed tamen sunt subditi Regis, aut alterius supremi Principis; Tamen Riccius decif. 427. Quintanadven. Singular. tom. 1. sing. 21. apud Gobat tract. 2. de Baptif. num. 492. intelligunt etiam Magnates Hispaniæ, & aliorum Regnorum, Comites, Barones, Legatos Regum, & universim omnes obtinentes Jurisdictionem temporalem, Jord. tom. 1. elucubr. lib. 3. tit. 1. num. 15. Idcirco subiungit Gobat loc. cit. in Diœcesi Conitanensi permittitur petentibus Nobilibus presentem Sæviæ, Hegoïæ, & Brigoiæ, quorum plerique vel habent Jurisdictionem, vel progeniti sunt ex majoribus vera Jurisdictione præditis, ut eorum filii baptizentur extra Ecclesiam, sed non nisi in Sacello, vel Oratorio, ut loquuntur Constitutiones part. 1. tit. 6. num. 4. extra casum necessitatis. Et per Filios, seu liberos Principum intelliguntur etiam Nepotes, & Pronepotes, leg. Liberosum, ff. de verb. Significat., ibi: Liberosum appellatione Nepotes, & Pronepotes, caterique, qui ex his descendunt, continentur. Dummodo descendant ex Filiis masculis; Gloss. in cit. Clement. verb. Liberi: Et quod dixi comprehendit Nepotes, intellige de descendentibus ex Filiis masculis.

13 Baptimi Ceremoniæ illæ sunt adhibendæ, quibus utitur Ecclesia Romana; Conc. Bracaren. 1. cap. 23. Conc. Mogunt. IV. cap. 14. Baptimi Ceremoniæ, quibus nunc utitur Ecclesia, fuerunt ex tempore Apostolorum. Conc. Mogunt. IV. cap. 83.

15 Unde Baptimi Ceremoniæ, & aliorum Sacramentorum ritus mutari, aut omitti non possunt, nec a privatis personis, nec ab Episcopis. Concil. Trid. sess. 7. de Sacrament. canon. 13. ibi: Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contenti, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit. Ceremoniæ omittæ in Baptismo privato, in Ecclesia postea suppleri debent, ut colligitur ex cap. Hanc regulam caus. 1. quæst. 1. & ex cap. Pastoralis 1. & cap. Presbyter 3. de Sacramentis non iterandis, & expresse statuitur in Concil. Mediolanens. 1. part. 2. tit. de Baptismo, ibi: Quod si Domi baptizatus, postea vixerit, omnino intra nonum diem, vel cum primum post valetudinem licuerit, eum in Ecclesia sistant, ubi si re. Etiam Baptismi formam servatam esse constiterit, ei tantum ritus ac Ceremoniæ Baptismi adhibeantur. Et in Concil. Mogunt. IV. cap. 15. ibi: Cum autem circa Sacrum Baptisma non raro evenire soleat, ut mysticæ illæ unctiones &c. omittantur; Nos Parochi nostris hanc curam serio injungimus, eisque districte præcipiendo mandamus, ut de pueris sic baptizatis diligenter inquirentes, si compererint aliquin debitam verborum formam observatam, Baptismum quidem sic traditum approbent., eos vero, qui dum baptizarentur, unctiones non receperunt, serio exhortentur, & sedulo inducere tentent, ut consuetas unctiones cum Oleo Sancto in pectore, & scapulis, & in vertice cum Chrismate (adjunctis solis præcationibus, que in Agendis habentur) aliosque ritus omisos in seipsis per Catholicum Sacerdotem juxta vetustissimum Ecclesiæ morem, caute, & pie suppleri curent; Et hoc habetur etiam ex Rituali Romano. Ceremonias omnes, aut etiam unam principalem verb. grat. unctionem Chrismatis omittente, & negligere extra casum necessitatis, est peccatum mortale, quia antiquissimum præceptum, & toties repetitum de iis observandis, est de re valde gravi; Nugnius in 4. p. 9. 67. art. 5. Gobat. tr. 2. de Baptismo n. 469. La Croix, & alii passim.

18 Baptismus conferendus est a propriis respective Parochis in propria Parochia, non obstantè contrariâ consuetudine; Sac. Cong. Concil. 6. Febr. 1734. Rota in Romana juris baptizandi 14. Januar. 1733. cor. Sanmimato apud Uraylam tom. 9. par. 1. discept. 32. sub num. 157. 158. Vide ibi, ubi multa ad rem, & supra in Supplementis ad art. 4. num. 46.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

19 Baptismi conferendi ritus; & Ceremoniæ in Rituali præscriptæ, sine gravi causâ non omittantur, vel cito suppleantur. Be-

nedit. XIV. tom. 1. Constat. 89. incip. Inter omnigenas §. 19. Baptismus extra casum necessitatis conferri non debet aqua communi, vel ea, quæ pro lustratione benedicuntur; Idem ibidem §. 20.

In Baptismo conferendo omitti non debent sacramentalia, & signanter saliva, sal, & insufflatio; Idem Constat. 107. incip. Omnium §. 3. Clemens tamen XII. concessit Missionariis Regnorum Maduren. Mayssur. & Carnaen., ut in casu necessitatis, & salva Fide, salivam omittant, & insufflationibus occulte utantur, ad decennium. Idem ibid. §. 14. Quæ dispensatio prorogatur a Sanctissimo ad aliud decennium, abique tamen spe ulterioris prorogationis, & cum conditionibus, & præceptis opportunis, nempe ut Episcopi, & Missionarii omni studio & labore curent intra præfixum decennium tempus ex illarum gentium animis, errorum tenebræ, malefanzque opiniones, quibus obcæcantur, & miserrime detinentur, penitus disculsæ, ac radicitus evulsæ eliminentur; Idem ibid. §. 31. & 32.

Baptizatis imponenda non sunt nomina idolorum, aut falsæ Religionis pœnitentium, sed Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum. Idem ib. §. 14.

Baptismus infantibus protrahi non debet ultra præfixum tempus ab Ecclesia. Idem ib. §. 3. Et a Baptismo excludi debent, qui de sacramentalibus ceremoniis ab Ecclesia præscriptis perperam sentiunt, Idem ib. §. 32.

* Natis infantibus Baptismus conferri quam primiti debet, peccantque graviter, qui diu illum differunt; tempus autem indefinitum est, latoque edicto mandatum fuit Romæ An. 1723. ut infra triduum infans lavetur. Bened. XIV. Instit. Eccl. 93. §. 3.

Non licet absque necessitate Baptismus conferri in privatis domibus, Ibid. §. 9.

ARTICULUS VII.

Baptismus, quoad ejus effectus, & Patrimos.

Effectus principales Baptismi sunt tres. Primus est Gratia Sanctificans, cum qua ex Trident. sess. 6. cap. 7. simul infunduntur habitus supernaturales Fidei, Spei, & Charitatis, per quam Gratiam deletur peccatum originale, una cum omnibus personalibus ante Baptismum commissis. Habetur expresse definitum in Concilio Florentino in decreto unionis præcisus his verbis: Hujus Sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, & in Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. Per Baptismum Christum induentes, nova prorsus efficiuntur Creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes, & jam de peccato originali sic definitur ipsum Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali, ibi: Si quis per Jesu Christi Domini nostri Gratiam, que in Baptismate confertur, reatum peccati originalis remitti negat, aut etiam asserit non tollitotum id, quod verum, & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit. Et quod sit effectus Baptismi delere peccatum originale, & omnia alia personalia ante ipsum commissa, habetur clare etiam in cap. Non potest, cap. A parvulo, & cap. Regenerante, de consec. dist. 4. & patet ex Scriptura. Ad Ritum 3. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Ad Rom. 8. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu: scilicet per Baptismum. Actor. 2. Baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum. Secundus effectus est remissio omnis pœnæ proprie dicte pro peccatis debitæ; Habetur in cap. Per Baptismum; cap. Sine pœnitentia; cap. Per aquam; cap. Ut ostenderet, & cap. Regenerante, de consec. dist. 4. & expresse definitum in Concil. Florentino loc. cit. his verbis: Hujus Sacramenti (Baptismi) effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ, que pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio, sed morientes, antequam culpam aliquam admittant, statim, ad Regnum Cælorum, & Dei visionem perveniunt, & in Trident. sess. 5. in Decreto de peccato originali canon. 5. ubi de baptizatis sic ait Innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu Cæli remoretur. Sine autem ullo dubio eos aliquid remoretur, si adhuc esset purganda pœna pro peccatis debita: Item sess. 6. cap. 14. ubi dicit, quod in Sacramento Penitentiz non remittatur tota pœna, sicut remittitur in Baptismo, ibi; Non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis; adeoque Tridentinum sentit in Baptismo totam pœnam pro certo remitti. Tertius effectus Baptismi est im-

pressio Characteris, ut habetur in cap. Majores 3. de Baptismo. Conc. Florentin. in Lit. unionis, & Trident. sess. 6. cap. 9. ibi: Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi Characterem in anima, hoc est signum quod dam spirituale, & indelebile, unde hoc iterari non possunt, anathema sit. (*)

Patrimos saltem unus requiritur sub peccato mortali in Baptismo solemniter; sic tenet communis Ecclesiæ praxis, secundum quam nullus admittitur in Baptismum solemnem sine Patrimo; & eruitur ex omnibus Ritualibus Ecclesiasticis, qui dirigunt omnia interrogata ad Patrimos, qui propterea in Jure appellantur Fidejutores baptizatorum, & sponsores pro eisdem, ut expresse habetur ex cap. Vos ante 105. de consecrat. dist. 4. his verbis: Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in Baptismo suscipitis, moneo, ut vos cognoscatis Fidejutores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro Fonte suscipere. Et hoc esse de Jure Ecclesiastico saltem non scripto constat ex ipsâ antiquissima Ecclesiæ consuetudine, ut testantur S. Dionysius Areopagita Ecclesiastica Hierarchia cap. 2. part. 2. & cap. 7. Tertullian. 1. de Baptismo cap. 18., & S. Augustin. lib. 1. de Peccatorum meritis cap. 34., & hanc obligationem adhibendi Patrimos supponit clarissime Concil. Trid. sess. 24. de reform. Matrimonii capit. 2. Unde Parochus baptizans solemniter sine Patrimo peccaret mortaliter, ut expresse dicit Tannerus tract. de Baptismo quæst. 2. num. 23. Gobat. tract. 2. de Baptismo num. 522. & alii; adhibitio enim Patrimi est una ex præcipuis ceremoniis, & celeberrimis in Jure, ut patet in cap. Per venit. in c. Si quis 2. in c. Nolse 3. in c. Dicitur est 4. in c. De co 5. caus. 39. quæst. 3. & in Concil. Trid. sess. cit. 24. c. 2. Non peccatur autem, si sine Patrimo admittretur Baptismus privatim, quia pro Baptismo privato iusceptores Ecclesia non instituit, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. teste Nicolio part. 1. lib. 1. tit. 10. de Nuptiis num. 37.

Patrimos Baptismi unus, vel una esse debet; cap. In Catechismo 100. & cap. Non plures 101. de consecrat. dist. 4. c. Quamvis 3. de cognatione Spirituali in 6. Vel ad summum possunt esse duo, unus masculus, & alia femina, ut expresse statuit Trident. sess. 24. de reformat. Matrimon. cap. 2. ibi; Sancta Synodus statuit, ut, unus tantum sive vir, sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de Baptismo suscipiat. Si Parochi culpa vel negligentia factum fuerit, arbitrio Ordinarii puniantur. Nec Episcopus potest dispensare, ut duo viri, vel duæ femine simul suscipiant, cum super Conciliari constitutione dispensandi potestatem non habeat. Ita decretum referunt a Sacra Congreg. Zerol. in praxi Episcoporum. part. 1. verb. Baptismus §. 4. Armeniarum in addit. ad recopil. Legum Navarræ lib. 4. tit. 15. lib. 1. de Matrim. in declarat. n. 75. & alii. Unde qui plures Patrimos, vel Matrimos adhiberet, peccaret mortaliter, quia præceptum Ecclesiæ in re magni momenti violaret. ex cujus transgressione multiplicantur cognationes sufficientes ad dirimendum Matrimonium; Sic decretum fuisse a Sac. Cong. refert Armeniarum loc. cit. n. 84. & cum pluribus tenet Barboia de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 30. n. 44. & de offic. & potest. Parochi par. 2. cap. 18. n. 26. Si tamen plures designati suscipiant Baptizatum de Fonte, omnes contrahunt cognationem spirituales cum ipso baptizato, & cum ejus Parentibus; sic Barboia loco cit. cum pluribus aliis, & Bonacina de Matrimonio qu. 3. pun. 5. §. 2. num. 24. vers. quando vero non omnes, & n. 25. qui testatur de communi, & sic decretum fuisse a Sac. Cong. refert Armeniarum loc. cit. n. 82. Et colligitur ex Tridentino loc. cit. ubi licet prohibeat, non tamen irritat plurium admisionem ad munus Patrimi; circa hoc enim nihil innovavit, sed reliquit in suo robore canones antiquos, ibi: Juxta Sacrorum Canonum instituta. Sed per antiquos Canones, licet prohiberetur pluralitas suscipientium in Baptismo, non tamen irritabatur ipsa susceptio, nec effectus consequens ex ipsa susceptione, scilicet cognatio Spirituales, ut expresse habetur in c. Quamvis 3. de cognatione Spirituali in 6. his verbis: Quamvis non plures quam unus vir, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de ba-

Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

(*) Non abs re erit hic emphatica S. Jo: Chryostomi verba de Baptismi effectibus, ex Hom. ad Neophytos apud S. August. lib. 1. contr. Julian. cap. 6. num. 21. Tom. 10. operum col. 335. Benedictus, inquit: Deus, qui fecit mirabilia, solus, qui fecit universa, & convertit universa. Ecce libertatis serenitate perfuerunt qui tenebantur paulo ante captivi. & civis Ecclesiæ sunt qui fuerunt in peregrinationis errore, & iustitia in sorte

primo infantem juxta sacrorum Canonum instituta, si tamen plures acceperint, spiritualis cognatio inde contrahitur, Matrimonia contrahenda impediens, & etiam post contracta, dissolvens; adeoque aperte sequitur, quod etiam post Tridentinum illa cognatio a pluribus contrahatur, si a pluribus puer vel etiam adultus suscipiatur de Baptismo, cum Tridentinum loquatur juxta Sacrorum Canonum instituta; nec ullam ponat clausulam irritantem.

Patrimos designare spectat ad Parentes, non autem ad Parochum, unde si alia Parochus, & si alii a Parentibus sint designati, contrahunt cognationem solum designati a Parentibus; colligitur aperte ex Conc. Trid. loc. cit. his verb. Parochus antequam ad Baptismum conficiendum accedat, diligenter ab his, ad quos spectabit, scilicet quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro Fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, ubi clare demonstrat primo electionem Patrimos non ad Parochum pertinere, dum ipse debet inquirere, quinam sint electi; Secundo alios omnes ab electis a Parentibus excludendos. Si vero Parentes, aut habentes curam infantis nullum, Patrimos designaverint, veri Patrimi erunt, quos Parochus nominaverit, cum ad ipsum spectet providere, ut omnia circa Patrimos rite peragantur, ut patet ex verbis Tridentini sess. 24. de reformat. Matrimon. c. 2. & cum communi tenet Sanchez lib. 7. de Matrimo. disp. 57. n. 19. Si autem nullus specialiter esset designatus Patrimos ex negligentia, aut oblivione Parentum, seu Parochi, & multi simul tenendo tangerent baptizatum, aut de Fonte æque acciperent, omnes contraherent cognationem spirituales, quia attentis Jure in c. t. cap. Quamvis 3. de cognatione Spirituali in 6. omnes contrahebant cognationem tangendo simul ibi: Si tamen plures acceperint, spiritualis cognatio inde contrahitur; cui Juris dispositioni standum est, quando aliud non decernitur Jure novo Concilii Tridentini, ex text. in leg. Cod. de appellat. Ita Barboia de offic. & potest. Episcop. alleg. 30. num. 47. Navar. in Manual. cap. 22. num. 20. Jacob. de Graffis in dec. aweis part. 1. l. 2. cap. 35. num. 4. Coninch. tom. 2. qu. 32. n. 37. Henriquez, Vivald. Ledesma, & sic decretum fuisse a Sac. Cong. refert Rebelle de obligat. iustitia par. 2. l. 3. qu. 6. num. 5. & in append. c. ad l. b. 4. num. 95. Reginald. lib. 31. num. 152. vers. secundum, Bonacina de Matrimonio qu. 5. punct. 2. §. 2. num. 14. Gallemart. ad sess. 24. cap. 2. Trident. de reformat. Matrimon. Et similiter dicit Pignatelli conf. 7. conf. 93. num. 6. & 7. Sacram Congregationem declarasse, si incertum sit, quis ex pluribus qui tetigerint, fuerit designatus, aut quis primus tetigerit, omnes contraxisse; Sic refert, & tenet etiam Fagnan. in cap. ex litteris 8. de cognatione Spirituali num. 5.

Levans de Fonte infantem tamquam Procurator nomine alterius, non contrahit cognationem, sed ipsam contrahit mitens, seu mandans, quia secundum Jura potest quis medio Procuratore, quod per se ipsum, Regul. 77. de Regul. Juris in 6. Qui facit per alium, perinde est ac si faciat per se ipsum, & actio tangendi potest alteri committi, & ita Principes & Magnates semper solent per Procuratorem levare infantem, qui tamen iudicio omnium iunt, & appellantur veri Patrimi; Procurator autem, cum non sit designatus, nec habeat intentionem levandi suo nomine, non est vere Patrimos; Sic declaravit Sac. Cong. Concil. in Veronen. 29. Martii 1582. & 15. Martii 1631. & in Tridentina 10. Martii 1630. sic refert, & tenet Nicol. p. 1. lib. 1. tit. 10. de nuptiis n. 37. Gallemart. ad sess. 24. cap. 2. Trid. de reformat. Matrimon. & alii passim. Ex duobus Patrimos designatis, quorum unus tangit infantem in Baptismo, & alter asstitit, sed non tangit, contrahit cognationem solum is, qui tangit. Sic declaravit Sac. Cong. Concil. in una Cremones. teste Fagnano in c. Veniens 6. de cognat. Spirituali n. 8. & Sac. Cong. Episcop. in una S. Marci 13. Februarii 1593. declaravit non contrahi cognationem ab eo, qui deserit infantem ad Baptismum, nisi etiam illum teneat, vel suscipiat, cum baptizatur; & contrariam consuetudinem esse abutim, ut etiam declaravit Sacra Congr. Concil. ut refert Nicol. loc. cit. Licet ad munus Patrimi

versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim tantum sunt liberi, sed & Sancti; non tantum Sancti, sed & iusti: Non solum filii, sed & hæredes: non solum hæredes, sed & fratres Christi: nec tantum fratres Christi, sed & cohæredes: non solum cohæredes, sed & membra. non tantum membra, sed & templum: non tantum templum, sed & organa spiritus. Vides quot sunt baptismatis largitates.

non possint admitti duo ejusdem sexus, possunt tamen admitti, si unus teneat proprio nomine, & alter ut Procurator alterius personæ diversæ sexus. Sic declaravit *Sacra Congr. Conc. in una Veronenf. 29. Martii 1582.* Quamvis suscipientes puerum in Baptismo privatim ministrato, non contrahant cognationem, ut declaravit *Sacra Congr. Conc.*; privatim tamen baptizans, cognationem contrahit, etiam si sit Laicus, etiam si baptizet in necessitate, unde baptizans filium concubinæ morientem, non potest postea cum ea contrahere Matrimonium absque dispensatione, c. *Pervenit 1. caus. 30. quest. 1.* Et sic declaravit *Sac. Congr. Conc. teste Nicolio loc. cit.* Si tamen Maritus in extrema necessitate baptizaret proprium filium, non impediretur debitum petere, textu expresso in *capit. Ad limina 7. caus. 30. quest. 1.*

22 Tenentes infantem, dum in Ecclesia suppleantur solemnes ceremoniæ omittæ in Baptismo ei privatim collato, non contrahunt cognationem. Sic declaravit *Sacra Congr. Conc. 13. Jul. 1624.* Sic Commater suscipiens puerum de manibus Compartris, non contrahit cognationem, quia non dicitur eum tenere, vel suscipere de Sacro Fonte. *Sac. Congr. Conc. 27. Septem. 1601.*

24 Patrinus & Matrina non contrahunt inter se cognationem, quia non impediuntur inter se conjungi; *Ex Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Matrim. & S. Pio V. in Conclit. incip. Cum illius vice.* Unde Maritus, & Uxor non peccant, si simul suscipiant, vel teneant alienum puerum in Baptismo, nec prohibentur sibi debitum reddere. Solo enim Jure antiquo hoc erat eis vetitum propter cognationem spirituales, quam tunc contraherent, quæ cum modo iubilata sit a Tridentino *loc. cit.* non videtur quo Jure prohiberentur tenere. *Navarr. in Manual. cap. 22. num. 39. Sanchez lib. 7. disp. 57. num. 5. Barboisa l. c. num. 57.*

27 & alii passim. Suscipientes & baptizantes filium infidelium non contrahunt cognationem spirituales cum ejus parentibus infidelibus; Paganis v. g. & Judæis, sicuti hæc cognatio spiritualis nec contrahitur inter infidelem baptizantem, seu suscipientem, & fidelem baptizatum, seu susceptum, & parentes ejus. Et ratio est quia infideles, seu non baptizati, nullius cognationis spiritualis sunt capaces, quia unicum hujus principium est Baptismus, quem non habent, ut expresse docet *Divus Thomas in 4. dist. 41. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3.* his verbis: „ Qui non est baptizatus, non potest aliquid leuare de Sacro Fonte, cum non sit membrum Ecclesiæ, cuius typum gerit in Baptismo suscipiens, quamvis possit baptizare, quia est creatura Dei, cujus typum gerit baptizans, nec tamen aliquam cognationem contrahere spirituales potest, quia est ex pers. spiritualis vite, in quam homo primo per Baptismum nascitur; cum ergo cognatio spiritualis sit qualitas relativa, quæ nequit esse inter duo extrema, id est nequit esse in suscipiente, seu baptizante, nisi sit etiam in suscepto, seu baptizato, & parentibus ejus, sequitur aperte, quod si ipsam non contrahant infideles, nec etiam contrahant fideles; & hanc sententiam tuetur mordicus *Sotus in 4. dist. 42. q. 1. ar. 3. conclus. 2. §. postremo* his verbis; *Glossa Canonis 1. caus. 30. q. 1. illud affirmat; At vero Divus Thomas id meritissime negat, neque in dubium revocari debet, quoniam fundamentum cognationis spiritualis est esse spirituale, quod per regenerationem Baptismi suscipimus & ideo sicut non baptizatus baptizans nullam contrahit cognationem cum baptizato, ita ex adverso neque baptizatus ullam contrahit cum non baptizato.* Sic tenet *Barboisa de potest. Episcop. p. 2. allegat. 30. num. 34. & potest. Parochi c. 18. n. 27. & in Trid. sess. 24. de reform. Matrim. c. 2. num. 24. & 25. Fagnan in c. Nobis num. 9. & 10. de Jure patronatus, & in c. Veniens de cognatione spirituali n. 14. Sanchez Matrim. lib. 7. disp. 70. Riciul de sur. patr. extr. grem. Eccles. lib. 2. cap. 4. Raynald. in praxi lib. 21. num. 157. Bonacina de Matrim. q. 5. par. 5. §. 2. Gonzalez in c. Ex litt. 8. de cognat. spiritual. n. 6. Navarr. Valent. Nicolius, Ledesma Rebuff. Pontius, Reginald. Passerius. Rosignolus, La Croix. Henricus in c. Veniens, de cognatione spirituali n. 1. Alexander de Nævo in c. Contracto, de cognat. spirit. n. 13. Petrus in Constit. 5. Honorii III. n. 13. & alii contra Gloss. verb. *Ex lavacro in c. 1. caus. 30. q. 1. Archidiacon. ibi n. 3. S. Antonin. Rolél. Angel. Cætan. Vivald. Palud. Tolet. Coninoh. Averlam, Henric. & alios.**

Immo multi tenent, quod, & si contingat Judæum, vel Infidelem deinde converti ad Fidem, & baptizari, nihilominus ex actu geito in infidelitate non incipiet habere locum cognatio spiritualis; adeoque non impedietur contrahere Matrimonium cum baptizato, vel ejus parentibus, & similiter parentes infideles, si convertantur, nisi aliunde impediuntur. Nicolius *lib. 1. Civil. tit. 10. de nuptiis n. 37.* Anton. Riciul. *loc. cit. n. 7.* Joan. Sanch. *in selectis disp. 40. n. 16.* Alexander de Nævo in *c. Contracto, de cognat. spirit. n. 13.* Sotus in *4. dist. 42. q. 1. art. 3.* Petrus de Ledesma de *Matrim. q. 56. art. 1.* Rosignol. *p. 6. de Baptismo q. 6. art. 2. n. 6. & de Matrim. contract. 15. prænot. 10. sess. 4. n. 38.* La Croix *lib. 6. part. 1. de Baptismo num. 368. & 369.* & varii alii. Et rationem ex eo deducunt, quia quod ab initio invalidum fuit non potest tractu temporis convalere. *Reg. 18. Juris in 6. & præcipue quia nulla Lex invenitur de hoc, & de modo, quo postea resultaret, & convaleret cognatio ratione Baptismi præteriti. Quidquid autem sit, dato casu, quod tales infideles ex post converterentur, & baptizarentur, & vellent contrahere cum a se susceptis, vel baptizatis, vel cum istorum parentibus, pro tutiori eos consulerem ad Sanctam Sedem pro decisione, & provisione recurrere, eo quia contraria opinio defenditur a Glossa, Archidiacono, S. Antonino, & aliis gravissimis doctoribus n. 28. citatis; & Ecclesia sine distinctione, & limitatione statuit cognationem inter omnes tales personas, ut patet *ex c. Ita deligere 1. caus. 30. q. 3. & c. Veniens 6. de cognat. spirit. & fere per totum titulum, & ex c. Nedium 1. & c. Quamvis 3. de cognat. spirit. in 6. & ex Trid. sess. 24. de reform. Matrim. c. 2.**

Patrinus potest esse omnis Fidelis ad usum perfectæ rationis perventus (1), etiam si etiam junior filialiter adulto, & licet ad hoc impuber contraheret cognationem spirituales, ut declaravit *Sac. Congr. Conc.* quæ consulta, an puella novem annorum levans de sacro Fonte infantem, contrahat cum eo cognationem spirituales? Respondit contractam esse cognationem spirituales, non obstantem etate. Et hæc sententia fuit confirmata a Gregorio tertio decimo, qui tamen noluit petitam dispensationem concedere, ut refert *Fagn. in c. Ex litteris S. de cognatione spirituali n. 16. & in c. Veniens eodem tit. num. 18.* aliter eandem Congregationem decrevit esse, qui plena pubertate bapti autem non precedit, si ut Patrinus eum tetigerit, contrahere cognationem, quamvis secundum naturam illum generare non possit. Non potest autem esse Patrinus infidelis, & qui non est baptizatus, sicuti non potest esse Patrinus in Confirmatione, qui non est confirmatus, textu expresso in *c. in Baptismate, 102. de consecrat. dist. 4. in Baptismate, vel in Chrismate non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus* (2). Hæretici saltem licite Patrinus esse non possunt, quia oves non sunt tradende lupis, a quibus nulla spes probæ educationis in Fide sperari potest, quæ tamen est finis Ecclesiæ in designandis Patrinis, ut patet *ex c. Vos ante 195. de consecr. dist. 4. & Conc. Arelat. VI. can. 19. Conc. Moguntin. can. 47. & Conc. Rhemens. tit. de Baptism. §. 3. & Conc. Mediolan. I. p. 2. tit. de Baptismo.* Immo *Conc. Rhemens. tit. de Baptismo §. 5.* expresse prohibet his verbis: *Multo autem minus Hæreticos, vel etiam de Hæresi suspectos sinat (Parochus) esse Fidei sponsos.*

Patrinus licite esse non possunt excommunicati, nec facinorosi, aut criminosi, aut moribus infames. *Ritual. Rom. tit. de Patrinis, Conc. Mediolan. I. p. 2. de Baptismo, Conc. Parisiens. VI. lib. 1. cap. 54.* quia prohibitum est, cum excommunicatis non toleratis habere communionem, præsertim in Sacris; & criminosi, seu moribus infames plus promittunt destructionis, quam instructionis in Fide, & pietate, quæ tamen est finis Ecclesiæ in designandis Patrinis, ex textibus, & Conciliis allegatis numero antecedenti. *Layman de Baptismo c. 9. n. 2. Gobat tract. 2. de Bapt. num. 555.* Nec Patrinus licite, & ordinarie possunt esse muti, ut ipsos excludunt *Ancharan & Fernandez propter caput parvuli, de consecr. dist. 4. ut refert Barboisa in Triden. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. num. 11.* Nec possunt esse proprii Parentes infantis baptizandi; *Ritual. Roman. tit. de Patrinis, & comitat ex cap. Pervenit 1. cap. Dicitur est 4. cap. De eos, caus. 30. de consecr. & ex c. Si vir 2. de cognat. spiri-*

(1) Concilium Rothomagensè statuit Tit. De Sacramentis n. 4. Patrinus esse debere ad minus quatuordecim annorum, aut alterius competentis ætatis Titul. 15. Concil. edit. Labbean. ecl. 827.
(2) In Concil. Aquisi ann. 1585. Tit. De Baptismi Sacra-

mento hoc statutum legitur: *In Baptismo Comparter ne sit, qui Sacro Chrismate confirmatus non est.* Idem docet S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 3. §. 1. his verbis: *ut debilis docent baptizandus, ad hoc debet sustentari ab alio, qui tamen sit Chrismatus.* Et firmat Romanum Rituale.

spiritual. & docet S. Thomas q. 67. art. 8. ad 2. adeoque, si extra necessitatem, ac temere Parens propriam prolem suscipiat, cognationem spirituales cum conjugate contrahat, ideoque debitum petere non possit, nisi ab Episcopo, seu habente facultatem prius dispensationem obtineat, ut dicunt *Herinex disp. 7. de Baptismo q. 4. n. 18.* *Layman loc. cit. n. 3.* *Clericat. c. 116. n. 61.* *Felix Potestas tom. 1. p. 4. num. 3005.* & alii. Sanchez tamen *lib. 9. disp. 26. num. 7.* fatetur esse probabile, quod nequidem petere debitum prohiberet Patrinus communis Filii; & Rosignolus *p. 2. de Baptismo q. 6. de Patrinis art. 2. n. 14.* absolute defendit, quod si Pater, & Mater admitterentur ad suscipiendum proprium filium non contraheret cognationem spirituales, recte subdens sic debere omnes tenere post Concilium Trid. *loc. cit. supr. num. 24.* Vide ibi. *Monachi, & Regulares utriusque sexus nequeunt licite esse Patrinus, cap. Non licet 103. de consecrat. dist. 4. ibi: „ Non licet Abbati, vel Monacho de Baptismo suscipere filios, vel commatres habere; cap. Monachi 104. de consecrat. dist. 4. ibi: „ Monachi sibi commatres, vel commatrelve non faciant, nec osculentur famulas; & c. Placuit 8. caus. 16. qu. 2. ibi: „ Placuit communi Concilio nostro, ut nullus Monachorum... præsumat... neque filium de Baptismo accipere, neque aliis qualibuscumque negotiis se implicare, sit claustrum suo contentus, quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine Monasterio Monachus, sicut atque solitarius & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem vivit... Et in c. Pervenit 27. caus. 18. q. 2. ubi Divus Gregorius sic scribit Valentino Abbati: *Pervenit ad Nos, quod in Monasterio tuo passim mulieres ascendant, & quod est gravissimum, Monachos tuos sibi commatres facere; & ex hoc incantam cum eis communionem habere; ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat; ideo hujus te præcepti serie monemus, ut neque mulieres in Monasterio tuo permittas ascendere, neque Monachos tuos commatres sibi facere.* Et Concil. Colonien. III. tit. *Censura c. 16. ibi: „ Quamvis Religiosis omnibus interdictum Sacris Communiis sit, ne parvulos in Baptismo suscipiant, aut nuptiarum convivium intersint, passim tamen hi Canones negliguntur & c. Idcirco Abbatibus, Prioribus, & Religiosis quibuscumque susceptionem parvulorum in Baptismo, & nuptiarum convivium plane interdiximus, quantavis necessitate, vel parvulus, vel desponsatus iungantur. Contrarium facientes pro transgressione: & icandalo dato, severa poenitentia decernimus castigandos. Concil. Trevirens. c. 11. Religiosi... neque pueros de sacro Baptismatis Fonte per se, vel per suffectas personas suscipere præsumant; Concil. Remens. tit. de Baptismo §. 7. ibi: Numquam vero Monachus Patrinus, vel Monialis Matrina esse queat... Et juxta hæc omnia fuit in Rituali Romano Pauli V. jussu edito, & publici Juris facta, sic expresse statutum: *Præterea ad hoc etiam minus admitti non debent Monachi, vel Sæculariales, neque alii cujusvis Ordinis Regulares a sacro segregati, ex quibus verbis aperte patet comprehendi sub hac prohibitione, non solum Monachos, sed quoscumque alios Regulares, ut censet Layman lib. 5. tract. 2. c. 9. num. 3. Rosignolus p. 2. de Baptismo q. 6. art. 2. de Patrinis num. 18. Felix Potestas tom. 1. p. 4. num. 3007. & alii passim; Et idcirco hoc munus solet interdici omnibus Regularibus in fere cunctis Conciliis Provincialibus, & Synodis Diocesanis. Et expresse decrevit Sac. Congr. Concil. in Mediolanen. 3. Octobris 1671. ad 3. Dnb. libr. 27. Decret. fol. 224.***

Immo a Conciliis Provincialibus & Synodis Diocesanis, ne dum hoc munus solet interdici Regularibus omnibus, sed etiam aliis Ecclesiasticis sæcularibus. In Concilio Provinciali Aquisi *tit. de Baptismi Sacramento, sic præcise statuitur: Comparter ne adhibeatur Regularis aliquis, nec passim Clericus sæcularis Sacris initiatus, aut Beneficium Ecclesiasticum obtinens.* In Concil. Rhemens. *tit. de Baptismo §. 7.* sic habetur: *Parochus in sua Parochia, & initiatus Sacris Ordinibus in sua residentia, vel Beneficii loco pueros de Sacro Fonte non suscipiant.* In Concil. Provinciali Mediolanen. 11. sub *Divo Carlo decret. 17. ut constat ex Actis Eccles. Mediolanen. p. 4. tit. Instructiones Baptismi de ceremoniis que præsto Baptismo servantur:* sic præcipitur: *Nec vero Monachos Regulares, Clericosve Sæculares Sacris initiatos ad infantem de Baptismo suscipiendum adhiberi sinet (Parochus.)* Et sic interdictum reperitur in plurimis aliis Provincialibus Conciliis, & Diocesanis Synodis, quæ brevitate gratia omittuntur, adducendo tantummodo duas ultimas Synodos in hac Alexandrina Diocesi celebratas, in quarum prima celebrata anno 1711. *tit. 4. de Sacramento Baptismi decreto 2.*

sic præcise habetur: *Occasione Visitationis hujus Alexandrinæ Diocesis inspicimus in libris Parochialibus Baptizatorum contra Ritualis Romani præscriptum Sacerdotes, & Clericos Sacris Ordinibus initiatos, fuisse interdum adscriptos, & admissos in Compatres, seu Patrinus, & aliquando per Procuratorem etiam moniales in Commatres; Supramemoratos idcirco non esse in hujusmodi munere admittendos, neque in Sacramento Baptismi, neque Confirmationis Parochis mandamus sine nostra expressa licentia in scriptis sub pena aureorum decem pro qualibet vice, & in secunda celebrata 1732. tit. 6. de Baptismo sic statuitur: Prohibeantur a suscipiendo infante a Sacro Fonte pro sponsore, seu Patrinus, & Matrina Regulares Ecclesiastici, & Clerici etiam in minoribus constituti sine expressa nostra licentia.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Lura de Baptismo in hisce articulis congerit Auctor, quæ non bene explicata, vel magis receptis opinionibus contraria videri fortassis possunt. Nos brevitate studentes, quoad prima Lectorem amandamus ad eos, qui uberes tractatus de Baptismo conscripserunt; quoad cetera vero contenti fuimus pauca verba uncinulis conclusa suis in locis addidisse. Restat, ut quod Anno Domini 1747. a SS. Pontifice Nostro Benedicto XIV. super Baptismi administratione decretum est, hic copiosius subnectamus.

Auctor sane in additionibus a num. 63. ad 86. de Judæorum, sive Infantium, sive Adultorum Baptismo iis contra voluntatem parentum collato locutus est juxta eam, quam Benedictus XIV. anno supradicto die 28. Febr. decretalem Epistolam Archiepiscopo Tarlensi direxit super hac re incip. *Postremo mense*, in ejus Bullario tom. 2. a pag. 186. ad 237., in qua hæc continentur.

Cum Antoninus quidam Vivianus domum Hebrææ ingressus tres ejus filias, quarum major 12. annos non excedebat, baptizasset, consultus Pontifex fuit a præfato Archiepiscopo, Romæ Vicegerente, de hoc Viviani facinore, & de baptizatarum puellarum educatione; *Bened. XIV. epist. Postremo mense, num. 1.*

Quoniam facta hujusmodi frequenter audiuntur; *ibid. n. 2.* ideo illis prospecturus materiam dividit Pontifex in duas partes. in quarum prima discussurus sit, an invitus parentibus Hebræi infantes baptizari licite possint? Quando id liceat? Cum non liceat, sit ne ratus, an irritus Baptismus impertitus? Quid in praxi observandum? Et quomodo collatio Baptismi sit probanda? In altera vero de Adultorum baptismate loquitur; *ibid. num. 3.*

Quoad infantes Hebræorum, adductis DD. opinionibus, negat, eos posse reluctantis parentibus baptizari; *ibid. num. 4. 5. & 6.* At varios excipit casus 1. Si ii sint in mortis extremo discrimine constituti, 2. Si a parentibus projecti destitutiqve inveniantur; *ibid. num. 8. 3.* Si expositi, etiam si repetantur postea a genitoribus, qui eo casu patriam amittunt potestatem; *ibid. num. 9.* Hic obiter, & qui vere expositi dicantur; *ibid. num. 10., & quam servitute Hebræi serviant; ibid. num. 11., & quare in ditione Ecclesiastica habitare permittantur; ibid. n. 12. & 13.* Pontifex sapientissime suo more explicat.

Transit deinde ad Tutores, quorum, deficientibus parentibus, consensum ad Infantium Baptismum requiri; *ibid. n. 14., & si eorum Pater Christianus fiat, Matris dissentium non offidere ibid. n. 15. & viceversa nec dissentium Patris attendendum, si Mater Christiana consentiat exponit, ibid. num. 16.* Immo nec dissentium Matris, si mortuo jam Patre, avus paternus nepotem baptizari permittat; *ibid. n. 17.*

Si Pater filios Christianos fieri velit, postmodum vero eum poeniteat, poterunt, si infantes, baptizari, si adulti, catechizari, ut eorum voluntas exploretur; *ibid. n. 18.*

Infidelium filii a parentibus ob superstitionem aliquam sacro Lavacro mundari permitti, non ut Christiani fiant, non ideo haud regenerantur; *ibid. n. 19.* quicquid senserit Synodus anno 1148. sub Patriarcha Luca habita; *ibid. n. 20.* In praxi vero non licet eos baptizare, si in parentum infidelium potestate sint relinquendi, secluso tamen mortis imminentis articulo; *ibid. a n. 21. ad 24.*

Baptismus Hebræis infantibus impertitus licet illicite, ratus ille erit, non irritus, non obitante singulari Durandi opinione; *ibid. num. 26. & 27.*

Hebræorum infantes illicite baptizati, e manu parentum sunt recuperandi, & a Christianis educandi; & si postea a Fide desiverint, penis coercendi; *ibid. n. 28. & 29.* Nec a ten-

ritos, sed etiam probos Coniularios, non solum Civiles, sed etiam Canonitas, & Theologos, a quibus omnibus curent iustitiam belli secundum Leges Canonicas, & Evangelicas examinari, & libere pro conscientia edici; Non, ut Achab, qui nolens, veridicum Micheam audire, sed solum falsarios adulatores, in bello misere perit; 3. Reg. cap. 22. Secundo, intellecta a Coniulariis, Canonitis, & Theologis belli iustitia, & a se etiam coram Deo examinata, pro tali cognita, debent Reges illam proponere, & indicare parti adverſe, quæ si offerat competentem satisfactionem pro iure, vel pro injuria, non possunt bellum instituire, quia ex cap. Noli 3. caus. 23. qu. 1. Pacem debet habere voluntas, bellum necessitas. Tertio Reges ad munendam Civitatem, vel Fortalitium edificantes in fundo alicujus particularis, tenentur huic compensare pro rata, itaut omnes æqualiter ferant damnum, quia licet privati teneantur subvenire necessitati communi, tamen tantum tenentur secundum iustitiam distributivam & æqualiter ad alios. Molina de iustitia tom. 9. dist. 47. circa med. Card. de Lugo de iustitia disp. 6. 61. & alii passim. Quarto tenentur Reges injustum bellum moventes, restituere universa, quæ occupant, & surripiunt; cap. Sicut 29. de iurjurando. Quinto tenentur Reges injustum bellum moventes, absolvere a juramento eos, quos fecerunt, jurare, cit. cap. Sicut 29. de iurjurando §. Juramentum. Sexto tenentur Reges datam publicam Fidem servare hostibus suis etiam in bello injusto; cit. cap. Noli, ubi ex verbis S. Augustini sic precise habetur: Fides quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur. 7. Possunt Reges primo licite represalia concedere his conditionibus: Prima est, ut certo constet incolas alterius Provincia, vel Regni fecisse injuriam, vel damnum intulisse. Secunda, ut alter Rex, vel Respublica de hoc moniti satisfactione culpabiliter recusent, vel negligant. Tertia, ut non inferatur plus damni, quam iusta satisfactio requirit. Quarta, ut non concedantur in personas Ecclesiasticas, quia represalia concedi, & extendi contra Personas Ecclesiasticas, vel eorum bona est prohibitum sub pena Excommunicationis ipso Jure lata in personas particulares, & Interdicti in Communitatem, nisi talis præsumpta licentia intra mensem post diem concessionis revocetur, cap. unic. de injuriis in 6. 11. Secundo possunt Reges in bello iusto fœdera inire cum Infidelibus, & Hæreticis, dummodo sint in summa necessitate, & ablit scandalum, & periculum Fidei; S. Antoninus 3. part. tit. 4. cap. 2. §. 11. Puto infideles pacificos, non habentes guerram activam, nec passivam nobiscum, imminente necessitate licite posse vocari: aliter non; Sic etiam sentit Nicolaus de Lyra in 1. num. 1. Reg. 18. de Davide loquens his verbis: Intali bello idest Davidis contra Saul iusto poterat licite uti Philistinorum, qui erant infideles, consortio, & auxilio... nec peccasset David, si habebat iustum bellum contra Saul, quod potuit esse... poterant enim ipsi Filii Israel cum Philistinis facere, etsi non fœdera perpetua, tamen treguas ad tempus, & juramento firmare. Et est communior Doctorum, quod hoc per se liceat, quamvis in praxi, ratione circumstantiarum vix unquam, ut cum multis docet Diana t. 2. post p. 10. referens exemplum cujusdam Regis, qui moriens dicebat: Perii, quia volui esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis. 13. Tertio possunt Reges in bello iusto Civitates incendere, si aliter capi non possint, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur; quia non directe occiduntur; conitax exemplum Josue 8. num. 2. & seq. Quarto possunt in bello iusto repetere expensas pro recuperatione factas, & hostibus victis possunt licite tributa imponere in compensationem, aut pœnam. 15. Quinto possunt Reges bellum instituire pro recuperatione honorum, & rerum Ecclesiæ; Nicolaus I. in decret. tit. de bellis cap. 2. & cap. Auctoritatem 2. caus. 15. qu. 6. 16. Non possunt Reges primo sine gravi necessitate bellum instituire; cap. Noli 3. caus. 23. qu. 1. & cap. Si nullus erget necessitas 15. caus. 15. caus. 23. qu. 8. Secundo non possunt bellum indicere ex nocendi cupiditate, vel ulciscendi crudelitate, vel animo implacabili, vel dominandi libidine, textu expresso in cap. Quid culpatur 4. caus. 53. qu. 1. Tertio non possunt Reges in bello ab aliis iuste moto, & a se etiam pro iusto cognito se armis defendere, quia circa eandem rem non possunt duo habere Jura contraria, & sic se injuste defendentes sicut alii injusta bella moventes, tenentur ad restitutionem omnium damnorum tam proprii Regni, quam alienis subditis illatorum; cap. Sicut 29. de iurjurando. Quarto non possunt Reges militibus iusta stipendia, & necessaria negare, seu culpabiliter retinere; 20. Et si defectu necessarij stipendij milites in bello compellantur

ad injustas rapinas, & alia damna innocentibus inferenda, tenentur ad restitutionem, tum ipsis militibus, tum aliis, qui ab ipsis militibus; tum aliis, qui ab iis damnum acceperunt, ut communiter sentiunt Doctores, quia, (ut dicitur in cit. cap. Quid culpatur,) propter bella necessario militi stipendium præbetur.

ARTICULUS III.

Quoad ea, quæ licite possunt, vel non possunt Duces, seu Officiales & Milites,

Possunt primo Duces militum in bello iusto licite uti insidiis, textu expresso in cap. Dominus 2. caus. 23. qu. 2. ubi ex verbis S. Augustini sic legitur: Cui bellare fas est... cum iustum bellum suscepit, utrum aperta pugna, utrum insidias vincat, nihil ad iustitiam interest; colligitur etiam ex cap. Vitalem 25. caus. 22. qu. 2. & constat licitum esse ex cap. 3. num. 2. & seq. Josue, ubi Deus imperat Josue, ut Urbis Hai Habitatoribus Israelitarum hostibus ponat insidias: ibi: Pone insidias ubi post eam. Surrexitque Josue, & omnis exercitus bellatorum cum eo... præcepitque eis dicens: Ponite insidias post Civitatem, nec longius recedatis.... Nobis ergo fingentibus, & illis persequentibus consurgitis de insidiis & vastabitis Civitatem... Insidia, quæ latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad Civitatem ceperunt, & succederunt eam. Secundo possunt licite belli Duces in bello iusto, ferro, & igne vastare terras hostiles, oppida, agros, occupare hostium bona immobilia, bonisque suis spoliare quotvis nocentes, & etiam totam Urbem depradandam militibus tradere, ut patet ex allato exemplo Josue; & est communis Doctorum, qui tamen dicunt debere servare modum iustitiæ vindicativæ, ut pœnæ non excedant quantitatem injuriæ, ut scilicet tantum occupent, vel vastent Duces iuste bellantes, quantum requiritur ad recuperationem juris, & possessionis ablatae ad refundendos sumptus belli, æstimatis etiam periculis, laboribus, aliisque incommodis, & pœna, vel vindicta debita pro qualitate, & proportione injuriæ. Tertio quamvis innocentes per se, & directe occidere nunquam liceat, quia est intrinsece malum, juxta illud Exodi 23. num. 7. Insontem, & iustum non occides; Possunt tamen belli Duces indirecte, & per accidens eos licite occidere, quatenus victoria aliter obtineri non possit, quam V.G. per subversionem Civitatis, aut submersionem navis, in qua innocentes cum nocentibus pereunt: concessio enim sine principali, conceduntur omnia ad illum finem obtinendum necessaria. Et hac ratione per accidens licitum est auferre naves, arma, pecunias, commeatum, equos, aliaque animalia, & devastare agros etiam Innocentum, & Ecclesiasticorum, qui non sunt partes Reipublicæ hostilis nocentes, si probabilis timor sit, quod injusti hostes iis ad resistendum usuri sint. Transacto tamen bello, nisi ea bona fide in ipsum usum iusti belli absumpta sint, omni Jure ablata illa restitui debent talibus innocentibus propriæ Reipublicæ innocentis. Si autem innocentes sint pars Reipublicæ hostilis, & finis belli aliter obtineri non possit, possunt etiam per se spoliari talibus bonis absque onere restitutionis, quia cum sint pars Reipublicæ possunt propter hujus delicta puniri in iis bonis, quæ subsunt Reipublicæ dominio. Quarto possunt belli Duces iuste bellantes sine peccato devastare agros vineas, &c. tributa imponere, & surripere pecunias, & alia bona etiam innocentibus subditis Regis hostilis, licet ipse solus Rex deliquerit; vel injuriam intulerit, quia scilicet sic opus est ad diminuendas vires partis adverſe, cum alio modo iusta vindicta sumi, & debita satisfactio obtineri non potest a Rege nocente, in cuius odium affliguntur subditi. In tali tamen casu Rex ille nocens, qui causam damni inferendi subditis dedit, ipsis ad omnium compensationem in conscientia obligatur omni Jure: Communis sententia, sed neque particularis praxis. Quinto licet per se non possint diripi, nec occupari bona Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, ex cap. Innovamus 2. de tregua, & pace, Possunt tamen belli Duces surripere victualia, & bona intra Ecclesias deposita ab hostibus, & per accidens aliquando comburere etiam Ecclesias, & hostes ab iis extrahere, in iis spoliare, & occidere, si v.g. Ecclesia tamquam Castro ad pugnandum utantur. Silvester verb. Bellum num. 11. Mendo in epitom. n. 7. Bonacina de Contractibus D. 2. q. ult. sect. 1. punct. ult. §. 3. & alii passim.

Duces,

Belli Duces, alique Officiales non possunt primo sine peccato ratione stipendij sibi dimidiati aut male ante hac perioluti, postea in lustratione militum ficta nomina conscribere, ut supplicetur stipendium, quia est contra regulas compensationis ob maximum, & evidens damnum Reipublicæ, quæ inde periclitari possent. Nec licet compensatio, si fieri debeat cum fallacia, & fallitate. Et a fortiori nequeunt ficta militum nomina conscribere Officiales, qui integrum suum stipendium recipiunt; si id faciant, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, nisi eos excuset indulgentia, & conniventia Regis; Ardekin. tom. 2. par. 2. tract. q. 6. 1. Sporer tract. 5. in præcept. decal. c. 2. sect. 2. n. 125. Felix Poteſtas, la Croix, & alii passim. Secundo non possunt Officiales sibi arrogare, & retinere stipendium debitum militibus defunctis, sicuti nec Principes sibi retinere stipendia debita Officialibus defunctis, quia Jus ad talia stipendia devolvitur ad hæredes, sicuti aliarum actiones, & credita defunctorum, nec apparet unde Jus Officialibus, & respective Principibus possit competere, nisi dantes nomen militiæ videantur in hoc consensisse; quod tamen non est præsumendum. Ardekin loc. cit. q. 2. La Croix lib. 3. part. 1. art. 2. num. 879. & alii. Tertio peccant mortaliter belli Duces, si disciplinam militarem servare intermittant, milites ab injustis rapinis, prædis, stupris, aliisque flagitiis condignis pœnis non cœrceant, & inde obligationem restitutionis contrahunt, cum ex iustitia obligati sint ad ejusmodi damna impedienda in quantum possunt. Communis. Quarto peccant belli Duces, & tenentur ad restitutionem, si dissimulent qua via velint exercitum ducere, ut sic a diversis Oppidis transitum redimentibus pecunias accipiant, quia uno tantum loco debetur eis transitus, nec possunt ipsi illum venalem facere, aut prohibito hos præ illis gravare, neque Princeps ipse hoc concedere potest cum tanto Reipublicæ detrimento. Molina, Bonacina, Dicaſtill. Coninch, Ardekin. loc. cit. q. 3. & alii passim. Quinto similiter peccant Commissarii, alique Ministri, & tenentur ad restitutionem, si aliqua oppida militibus, victuariis, aliisque oneribus plus æquo onerent, aut ab aliis, qui se redimunt, pecuniam accipiant, ne eo milites imponant, aut ne filios iuste designatos pro militibus recipiant, unde alii incolæ plus graventur, quam necesse sit, aut e contra uni militi plura dent Chirographa ad diversas domos, aut plures fide pro militibus præstant, ut sic a pluribus se redimentibus, pecuniam recipiant. Ardekin loc. cit. q. 6. Molina tom. 2. tract. 2. disp. 117. Petr. Navarr. lib. 2. cap. 3. n. 285; Diana, & alii passim, quia tenentur iustitiam distributivam servare, ut æque quantum fieri potest, loca, & Familiæ graventur, tunc autem ob pecuniam ab aliis receptam, magis reliqua loca graventur, quod ut omnibus patet, est injustum, nisi pecuniam illam in gravatorem levamen impendant. Sexto peccant belli Duces, & ad restitutionem tenentur, si partem stipendij militibus debiti sibi retineant, & exinde permittant militibus a rusticis, quæ sibi necessaria sunt, extorquere injustis prædationibus & vexationibus. Communis. Septimo peccant belli Duces, Commissarii, alique Ministri, si commeatum, vel victualia debita non admittant, aut negligendo curam victualium advehendorum, & hujusmodi, aut præstando minori quantitate quam necesse vel præscriptum sit, aut minori pretio, quam præscribitur, aut victualia corrupta ministrando, unde morbi, vel alia pericula oriuntur. Doctores communiter. Octavo peccant Commissarii, qui Capitaneis rogantibus annotant plures milites quam habeant, & tenentur ipsi ad restitutionem, si Capitanei deficiant; cooperantur enim ad grave damnum Reipublicæ, quæ defectu necessariorum militum, pro quibus stipendia solvit, possent, ut dictum est, periclitari. La Croix loc. cit. 2. 876. Ardekin, & alii. Nono non possunt belli Duces molestare Presbyteros, Monachos, Conversos, Peregrinos, Mercatores, Rusticos, euntes, & redeuntes, in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, textu expresso in c. Innovamus, 2. de tregua & pace, his præcis verbis: Innovamus, ut Presbyteri, Monachi, Conversi, Peregrini, Mercatores, Rustici, euntes, & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate latentur; Verum hic Canon, sicuti alius cap. Treguas 2. h. tit. ubi bellare prohibetur a quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam in ortu solis, ab Adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ, & a Septuagesima usque Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

ad octavam Paschæ, non videtur usu receptus, ut notant Glo. Panormit. Engel. & alii ibidem; quis enim hosti, nec Pontificia, nec Castarea statuta curanti Legem præfigat? quando inter arma silere Leges satis experientia testatur? Milites in bello iusto possunt primo auctoritate Principis, vel Ducis belli licite facere ea omnia, quæ sunt necessaria, vel utilia ad consequendum finem iusti belli, puta ad consequendam justam victoriam, & recuperationem rei injuste ablatae, vel ad iuste vindicandam injuriam Principi, vel Reipublicæ indebite illatam; & sic ex mandato, & expressa, vel tacita voluntate Principis, vel Ducis belli possunt licite procedere ad vastationes, spoliationes, prædationes, carcerationes, & cædes partis hostilis. Communis. Secundo, Milites subditi, & alii ante bellum jam conducti præcipiente Principe possunt licite militare, & ad supradicta omnia procedere, etiam si dubij sint de iustitia belli; Dummodo eis certo non constet, causam esse injustam; textu expresso in cit. cap. Quid culpatur 4. caus. 23. q. 1. Milites tamen liberi, & extranei quamvis secundum aliquos possint etiam ipsi licite militare in bello dubio, probabilior tamen, & communior sententia est, quod teneantur prius inquirere de iustitia belli, cui sponte se dare volunt, & postea saltem probabile formare iudicium, bellum esse iustum, quia tales milites nulla cogente, & excusante necessitate obediendi, omnino voluntarie se exponunt periculo gravissimæ injuriæ cum maximo damno inferende; adeoque mortaliter peccant; & colligitur ex cit. c. Quid culpatur, quia tota ratio excusans a peccato in bello dubio militem subditum, seu jam conductum, est ejus obligatio obediendi, & potestas in Principe imperandi, ibi: Recte potest illo jubente bellare... ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi, quod non verificatur in milite libero, & extraneo. Sic Cajetan. verb. Bellum. Gabriel. conclus. 4. Major. §. istis notatis, Silvester verb. Bellum 1. q. 9. Molina disp. 144. Lugo disp. 18. de iustit. sect. 1. Layman lib. 2. tract. 2. cap. 12. num. 8. Valquez, Sanchez, Azorius, Malder. & alii plurimi. Tertio Milites possunt licite uti pabulatione in terra hostili; non autem in amica, si pabula sufficientia advehantur, aut possint emi, quia nec Jus naturæ, nec Principis auctoritas hic suffragatur; nec plus Juris habet miles ad aliena pascua, quam ad alienum panem, Lessius verb. Bellum cas. 4. Ardekin, La Croix, Felix, & alii. Si vero pabula sufficientia non advehantur, & ob inopiam emi non possint, tunc pabula sunt communi ratione necessitatis; immo non desunt Doctores existimantes ex communi consuetudine, quando pro utilitate Provinciae bellum geritur licitam esse pabulationem, in quantum hoc onus sit commune, & compensetur emolumentis perceptis, & percipiendis; ut refert Ardekin tom. 2. part. 2. tract. 6. q. 7. & probabiliter tenet la Croix lib. 3. par. 1. art. 3. n. 383. Ipse tamen Ardekin cum aliis dicit, tunc esse licitam pabulationem ratione extremæ necessitatis, quia omnia sunt communia, sed cum onere, quod cum primum poterit, fiat compensatio illi, qui enorme damnum est passus; sed quando hæc erunt? Quarto, Milites capti in bello etiam ex parte capientium iusto, nisi adit specialis promissio, possunt licite fugere, nam Jure gentium introductum esse videtur, ut capti iuste ab hostibus, si fugiendo ad suos perveniant, libertatem consequantur: Id enim jus postliminii est; l. In bello, l. Nihil interest, ff. de captivis, & §. Item ea, quæ ex hostibus, Instit. de rerum divisione. Capti vero in bello ex parte capientium injusto (seclusa speciali permanendi promissione juramento firmata) & fugere, & bona Hostium secum auferre possunt; Molina, tract. 2. tom. 3. poster. disp. 692. conclus. 1. Layman. loc. cit. num. 16. & alii passim. Est tamen advertendum, quod capti in bello iusto, si fugiant, non possunt Dominis insequentibus vi resistere. E contra vero capti in bello injusto possunt vi resistere insequentibus; Doctores communiter. Quinto, Milites possunt licite sibi retinere bona mobilia ab hostibus accepta in bello iusto, quia mobilia ab hostibus capta Jure gentium sunt militum capientium; l. si quid bello ff. de captivis, & §. Item ea, Instit. de rerum divisione, ubi sic precise habetur: Quæ ab hostibus captivis, Jure gentium statim nostra sunt. Est tamen omnimode observanda, si quæ alicubi vigeret Lex particularis, vel consuetudo, ut spolia omnia,

* Fuit hoc in usu, & sub pœna etiam excommunicationis cautum, sæculis barbaricis. Vide Murator, Ann. Ital. ac in Antiq. Ital. & alios Historicos.

& prædæ in communi reponantur, & singulis æqualiter dividantur, juxta illud Davidis Regis Edictum 1. Reg. cap. 30. num. 24. *Æqua pars erit descendenti ad prolium, & remanenti ad sarcinas, & similiter dividantur*, vel pro cuiusque meritis, ac dignitate distribuantur juxta cap. *ius militare est* 10. dist. 1. ibi: *ius militare est . . . prædæ decisio, & pro personarum*

36 *qualitatibus, & laboribus justa divisio*. Immobilia autem, quæ occupantur, quatenus justam damni compensationem, vel pro injuria satisfactionem non excedunt, spectant omnino ad Principem; l. *Si captivus* §. 1. ff. de captivis.

37 Milites non possunt primo militare sola avaritia, atque cupiditate prædæ, & non motivo justitiæ, & sic facientes peccant mortaliter, cap. *Militare* 5. caus. 23. q. 1., ubi ex verbis S. Augustini sic dicitur: *Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est*.

38 Secundo, non possunt licite milites sive subditi, sive alieni, scienter & voluntarie militare in bello patenter injusto, cum, non liceat cooperari in malo cognito, & manifesto. Adeoque nequeunt absolvi, nisi velint, quamprimam commode poterunt, curare dimissionem; & interim quantum ex bello sine gravi incommodo, & periculo recedere nequeunt, aut a Principe subditi in bello manifeste injusto coguntur bellare, procurent, quantum sine periculo equali possunt, abstinere ab actibus hostilitatis, uti præda, cæde, & similibus; *Communis*.

40 Tertio, non possunt Milites sine gravi peccato, & onere retributionis homines innocentes, per quorum terras non hostiles transeunt, vel apud quos hospitantur, insolitis atque indebitis exactioibus gravare, neque aliquid ab iis extorquere præter ea, quæ ex constitutione Principis ipsi debent subministrare; tenentur enim ipsi esse contenti stipendiis suis, juxta illud S. Joannis Baptiste *Lucæ* 3. num. 14. & cit. cap. *Militare* 5. caus. 23. quæst. 1. ibi: *Item interrogaverunt Joannem milites dicentes, quid faciemus & nos? ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed estote contenti stipendiis vestris*.

41 Quarto, non possunt milites a justo bello deficere, & mortaliter peccare, si in pugna non consistant, & si, nisi palam desperata victoria, fugiant, aliique timorem incutiant; l. *Omne delictum* ff. de re militari, & secundum Canones, ut notat Glossa in cap. *ius militare* 10. dist. 1. verb. *Deseratur, Qui fugit in bello publico, infamis est*, ut cap. *Infames* 6. q. 1.

42 Quinto, non possunt Milites sine gravi peccato stationem, deserere, sed debent ipsam servare, & arcem sibi committam defendere, etiam cum periculo certo vitæ, quandiu spes defendendi superest, alioquin capite plectuntur; l. 3. ff. ad Leg. *Juliam Majest.* & quod hæc desertio sit enorme flagitium, habetur expresse in cit. cap. *ius militare* 10. dist. 1. ibi: *Ius militare est . . . Item flagitium Militaris, si locus deseratur*.

43 Sexto, non possunt milites sine gravi culpa transgredi seria mandata suorum Superiorum in iis, quæ spectant ad justum, bellum, & rem militarem, nec sine ipsorum consensu, aut facultate possunt a Castris, vel exercitu discedere, quia tali pacto a belli Ducibus, & Præfectis conducti censentur milites, ut ipsi in omnibus iis, quæ licite ad Regis placitum faciunt, obediant, & interserviant pro toto convento tempore sine ulla libertate discedendi; taliter quod si a re militari aufugiant, hujusmodi fugæ, seu desertionis delicto, sit merito capitalis sententia decreta; l. *Omne delictum* §. *Qui in acie*, ff. de re militari, & l. 3. ff. ad Leg. *Juliam Majestatis*.

ARTICULUS IV.

Bellum quoad Clericos omnes, sive Sæculares, sive Regulares.

1 **C**lericis omnibus sive Sæcularibus, sive Regularibus est Jure Ecclesiastico prohibitum propria manu pugnare; habetur expresse ex Concil. *Apostolorum* cap. 82. ubi sic præcise dicitur: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui militia vacaverit, & simul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem Sacerdotalem, deponatur. Quæ enim Cesaris sunt, Cesaris, & quæ Dei, Deo*; & desumitur ex cap. *Clericum* 5. & cap. *De his Clericis* 36. dist. 10. cap. *Eos qui* 3. caus. 20. q. 3. cap. *Quicumque Clericus* 4. cap. *Clerici qui* 5. & cap. *Quicumque ex Clero* 6. caus. 33. quæst. 8. cap. *Ex milita* 9. de voto §. *De Clericis*, & cap. *Quod in dubiis* 5. de penis. Indecens enim est, ut qui Spirituali militiæ se tradiderunt, ar-

ma, seu negotia secularia pertractent, juxta illud Apostoli *Epistolæ* 2. ad *Timoth.* cap. 2. num. 4. *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus*. Signanter dicitur esse eis prohibitum pugnare *jure Ecclesiastico*, & non naturali, ut intelligatur, posse Summum Pontificem super hoc dispensare, & concedere Clerico facultatem manu propria pugnandi in bello justo, ut patet in tot Cruciatis, & bellis sacris; Gonzalez in cap. *Petitio* num. 7. in fine, de homicidio, Diana part. 10. tract. 2. resol. 3. Theophil. de Religioso loricato *Apod.* 10. §. 3. Bonacina de censuris disp. 7. quæst. 4. punct. 4. num. 12. Petra in *Constit. unica Gregor. VIII. sect.* 1. num. 14. Qua licentia expresse concessa, omne etiam irregularitatis incurrendæ periculum a tali Clerico autem præsumitur, ut docet Sil. verb. *Homicidium* 3. cap. 5. Covarr. in *Clement. Si furiosus* part. 2. §. 3. num. 2. Bonacina loc. cit. punct. 4. Molina disp. 108. Avila quæst. 7. de *Censuris* disp. 6. sect. 3. dub. 2. conclus. 2. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 16. Petra loc. cit. num. 15. & alii passim. Signanter etiam dicitur *propria manu*, ut intelligatur, quod licet non possint propria manu pugnare, possunt tamen in bello justo cum legitima sui Superioris facultate assistere tamquam Capellani, ut militibus Sacramenta ministrent, eisque in morte assistant; cap. *Ex multa* 9. de voto §. *De Clericis*; & possunt generatim milites hortari ad strenue pugnandum; cap. *Igitur* 7. cap. *Omni tempore* 9. cap. *Hortatu* 10. cap. *Et pridem* 17. caus. 23. quæst. 8. & Gratian. in cap. *Quicumque ex Clero* 6. cit. caus. 23. quæst. 8. verb. *Causus*, ubi sic præcise ait: *Clerici sua manu non valent arma recipere, sed alios possunt hortari pro ratione oppressorum, & pro oppugnatione inimicorum Dei, & Glo. in cap. Quod in dubiis* 5. de penis, ubi monet, cum ibi Innocentius tertius sub pœna depositionis Sacerdotibus prohibet, ne alios ad pugnandum incitent, intelligendum esse in bello injusto, ibi: *Incitant in bello injusto, secus si esset justum, quia tunc licitum est hortari*.

Quinimo possunt Clerici aliis justum bellum suadere; desumitur ex cap. *Omni tempore* 9. & cap. *Hortatu* 10. & cap. *Et pridem* 17. caus. 23. quæst. 8. Insuper possunt Clerici invocare Principes Sæculares in subsidium ad bellandum contra Infideles, & Hæreticos in defensionem Ecclesiæ; cap. *Maximianus* 2. caus. 22. quæst. 3. ubi ex *Epistola* 50. S. Augustini ad Bonifacium ostenditur, quod Ecclesiæ recte potest postulare auxilium a Principibus Sæcularibus, ut injuria repellatur; & hoc ibi probatur duobus exemplis, scilicet Maximiani Episcopi Vagiensis, & Apostoli Pauli. Et si Clerici jurisdictionem habeant temporalem, ut plures sunt Episcopi, & Abbates præcipue in Germania, nedum possunt pro tuendis Juribus suæ Ecclesiæ vocare in auxilium Principes Sæculares, sed etiam possunt bellum legitima cum auctoritate indicere, exercitum conscribere, Ducem belli præficere, & arma ad pugnandum militibus præbere; Desumitur ex cap. *Episcopus* 3. *Ne Clerici, vel Monachi* in 6. Quamvis exercitus Præfecti, aut Ductores ipsi personaliter esse non debeant, ex cap. *Sententiam* 9. *Ne Clerici, vel Monachi*, ibi: *Nullus quoque Clericus ruptuarius, vel balistaris, aut hujusmodi viris sanguinum præponatur*.

Clerici, & Religiosi; qui non pugnandi, sed spiritaliter adjuvandi causa bello justo intersunt, ipsa hostium non minus, quam alii milites accipere, & retinere possunt, nisi de contraria Principis, aut supremi Ducis belli voluntate constet; & ratio est, quia tales Clerici, & Religiosi sunt exercitui satis utiles, imo & sunt pars ejusdem exercitus, ac patientur pericula, & incommoda cum aliis, adeoque æquum est, ut etiam cum aliis participant commoda & utilitates; Molina disp. 108. *prope finem*, Layman lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer. 20. Dicastill. num. 490. La Croix lib. 3. part. 1. num. 884. & alii. Clerici omnes, & Religiosi urgente magna necessitate defendendi Urbem, licet non possint, ut supra dictum est, propria manu pugnare, possunt tamen mœnia, & portas Urbis custodire. Imo ad id in repentino bello tenentur; Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 2323. & desumitur ex cap. *Pervenit* 2. de *Immunit. Eccles.* ubi sic præcise dicitur: *Fraternitas tua nullum per nostræ vel Ecclesiæ suæ nomen, aut alio modo excusari a murorum vigiliis patiatur, sed omnes ad hoc generaliter compellantur. Quatenus cunctis vigilantibus melius valeat Civitatis custodia procurari*.

ARTICULUS V.

Quoad Irregularitatem, quæ ratione belli incurritur, vel non.

1 **I**n bello aliquem occidentes, vel mutilantes, sive sint Clerici, sive Laici, incurrit Irregularitatem; cap. *Si quis per industriam* 1. & cap. *Petitio* 24. de homicid., *Clementin. unica de homicidio* cap. *Miror* 4. & cap. *Clericum* 5. & cap. *Si quis viduam* 8. dist. 10. cap. *Aliquantos* 1. dist. 51. & cap. *Designata* sunt 2. ead. dist. ubi de Laicis specialiter dicitur sic: *Designata sunt genera Laicorum, de quibus ad Clericatum pervenire non possunt, si quis fidelis militaverit &c.* Etiam si bellum esset defensivum contra quoscumque, Clerici, & Laici aliquem occidentes, vel mutilantes, fiunt Irregulares; cit. cap. *Petitio* 24. de homicid. cap. *De his* 36. dist. 50. *Rotapart. 2. recent. decis.* 3. num. 5. Et etiam si bellum esset contra Infideles & Hæreticos pro defensione Patriæ; cap. *Clericum qui Paganum* 5. dist. 50. cap. *Petitio* 24. de homicid. & ut refert Fagnanus in dist. cap. *Petitio* num. 15. & Petra in *Constitut. unica Gregor. VIII. sect.* 1. num. 12. De facto fuit concessa facultas Pontificio Nuncio Portugalliæ, ut dispensaret cum Ecclesiasticis, qui in casu inevitabilis necessitatis Infideles, seu Hæreticos defendendo Patriam occiderunt, vel mutilarunt. Et tanto magis evadunt Irregulares Clerici & Laici aliquem occidentes, seu mutilantes in bello aggressivo, quantumvis justo; cit. cap. *Petitio* tua 34. de homicid. & cap. *Aliquantos* 1. cap. *Designata* sunt, & cap. *Si quis* 4. dist. 51. Et per hoc Pius Secundus dispensavit in Irregularitate contracta Religiosis & Presbyteris in Africa bellum gerentibus contra Mauros, ut refert Raynald. num. 82. anno 1459. relat. a Thomass. de *Benefic. part.* 2. lib. 1. cap. 75. num. 11. Et in casu cujusdam Canonici Zagabriensis Ecclesiæ, qui ductor quorundam militum, quos juxta solitum, & legem Regni Capitulum Zagabriense mittere solet pro Patriæ, & Fidei defensione, vexilliferum Turcam necavit, dum æqua velocitate ductus a reliquo exercitu Croatico se junctus opprimi credebatur, propositis dubiis infra scriptis in *Sacra Cong. Concil.* 17. Novemb. 1685. in *Zagabriens.* Primo, *An dictus Canonicus ex causa præfata factus fuerit Irregularis? Secundo, An cum eo sit dispensandum? Et tertio, An prædicta dispensandi facultas Episcopo sit concedenda in casibus futuris? Respondit ad primum & secundum Affirmative, ad tertium Negative*.

2 In bello manifeste injusto, sive offensivo, sive defensivo, licet pauci mutilentur, seu occidantur, vel etiam unus solus occidatur, vel mutiletur, evadunt Irregulares omnes militantes, quamvis non omnes suis manibus mutilent, seu occidant, quia omnes ad homicidium cooperantur, & constituunt unam causam totalem ad eam internecionem, cum omnes ad invicem se excitant ad illam; arg. cap. *Sicut dignum* 6. §. *final. de homicid. cap. Quod in dubiis* 5. de penis, & ibi *Gloss. vers. Incitant*. E contra vero in bello manifeste justo, sive offensivo, sive defensivo evadunt Irregulares solum occidentes, vel mutilantes, propriis manibus; pugnantem autem, & neminem occidentes, nec mutilantes, non fiunt Irregulares, licet ab aliis multi occidantur, vel mutilentur; cit. cap. *Petitio* tua 24. de homicid. & cap. *Si quis* 4. dist. 51. & Doctores communiter. Solummodo autem vulnerantes, vel percutientes, & non occidentes, nec mutilantes, non fiunt Irregulares ex dict. cap. *Petitio* tua; ubi non declaratur Irregularis Pelagus Presbyter, qui pugnando aliquos percussit, & vulneravit, sed solum respondet ei Honorius tertius abstinendum esse a ministerio Altaris, si de interfectione alicujus illum conscientia remordeat, ibi: *unde cum pro eo quod aliquos percussisti Irregularitatem metuas incurrisse, mandamus, quatenus si de interfectione cujusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet, a ministerio Altaris abstineas reverenter*. Ob vulnerationem enim & percussorem non reperitur in iure imposita ulla Irregularitas, adeoque non contrahitur, cum ista non contrahatur, nisi fit in jure expresse; cap. *Is qui* 18. de *sententia excomm.* in 6.

3 Clerici, seu Laici pugnantem in bello justo, & occidentes, vel mutilantes inimicos, fiunt Irregulares, non ex delicto, sicuti pugnantem in bello injusto, sed tantum ex defectu lenitatis, quia sicuti, qui juste contra aliquem profert sententiam sanguinis, secuto effectu, Irregularitatem incurrit, arg. cap. *Aliquantos* 1. dist. 51. cap. *Sape* 29. & cap. *His* 30. caus. 23. q. 8. cap. *Ex litteris* 10. de *excessib. Prælator. cap. Clericis* 5. & cap. *Sententiam* 9. *Ne Clerici, vel Monachi*, ita qui militat in bello

4 **I**n bello aliquem occidentes, vel mutilantes, sive sint Clerici, sive Laici, incurrit Irregularitatem; cap. *Si quis per industriam* 1. & cap. *Petitio* 24. de homicid., *Clementin. unica de homicidio* cap. *Miror* 4. & cap. *Clericum* 5. & cap. *Si quis viduam* 8. dist. 10. cap. *Aliquantos* 1. dist. 51. & cap. *Designata* sunt 2. ead. dist. ubi de Laicis specialiter dicitur sic: *Designata sunt genera Laicorum, de quibus ad Clericatum pervenire non possunt, si quis fidelis militaverit &c.* Etiam si bellum esset defensivum contra quoscumque, Clerici, & Laici aliquem occidentes, vel mutilantes, fiunt Irregulares; cit. cap. *Petitio* 24. de homicid. cap. *De his* 36. dist. 50. *Rotapart. 2. recent. decis.* 3. num. 5. Et etiam si bellum esset contra Infideles & Hæreticos pro defensione Patriæ; cap. *Clericum qui Paganum* 5. dist. 50. cap. *Petitio* 24. de homicid. & ut refert Fagnanus in dist. cap. *Petitio* num. 15. & Petra in *Constitut. unica Gregor. VIII. sect.* 1. num. 12. De facto fuit concessa facultas Pontificio Nuncio Portugalliæ, ut dispensaret cum Ecclesiasticis, qui in casu inevitabilis necessitatis Infideles, seu Hæreticos defendendo Patriam occiderunt, vel mutilarunt. Et tanto magis evadunt Irregulares Clerici & Laici aliquem occidentes, seu mutilantes in bello aggressivo, quantumvis justo; cit. cap. *Petitio* tua 34. de homicid. & cap. *Aliquantos* 1. cap. *Designata* sunt, & cap. *Si quis* 4. dist. 51. Et per hoc Pius Secundus dispensavit in Irregularitate contracta Religiosis & Presbyteris in Africa bellum gerentibus contra Mauros, ut refert Raynald. num. 82. anno 1459. relat. a Thomass. de *Benefic. part.* 2. lib. 1. cap. 75. num. 11. Et in casu cujusdam Canonici Zagabriensis Ecclesiæ, qui ductor quorundam militum, quos juxta solitum, & legem Regni Capitulum Zagabriense mittere solet pro Patriæ, & Fidei defensione, vexilliferum Turcam necavit, dum æqua velocitate ductus a reliquo exercitu Croatico se junctus opprimi credebatur, propositis dubiis infra scriptis in *Sacra Cong. Concil.* 17. Novemb. 1685. in *Zagabriens.* Primo, *An dictus Canonicus ex causa præfata factus fuerit Irregularis? Secundo, An cum eo sit dispensandum? Et tertio, An prædicta dispensandi facultas Episcopo sit concedenda in casibus futuris? Respondit ad primum & secundum Affirmative, ad tertium Negative*.

5 **I**n bello aliquem occidentes, vel mutilantes, sive sint Clerici, sive Laici, incurrit Irregularitatem; cap. *Si quis per industriam* 1. & cap. *Petitio* 24. de homicid., *Clementin. unica de homicidio* cap. *Miror* 4. & cap. *Clericum* 5. & cap. *Si quis viduam* 8. dist. 10. cap. *Aliquantos* 1. dist. 51. & cap. *Designata* sunt 2. ead. dist. ubi de Laicis specialiter dicitur sic: *Designata sunt genera Laicorum, de quibus ad Clericatum pervenire non possunt, si quis fidelis militaverit &c.* Etiam si bellum esset defensivum contra quoscumque, Clerici, & Laici aliquem occidentes, vel mutilantes, fiunt Irregulares; cit. cap. *Petitio* 24. de homicid. cap. *De his* 36. dist. 50. *Rotapart. 2. recent. decis.* 3. num. 5. Et etiam si bellum esset contra Infideles & Hæreticos pro defensione Patriæ; cap. *Clericum qui Paganum* 5. dist. 50. cap. *Petitio* 24. de homicid. & ut refert Fagnanus in dist. cap. *Petitio* num. 15. & Petra in *Constitut. unica Gregor. VIII. sect.* 1. num. 12. De facto fuit concessa facultas Pontificio Nuncio Portugalliæ, ut dispensaret cum Ecclesiasticis, qui in casu inevitabilis necessitatis Infideles, seu Hæreticos defendendo Patriam occiderunt, vel mutilarunt. Et tanto magis evadunt Irregulares Clerici & Laici aliquem occidentes, seu mutilantes in bello aggressivo, quantumvis justo; cit. cap. *Petitio* tua 34. de homicid. & cap. *Aliquantos* 1. cap. *Designata* sunt, & cap. *Si quis* 4. dist. 51. Et per hoc Pius Secundus dispensavit in Irregularitate contracta Religiosis & Presbyteris in Africa bellum gerentibus contra Mauros, ut refert Raynald. num. 82. anno 1459. relat. a Thomass. de *Benefic. part.* 2. lib. 1. cap. 75. num. 11. Et in casu cujusdam Canonici Zagabriensis Ecclesiæ, qui ductor quorundam militum, quos juxta solitum, & legem Regni Capitulum Zagabriense mittere solet pro Patriæ, & Fidei defensione, vexilliferum Turcam necavit, dum æqua velocitate ductus a reliquo exercitu Croatico se junctus opprimi credebatur, propositis dubiis infra scriptis in *Sacra Cong. Concil.* 17. Novemb. 1685. in *Zagabriens.* Primo, *An dictus Canonicus ex causa præfata factus fuerit Irregularis? Secundo, An cum eo sit dispensandum? Et tertio, An prædicta dispensandi facultas Episcopo sit concedenda in casibus futuris? Respondit ad primum & secundum Affirmative, ad tertium Negative*.

Novæ additiones ex aliena manu.

6 **I**rregularitas an & quando contrahatur in bello sive justo, sive injusto, tum a Laicis, tum a Clericis, vide *Giballin. de Irregular. cap. 4. consecr. 7. a 1. ad 7. difficult.* Illud verohic non omittendum, quod laudatus *Auctor difficult.* 2. & 3. improbat opinionem *Auctoris nostri* num. 8. quod scilicet in bello injusto vel defensivo, vel offensivo, licet pauci mutilentur, seu occidantur, aut etiam unus mutiletur vel occidatur, evadant irregulares omnes milites, quamvis non omnes mutilent vel occidant.

7 Multa disputari solent a nuperis præsertim Scriptoribus cum Catholicis, tum Protestantibus de hoc argumento, liceat ne Christiano Viro militiæ nomen dare. Existimant enim e Protestantium genere nonnulli nefas esse homini, qui Christo adhæserit, militare. Horum autem quam a vero discrepans sententia sit, multis ostendere non vacat; satis sit anima revertere, probatam militiam Evangelicis fuisse, ut constat ex iis, quæ apud Lucam cap. 3. v. 14. leguntur, ubi Joannes militibus ipsum interrogantibus, quid facere ipsi deberent, respondit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris*: quis autem in animum inducât, ut credat, voluisse Evangelicam Joannis Baptiste dictum laudare, si militiam divina lege vetitam existimasset? *Autorum* cap. 10. v. 1. & sequentibus laudat S. Lucas Centurionem, ac justum, timentemque Deum illum appellat; non ergo censuit militiam cum pietate pugnare. Deinde certa atque explorata res est, primis Ecclesiæ sæculis magnam fuisse Christianorum militum copiam, quos tamen Episcopi, quibus & Religio, & disciplina curæ erat quammaxime, ab Ecclesiæ sinu minime arcebant. Celeberrimum sane fuit prodigium illud, quo Christiani milites Marci Aurelii tempore Marcomannico bello detenti orando, obsecrandoque Deum non modo impetrarunt, ut plueret, cum nullum haberet exercitus aequandi modum, manifestumque esset periculum, ne legiones universæ perirent, sed etiam ut hostes isti fulminibus partim interirent, partim dissipati, venirent tandem in potestatem Populi Romani. Atque ea Christianorum militum legio, quorum præcibus pluvia impetrata fuit, *fulminatrix* propterea dicta est. Hæc porro luculenter ostendunt, militiæ nomen dare vetitum Christianis non esse viris, neque primorum Ecclesiæ Sæculorum Christianis eam probatam fuisse sententiam, quæ statuit, minime id licere religionis Christianæ cultoribus. Plenissime de hoc argumento disserit Hugo Grotius lib. 1. de *Jure belli, & pacis* cap. 2. Heineccius in prælectionibus in eundem Grotium lib. 1.; copiose vero, atque eruditissime more suo P. Thomas Maria Machius Ordinis prædicatorum Galanatenfis Theologus tom. 1. *Originum & Antiquitatum Christianarum* pag. 363., & seqq. & tom. 3. pag. 303. Apud istos Scriptores argumenta omnia sententiæ negantis militiam cum Christiana pietate pugnare eleganter producta, affirmantis, vero uberrime, ac nervole refutata adinvenies.

ARTICULUS I.

Quoad Benedictionis esse, divisionem, & Ministrum.

Benedicere secundum S. Thomam, ut notat Barbosa de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 3. num. 56. potest contingere tripliciter, scilicet enunciative, optative, & imperative. Enunciative benedicere, quod fit laudando, est benedictio, quam Deo tribuimus, cum toties eum benedicimus, & laudamus, juxta illud Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Optative benedicere, quod fit aliquod bonum benedicto optando, & precando, juxta illud Psalm. 127. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum pacem super Israel, est benedictio, quam homo homini dare solet, non laudando solum, sed etiam aliquod bonum adprecando. Imperative benedicere, quod fit imperando, & operando effectus intentos, est benedictio, quam dat solus Deus per se, vel per Ministros suos, & operatur prædictos effectus, & hæc quandoque Deus dedit per seipsum, ut Genes. 1. num. 28. Benedixitque illis Deus, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animalibus, quæ moventur super terram; quandoque vero per suos servos, ut Josue 24. num. 10. Per illum benedixi vobis, & liberavi vos: & sic pluries benedixit se patet in Sacris Litteris; & hodie in Ecclesia Fidelibus benedicit per Pontifices, & Sacerdotes, & Religiosos viros; & de hac tertia benedictione erit sermo in præfenti. Quæ large sumpta, est duplex, una scilicet, quæ datur a puro homine propter meritum Sanctitatis, in quo Christus per gratiam inhabitat, sicuti est illa, quæ a Sanctis viris pæti conuevit; & alia est, quæ datur propter meritum Christi alicui instrumentaliter applicatum, & in hac danda requiritur Ordo Sacræ, non autem Sanctitas necessario; Et hæc benedictio adhuc est duplex, una scilicet Personarum, & V.G. Abbatum, Virginum, Sponsorum, Militum, & etiam populi; & alia rerum, seu locorum, v.g. Aquæ, Vini, Olei, Cæræ, Cinerum, Palmarum, Vestium, Vasorum, Altarium, Ecclesiarum, Domorum, Agrorum, & hujusmodi. Benedictio Personarum alia est sollemnis, quam in divinis officii dat solus Episcopus in sua Diocesi, Archiepiscopus, Patriarcha in tota sua Provincia, etiam extra visitationem, & Legati Apostolicæ Sedis in locis suæ Legationis, & Romanus Pontifex ubique terrarum, ut notatur in cap. Antiqua 23. de privileg. & habetur in Clementina cap. Archiepiscopo 2. de privileg. & excessibus privilegiator. Ugo. de Offic. & potestat. Episcop. cap. 21. §. 2. num. 1. Barbosa. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 3. num. 58. Et hæc sollemnis benedictionem in Missis, Vespere, & Matutinis pontificaliter celebratis possunt dare etiam Abbates, & alii Prælati ad id privilegium habentes; cap. Abbatibus 3. de privilegiis in 6. & Sac. Rit. Congr. 27. Septembris 1659. Est tamen circa hoc observandum, quod minor ex istis in præfentia Majoris, & Superioris nequeat benedicere, nisi de licentia Superioris; opus enim est expressa concessione, ut contra regulam juris minor etiam benedicendo possit extendere manum supra majorem, ut colligitur ex cap. Denique 6. dist. 21. cap. Ministrare 3. caus. 26. quæst. 6. & cap. Cum ad celebrandas 65. dist. 1. de consecratione, & ex Apostolo ad Hebræos cap. 7. num. 7. ubi expresse dicit: Sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicatur? & sic expresse statuit pluries Sacra Rit. Congr. ut de Archiepiscopo in præfentia Nuncii 9. Martii 1593. & in præfentia Legati 2. Octobris 1601. & de Episcopo in præfentia Metropolitanæ 10. Januar. 1609. & 13. Octobr. 1618. & de Abbatibus in præfentia Episcopi, seu Ordinarii 27. Septembris 1659. §. 14. & 20. Julii 1660. in declaratione, & resolutione ad ipsum §. 14. Conveniens tamen est, ut Major, seu Superior rogatus pro benedictione a minori, seu inferiori, ipsi dandam remittat, ut populus cognoscat dignitatem Apostolicam, ut decrevit Sac. Rit. Congr. in Taurin. 9. Martii 1593. Archiepiscopus debet rogare Nuncium, ut populo benedicat, qui hoc deinde mittat Archiepiscopo, ut populus cognoscat dignitatem Apostolicam, Et alia est benedictio Personarum simplex, ut illa quæ fit a Sacerdote in fine Missæ, quæ etiam a Sacerdote dari nequit præfente Episcopo sine permissione ipsius; ex allato textu Apostoli ad Hebræos 7. n. 7. & citat. Canonibus:

cap. Denique 6. dist. 21. cap. Ministrare 3. caus. 26. q. 6. & c. Cum ad celebrandas 65. dist. 1. de consecrat. Benedictio rerum, seu locorum est multiplex, Verò. Grat. 13. Aquæ, Cinerum, Candelarum, Palmarum, & Olivarum, Paramentorum, & utensilium Ecclesiæ, ciborum, vestimentorum, & ornamentorum hominum, annuli, coronæ, ensis, pilei, vexilli, & aliarum hujusmodi rerum, sicut etiam locorum, ut Domorum, Ecclesiarum, vinearum, agrorum, & similium. Et harum benedictionum, quæ fiunt cum sale, & exorcismo ad benedicendas res, & loca, & ad homines aspergendos, ac fugandos Demones, atque venialia delicta ablucenda, cap. Aquam 16. de consecrat. dist. 3. c. Aqua 9. de consecr. Ecclesiæ, solus Sacerdos ex potestate sui ordinis est adequatus Minister; cap. Perlectis 1. dist. 25. ubi dicitur, ad Presbyterum pertinet benedicere Dona Dei: c. Ecce ego, verb. benedicere 6. dist. 95. & cap. Officium 3. de Officio Archiepiscopi. Unde si Diaconus, quamvis jubente Sacerdote, aquam V. G. benediceret, irrita esset benedictio, quia non facta ab habente auctoritatem, & ideo merito in c. 28. lib. 8. Constituit. Apostol. dicitur: Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, accipit vero ab Episcopo, & Presbytero. Datur autem alia aquæ benedictio, 14. quæ fit a solo Episcopo cum vino, & cinere ad reconciliandam consecratam Ecclesiam, quæ fuerit violata, ac polluta; cap. Proposisti 4. & c. Aqua 9. de consecrat. Ecclesiæ. Paramenta Ecclesiastica, & ornamenta omnia, tam ministrorum quam Altaris sunt per Episcopum benedicenda; cap. Vestimentis 42. de consecrat. dist. 1. itaut simplices Sacerdotes illa benedicere non possunt, neque ex delegatione, & permissione Episcopi, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium Sedis Apostolicæ, a qua interdum conceditur Perionis in dignitate Ecclesiastica constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda Sacra Unctio, vel Oleum Sanctum, quæ ab ipso tantum Episcopo ordinata, & consecrata benedicenda, inungenda & consecranda sunt, ut cenit Sac. Cong. Rit. in Brixien. 11. & 14. Maji 1616. in Taurinens. Pistorien. 9. Octob. 1510. in Imolen. 14. Novembr. 1615. in Januens. 12. & 14. Maji 1616. in Saonen. 3. Dec. 1616. in Taurinens. Pistorien. & Tarvisina 7. Maji 1619. in Novariens. 21. Martii 1620. in Tridentina 2. Augusti 1621. & in Cap. uraque. 20. Julii 1630. Et de facto hæc facultas benedicendi paramenta, & Ecclesiastica ornamenta, & vasa, in quibus non adhibetur Sacra Unctio, fuit concessa diversis Archidiaconis, Decanis, Archipresbyteris, aliisque Personis Ecclesiasticis a Sac. Rit. Congr. & signanter in Aquilens. 20. April. 1599. in Elven. 17. Maji 1600. in Lugdunen. 29. Januarii 1605. in Zamoren. 15. Novemb. 1603. in Meten. 18. Novembr. 1606. in Ruthen. 9. Maji 1609. in Augustana 12. April. 1614. & in Gnesen. 4. Septembr. 1621. Et hæc facultatem habent omnes Prælati Regulares, scilicet Generales, Provinciales, Guardiani, Priores, alique omnes Superiores locales quocumque nomine nuncupentur ex amplissimo privilegio Leonis X. in Constitut. incip. Religiosis suadet, concessio Minoribus de Observantia, & ex aliis a variis summis Pontificibus concessis aliis Regularibus, ut a Joanne XII. Sixto IV. Innocentio VIII. Eugenio IV. Julio II. Paulo III. Gregorio XIII. & aliis. Cum hac tamen limitatione, ut non possunt benedicere paramenta, & ornamenta Ecclesiastica, nisi pro usu tantummodo suarum Ecclesiarum: ut expresse dicit Leo X. in cit. Constit. ibi: Pro vestro usu tantum: & pluries declaravit Sac. Congr. & signanter 24. Augusti 1609. 18. Augusti 1629. & 14. Martii 1642. his verbis: Abbates, Priores, Guardiani, & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate Jesu, habentes privilegia benedicendi vestes Sacras, Cameteria, & similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra Unctio non adhibetur, & pro servitio dumtaxat Monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum, & in decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum a Sac. Cong. ordinaria habit coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa VII. emanato die 27. Septembr. 1659. §. 18. his verbis: Ecclesiasticam Supellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant. Sic etiam Abbates, alique Prælati habentes privilegium benedicendi Calices, Patenas, Campanas, & similia, in quibus adhibetur Sacra Unctio, possunt tantummodo hæc facere pro usu suarum Ecclesiarum ex mox citato Decreto circa usum Pontificalium n. 10. his verbis: Reliqua Pontificalia extra loca ipsius Abbatis subjecta, vel pro servitio alienæ Ecclesiæ, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valent, puta Campanarum benedictiones, &

Calicum, & similia, in quibus sacra adhibetur Unctio, nec non Minorum Ordinum collationes. Alia ad rem vide verb. Vasa Sacra.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Benedictio antiquitus pro ordinatione accipi solebat; Vide Gonzal. in cap. 7. n. 12. de Sacramen. non ordinand. qui ita accepta voce hac recte explicat plures Conciliorum Canones. De re benedicta & speciatim campana an pro usu prophano infervere possit, vide Frances de Eccles. Cathedral. cap. 24. numer. 98. 101. 168. & sequent.

BENEDICTIO EPISCOPALIS IN VIA

ARTICULUS II.

Quoad eos, qui possunt, vel non, illam impertiri in via, seu itinerando.

Benedictionem in via, seu itinerando dare potest Episcopus in sua Diocesi, Archiepiscopus, Primas, seu Patriarcha in tota sua Provincia, etiam extra visitationem, & Legatus Apostolicæ Sedis in locis suæ Legationis, & Romanus Pontifex ubique terrarum, ut notatur in cit. cap. Antiqua 23. de Privileg. & habetur in Clementin. cap. Archiepiscopo 2. de Privileg. & excessibus privilegiatorum. Cum hoc tamen, quod minor ex istis, in præfentia Majoris, & Superioris, nequeat benedicere, nisi de licentia Superioris, ut colligitur ex cap. Denique 6. dist. 21. & aliis Sacris Canonibus, & Decretis Sacræ Congregationis adductis supra art. 1. n. 10. & expresse statuit Nicolaus primus in decret. tit. de consuetud. c. 3. Archiepiscopus, Primas, seu Patriarcha potest etiam populo benedicere in locis exemptis intra ejus Provinciam existentibus etiam extra visitationem ex cit. Clementina c. Archiepiscopo 2. de Privileg. & excessibus privilegiator. & Gloss. ibid. verb. Coligo, & decrevit Sac. Congreg. Rit. 13. Julii 1613., & Rota in Nullius, seu Urbinatens. Jurisdictionis, coram Buratto 7. Maji 1618. Sic etiam potest Episcopus populo benedicere in locis exemptis intra suam Diocesim existentibus ex eadem Clementina c. Archiepiscopo, & Gloss. ibidem. Coadjutor Episcopi potest populo benedicere, dum per Civitatem incedit, de licentia tamen Episcopi Coadjuti: Sac. Rit. Cong. 31. Januarii 1591. Archiepiscopus, Primas, & Patriarcha, Nuncius, & Legatus extra suam Provinciam sine speciali privilegio, neque sollemnit, neque privatim per viam, & itinerando possunt populo benedicere, arg. cit. Clementin. cap. Archiepiscopo 2. de privileg. & excessibus privilegiator. Nec Episcopus extra suam Diocesim ex Sac. Congreg. Concil. 26. Aprilis 1602. Legato præfente in Civitate, Episcopus non potest benedicere populo, sed intra Ecclesiam eo absente, vel annuente, potest benedicere, Sac. Rit. Congreg. 2. Octobris. 1601. Benedicere per vias Abbati non conceditur: Sac. Congreg. Rit. in Nullius Provincia Burgens. 24. Augusti 1609. Imo Abbates neque possunt per Ecclesiam incidentes benedicere populis, quamvis pleno Jure subjectis, ex Sac. Rit. Cong. in Decreto circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro Septimo edito 27. Septembris 1659. §. 13. his verbis, Pontificales Benedictiones, cum trina Crucis productione in Missis tantum Pontificalibus, nec non Vespere, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis, licere sibi tantum meminere. Privatim vero populis quamvis pleno Jure subjectis, nisi expresse ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incidentes benedicere non præsumant, & denuo 20. Julii 1660. in declaratione ejusdem Decreti his verbis: Ad §. decimum tertium, quo disponitur, ne Abbates extra Pontificalia, Pontificali more ac trina Crucis productione, nec non privatim occurrenti populo, tum Pontificaliter induti, etiam per Ecclesiam incidentes benedicant, asserentibus Monachis, Abbates in Missis privatim hæctenus Episcopali more benedixisse, & Pontificalibus præfentim indutos per Ecclesiam transientes occurrenti populo benedictionem elargiri consuevissent; Sac. Rit. Congreg. censuit servandum esse Decretum. Nonnisi Episcopus potest benedicere populo extra actum celebrationis; Sac. Rit. Congreg. 25. Maji 1624.

Quo tempore Abbates impetraverint potestatem impertendi solemnem benedictionem populo, Vide apud Vanspen Jur. Eccles. univers. part. 1. tit. 31. cap. 6. num. 9. Decretum S. Congregationis Rituum ab Auctore allatum, n. 10. quo Abbatibus per Ecclesias incidentibus interdicitur benedictionem solemnem populo impertiri, solum habet fundamentum in cap. 3. de Privileg. in 6. Tametsi Abbates solemnem benedictionem impertiri populo possint in Ecclesiis sibi pleno Jure subiectis, tamen in iis præfente Episcopo nequeunt eam impertiri. Rationem autem cum Tamburino de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 21. quæst. 9. assignat Vanspen. Jur. Ecclesiast. univers. part. 1. tit. 31. cap. 6. n. 27.: Quia minor non debet majorem benedicere.

ARTICULUS III.

Benedictio Episcopi respectu Abbatum, Abbatissarum, & Monialium.

Episcopus benedicit Abbates, Abbatissas, & Moniales, ut colligitur ex cap. Devotis 11. caus. 20. quæst. 1. & ex cap. Statuimus 1. de supplend. negligent. Prælatorum. Abbates enim, qui petunt benedici, debent recipere benedictionem ab Episcopo, non autem ab aliis Abbatibus, alias benedictis; Sacra Rit. Congreg. in una Cameracensi 10. Decembris 1631. Et Abbates semel benedicti cum ulu birreti, si transferantur ad aliam Abbatiam cum ulu Mitræ, non indigent alia benedictione; Eadem Sac. Congreg. in una Bituntina 25. Februarii 1606. Et hæc benedictio dari debet illis diebus, quibus Ordin. minores conferri possunt; Gloss. mox cit. verb. Benedici, & sic Dominico die & intra Missarum solemnia, ut de Virginum benedictione, agentes resolvunt Salzed. ad Bernard. cap. 26. vers. Virginum, Piscara in praxi Cærem. lib. 2. cap. 7. num. 1. Tamburin. de Jure Abbatiss. disp. 27. q. 6. vers. Piscara. Et sine aliquo examine est danda, ut resolvit Innocent. in cap. Statuimus 1. de supplend. negligent. Prælator. & Barbosa de officio & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 27. num. 13. Ista autem benedictio non est de essentia, nec simpliciter necessaria ad hoc, ut Abbates ea quæ sunt ordinis, & sui Officii, exercere possint, sed potius videtur esse de solemnitate, cum etiam Abbates Regulares non benedicti possint libere, & licite facere, & exercere omnia, quæ possunt Abbates benedicti, ut colligitur ex cap. Statuimus 1. de supplend. negligent. Prælator. ubi statuitur, quod si Episcopus tertio requisitus benedicere sine causa renuerit, possit ipse Abbas non expectata benedictione, officium administrare, & Ordines conferre; & conitit ex pluribus aliis consimilibus Pontificiis concessionibus, & præcipue Eugenii IV. Pii V. Pauli III. Gregorii XIII. & Pauli V. Et expresse declaravit Sacra Congreg. Concilii 16. Febr. 1619. quod Abbates Regulares de Jure conferre possunt Ordines Minores suis subditis licet non sint benedicti; quod etiam confirmavit eadem Congregatio in una Panormitana die 16. Martii 1617. Vid. verb. Abbas num. 4. Et circa hoc observandum, quod signanter fuit statutum a Sacra Rituum Congregatione in cit. Decreto circa usum Pontificalium edito coram Sanctissimo Alexandro VII. die 27. Septembris 1659. in cujus §. 10. sic dicitur: Invitati ad Ecclesiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates per tui, vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint privilegio perpetuo Abbatibus, vel alias benedictis, indulto. Vide ipsum Decretum per extensum adductum verb. Abbas num. 30. & novissimam Constitutionem Benedicti XIII. adductam ibid. sub num. 18. Abbatissæ, quæ in Monasteriis, ubi est consuetudo, ab Episcopo benedicuntur juxta Clementinam cap. Attendentes 2. de statu Monachorum, minores annis quadraginta, & quæ per octo ante professa non fuerint, eligi & benedici in Abbatissas prohibentur. Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. de Regularibus, & Monialibus. Et anni quadraginta debent esse completi ex Sacra Congreg. Concilii in una Neapolitana die 24. Septembris 1678. Abbatissæ tamen temporales, illæ scilicet, quæ non nisi ad triennium eliguntur, ex ordinatione Gregorii XIII. de anno 1583. die 1. Januarii non sunt Jure benedicendæ, nisi Sancta Sedes Apostolica aliud statuat expresse, vel servet consuetudo contraria; Quaranta in summa Bullarii verb. Abbatissa in fine, Piscæus in praxi Episcop. part. 1. cap. 2. 3. Miranda in Manuali Prælator. in fine tom. 2. tract. 2. de Sacris Monialibus q. 7. art. 7. conclus. unica. Consuetudo benedicendi Virgines, seu Moniales

les non amplius est in usu, at eam servandam esse, si alicubi adhuc vigeret, respondit Sacra Congr. Episcop. & Regul. Patriarche Venet. 5. Decemb. 1597. Et Benedictus XIII. concessit Indulgentiam plenariam omnibus, & quibuscumque Monialibus, Velum sacrum, Benedictionem, & Consecrationem recipientibus, Sic in Constitutione incipiente: In supremo edit. 6. Aprilis 1728. Et secundum Canones non sunt benedicendae, seu consecrandae, nisi attigerint vigesimum quintum annum. cap. Placuit 14. & cap. Virgines 15. caus. 20. q. 2. 1. Nec pro ipsarum benedictione, seu consecratione potest Episcopus ingredi Clausuram Monialium, ut colligitur ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regularibus & Monial. cap. 5. vers. Ingredi autem, ubi rigorosissime precipitur, ut nullus Monialium Monasteria ingrediatur, nisi in casibus meræ necessitatis, & hic casus non est necessarius pro ingressu, cum possit Episcopus Moniales benedicere, seu consecrare in Ecclesia exteriori per famulam deputatam ad imponendum eisdem velum, ut expresse decrevit Sac. Congr. Conc. in Hieracens. 27. Junii 1627.

Novae additiones ex aliena manu.

1 Benedictio Abbatissae solet dici ordinatio & consecratio; Gonzal. in cap. 13. num. 3. de Accusatione. De ea vero consule, si vacat, Tamburin. de jur. Abbatiss. disput. 29. per tot. Cellotium de Eccles. Hierarchia cap. 11. in fin.

ARTICULUS IV.

Benedictio quoad Sponfos.

1 Sponfus, & Sponsa cum nubunt temporibus pro solemnitate nuptiarum non vetitis, sunt in Ecclesia benedicendi; cap. Sponfus, & Sponsa 33. dist. 23. c. Alter 1. cap. Nullus Fidelis 2. cap. Nostrates 3. & cap. Sponfus 5. caus. 30. q. 2. 5. Et tales Sponforum benedictiones, sicuti & prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus damnantes, anathematizantur a Concilio Trident. sess. 24. Canone 11. ibi: Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus suspensionem esse tyrannicam ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, & alias Ceremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit, anathema sit. Talis benedictionis omisio, licet, cum sit sine scandalo, & contemptu, non sit peccatum mortale, est tamen secundum communem Doctorem saltem peccatum veniale; Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 23. Bonacina q. 4. p. 6. num. 2. Sa, Filiucci, Henric. la Croix, & alii communiter. 4 Et talem benedictionem debent Sponfi recipere ante consummationem Matrimonii, prout hortatur Concil. Trident. sess. 24. de reformat. Matrimonii cap. 1. ibi: Praeterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacerdotalem in Templo suscipiendam in eadem Domo non cohabitent. Unde cum Concilium hoc non praecipiat, sed solum hortetur, liberam voluntatem relinquit, & non obligat; cap. Ultimus in fin. dist. 4. Gloss. verb. statuta in cap. 1. de constitut. ibiq. Abbas n. 9. 6 & Felin. n. 20. Quare peccatum mortale non esse ante Ecclesiae benedictionem Matrimonium consummare, sublato scandalo, & contemptu Legis Ecclesiasticae, maxime si probabile adsit incontinentiae periculum, resolvunt Navarr. in Manual. cap. 22. n. 83. Covarruv. de Sponsalib. part. 2. cap. 7. num. 2. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 12. Bonacina q. 4. p. 6. n. 1. in fine, & n. 4. vers. rogabis 4. & alii plurimi cum Barbosa de Offic. & potest. Episcop. allegat. 32. n. 181. Et nec etiam veniale peccatum est fesse differre hanc benedictionem post consummationem, si adesset aliqua justa, & rationabilis causa, uti esset, si aliquis initio Adventus, vel Quadragesimae contraheret, quia nimis durum esset, & grave periculum incontinentiae differre consummationem usque ad benedictionem post Epiphaniam, vel post octavam Paschae faciendam; cum intra talia tempora, licet non prohibeatur contractus Matrimonii, aut ejus consummatio, prohibeantur tamen nuptiarum solemnitates, ut est benedictio Sponforum, solemnitas sponsoe in domum Sponfi traditio, & hujusmodi; Concil. Trident. sess. 24. cap. 10. de reformat. Matrimon. 8 Conjuges, ex cap. Vir autem 3. de secundis nuptiis, non benedicuntur, si ambo, vel alter fuerit benedictus: ibi; Vir autem, vel mulier ad bigamiam transiens, non debet a Presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet, & rationem dant Doctores ex S. Thoma in 4.

dist. 42. q. 3. art. 2. ad secundum, quia secundum Matrimonium quamvis in se consideratum sit perfectum Sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum habet aliquid de defectu Sacramenti, quia non habet plenam significationem, cum non sit una unitas, sicut est in Matrimonio Christi, & Ecclesiae, & ratione hujus defectus a secundis nuptiis subtrahitur. Subdit tamen S. Thomas loc. cit. hoc esse intelligendum, quando secundae nuptiae sunt secundae ex parte viri, & ex parte feminae, vel saltem sunt secundae ex parte feminae. Si vero Virgo contrahat cum viro, qui jam habuerit aliam uxorem, nihilominus nuptiae benedicuntur; salvatur enim aliquo modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias, ut distulit per eum, ibi: „Hinc consuetudo generaliter recepta obtinuit, quod si femina solum nondum fuerit benedicta, possit tunc benedictio solemniter fieri, quia ad illam praecipue ex forma benedictionis pro fecunditate dirigitur ipsa benedictio, & nihil in viro intelligitur iterari, S. Thomas, S. Bonaventura, Covarruvias de Sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 11. n. 2. Gregor. lib. 2. r. 11. p. 4. Saldez, Genuell. Riccius, & alii cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 32. n. 184. Benedicendi sunt Conjuges in secundis nuptiis, si neuter ex ipsis fuerit benedictus in primis nuptiis, arg. cit. cap. Vir autem 3. de secundis nuptiis, ubi solum prohibentur benedici, si alia vice fuerint benedicti. Et sic benedicendi sunt a Parocho sponfus, & sponsa, si contractis sponfalibus per verba de futuro, antequam coram Parocho, & testibus Matrimonium contraxerint, invicem se cognoverint. Sac. Congr. Concil. die Octobris 1593. ut refert Aldan. d. tit. 3. num. 23. Benedictio nubentium fieri debet a proprio Parocho, non autem ab alio Sacerdote, nisi de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, non obstantem immemorabili, vel privilegio, ut colligitur ex cit. cap. Vir autem 3. de secundis nuptiis, ibi; A Presbytero benedici; id est Presbytero Parochiali dantaxat, ut expresse cautum est decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. Matrimoni. his praecisus verbis: Stat. utque benedictionem, a proprio Parocho fieri, neque a quocumque, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad praedictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse, quicumque consuetudine, etiam immemorabili, quae potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Unde Parochus proprius debet recipere elemosynam ratione benedictionis, & non alius. Sac. Congr. Rit. in Acheruntin. 25. Januarii 1602. Et haec nuptialis benedictio de Jure potest dari a Parocho utriuslibet Sponfi; uterque enim est proprius, & eodem tenore; & eadem clausula praecipitur a Tridentino sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1. ut proprius Parochus intersit Matrimonio, & ut benedictionem conferat; unde cum ex communi ad illud sufficiat Parochus utriuslibet contrahentis, sufficit etiam a hanc benedictionem conferendam; Cened. Decretal. collect. 31. n. 8. Sanchez lib. 7. disp. 82. n. 4. Gutierrez de Matrim. cap. 106. n. 8. & 9. Bonac. q. 4. p. 6. num. 3. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 32. num. 185. Armendariz, Gobat, & alii fere communiter contra paucos, qui dicunt hanc benedictionem fieri debere a Parocho Sponsoe: quae vere consuetudo ubi legitima, & pacifica adsit, est observanda, ut de facto fere ubique observatur. Si vero statim a Parochia, ubi contraxerunt, abirent ad aliam, deberent ab hoc ultimo Parocho benedici, quia hic solus jam est proprius, sicuti etiam si mulier statim post contractum Matrimonium traduceretur ad domum viri in alia Parochia habitantis, quia mulier ad domum viri traducta efficitur de ejus Foro. l. Cum quadam puella, ubi D. ff. de jurisdic. omni. jud. l. Mulieres Cod. de incol. lib. 10. l. final. Idem rescripserunt ff. ad municip. de incol. Et sicut per talem traductionem constituitur Parochiana ejusdem Ecclesiae, cujus est maritus, ut per Hostiens. in summa tit. de Parochis §. quis intelligatur, vers. sed & uxor; Joann. de Anan. in cap. final. num. 13. eod. tit. ita definit esse Parochiana illius Parochi, in cujus Parochia ante traductionem morabatur, quia translatio Domicilii subtrahit eam illius jurisdictioni, ex quo sequitur, ut Parochus mulieris non sit amplius proprius ipsius Parochus Gloss. in cap. final. in verb. Habitatores; per illum text. ubi D. de Paroch. Fagnan. lib. 4. decret. cap. Vir autem 3. de secundis nuptiis num. 13. Tales autem benedictiones conjugales non possunt inter Missarum solemnitas fieri; Sac. Congr. Concil. in Pisauriens. 13. Julii 1638. Parochi alieni, & alii Sacerdotes, sive Saeculares, sive Regulares benedicentes in nuptiis alienos sponfos sine licentia proprii eorumdem Parochi, vel Ordinarii, incurrunt Suspensionem; Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. Matrimoni. cap. 1. ibi: Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive Saecularis, etiam si sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiae sponfos sine illorum Parochi licentia, Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Et hanc Suspensionem esse ab Officio & Beneficio resolvunt Franc. Molina de ritu nuptiarum lib. 2. differ. 14. num. 9. Averla q. 6. sect. 8. §. ult. & varii alii, quia dum non restringitur ad alteram partem, intelligitur de utraque; cum non sit ratio cur potius intelligatur de una, quam de altera; & in gravibus id regulare est, ex Gloss. in Clement. Cupientes de penis, & cap. Latentes de Clerico excommunicat. ministr. & Gloss. final. in cap. Pastoralis, de appellat. Covarr. de spons. part. 2. cap. 6. in princip. n. 13. Percz in l. prima, vers. Est etiam alia poena tit. 1. lib. 5. ordinat. Et haec poena est imposita soli benedicenti, non autem deputanti alium, qui benedicat per se; regulariter enim poena illata contra exercentes non extenduntur ad mandantes, & consulentes, nisi exprimat; & hic a Concilio exprimitur solum benedicens, ibi: benedicere ausus fuerit; Averla q. 20. sect. 3. Rosignol. contract. 15. de Matrimoni. p. not. 33. n. 13. & alii. Et ad hanc poenam incurrendam requiritur plena scientia, quia Concilium dicit ausus fuisse; audacia autem importat ingentem temeritatem, quae non potest esse cum ignorantia, licet errata; unde quaecumque ignorantia excusare potest ab incursum illius; Marius Alterius de cens. r. tom. 2. disp. 11. cap. 5. vers. Hoc autem quod dixi, Bonacin. tom. 3. de suspens. disp. 3. q. 3. p. 5. num. 1. Rosignol. loc. cit. & alii.

Novae additiones ex aliena manu.

1 Benedictio nuptialis unde originem sumpserit? Quinam sint ritus in Ecclesia recepti benedictionis nuptialis? Et quare in secundis nuptiis non adhibeatur benedictio nuptialis, tum alia ad idem argumentum pertinentia; Vide apud Gonzal. in 2. cap. 1. fer. per tot. de secund. nupt. An impendenda matrimonii Catholicorum cum Haereticis, consue Bened. XIV. de Synod. lib. 6. cap. 5. num. 5.

ARTICULUS V.

Benedictiones variae a quibus possint, & debeant fieri.

1 Benedictio, & distributio Candelarum, Cinerum, & Palmularum regulariter potest fieri in omnibus Ecclesiis, tam Collegiatis, quam Parochialibus, tam Saecularibus, quam Regularibus; Sac. Congr. Rit. in Ostien. 28. April. 1607. Benedictio, & distributio Candelarum, Cinerum, Palmularum, & Fontis, absente, vel impedito Episcopo, fiat ab eo, qui cantaturus est Missam; Sac. Rit. Congr. 12. Julii 1627. Et in Ecclesiis Regularium, in quibus exerceri consuevit Cura animarum, benedicere Cineres, illoique Fidelibus distribuere, pertinet ad Regulares, non ad Parochum; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Firmiana 1. Julii 1615. Ille item, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimae, vel Candelas in Festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmularum, debet etiam cantare Missam sequentem; Sac. Rit. Cong. 12. April. 1640. Benedicere Ecclesiam novam, vel Oratorium, & Ecclesiam reconciliare non potest simplex Sacerdos sine licentia Sedis Apostolicae, Sac. Rit. Congr. in Placentina 19. Maji 1607. in respons. ad 10. dubium. Benedictio autem simplex Coemeterii, & Ecclesiae non consecratae potest committi Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto; Sac. Rit. Congr. in Cameraens. 9. Februarii 1608. 7 Regulares Superiores, vel alii Sacerdotes in Capitulis Generalibus deputati possunt benedicere, & reconciliare suas Ecclesias, Coemeteria, & Oratoria ex variis Summorum Pontificum privilegiis, & signanter ex privilegio concessio Minoribus de Observantia a Leone X. in Constitut. incip. Religionis suadet his praecisus verbis: „Nos igitur, qui Religiosorum Peritorum vota, per quae eorum dispendii obviatur, ac commolis, & protectibus providetur, studio charitatis libenter prosequimur, hujusmodi supplicationibus inclinati &c. ac vestri Ordinis Generalibus, Provincialibus, Vicariis, & Custodibus, ac Guardianis pro tempore existentibus praefatis, ut omnia, & singula ejusdem Ordinis de Observ. Ecclesias, Coemeteria, & Capitula, & Oratoria ubicumque existentia, receptas, & receptas, recipiendas, seu recipiendas, ac Pa-

ramenta, & ornamenta, ac alia quaecumque ad Divinum cultum, & usum vestrum necessaria, in quibus Christiana non intervenit, pro vestro usu tantum, solemniter benedictione; ac etiam per Vicarium, seu Guardianos, aut alios ad hoc a vobis in vestris Capitulis Generalibus provide deputandos, benedicere, ac illos, seu illa, & eorum qualibet Sanguinis, seu seminis effusione, seu alias quomolibet pollutas, seu polluta, quoties opus fuerit, aqua per vos (praetertim in locis, ubi Episcopus aquam benedictam per duas Dietas adire non poteritis) benedicta reconciliare libere, & licite valeatis, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, non obstant. &c. Novarr. in Summ. Bullar. 2. part. tit. de consecr. Eccles. Regul. num. 9. Ventriglia tom. 2. annot. 17. §. 2. num. 32. & alii passim. Et hoc privilegium extenditur etiam ad usum Monialium existentium sub regimine Regularium, ut docet Miranda tom. 3. cap. 40. art. 1. conclus. 2. & alii. Hic nota, quod aqua necessaria pro reconciliatione Ecclesiae ex Pontificali Romano iussu Clementis VIII. edito continet aquam cum sale, cinere, & vino. Et quolibet Dieta ex Henriquez apud Mirandam tom. 3. q. 39. art. 3. conclus. 3. & Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 40. num. 27. arg. l. 3. de Verbor. significat. continet viginti Milliaria, Jejuitia etiam concessum, ut possint benedicere Calices, & Altaria in locis, in quibus non adesset Episcopus, qui posset ea benedicere, Paul. III. Constit. incip. Licet debitum.

Regulares non possunt domos benedicere in hebdomada Sancta; Sac. Congr. Concil. in una Bononens. 2. Julii 1620. in respons. ad 14. dubium. An autem possint Regulares benedicere Mulieres post partum, & ad purificationem admittere in propria Ecclesia? Lis non parva est inter Doctores. Pro affirmativa ita decretum Sacrae Congr. Concil. in dict. Bononien. 2. Julii 1620. in respons. ad 9. his praecisus verbis: Ad 9. Regulares non prohiberi in eorum Ecclesiis Mulieres post partum ad Purificationem admittere. Nihilominus Pignatell. tom. 5. consult. 67. num. 17. dicit, quod a dicto Decreto, quod innitebatur Concordiae, & consuetudini praescriptae, fuit ab eadem Sacra Congregatione recessum in Antverpiens. 19. Novembris 1662. & huic resolutioni famulatur alia novissima Sacrae Congregationis Visitationis Apostolicae in Romanae Jurium Parochialium 15. Septembris 1695. & 23. Januarii 1698. in qua, ut refert Monacell. tom. 1. tit. X. form. 18. num. 12. articulo partibus informantibus plene discusso, decisum fuit, proponente Eminentissimo Cardinali Bichio, Benedictionem Puerperarum, spectare private ad Parochum S. Nicolai in Carcere ad exclusionem Ecclesiae, & Minorum Hospitalis B.M. Consolationis, & Sac. Congr. Rit. die 10. Decemb. 1703. in respons. ad sextum dubium his verbis conceptum: 6. A benedictiones Mulierum post partum, Fontis Baptismalis, ignis, Seminis, Ovorum, & similium, sint de iuribus merè Parochialibus; Ad sextum, Negativè, sed benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere a Parochis. Et iterum non posse Regulares in propriis Ecclesiis Mulieres post partum benedicere, & ad purificationem admittere, declaravit Sac. Congr. Rit. in Orbis, & Orbis Jurium Parochialium 12. Januarii 1704. At tamen Sac. Congr. Concilii ad quam potissimum spectat haec cognitio, in decreto super dubiis propositis in causa Aque Jurium Parochialium inter Patres Carmelitas, & Praepositum loci Incisae ad 10. dubium conceptum his praecisus verbis: X. An possint in propria Ecclesia Mulieres post partum benedicere, & ad Purificationem admittere? dicitur 19. Maji & 9. Junii 1708. Ad decimum, affirmative. Sic praecise habetur in Bullario Clementis XI. Decreto tertio inter Decreta Sacrae Congregationis Concilii fol. 542. & 543. impressis in Romano. Unde cum talia decreta supponantur fundata in consuetudine legitime intrducta, & praescripta, ubi talis reperitur, est observanda; cap. Cum tanto 11. de consuetudine, & cap. Cum dilectus 8. ac cap. Cum consuetudinibus 9. eod. tit. Et posse Mulieres post partum accedere ad quaecumque Ecclesiam sibi beneviam pro recipienda benedictione, statuit Sac. Congr. Concil. in Dertbonens. 3. Decemb. 1718. & 7. Decemb. 1720.

Regulares nequeunt in suis Ecclesiis, nisi delictiota Ordinarii, & ex causa publica ab eodem probata exponere solemniter Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, & cum ipso populum benedicere; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Cajetana 25. Octob. 1602. & in Dertbonens. 27. Maji 1603. & Sac. Congr. Rit. 16. Februarii 1628. Pro Perionis vero particularibus exponitur in ostiolo Tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, & assistentia; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 7. Septembris 1598. Et sic etiam decrevit 10. Decembris 1602. praeci-

præcis his verbis: *Non liceat Regularibus etiam in eorum propriis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario. Ex causa autem privata possunt, dummodo Sanctissimum Sacramentum a Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut Hostia videri non possit; Et Sacra Congreg. Conc. in Neapolitana 17. Augusti 1630. Et iterum Sac. Cong. Rit. in Firmana 22. Januarii 1701. Et hoc procedit etiam in omnibus aliis Ecclesiis quocumque modo exemptis, & non habentibus Jurisdictionem in populum, ut declaravit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Florentina Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum 18. Maii 1696. referente Eminentissimo Cardinali Pamphili. Benedictiones agrorum, & frugum fieri non possunt a Regularibus cum stola sine Parochi licentia; Supplicante enim in Sacra Congregatione Concilii Procurator Generali Capucinorum declarari; Primo, An Regulares dicti Ordinis requisiti ab agrorum Dominis, possint absque licentia Parochi benedicere agros, & maledicere locustas & bruchos, & ceteros hujusmodi vermes, & quatenus affirmative. Secundo, an in hujusmodi functionibus peragendis uti possint stola absque licentia Parochi? Sac. Congreg. die 28. Augusti 1688. respondit ad utrumque Negative.*

21 Benedictiones Animalium in die festo S. Antonii Abbatis dare, & oblationes recipere ab aliis Capellanis & Rectoribus aliarum Ecclesiarum intra fines Parochiæ existentium, nec prohibere, nec impedire valet Parochus, quia inter functiones Parochiales ista benedictio non connumeratur; Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Fulginat. 25. Maji 1685. & in Tudertina 18. Novembris 1695. & Sac. Congr. Concil. in Rvemat. 12. Novembris 1695. quæ conclusio vera est etiam quoad Religiosos S. Antonii Viennen. qui nullum Jus privatum id prohibendi habent; Eadem Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Tudertina 18. Novembris 1695. Sic etiam Benedictiones ignis, seminis, ovorum, & similibus possunt fieri a quocumque Sacerdote, sive Sæculari, sive Regulari, quia nec iste connumeratur inter functiones mere Parochiales, ut colligitur ex Decreto Sacre Congreg. Rit. edito 10. Decembris 1703. ubi ad sextum dubium his terminis conceptum: Sexto: An benedictionem Mulierum post partum, Fontis Baptismalis, ignis, seminis, ovorum, & similibus sint de Juribus mere Parochialibus, sic respondit: Ad 6. negative, sed Benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere a Parochis. Ubi vides, quod Sacra Congregatio negat omnes tales Benedictiones esse de Juribus mere Parochialibus, & inter benedictiones faciendas a solis Parochis non enumerat illas ignis, seminis, ovorum, & similibus. Benedictio Crucium Altarium, & Processionum, potest fieri private a quolibet simplici Sacerdote; Patre enim Josepho Maria a Turribus Ordinis Capucinorum supplicante demisit a Sac. Rit. Congr. declarari: Primo: An Crucis Altarium, seu Processionum sint benedicenda de præcepto: & secundo: An si non sint de præcepto, possit simplex Sacerdos eas benedicere private, & non solemniter? Sacra Rituum Congreg. censuit respondendum ad primum Negative. Ad secundum Affirmative, & ita declaravit die 22. Julii 1704. Benedicere Pyxides possunt singuli, quibus est concessum posse benedicere paramenta, & ornamenta Ecclesiæ, quia in eorumdem benedictione sacrum Christina non exigitur; Rubr. Pontifical. Roman. de bened. Vascul. pro conservat. SS. Eucharist. & a Leone X. in cit. Constitutione incip. Religionis suadet, est concessum Minoribus de Observantia, & consequenter aliis Regularibus posse benedicere ea, in quibus Christina non intervenit. Ad benedicenda Monialium Monasteria, & Cellas die Sabbathi Sancti, & quolibet alio tempore est omnibus prohibitus in Clausturam ingressus; Sacra Congreg. Concil. 13. Septemb. 1583. & Sac. Cong. Episc. & Regul. in Aretina 3. Septemb. 1596.

26 Benedictio mensæ pertinet ad Sacerdotem, & eo præsentem non potest eam benedicere Diaconus, nisi sit Diaconus Cardinalis; Colligitur ex cap. Legimus 24. dist. 93. Mulier quolibet benedicere non potest, nisi eodem modo, quo potest quilibet bonus Christianus; Cap. Nova 10. de penitent. & remission. quia ea, quæ sunt ordinis, non cadunt in mulierem; Silvester in Summa verb. Benedictio num. 9. Lezana verb. Benedictio, & benedicere num. 19. Licet Clericis, & Religiosis non sit de jure communi imposita aliqua gravis obligatio benedicendi mensam ante prandium aut cenam, & post eas gratias agere, ex quo in cap. Non liceat 12. dist. 44. quod adduci solet, non sit aliquod verbum includens præceptum, ut observant & tenent Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. de orat. voc. c. 7. & Lezana tom. 1. cap. 9. num. 28. peccare tamen saltem venialiter eos,

qui hoc non faciunt, tenet Navarrus in Manual. cap. 25. n. 110. & hoc recte, quia ex cit. Canone Non licet non oportet Clericos comedere sine anteriori benedictione, & posteriori gratiarum actione; ibi: Nec oportet aliquando Clericos, nisi hymno dicto comedere panem, & post cibos gratiam auctori Deo referre. Hic juvat adducere, quæ notat Bauldry in Manuali Sacrarum Cæremoniarum part. 2. cap. 21. de benedictione Mensæ n. 6. his verbis: Regulariter mutationes versuum, & Psalmorum debent fieri mane in Vigilia Nativitatis Domini, Sabbatho Sancto, & Vigilia Pentecostes, quia vespere fit tantum jentaculum, seu collatio, quam sic vocamus. Si tamen Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, mutatio tantum fit post Vesperas. Idem de Ephiphania dicitur, sit in Vigilia sit jejunium, ut apud multas Congregationes. Idem etiam videtur dicendum Feria 5. in Cæna Domini; Ideo Feria quarta præcedenti a Superiore dicitur Christus factus est pro nobis &c. & Pater noster ad benedictionem, tum benedictio cibos nihil dicens. Non dicitur sube Dominus. Nec Tu autem. In fine Mensæ repetitur Christus factus est &c. & statim post Pater noster secreto dicitur Psalm. Miserere mei Deus, quo dicto sine Gloria Patri &c. celebrans dicit genibus flexis cum omnibus absolute orationem: Respice quesumus, eo modo, quo in Breviario. Si agantur gratiæ in Cænaculo, convenit tunc, ut hoc triduo omnes genuflectant, etiam ad Psalmum Miserere mei Deus &c.

Benedictio aquæ in Sabbatho Sancto etiam sine infusione Olei Sancti fieri non potest in Ecclesiis non habentibus Fontem Baptismalem, non obitante contraria consuetudine; S. Rit. Cong. in Januen. 13. Julii 1697.

Supplementa Auctoris e II. Editione, aucta; & in meliorem ordinem disposita.

Benedictiones, præter eas, quæ in Ecclesia receptæ sunt in sacris ritibus non admittantur. Benedict. XIV. tom. 1. Bull. Comit. 89. incip. Inter omnigenas §. 18.

Advertendum est, quod quamvis Tonell. in Sac. Euchirid. lib. 2. cap. 5. §. 4. sub num. 7. dicat, non debere dari benedictionem cum Sanctissima Cruce, seu cum Reliquiis Sanctorum, & sacris Imaginibus præcis his verbis: Hic adverte, quod in fine aliarum Processionum, quæ fiunt sive cum Sanctissima Cruce, sive cum Reliquiis Sanctorum, & sacris Imaginibus non debet dari Benedictio; quæ nullibi talis Benedictio præscribitur, nisi cum Sanctissimo Sacramento; eruditissimus tamen Card. Lambert. Benedictus XIV. Instit. Eccles. 47. §. 3. num. 24. & seq. pluribus ostendit recte dari posse talem benedictionem, & de facto solere dari nedum in Archidiecepsi Bononien. & alibi, sed & Romæ Sacrorum rituum magistrix, ut suis propriis oculis ipse perspexit dari a Clemente XI. in Basilica S. Petri cum Reliquiis Sanctissimæ Crucis, Veronicæ, & Lanceæ, ut & ipsemet dedit ibidem, dum esset Canonicus ejusdem Basilicæ. Etrevera dari posse dictam benedictionem, constat ex pluribus Decretis Sacre Rit. Congregationis, & signanter in Collen. 5. Julii 1698. & in Brixien. 18. Septemb. 1736. præcis his verbis: Post expositionem Reliquiæ Sanctissimæ Crucis, vel post ejus delationem in processione, benedicendus est populus cum ipsa. Vide in tom. 8. Decreta S. R. C. sub num. 704. & 1037.

Benedictio post communionem danda est fidelibus postquam Sacerdos reposuit Pixidem, clausitque in tabernaculo; sic expræse Cæremoniale Monastic. lib. 2. part. 13. §. 3. num. 5. Cæremoniale Ord. Min. de Observant. part. 1. cap. 6. num. 2. & varia alia, Merati tom. 1. part. 2. tit. 2. tit. 10. Rubr. 7. n. 34. cum pluribus aliis ibi citatis. Monialibus non est danda cum Pixide ex fenestrella, sed dari eis debet benedictio contieta; manu tantum dextra, etiamsi Sacramentum sit præsens. Sic expræse cum aliis Merati loc. cit. num. 3. in fin. Et nota ad rem, quod in communionem Monialium habentium fenestrellam ex parte Evangelii, Sacerdos debet descendere, & reverti per gradus anteriores, & non per laterales Altaris; Sac. Rit. Congreg. in Toletana 15. Septemb. 1736. Vide in tom. 8. decreta S. R. C. num. 1036.

Benedictio super populum, actus solemnis est Romano Pontifici competens in quacumque Orbis terræ parte; Episcopis in eorum diocæsesibus & locis earum exemptis, Archiepiscopis in suis Provinciis. Benedict. XJV. tom. 2. Constit. 88. incip. Exemplis. Benedictionem impartiri olim non licebat simplicibus Sacerdotibus; nunc autem ipsis permittitur in fine Missæ: cui si intersit Episcopus, & in sua sit diocesi, debet

Sacerdos ad eum prius se convertere, eique caput inclinare, veluti facultatem postulans populo benedicendi. Quod ab eodem Sacerdote præmittitur; si Episcopus Missæ intersit, sed extra suam diocæsim verletur; prout desumitur ex Rubricis Missal tit. de Benedictione in fine Missæ, & Evangelio S. Joam. Idem ib.

43 Ante benedictionem, quæ datur in fine Missæ, ab Ecclesia discedens, Concilii Agathensis judicio habetur ac si Missæ non interfuisset. ib.

44 Benedictio auctoritate Pontificis cum Indulg. plenaria, Regularibus, quibus privilegia concessa sunt, dari debet sequenti ritu. Admonito nempe populo de Indulgencia a Sede Apostolica concessa, de præceptis operibus pro ea lucrificanda, de die quo visitanda est Ecclesia, de hora denique, quæ datur Pontificia Benedictio (quæ admonitio fieri potest, quatenus opus sit, etiam schedis impressis, & consuetis locis paratam affixis) postquam statutus die & hora populus ad Ecclesiam convenit, alta voce legantur Litteræ Apostolicæ ad id obtentæ, & vulgari idiomate explicentur, populum ad iudicium scelerum detestationem pio brevique sermone excitando: deinde Sacerdos nullis circumstantibus ministris, stola & superpelliceo indutus (ut in Rituali Romano præscribitur, cum agitur de Benedictionibus, quæ extra Missam permittuntur) ante Altare genuflexus, sequentibus verbis Dei opem imploret.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum, & terram.
V. Salvum fac populum tuum Domine.
R. Et benedic hereditati tue.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Deinde, stans sequentem recitat Orationem.

O R E M U S.

Omnipotens & misericors Deus da nobis auxilium de sancto. & vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque benedictionem prestolantis & gratiam, clementer exaudi; dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinæ benedictionis effunde, qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem & vitam consequatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Postquam ad cornu Epistolæ accedit, (ut in Actis Ecclesiæ Mediolan. part. 4. Benedicet in Ecclesia ad Altare, stans in cornu Epistolæ) & stans in cornu Epistolæ, non trina, hoc est triplici signo Crucis, sed una benedictione, unico videlicet signo Crucis benedicit, proferens alta voce hæc verba: Benedicat vos Omnipotens Deus & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. R. Amen.

Trina siquidem Benedictio Episcopo competit, non Sacerdote. Sic ad litteram in cit. Constit. Exemplis dat. die 19. Martii 1743.

Vide tamen infra sub num. 62. novissimam Constitutionem SS. D. N. Clementis XIII. in qua, inter cætera merito ibi attendenda, alius ritus præscribitur adhibendus a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis pro impertienda prætata benedictione cum plenaria Indulgencia.

Facultatem benedicendi morituros cum plenaria Indulgencia, quam Antistites Ecclesiarum cum Epistolis in forma Brevis ad triennium obtinuerunt, ad totum illud tempus, quo in ea diocesi perleverant, prorogat Benedictus XIV. in Encyclic. ad omnes Antistites, quæ inc. Pia Mater (tom. 2. Bullar. num. 34.) ac imposturum ita esse expediendas facultates illas denunciat, easque pariter communes esse vult Prælati inferioribus territorium separatum habentibus cum qualitate nullius, & activa in populum & Clerum jurisdictione. His omnibus dat etiam facultatem subdelegandi, ob quodcumque impedimentum etiam diurno tempore, ut ex eadem Encyclic. quæ affertur a nobis in tom. 5. verb. Moribus n. 38. vide ibi.

48 Benedictio sacrarum Vestium utrum ab Episcopo simplici Sacerdote committi possit, quæstio est acceptis inter scriptores. Insignes tamen Episcopi quidam facultatem hanc plerumque a Sac. Cong. petierunt, & obtinuerunt. Benedict. XIV. Instit. Eccles. 21. num. 9. & 10.

49 Utrum benedicendum sit Cingulum, Pluviale, & sacra Pixis, quæstio est inter doctores. Probabilior tamen censetur opinio, quæ benedictionem exigit, cum pro Pixide sit peculiaris benedictio in Rituali: ibid. num. 12.

50 Si ex veteri sacro vestimento novus alius diversæ formæ Ferrar. Bibliobec. Tom. 1.

conficiatur. ut si ex stola manipulus &c. benedictio iteranda est; ibid. num. 12.

Episcopi titulares jus nullum habent consecrandi sacro chrismate vasa sacra, quia cum in his adhibendus sit usus Pontificalium, non datur illis hæc uti in aliena diocesi; ibid. num. 15.

Abbatibus Regularibus benedicere Campanas, & Calices pro usu alienarum Ecclesiarum (possunt enim pro suis) negavit Alexander VII. in suo Decreto die 27. Septemb. 1659. Consulta enim S. Congreg. num. potuerint indumenta sacra benedicere pro alienis Ecclesiis, quia obtinuerint Indultum Apostolicum; responsum fuit exhiberi illud Indultum authenticum ex Archivio Apostolico desumptum, ac interim abstinere; ib. n. 19.

Benedictiones & unctiones Campanarum quum Capitularibus Caroli M. indicentur, antiquissimæ sunt. Instit. Eccles. 47. num. 30. eisque nomen alicujus Sancti imponi consuevisse ex Alcuino discimus; ibid. n. 26.

Benedictiones campanarum ad nimbos depellendos approbantur, neque id tribui posse impressioni aeris a campana impulle asseritur; ib. num. 37.

Solus Episcopus jus habet campanas benedicendi, cum facta unctio adhibenda sit, nec potest facultatem alteri subdelegare; ib. n. 38.

Ex præcepto Pontificalis Romani campanæ Ecclesiarum benedici debent; ib.

Potest Episcopus suspendere sonum campanarum, quæ ab Episcopo benedictæ non fuerint, ut ex Decretis Sacre Congregat. ib.

Tres benedictiones impertiunt Abbates Regularis ex decreto Alexandri VII. in Missis, Vesperis, & Matutinis solemnibus. In Missis privatis nihil supra reliquos Sacerdotes illis concessum est. Ex iisdem decretis Instit. Eccl. 34. n. 19.

Quoad benedictionem Animalium in festo S. Antonii Abbatis, de qua supra num. 21. juvat hic adducere formulam, quæ præscribitur pro ea peragenda, Instit. Eccles. 47. num. 12. & est tenoris sequentis.

Benedictio Equorum & Animalium.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cælum, & terram.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus refugium nostrum, & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, & presta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosum Beatum Antonium variis tentationibus probatum inter mundi hujus turbines illasum abire fecisti, concede famulis tuis, ut & præclaro ipsius proficiamus exemplo, & a præsentis vitæ periculis ejus meritis & intercessionem liberemur. Per Christum Dominum &c.

O R E M U S.

Benedictionem tuam, Domine, hæc animalia accipiant, qua corpore salventur, & ab omni malo per intercessionem Beati Antonii liberentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deiade aspergat aqua benedicta.

De significatione symbolorum, quibus pingi solet Imago S. Antonii Abbatis, vide verb. Imagines n. 79.

Hic etiam juvat subnectere formulam Benedictionis, quæ uti expedit, quaque utebatur contra mures, locustas, bruchos, & Vermes noxios Benedictus XIII. ut extat in cit. Inst. Eccles. 47. num. 20.

Benedictio contra Mures, Locustas, Bruchos, & vermes noxios.

Antiph. Exurge, Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.
Psalm. Deus auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis.

V. Gloria Patri &c. & repetitur Antiphona.
V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cælum, & terram.
V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

G C R. Da-

R. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Preces nostras quæsumus Domine, clementer exaudi, ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, & hanc murium (vel *Locustarum*, vel *vermium*) persecutionem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur, ut tua potentia procul expulsi (vel *expulsi*) nulli noceant, & campos, agroque nostros in tranquillitate, ac quiete dimittant, quatenus ex eis surgentia, & orta tuæ Majestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ Deus omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, & in cuius nomine omnia genuescuntur, cælestia, & infernalitua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut, quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectum, quatenus hos pestiferos mures (vel *locustas*, vel *vermes*) per nos feros tuos maledicendo maledicam, segregando segreges, exterminando extermines, ut, per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones Majestati tuæ libere referamus. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo vos pestiferos mures (vel *locustas*, vel *vermes*) per Deum Patrem Omnipotentem *, & Jesum Christum Filium ejus *, & Spiritum Sanctum ab utroque procedentem *, ut confestim recedatis a campis, & agris nostris, nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis, pro parte Omnipotentis Dei, & totius Curie cælestis, & Ecclesie Sancte Dei vos maledicens, ut, quocumque iveritis, sitis maledicti (vel *maledicti*) deficientes de die in diem in vos ipsos (vel *in vos*) & decrescentes, quatenus reliquæ de vobis nullo in loco inventiantur, nisi necessitate ad salutem, & usum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & facultum per ignem. R. Amen.

Postremo aqua benedicta aspergantur loca infecta.

62 Quo autem ad varias alias benedictiones, uti expedit formulis in Rituali Romano præscriptis, ac in aliis probatis formulariis recensitis.

63 Quoad Papalem Benedictionem attendenda est Novissima Clementis XIII. fel. regn. Constitutio, per quam Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, nec non aliquibus inferioribus Prælatibus, Benedicendi Populo nomine Sanctitatis sue facultatem postulantis, concedendam esse statuitur, Ritumque servandus præscribitur.

C L E M E N S E P I S C O P U S.

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Inexhaustum Indulgentiarum thesaurum a Jesu Christo Domino Nostro Ecclesie relicto, Christiano Populo maxime salutarem, & summopere in pretio habendum esse, Catholica Ecclesie auctoritas, & Summorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum gesta facillime suadent. Cumque per divinæ gratiæ abundantiam, nullis suffragantibus meritis in summa Beati Petri Cathedra constituti, modo ad pastorem sollicitudinem nostram pertineat, per universum Domini gregem vigili cura providere, ut omnia in ea honeste, & secundum ordinem fiant; veterem, & probatam Ecclesie consuetudinem circa Indulgentiarum dispensationem, quantum fieri potest restituere, & servare, simulque Christianissimum utilitati occurrere studemus.

Inter cetera siquidem spiritualium gratiarum dona, quibus Summorum Pontificum liberalitate Christianifideles cumulantiur potissimum locum habet Plenaria peccatorum Indulgentia, & remissio, quæ statis anni diebus conceditur, dum Romanus Pontifex solemnem cæremoniam Populo coram ipso congregato benedicit, & non raro ipsius Summi Pontificis nomine, effundendæ Apostolicæ benedictionis super Principes Viros absentes delegata fuit facultas: sed inde invaluit præter modum usus, etiam Verbi Dei Præconibus indulgendi, ut similiter cum Plenaria Indulgentia Apostolicam Benedictionem, non singulari alicui Personæ, vel familiæ, sed universæ ad Ecclesiam confluenti Populo impertiri valerent: Nonnullos pariter, non sine

aliquo Ecclesiasticæ disciplinæ discrimine, circa harum facultatum exercitium, irreptitè abusus deprehendimus.

Ut autem spiritualium gratiarum dona, pie, sancte, atque incorrupte administrantur, quodque adeo salubriter institutum est in perniciem non cedat abutentium: Præmissa omnia Congregationi Venerabil. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, sacriique Reliquiis præpositæ examinanda commisimus, quæ exquisitis etiam Consultoribus, votum suum Nobis aperiret. Postquam igitur, quod eadem Congregatio, auditis Consultoribus hac in re sentiret, percepimus; omnibus mature perpensis, iustam rationem, congruèque limites in his præscribere volentes, de ipsius Congregationis consilio, Motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula particularia indulta, & privilegia effundendi supra Populum Apostolicam Benedictionem, per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac per Nos etiam, quibusvis particularibus Personis, sive Ecclesiasticis secularibus, sive cuiusvis Ordinis, & instituti Regularibus, ad certum tempus, seu ad eorum vitam, non tamen illa per Prædecessores prædictos aliquibus Ordinibus Regularibus attributa, quæ modo infra scripto salva esse volumus, respectivè concessa, & elargita, etiam eadem particularibus Personæ ex quavis causa illa impetrant, & in possessione Indulgentiarum ac privilegiorum hujusmodi reperiantur; harum serie revocamus, ac de medio tollimus, & abolemus.

Porro ad submovendos quotvis abusus, qui in hac re, vel suborti deprehendantur, vel quandoque suboriri possent, & ad augendam erga Pastores eminenti Episcopatus dignitate polentes Populorum devotionem, simulque Christianissimum utilitati, de immenso & inextimabili thesauro Ecclesie tradito consulere volentes, ipsarum tenore præsentium statuimus, quod deinceps Venerabilibus fratribus Nostri Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filiis Prælatibus inferioribus, Mitris, & Pontificalium usum, Territoriumque separatim cum vera qualitate nullius Diocesis habentibus, & activa in Clerico & Populo jurisdictione, gaudentibus, nunc & pro tempore existentibus; Patriarchis, videlicet, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, duabus anni solemnitatibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque die festo solemnium eorum respectivè arbitrio designando: Prælatibus vero, præmissis qualitatibus præditis, & in propriis Territoriis degentibus semel in anno, in uno ex diebus quibus eorum singulari Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, Populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque Nomine, facultas solemniter benedicendi, cum elargitione Plenariæ Indulgentiæ, juxta ritum & formulam inferius tradendam, concessi possit, & ipsorum unicuique, quamdiu illi ius respectivè Ecclesiis præterint, gratiamque & Communionem cum Apostolica Sede habuerint, per Litteras Apostolicas in forma Brevis, gratis, ut in similibus mos est, concedatur. Ad quorum effectum ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, ac supramemoratos Prælatos, nunc, & pro tempore existentes, in Domino hortamur, ut pro Dignitatum eorum splendore augmento, & fidelium Populorum ipsis creditorum, congrua erga Divinam iustitiam satisfactione, a nobis, & Successoribus Nostri Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, facultatem hujusmodi ultro ipsis oblatam postulent, & impetrare non prætermittant.

Quoniam vero eas facultates, impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam benedictionem, aliquibus Regularibus Ordinibus concessas præservare intendimus; harum serie declaramus, illas juxta concessionem Apostolicæ Auctoritatis factas, salvas & illæfas esse debere. Diutius tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, & Professoribus etiam speciali mentione dignis, facultate, & indulto hujusmodi gaudentibus, & qui in posterum gaudebunt, harum quoque serie præcipimus, & mandamus, quod in illis exercitio in omnibus ritum, & formam a fel. rec. Benedicto PP. XIV. per ejus Epistolam Encyclicam sub die XXI. Martii Anni Domini MDCCXLVIII. Pontificatus sui Anno octavo editam, præscriptum, servare: & insuper in dictis duabus solemnitatibus, quatenus Episcopi in illis facultate hujusmodi utantur, ab effundenda benedictione penitus abstinere respectivè debeant. Ac itidem, ad submovendam quantumcumque dubii causam, declaramus etiam, per Benedictionem Apostolicæ Auctoritatis, sive per ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, sive per Regulares quoslibet, ut præfertur, impendendam, nullam prorsus a censuris & pœnis Ecclesiasticis scienter, vel ignoranter

A R T I C U L U S I.

Quoad Beneficii esse, & divisionem

ter incurris, absolutionem concedi, neque ab illis absolutio prætextu Benedictionis hujusmodi susceptæ præterendi possit.

Ritus vero & formula a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis pro impertienda Benedictione, una cum Plenaria Indulgentia post Missarum solemniam, triplici signo Crucis emisso, & in Episcopali Trono, cum Mitra, cæterisque sacris paramentis indutis, circumstantibus Ministris, adhibendus, quod congrue de Prælatibus inferioribus intelligatur, talis esse debet.

Expleta in utraque solemnitate Missæ Solemnis celebratione, in primis alta voce, per Ministrum Superpelliceo indutum, legantur Litteræ Apostolicæ, quibus Indulgentia Plenaria conceditur, una cum potestate Benedictionem Apostolicam super Populum effundendi, ut de delegatione adstantibus constet, & concessio ex Latino sermone in vulgarem ad Populi intelligentiam, translata recitetur. Postea Episcopus surgens, juxta Ritum in Cæremoniali Episcoporum expressum, dicet: *Præcibus & meritis Beate Mariæ semper Virginis, Beati Michaelis Archangeli, Beati Joannis Baptistæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum;*

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos Jesus Christus ad vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium veræ, & fructuosæ penitentiae, cor semper penitens, & emendationem vitæ, perseverantiam in bonis operibus, tribuat vobis Omnipotens, & misericors Dominus

R. Amen.

Et Benedictio Dei Omnipotentis PA * TRIS, & FI * LII, & SPIRITUS * SANCTI descendat super vos, & maneat semper. R. Amen.

Demum, post impertitam benedictionem, publicabitur latino, & vernaculo idiomate concessio Plenariæ Indulgentiæ sequenti formula.

Attentis facultatibus a SS. in Christo Patre, & D. N. Domino CLEMENTE, divina providentia, PAPA XIII, in enunciatis Apostolicis Litteris expressis, datis Reverendissimo D. Domino N. Dei & Apostolicæ Sedis gratia, hujus Sanctæ N. Ecclesie Assistenti; eadem Dominatio sua Reverendissima, Summi Pontificis Nomine, dat & concedit omnibus hic presentibus, Indulgentiam Plenariam in forma Ecclesie consueta: Rogate igitur Deum pro felici statu SS. D. N. PAPÆ, Dominationis sue Reverendiss., & S. Mariæ Ecclesie.

Nulli ergo omnino hominum, &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Benedictionem Candelarum, de qua *Auctor num. 1.* fieri haud posse in Oratorio Confraternitatis, tradit *Frances de Eccles. Cathedr. cap. 25. num. 301. 304. & 361.* Fieri tamen pro Sodalibus posse monet *Benedict. XIV. Instit. Eccles. 105. num. 115.*

2 De benedictione Fontis Baptismalis quibus diebus fieri, tum a quo fieri debeat, idem *Frances in eod. tract. cap. 19. num. 61. 128. & sequent.*

3 De benedictione Campanæ plene agit idem *Scriptor d. tract. cap. 24. num. 71. & plur. sequent.* Confer etiam *Bened. XIV. Instit. Eccles. 17 a num. 30.*

4 Benedictione diversarum rerum, veluti aquæ, ignis &c. quare utatur Ecclesia, vide apud eundem *Erances ibidem c. 24. num. 83.*

5 Benedictio Fulminis & grandinum est approbata ab Ecclesia, dummodo fiat exorcismus approbatus ab Ecclesia, & Ministris necessariis, *Romagnus ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 1. cap. 5. num. 1. & duob. seqq.*

6 Decretum Sac. Congr. Rituum ab *Auctore num. 22.* relatam, quo dictum fuit benedictiones ignis, feminis, ovorum &c. non esse de jure Parochialibus, adeoque fieri posse a quibuscumque Sacerdotibus illustrat *Rot. coram Ansald. dec. 527. num. 3. & plur. sequent.* vide quoque *Bened. XIV. Instit. Eccles. 105. sparsim pluribus locis.*

Beneficium ut sic, seu generice captum, est benevola actio tribuens gaudium capientibus, ut definitur *in lib. 2. de Feudis tit. 23. vers. Beneficium.* Et Beneficium sic generice captum dividitur in Beneficium proprie, & stricte sumptum, in Privilegium, & in Rescriptum. Beneficium proprie, seu stricte sumptum est benevola actio, sive liberalitas quadam concessa sine alterius præjudicio præter Jus commune; colligitur ex *cap. Cum dilecti 6. de donation.* ubi donatio dicitur beneficium, & tenet Joann. Andreas *in cap. Ad aures 10. de poenis*, Fagnan. *in cap. Olim 19. de verbor. signification.* Privilegium est benevola actio concessa contra Jus commune; *cap. Privilegium 3. dist. 3. cap. Abbate 25. de verbor. signific.* Unde cum Princeps aliquem eximit a Jure communi, dicitur proprie privilegium, & ita sumitur *toto tit. de privileg.* ideoque dici solet, quod Jure communi competit, frustra per privilegium impetratur; *L. 1. Cod. de Thesaur. lib. 10. Rescriptum* est benevola actio concessa secundum Jus commune; sic desumitur ex *tit. de Rescriptis, & cap. De divers. rescript. in rubr. & nigr.* Impetratur enim Rescriptum ad Juris observantiam, ut impetranti fiat justitia: & hinc Rescripta contra Jus elicitum non valent; *cap. Rescripta 15. caus. 25. quest. 2.*

Beneficium Ecclesiasticum, de quo hic est sermo, est Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis ratione spiritualis Officii Personæ Ecclesiasticæ auctoritate Ecclesie constitutum; colligitur ex *cap. Cum secundum Apostolum 16. de Præbend. & ex cap. Si quis amodo 16. dist. 18.* Unde ad verum Beneficium Ecclesiasticum sex potissimum requiruntur ex communi Canonistarum. Primum requisitum est, quod Beneficium Ecclesiasticum Episcopi auctoritate sit erectum; requirit enim Canonicam erectionem, alias non est Beneficium; *cap. Nemo 9. de consecrat. dist. 1. cap. Omnes 1. dist. 22.* Et per hoc si quis in aliqua Ecclesia certas Missas, vel etiam Anniversaria sub competenti stipendio in perpetuum fundaverit, aut etiam Cappellam, nisi approbatio Episcopi accesserit, non erit Beneficium Ecclesiasticum, sed solummodo pium Legatum; & quia talis Cappellania, seu tale Legatum caret erectione, seu institutione Ordinarii, erit quid Laicale, & temporale, ut decidit *Rota in una Monopolitana Hebdomadar. Vener. 14. Decembris 1612. coram Manzanedo;* quia nullus privatus sine Ordinarii auctoritate potest locum Sacrum, vel rem spiritualement constituit, *arg. capit. Ad hoc 4. de Religios. domib.* Secundum requisitum est, quod habeat aliquid spiritualitatis annexum, scilicet, quod detur propter Divinum Officium, V.G. celebrandi Missas, recitandi Horas, & deservendi in Officiis spiritualibus alicui Ecclesie, secus si pars reddituum Ecclesiasticorum daretur propter ministerium mere temporale, Verb. Grat. Muscis, Aedibus, & hujusmodi pro laboribus eorum laicalibus; *capit. ultim. de Rescriptis in 6.* ubi dicitur, *propter officium datur Beneficium Ecclesiasticum.* Tertium requisitum est, quod conferatur a Persona Ecclesiastica, scilicet a Papa, vel Ordinario, non vero a Laico, nam Laici non possunt conferre Beneficia Ecclesiastica (non obstante, quod Jus patronatus eissem competat, sicque idoneum Clericum ad Beneficium vacans præsentare valeant), sed ea conferunt talis Ecclesie Prælati, eorumque Officiales; *cap. Ex frequentibus 3. de constitut. cap. Si quis deinceps 12. cap. Si quis Clericus 16. & cap. Nullus Laicorum 18. caus. 16. q. 7.* Quartum requisitum est, quod conferatur Clerico, idest Personæ saltem Prima Tonsuræ initiatæ, taliter quod non sufficiat post illum jam acquisitum tonsurari; *arg. cap. Ex litteris 6. de transact.* & notat Gloss. final. & Abbas *ibidem* istud limitans, nisi forsitan Papa cum aliquo Laico insigni, & eminenti dispensaverit, ut possit Beneficium recipere, & postea quam primum tonsurari; aliter collatio Beneficii facta in Personam Laici, seu nec dum prima Tonsuræ initiati, est ipso Jure nulla, & invalida, nam Laicus est incapax omnis Juris Ecclesiastici: *cap. Causam 7. de Rescriptis, & colligitur etiam ex cap. Cum adeo 17. juncta Gloss. verb. Nec Clericus de Rescriptis, & cap. In Ecclesia 2. de Institutionib.* Quintum requisitum est, quod sit perpetuum; *cap. Præcepta 12. dist. 55. cap. Sanctorum 2. dist. 70. cap. Peniens 5. de Filiis Presbyterorum. cap. Ex parte 5. de Clerico agrotant. & notatur in cap. Si gratiose 5. de Rescriptis in 6.* Sextum requisitum est,

est, quod sibi non possit retineri, sed necessario sit conferendum alteri; cap. Cum ad nostram 7. de Institutionib. ibi: Quia cum ratione Abbatis ad ipsum pertineat donatio tam Custodie, quam aliarum dignitatum, ac etiam Præbendarum in Ecclesia Patronen. Custodiam ipsam recipere non potuit a se ipso, cum inter donantem, & accipientem debeat esse distinctio Personalis; Et in ejus summario præcisè dicitur: Is, ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non potest.

- 15 Beneficia Ecclesiastica sunt multiplicia, & varie dividuntur. Primo, ratione diversi status hominum, quibus conferenda sunt, dividuntur in Beneficia Regularia, & in Beneficia Sæcularia. Beneficia Regularia sunt, quæ ex sui fundatione, seu consuetudine legitime præscripta competunt solis Regularibus, & Beneficia Sæcularia e contra sunt illa, quæ ex sui fundatione, seu ex consuetudine legitime præscripta competunt solis Clericis Sæcularibus. Unde nec Beneficia Sæcularia possunt conferri Clerico Regulari, nec Beneficia Regularia Clerico Sæculari; cap. Cum de Beneficio 5. de Præbend. in 6. cap. Cum ad nostram 36. & cap. Officii tui 38. de election. Concil. Trident. sess. 14. cap. 10. de reformat. & sess. 25. cap. 21. de Regularib. Secundo, ratione annexæ Curæ animarum, administrationis, & aliorum Jurium, dividuntur in Beneficia Curata, & non Curata. Beneficia Curata sunt, quæ habent annexam Curam animarum; Et Beneficia non Curata sunt illa, quibus nulla animarum Cura est annexa. Beneficia Curata sunt duplici generis, scilicet alia, quæ habent Curam animarum in Foro externo, seu contentioso, quatenus habent Jurisdictionem spiritualem visitandi, corrigendi, excommunicandi, & alia hujusmodi præstandi, juxta notabilem textum in cap. Dudum 54. §. Sed cum jure, de Electionib. & hæc solum large, & improprie dicuntur Beneficia Curata, seu habentia Curam animarum, cum etiam non Sacerdotibus, puta Archidiaconis convenire possint, ut patet ex cap. Mandamus 6. & capit. Ad hæc 7. de Offic. Archidiacon. Et alia, quæ habent Curam animarum in Foro interno, seu animarum, quatenus habent potestatem ligandi, & solvendi in Foro pœnitentiali, simulque subditis suis administrandi Ecclesiastica Sacramenta in Foro interno, & externo, qualia habent omnes Parochi quocumque nomine nuncupentur, & talia dicuntur strictè, & proprie Beneficia Curata; Rota in una conventu Archipresbyteratus 29. Januarii 1594. coram R. D. Penna.
- 24 Rursum Beneficia Ecclesiastica alia sunt duplicia, & alia simplicia. Beneficia duplicia sunt illa, quæ vel curam animarum habent annexam, vel quandam Jurisdictionem, præcedentiam, sive administrationem adjunctam continent, uti sunt Dignitates, Personatus, & Officia. Licet enim Beneficia non Curata sæpe sæpius appellentur simplicia, tamen rigorosè loquendo, & indistinctè, id non rectè dicitur, neque subsistit, nisi benigne interpretetur; Cum de facto dignitas V. G. Personatus, & Officium curam animarum non habeant annexam, nec tamen vere loquendo sint Beneficia simplicia, sed duplicia, propter adjunctam eis administrationem, vel præcedentiam. Dignitas enim est præcedentia cum Jurisdictione, ut sunt V. G. Abbatia, Archidiaconatus, Decanatus, & hujusmodi; & licet alicubi de consuetudine istæ dignitates non habeant Jurisdictionem, adhuc tamen dignitates censeri debent ex praxi, quamvis de Jure sine ulla Jurisdictione non sint tales. Personatus est præcedentia sine Jurisdictione, & talem Personatum habere dicuntur, qui in Ecclesia, in Capitulo, & aliis honoribus præcedunt Canonicos. Officium vero est administratio rerum Ecclesiasticarum sine alia speciali præcedentia, & Jurisdictione, ut sunt Thesaurarius, Custos, Sacrista, & hujusmodi. Sic Glossa in cap. Consuetudinem 1. in 6. Unde patet, quod rigorosè loquendo ista non sunt proprie Beneficia simplicia. Imo ut observat Engel lib. 3. tit. 5. de Præbend. & dignitat. num. 5. plerumque neque Canonicatus veniunt nomine Beneficiorum simplicium; Canonicus enim tenetur ad personalem residentiam ex Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. & majorem præ cæteris Clericis præcedentiam habent; cap. Statutum 22. de election. in 6. & ideo vi provisionis Apostolicæ de conferendo Beneficio simplici alicui, non potest ei conferri Canonicatus, arg. cap. Quamvis plenissima 4. & cap. Qui 27. in Præbend. in 6. Beneficia simplicia sunt illa, quæ, neque Curam animarum, neque Dignitatem, neque Personatum, neque Officium adjunctum habent, sed tantum sunt instituta ad preces Deo persolvendas, & de talibus Beneficiis solummodo sunt intelligenda Rescripta Pontificia, quæ mandant aliquem de Beneficio simplici esse providendum: nam Beneficium habens aliquid prædictorum annexum, non est

simplex, adeoque non potest ipsi conferri in vim talis Rescripti, arg. cap. Quamvis plenissima 4. cap. Cum in illis 16. & cap. Cui 27. de Præbend. in 6.

Beneficia Ecclesiastica adhuc dividuntur in Electiva, in Patronata, & in Collativa. Beneficia Electiva sunt illa, quæ conferuntur per electionem legitime celebratam, atque a Superiore confirmatam. Patronata sunt illa, quæ ad Patroni privilegium præsentationem, & subsecutam institutionem a Prælatofactam conferuntur. Collativa, seu libera collationis sunt illa, quæ per liberam Superioris collationem sine prævia Capitulari electione, vel alterius præsentatione conferuntur. Insuper Beneficia alia sunt Manualia, seu ad nutum revocabilia, & alia non Manualia, seu Titularia, quæ in Titulum perpetuum conferuntur. Manualia sunt illa, quæ ad nutum alterius possunt auferri, ideoque dicuntur manualia, quia in alterius manu, & dispositione stat illa relinquere, vel auferre, & hæc rigorosè loquendo non sunt proprie Beneficia, cum de natura Beneficii proprie dicti sit, ut institutum perpetuo duret, cap. Sanctorum 2. dist. 70. Non Manualia, seu Titularia sunt illa, quæ conferuntur in perpetuum. Ulterius Beneficium aliud vocatur Canonicatus, & est Jus spirituale proveniens ex electione, seu receptione alicujus in Canonicum, & est verum Beneficium, si habeat suam Præbendam, ut convenit ex cap. Relatum 9. de Præbend. ibi: Quia non est congruum, ut Præbenda careat, qui in Canonicum nescitur esse receptus. Aliud vocatur Vicaria perpetua, & est, quæ confertur cum canonica institutione, seu investitura perpetua, ac erectione Tituli Vicariæ, unde Vicarii in eisdem instituti dicuntur perpetui cum vero Titulo; cap. Ad hæc 3. de Officio Vicarii, & dicuntur habere verum Beneficium, cap. Postulasti 27. de Rescriptis ibi: Non enim Beneficio carere debet dicitur, cui competenter de perpetua Vicaria proventibus est provisum. Aliud vocatur Commenda, & est custodia Ecclesiæ alicui commissa, unde Commendatarius dicitur ille, qui accipit Ecclesiam in Commendam, seu Custodiam ejusmodi; & si Commenda conferatur in perpetuum, ut de facto modernè Commendæ a Papa Personis qualificatis solent in perpetuum conferri, æquiparatur Beneficiis proprie dictis, ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 17. de reformat. ubi prohibetur quis habere plura Beneficia etiam commendata. Aliud vocatur Præstimonium, & est stipendium, quod ab Ecclesiasticis redditibus abstractum, dari solet Canonicis, vel aliis Clericis in vitæ subsidium; quod si sit perpetuum est Beneficium proprie dictum; cap. Quoniam 8. de concessione Præbend. in 6. ubi Præstimonia aperte connumerantur inter Beneficia, ibi: Concessiones super Canonicatibus, Dignitatibus, Præstimoniis, & aliis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis. Aliud vocatur interdum Pensio, quæ est jus percipiendi partem fructuum ex alieno Beneficio; & si conferatur alicui in Titulum perpetuum, est verum Beneficium Ecclesiasticum, cap. Conquerente 6. de Clerico non resident. ubi talis Pensio, viginti scilicet solidorum, sæpius appellatur Beneficium, & ut tale ibidem censetur; & appellatio Beneficii venire Pensionem, maxime in materia favorabili gaudendi privilegio Fori Ecclesiastici, declaravit Gregorius XIII. ad consultationem Sacre Congregationis 18. Decemb. 1576. & 8. Augusti 1577.

Novæ additiones ex aliena manu.

De origine Ecclesiasticorum Beneficiorum, vide si lubet Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. a §. 2. ad plur. sequent. Hericourt. in dissertat. histor. de Benefic. origin. præmiss. par. 2. Leg. Ecclesiast. suo ordin. restitut. & Rousseaud de la Combe in sua Jurisprud. Canon. verb. Benefic. sect. 1. tum Gagliard. de Benefic. cap. 1. per tot.

Definitio Auctoris num. 6. Beneficium cum Canonistis. Theologi vero definiunt Beneficium: Jus perpetuum in Ecclesia ministrandi auctoritate Episcopi constitutum cum adnexo, atque inseparabili jure percipiendi fructus Ecclesiasticos. Secundum igitur Canonistas Beneficium consistit principaliter in jure percipiendi redditus, & accessorie in jure ministrandi, seu officium obeundi. At juxta Theologos in jure ministrandi principaliter, accessorie vero in jure percipiendi redditus. Definitionem a Canonistis traditam tuetur Gagliard. de Benefic. num. 2. & duob. sequent.

Agit Auctor a num. 7. ad num. 14. de iis, quæ essentiam Beneficii constituunt. Utile autem, imo necessarium est hæc nosse, nam conditio essentia Beneficii contraria, ne in limine quidem fundationis admitti ab Episcopo potest, & admitta non sustinetur; Piton. de controvers. Patron. alleg. 24. numer. 10. Rot.

Rot. in Casertan. Beneficii 28. Junii 1745. §. 6. cor. clar. mem. 6. Millin. Recte autem Auctor num. 12. inter alia essentialia Beneficii assert, quod Clerico, non item Laico sit illud conferendum. Verum nota, essentia Beneficii minime repugnare, quod Laicus percipere per aliquod tempus possit fructus Beneficii, interim per alium impletis oneribus ejusdem, quum eos percipere dicatur non ex jure & titulo Beneficii, sed ex jure & titulo Sæcularis administrationis, donec veniat qui capax sit; Vid. Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib. 4. cap. 1. numer. 27. Lovet. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 32. num. 35. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 2. num. 30. tum Resolutiones S. Congregationis Concilii interpretis in Derthonen. 15. Augusti 1730. & in Senogallien. Cappellaniæ 6. Junii 1750.

8. Afferit Auctor num. 13. inter Beneficii essentialia & hoc, quod sit illud perpetuum. At num perpetuitas pertinet ad essentiam Beneficii in medio reliquit Rot. in d. Casertana Beneficii 28. Junii 1745. d. §. 6. & 24. Januarii 1746. §. 13. coram R. P. D. Elephantum.

9. Beneficia inspecto officio dividi queunt in majora & minora, Majora dicuntur, quæ dignitatem, aliamque prærogativam, honorivè Ecclesiastici gradum habent. Minora vero, quæ in simplici officio sine tali præminentia subsistunt. Majora rursum diversimode dicuntur ratione dignitatis. Dignitates Ecclesiasticæ primariæ hæc sunt. Primum locum occupat Pontificatus, Secundum Cardinalatus. Tertium Patriarchatus, vel hodie Primatus. Quartum Archiepiscopatus. Quintum locum Episcopatus. Sextum Abbatia, & Præpositura in primis exempta, & Episcopalis Infulis decorata; Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. a §. 9. ad §. 63.

11. In Capitulis quoque dantur dignitates, quibus annexa beneficia ad majora referuntur. Huc pertinent Præpositura, Decanatus, Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Primicerius &c. At standum consuetudini. Vide eundem Bohemer. loc. cit. a §. 64. ad §. 71.

12. Canonici quoque in Cathedralibus Ecclesiis in adeo sublimem locum evecti sunt, ut in oppositione ad reliquos Clericos non Canonicos dignitatem quandam habere videantur. Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ asserit Barbof. de Canon. c. 19. num. 1. posse dici dignitatem non in stricto, sed in lato significato. Duplex autem est effectus hujus observationis. 1. Quod Pontifex solet etiam Canonicos delegatos Judices dare, quum alioquin has vices tantum his, qui in dignitate constituti sunt, concedere solet; cap. 11. de Rescript. in 6. 2. Quatenus considerantur collective sumpti in Capitulo præ aliis Prælati locum tenent. Singuli autem iis cedunt, qui dignitate Ecclesiastica strictè dicta instructi sunt; Schilter. in Jur. Canon. lib. 1. tit. 7. §. 19. Barbof. d. tract. de Canon. cap. 18. num. 44. & sequent. & num. 16.

14. Inspecto officio, Beneficia itidem dividuntur in curata, & sine cura, puta animarum, Rursum in residentialia cum onere residendi, & simplicia sine residendi onere. Demum in compatibilia, quæ simul ab uno retineri possunt, & incompatibilia, quorum scilicet simultanea retentio uni est prohibita. De singulis suo loco agetur.

17. Dividuntur etiam Beneficia, inspectis Personis conferentibus, primum in Reservata, vel affecta, quæ nimirum pertinent ad collationem Reservatam, & non Reservata, nec affecta. Secunda alia sunt electiva, quæ ad alicujus electionem conferuntur; alia de jure patronatus, quæ ad Patronum præsentationem; & collativa alia, quæ ad liberam Ordinarii, vel alterius collationem pertinent.

19. Quod attinet ad Beneficia electiva, notandum est, ea proprie dici electiva, in quibus intervenire necessario debet confirmatio superioris. Cæterum quæ conferuntur electione communibus suffragiis facta, confirmationem vero Superioris minime requirunt, ea nonnisi improprie electiva dicuntur, ut post Gloss. in Clementin. 2. ut autem, verb. Electionem de Religiof. domib. tradunt Vanspen. Jur. Eccles. univers. part. 1. tit. 21. cap. 3. num. 4. & sequent. Gonzal. in Commentar. ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. Gloss. 19. num. 10. & sequent. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 6. num. 14. & sequent. Murg. eod. tractat. q. 3. artic. 2. num. 114. & plur. sequent. Rot. in nuperrimis decis. 27. num. 11. tom. 5. part. 1. ubi quod in beneficiis proprie electivis servanda est forma, cap. Quia propter de elect. & per obitum Beneficiorum viduatæ remanet Ecclesiæ, & in Colonien. Decanatus 28. Januar. 1724. §. Ex quibus cor. bon. mem. Gamach. in Vladislavien. Archidiaconatus super Coadjutoria 14. Januarii 1757. §. 7. cor. R. P. D. Parraciano.

20. Utiles autem est hæc observatio, nam expressio, quæ de

jure facienda est in collationibus Beneficiorum, electivæ qualitatis ipsorum, obtinet quoad beneficia proprie electivæ; Lotter. de re Benefic. lib. 2. q. 18. num. 14. & plur. seq. Tôndur. q. Benefic. part. 1. cap. 40. num. 9. & seq. Rot. in nuperrimis d. decis. 37. d. num. 11. tom. 5. part. 1. & in d. Colonien. Decanatus 28. Januarii 1724. §. 12. cor. bon. mem. Gamach. & in d. Vladislavien. Archidiaconatus super Coadjutoria 14. Januarii 1757. d. §. 9. cor. R. P. Parraciano.

Denique Beneficia, inspectis Personis, quibus conferuntur, dividuntur in Regularia, quæ nonnisi Regularibus, vel Sæcularia, quæ sæcularibus tantum Clericis conferri possunt. De Beneficiis autem, quando regularia, & quando sæcularia dici queant, consule Rot. in Colonien. Pastoratus 3. Julii 1744. cor. Illustriss. Molin. & 2. Maji 1746. cor. bon. mem. Vicecom. in Argentina Parochialis 31. Aprilis 1745. cor. clar. mem. Millin. in Colonien. Parochialis 7. Februarii 1746. & 27. Junii ejusdem anni cor. Reverendiss. P. D. Bussio Decano, & 21. Aprilis 1749. cor. Illustriss. Caprar. Alma Urbis Governatore.

ARTICULUS II.

Beneficia quomodo erigenda?

Beneficia Ecclesiastica debent erigi cum auctoritate expressa Episcopi, Gloss. in Clement. cap. 1. de Decimis verb. si beneficiorum in fine, & cum communi Barbof. Juris Ecclesiast. lib. 3. cap. 4. num. 15. & Rota decis. 1. num. 24. coram Burat. Requirit enim Canonicam erectionem, alias non sunt vera Beneficia Ecclesiastica, cap. Nemo 9. de consecrat. dist. 1. c. Omnes 1. dist. 22. quia, ut dictum est, nullus privatus sine Ordinarii auctoritate potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere; arg. cap. Ad hoc 4. de Religiof. domib. Si enim Episcopi auctoritas, & assensus in erectione deficeret, non dicerentur Beneficia proprie dicta, nec aliquod Jus patronatus quæreretur Fundatori, Felin. in cap. ex part. 12. de Rescriptis num. 2. Barbof. loc. cit. num. 16. allegans Rotam cum aliis; Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 5. num. 55; dicereturque simpliciter pia donatio, ac pium Legatum, si forte pro Missis celebrandis, vel pro Anniversario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum esset; Rebuff. in praxi tit. Quare instituta sunt Beneficia num. 10. Barbof. loc. cit. num. 17. Lotter. cit. quæst. 5. num. 56. ubi num. 57. subdit, quod Beneficium ante approbationem Episcopi potest concedi per Laicum, per modum tamen simplicis deputacionis Sacerdotis; & num. 59. & 60. quod Cappellanæ cum onere celebracionis Militarum constituta sine auctoritate Episcopi, censentur Laicales, possuntque ad eas mere Laici præsentari; Barbof. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 4. num. 18. Neque ad Canonicam erectionem Beneficii Ecclesiastici sufficit auctoritas Prælati inferioris, qui Jura Episcopi non habet, quamvis sit exemptus, & nullius, Glossa in Clement. de Decimis cap. 2. in fin. Abbas conf. 59. num. 3. part. 2. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 18. num. 40. & 46. Vivian. de Jure patronatus lib. 1. cap. 2. num. 28.

Beneficia Ecclesiastica erigi debent in Ecclesia ad certum, Altare sub invocatione alicujus Sancti sub onere præstandi ibi aliquod officium spirituale sive Ecclesiasticum. Beneficium enim datur propter officium, cap. Quia 15. de Rescript. in 6. Nec possunt erigi sine congrua dote, cap. Nemo 9. de consecrat. dist. 1. Unde ad Episcopum pertinet in limine fundacionis diligenter examinare de Dotis congruentia juxta qualitatem Beneficii, loci, ac personarum, aliarumque circumstantiarum, ut cognoscat, an Clericus inde honestè sustentari possit, nam, ut Christus ipse dicit Matt. c. 10. num. 20. Dignus est operarius cibo suo, & secundum Apostolum 1. ad Corinth. cap. 9. n. 13. Qui in Sacratio operantur, quæ de Sacratio sunt, edunt; & qui Altari deserviunt, cum Altari participant, & sic expresse statuitur in cap. Cum secundum Apostolum 16. de Præbend. his verbis: Cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debeat de Altari, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, patet a simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur; & infra: Dignum est, ut Ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua, & per quam Divinis obsequiis adscribuntur. Et hanc dote debet Fundator Beneficii, ad hoc, ut habeat legitimum Jus patronatum, assignare; de propriis bonis liberis, ut decidit Rota coram Celso decis. 239. num. 6. & coram Cerro decis. 126. n. 6. Si quis enim Administrator, Executor, vel Protector loci pii ex illius redditibus, aut ex aliis piorum Fidelium contributionibus, largi-

tionibus, & elemosynis annuis erigeret, non posset Episcopus illi Juspatronatus reservare, Rota *decis.* 283. & *decis.* 413. *coram Peuting.* Unde infertur quod si Hæres, vel Succesor in Capellania manuali non collativa ab aliquo Testatore relicta cum onere celebrationis Missarum, vellet illam in Beneficium perpetuum collativum erigere cum reservatione Juspatronatus, non posset Episcopus, neque cum consensu talis Hæredis, hoc facere, quia nihil Hæres confert de suo, nec potest mutare legem a Testatore præscriptam; Pax. *Jord. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 6. post num. 91.* & Fagnan. *in cap. Conquerente num. 24. de Clerico non resident.* aliterens Sacram Congregationem censuisse, quod hodie ex *decret. Trident. sess. 25. cap. de reformat.* non sit in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundatione appositis, etiam de consensu Patronorum.

Beneficium Erector, seu Fundator potest in limine erectionis, seu fundationis adicere quascumque qualitates, leges, & conditiones sibi benevolens, etiam Juri communi contrarias, dummodo non sint turpes, impossibiles, & contra naturam Juspatronatus, & ab Episcopo sint concordatæ, & admittæ; *cap. Significatum 11. de Præbend. cap. Præterea 23. de Jure patronat. & cap. Quanto 16. de censib. & est communis DD. cum Rota decis. de Præbend. in novis, & decis. 2. de testament. in antiquis.*

Et tales qualitates, leges, & conditiones in limine fundationis adjectæ debent omnimode integre observari: *Clementin. Quia contingit. cap. 2. 2. de Religiosis domibus,* ubi dicitur: *Cura tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata Fidelium; ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) converti;* & concordat textus in l. Nulli licere Cod. de Episcop. & Cler. & cap. Nos quidem 3. de testament. & expresse *Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. præcisus his verbis: Ratio postulat ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur; quando igitur ex Beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in Beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur, & in fine: Aliter facta provisio subreptitia censetur.* Unde si Fundator in limine fundationis statuit, ut vacante Beneficio a se erecto, istud debeat conferri uni ex consanguineis descendentibus ex sua cognatione, hæc dispositio, & conditio est omnino observanda, ut censuit Rota in una *Cæsariensis Capellaniæ 16. Martii 1587. coram Seraphino.*

Jure merito fuit dictum, posse Fundatorem Beneficium in limine fundationis ipsius adicere conditiones sibi benevolens, etiam Juri communi contrarias: quia etiam si ipsæ conditiones sint Juri communi contrariæ, dummodo sint honestæ, & possibiles, adhuc debent omnimode observari, ut tenet Glossa communiter recepta in c. *Cum dilectus 8. de consuetudine, verb. Constitutum in fine. Card. de Luca de Beneficiis disc. 95. num. 10. Fagnan. in c. Cum in cunctis 7. de electione n. 72. & 73. ubi refert sic tenuisse Sacram Congregationem, quam secuta fuit Rota p. 2. dec. 194. n. 1. in Granaten. Capellaniæ 12. Januarii 1606. ubi fuit decium, quod in Beneficio simplici Juspatronatus non habet locum dispositio Concil. Trident. sess. 23. c. 6. de reformat. volens, quod obtinens sit major 14. annis, quando in fundatione dicti Juspatronatus fuit dispositum, quod etiam minores possunt illud habere. Et Fagnan. *loc. cit. n. 73. dicit Sacram Congregationem respondisse Episcopo Nepesino, quod Canonici Cathedralis potest conferri ante ætatem a Jure Communi, vel Concilio Tridentino præscriptam, si ita dispositum fuerit a Fundatore in limine ipsius fundationis, & talem conditionem in erectione, & fundatione Beneficii posse etiam Episcopum admittere, Unde infertur, quod Patronus hæres, sive Fundatoris successor, non potest neque cum consensu Episcopi alterare seu mutare leges, conditiones, seu qualitates in limine fundationis a Fundatore appositas, quamvis Juri communi contrarias. Sic conformiter Concilio Tridentino sess. 25. de reformat. Card. de Luca de Beneficiis disc. 96. n. 6. & 7. citans Rotam in *Alexandrina Decanatus 12. Junii 1598. coram Orano,* & etiam Rotam p. 1. *Recentior. dec. 296. n. 9. Pirrhus Corradus in praxi Beneficiorum lib. 2. c. 10. num. 155. & seq. ubi sub num. 152. refert declarationem Sacræ Congr. Concil. quæ cum inter alia interrogaretur: Quarto, An de consensu Patroni possit dispensari cum minori viginti quinque annorum ad Capellaniam simplicem obtinendam, ad quam ex fundatione est presentandus Sacerdos; Respondit: Ad quartum, hanc dispensandi facultatem Episcopus post Concilium non competere.* Sic tenet, & refert etiam Fagnan. *in c. Conquerente 6. de Clericis non residentib. n. 24. ubi dicit, Sacram Congregationem censuisse, quod hodie ex Decreto Concilii Tridentini sess. 25. c. 5. de reformat.***

non sit in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundatione appositis etiam de consensu Patronorum, ut etiam dixit Rota in d. *Alexandrina Decanatus 12. Junii 1598. coram Orano.* Immo neque ipse Fundator etiam de consensu Episcopi potest mutare leges, & conditiones a se in fundatione positas, & ab Ordinario acceptatas, si talis mutatio esset in præjudicium Ecclesie, vel Tertii, quia Tridentinum, & declarationes cit. Sac. Congr. non distinguunt inter Patronum viventem, & defunctum. Sic Pirrhus Corrad. Cardinal. de Luca, & Rota p. 7. *recentior. dec. 37. n. 1. & seq.*

Unde Episcopus, neque de consensu, & positiva voluntate Hæredis, seu Patroni potest in erectione Capellaniæ; seu Beneficii eis injungere onus residentiar, quod Testator non injunxit; Nec addere, quod beneficiatus, sive Cappellanus pro tempore per seipsum Missas celebrat. *Sac. Cong. Conc. in viterb. 11. Januarii 1698. & in Astensi 14. Februarii 1699. & in Mexicana 16. Martii ejusdem anni 1699.* Et neque alio modo Testatoris voluntatem immutare; *ead. Sac. Cong. Conc. in Dertthonens. 4. Junii 1701.* Nec Episcopus, etiam de consensu Patroni potest reducere, & moderari Missas in limine fundationis Beneficii appositas, quamvis redditus ipsius Beneficii ob temporum injuriam sint diminuti, ex Decreto de celebratione Missarum a *Sac. Cong. Conc. de Mandato Urbani VIII. edito 2. Junii 1625. & confirmat. ab Innocent. VII. 23. Decemb. 1697. in cujus Decreti §. 1. sic præcisè habetur: Districte prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. Alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit, & clarissime habetur in declarationibus Sacræ Congregationis Concilii eidem Decreto subjunctis, quod Sedes Apostolica sit omnino aequanda pro hujusmodi Missarum reductionibus, seu modificationibus, ut patet in responsione ad hoc primum dubium: *Quæritur quid si Legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum insumendum, sit pro expensis ad id necessariis? Ad primum respondit: Et si Legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi ab eis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino e re esse judicaverit. Et sic fiat clarum: quod Episcopus nequit ullomodo onera, & Missas reducere ac moderari, nisi sit ei concessum in ipsa Beneficii erectione, ex citata responsione Sacræ Congregationis ad primum dubium, ubi sic præcisè subjungit: *Verumtamen si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam Decreta hæc de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.***

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Beneficia Ecclesiastica simplicia de jure patronatus laicorum, erigi possunt in Commendas Militiæ SS. Mauritiæ & Lazari. *Bened. XIV. Constit. 104. incip. Fructuosa,* in qua tradit modum, & formam pro tali erectione faciendam.

* Beneficium si quis fundaverit de suis bonis cum pacto, ut ipse tamquam beneficiatus illis fruatur, tum post obitum suum juspatronatus transeat ad hæredes, quamquam simoniacum id audiatur apud multos, attamen ab ea labe immune censeri potest; neque enim satis esse discriminis apparet inter eum, qui fundat beneficium cum pacto, ut conferatur filio suo &c. & illum, qui vult sibi conferri; utrinque enim pactum adest; ita ex Pitonio: *Bened. XIV. Instit. Eccles. 95. §. 7.*

Si quis vero offerat bona in augmentum Beneficii jam erecti, nec tamen juspatronatus ejus acquirat, tunc pacifici non potest, ut sibi Beneficium illud conferatur, ut ex cap. *Tua nos, de Simoniac. Ibid. §. 12.*

Si quis jam obtineat Beneficium, & injuste vexetur ab alio; potest pecunia injustam vexationem redimere, ut ex Canonistis omnibus firmatur. *Instit. Eccles. 93. §. 4.*

Si vero quis habeat jus ad Beneficium, & ab alio lis moveatur, non potest dare litiganti pecuniam, ut acquiescat, neque etiam titulo solvendi expensas in lite hucusque factas, nam tunc pararet sibi viam ad Beneficium per pecuniam *Ibid. §. 7. Bene-*

ARTICULUS III.

Beneficia quomodo, & quando conferenda?

Beneficium obtinens jure certo, & manifesto, ut nullus sit quaestio locus, permittitur redimere injustam vexationem, ut ex c. *dilectus 17. de Simonia;* idque fieri potest nulla interposita Episcopi auctoritate. Fas est tamen Episcopo præcipere in Synodo, ne id fiat absque suo assensu, ob periculum Simoniacæ. *Item de Synod. Dioces. l. 7. c. 69. §. 8.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Quod ait *Auctor num. 1.* Beneficia Ecclesiastica erigi debere auctoritate expressa Episcopi, id non est absolute verum, quum auctoritas Episcopi tacite ex intervallo accedere queat; *Garz. de Benefic. part. 1. cap. 1. num. 113., Lotter. de re Benefic. lib. 1. cap. 5. num. 63., Rot. cor. Ansaldo, dec. 585. num. 5. & 6., & in Anconitana Benefic. 21. Martii 1746. §. 9. cor. bon. mem. de Vais.* Ut autem auctoritas Episcopi tacite ex intervallo accessi se dici queat, necessario requiritur, ut Beneficium, de quo controversia est, provilium fuerit, vel per collationem si fuerit liberum, vel per institutionem si juspatronatus obnoxium fuerit; Rota in *Firmana Capellaniæ 6. Junii 1746. §. 5. cor. bon. mem. Vicecom., & in Tarraconen. Capellaniæ 11. Martii 1748. §. 11. cor. Cortad.*

Nec indistincte accipi potest, quod asserit *Auctor num. 11.* Capellaniam Laicalem erigi in Beneficium Ecclesiasticum nec de consensu Hæredis Fundatoris posse. Distinguendum enim ita est; Capellaniæ laicales fundatæ in actu inter vivos, & Fundatore vivo effectum sortitæ nequeunt erigi in Beneficia Ecclesiastica, ut tradit *Auctor d. num. 11.* At res aliter se habet quoad Capellaniæ laicales vel fundatas in actu inter vivos, sed effectum sortituras post mortem Fundatoris, vel fundatas in ultima voluntate; quia possunt id genus Capellaniæ erigi in Beneficia Ecclesiastica ad instantiam Hæredis, vel executoris testamentarii, ut tradunt *Garz. de Benefic. Eccles. part. 1. cap. 2. num. 198., & seq., Leuren. For. Benef. part. 1. cap. 3. §. 1. q. 89. per tot. Solumque limita, si voluntas Fundatoris resistat, vel expresse, vel etiam tacite; ut firmavit Rot. in *Civitatis Castellæ Capellaniæ 15. Januarii 1744. §. 11., & 29. April. ejusdem anni 1744. §. 12. cor. bon. mem. Lana. in Prænestina Legati Pii 21. April. 1749. §. 9. cor. eod. Lana, in Anagnina Capellaniæ 16. Jun. ejusd. anni 1749. §. 13., & 30. Januarii 1750. §. 6. coram Eminenti. Mathejo.**

Quod si resistente voluntate Fundatoris Cappellania Laicalis erecta sit in Beneficium Ecclesiasticum, donec in tuo congruo judicio talis erectio irrita per tres sententias conformes declaratur, itandum ei est in judicio possessorio; Vide *Rot. in Tridentina Præmissoria super manutenzione 11. Jan. 1745. cor. bo. me. Lana, & 17. Junii 1745. cor. clar. me. Millin.*

Conditiones juri contrariæ in limine fundationis Beneficiorum appositæ, de quibus agit *Auctor num. 12. & seq.* ut sustineantur, requiritur omnino expressa, & specialis approbatio Ordinarii. Quo fit, ut sub generali decreto erectionis approbatæ non censentur conditiones hæc juri contrariæ, juxta originalem doctrinam *Philippi Saraceni,* quam laudat & sequitur *Lambertini de Jurepatron. lib. 1. par. 1. qu. principal. 9. num. 50. in fine.* Quando autem dictæ conditiones juri contrariæ dicantur ab Ordinario approbatæ, nec ne, consule Rotam in *Casertana Benefic. 28. Junii 1745. §. 7., & plur. sequent. cor. clar. mem. Millin., & 24. Jan. 1746. §. 13., & duob. sequent., coram R. P. D. Elephantum.*

Num Fundator adicere ex intervallo possit conditiones juri contrarias, non incongrue hic discutitur. Sequenti autem distinctione est procedendum; Vel enim Fundator in ipso fundationis limine approbante Ordinario facultatem sibi reservavit addendi vel mutandi, vel non reservavit. Si reservavit, quidquid contradicat *Add. ad Pamphil. decis. 54. num. 8.,* communis est sententia, posse Fundatorem etiam ex intervallo adicere conditiones juri contrarias, quippe quæ vigore dictæ reservationis censentur appositæ in ipso limine fundationis; *Pitoni. de controvers. Patron. alleg. 82. num. 8. in fin. & discept. Ecclesiast. 25. num. 9. in fin., Corrad. in prax. Benefic. lib. 2. cap. 10. num. 151., Monet. de commut. ultim. volum. cap. 10. quest. 5. num. 203., Gagliard. de Jurepatron. cap. 6. num. 6. in fin.* Quod si non reservavit, non est in Fundatoris potestate adicere amplius conditionem aliquam juri contrariam; Vide *max citatos Auctores ubi supra.*

An autem Fundator vel ejus Hæres adicere ex intervallo queant conditiones, quæ non sint juri contrariæ; adi *Vivian. de Jurepatron. lib. 2. cap. 8. num. 10., & Gagliard. de Benefic. c. 3. num. 14.*

Beneficia Ecclesiastica tribus potissimum modis conferuntur, ut signanter notat Abbas in c. *Auctoritate 4. n. 7. de Instit. & alii Canonistæ.* Primo, per electionem, V. G. Canonicozum, seu Capitularium, quam deinde Superior confirmat, & electus idoneus sit; & nullum habeat Canonicum obicem, & hac ratione Ecclesiarum Prælati institui solent; *cap. Bona memoriæ 3. §. fin. de postulat. Prælator. ibi: Quatenus per electionem... Canonicam in personam idoneam convenire curtis.*

Secundo, per præviam præsentationem factam a Patrono, ob quam Ecclesiasticus Prælati cogitur instituere præsentatum, si idoneus sit; *c. Ex insinuatione 14. & c. Nobis 15. de Jurepatronatus, & c. Decernimus 32. caus. 16. qu. 7.*

Tertio, per collationem liberam, quando videlicet Beneficium solo Jure Prælati libere, seu absque prævia Capitulari electione, vel ulterius præsentatione alicui idoneo Clerico confertur; *c. Relatum 4. de concess. Præbendæ, & per hoc juxta hunc triplicem modum, quo communiter conferri solent Beneficia, dictum fuit n. 31. art. 1. ipsa esse triplicis generis, scilicet Electiva, Patronata, & Collativa, seu liberæ collationis.* Quamvis autem ultra tres istos assignatos communiore, & præcipue usitatos modos dentur alii, quibus Beneficia Ecclesiastica pot. sunt conferri, & obtineri, scilicet per postulationem, per Nominationem, per Resignationem, per Permutationem, & per Translationem, tamen omnes isti modi, ut clare patet, reducuntur ad aliquem ex tribus illis assignatis, & tanquam communioribus præcipue usitatis.

Tribus etiam potissimum modis Summus Pontifex Beneficia Ecclesiastica conferre solet, ut notat *Rebuff. in prax. tit. de devolution. §. 46.* Primo, *Jure preventionis,* cum alicui confert gratiam expectativam ad Beneficium primo vacaturum *c. Licet 2. de Præbend. in 6. ubi dicitur quod Papa non solum ipsa (Beneficia) cum vacant potest de jure conferri; verum etiam Jus in ipsis tribuere vacaturis; & hoc factum esse, patet in c. Dudum 14. de Præbend. in 6. quod speciale est privilegium Papæ ob plenitudinem suæ potestatis, neque cuiquam alteri concessum, Beneficium nondum vacans certæ personæ promittere, & ad illud Jus dare, sicuti constat ex cap. *Dilectus 19. de Præbend. cap. Relatum 3. & cap. Ex tenore 13. de concess. Præbend. & cap. Detestandi 2. de concess. Præbend. in 6. & Conc. Trid. sess. 24. c. 19. de reformat.**

Secundo, *Jure concursus,* quia Papa concurrit cum quolibet Ordinario in potestate, & jurisdictione conferendi Beneficia, etiam si nulla interveniat negligentia inferioris Collatoris Ordinarii; *cap. Cuncta per mundum 17. caus. 9. q. 3. c. Licet 20. de Foro competent. cap. Licet 1. de Præbend. in 6. Clement. univ. §. fin. Ut lite pendente.* Quamvis enim Papa potestatem conferendi Beneficia dederit Ordinariis, sibi tamen majorem reservavit; *c. Dudum 14. §. Nos igitur, de Præbend. in 6. ubi sic præcisè se explicat ipsemet Pontifex: Et si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes Nos tamen nihilominus remansit major.* Quapropter inter Papam, & reliquos inferiores Ordinarios datur locus preventionis, ita ut qui prior tempore contulit, ejus collatio rata sit; Si vero idem Beneficium eadem die sit a Papa collatum, uni, & ab Ordinario collatum alteri, nec sciatur, quæ collatio prius facta fuerit, potior erit conditio possidentis; si autem neuter adhuc possideat, erit preferendus is, cui Papa, vel ejus Legatus Beneficium contulit, propter conferentis ampliozem, & excellentiorem prærogativam; textu expresso in c. *Si a Sede Apostolica 31. de Præbend. in 6. ibi: Si a Sede Apostolica, vel Legato ipsius, uni, & ab Ordinario alteri eodem die idem Beneficium confertur, neq. appareat quæ collatio fuerit prius facta, erit potior conditio possidentis. Si vero neuter possideat, is cui Sedes ipsa contulit, vel Legatus (propter conferentis ampliozem prærogativam) erit alteri preferendus.*

Tertio, *Jure devolutionis,* quando propter negligentiam Collatorum inferiorum intra debitum tempus Beneficium vacans non conferentium, talis potestas ab inferioribus devolvitur ad Papam; *cap. Cum accessisset 8. §. 1. de Constitut. ubi Papa sic ait: Cum Canonici nostris auribus intimassent, quod Præmiceriatus in Tullensi Ecclesia tanto tempore vacavisset, quod ad manus nostras illius Personatus esset donatio devoluta. Vel quando Canonici Ecclesie Cathedralis scienter eligunt infirmum in Episcopum, seu eorum electio per sententiam infirmatur*

matur ob canonicam electionis formam non servatam; tunc enim novi Episcopi electio non ad Metropolitanum, sed immediate ad Romanum Pontificem devolvitur, textu expresso, in cap. Quamquam 18. de election. in 6. ibi, Non ad dictum Superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvetur.

13 Beneficia Ecclesiastica debent conferri, seu provideri Canonice; scilicet juxta præscriptum Sacrorum Canonum, hoc est sine vitio conferentis, recipientis, & formæ: Sic communis Canonistarum juxta regulam 1. Juris in 6. ibi, Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione Canonica obtineri, & Regul. 64. pariter Juris in 6. ibi: Quæ contra

14 Jus sunt, debent utique pro infectis haberi. Unde in quacumque collatione, seu provisione Beneficiorum debet necessario observari forma a Jure communi, vel legitima consuetudine, ut particulari statuto, vel fundatione præscripta, aliter collatio, seu provisio nulla erit, quia forma dat esse rei; Leg. Julianus §. Si quis rem, ff. Ad exhibendum, & forma non servata corrumpit actus cap. quia propter 42. §. aliter, de election. cap. Cum dilecti. 22. de Rescriptis, & Epist. Leonis Papæ ad Episcopos Siciliae relat in c. Sine exceptione. 52. caus. 12. qu. 2.

15 Primo igitur, ut valida sit collatio, seu provisio, debet fieri gratis sine ullo pretio, aut mercede temporali; c. Si quis datur 2. c. Si quis Episcopus 3. cap. Quæsitum 4. c. Si quis obijecit 7. cap. Salvator 8. cap. Si quis Præbendam 15. caus. 1. qu. 3. aliter contraheretur Simonia, quæ collatio, seu provisio Beneficii vitatur, & ipso Jure evadit invalida ejus acquisitio; c. Ea quæ 5. causa prima qu. 3. & Extrav. Cum detestabile 2. de Simon. inter commun.

16 Secundo, ut collatio, & quævis Beneficii Ecclesiastici provisio sit valida, & Canonica, debet fieri pure; id est sine ullo pacto, conditione, ac modo privata partium conventionem adjecte, aliter esset pariter Simonia, & nulla; cap. Super eo 7. de Transactionibus c. Cum pridem 4. c. Cum Clerici 6. & c. Pactiones 8. de pactis; ubi sic præclie habetur: Pactiones factæ a vobis (ut audivimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omnis pactio omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti, & c. Quæsitum 5. de rerum permutat. ubi sic expresse dicitur: De Jure fieri non possunt præsertim cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem continent semper Simonie.

* At hoc loco (inquit Josephus Maraviglia Episc. Novariensis in suis Legibus Prudentiæ Episcopalis, anno 1678. Innocentio XI. dicatis, Lege 145.) ea tantum difficultas enodanda est, qua vertitur in dubium, an possint collatores beneficiorum alicui exigere a beneficiatis applicandum; vel locis piis vel pauperibus, vel fabricæ Ecclesiæ, vel Sacrariæ, cum adsit quædam Constitutio Alexandri II. in cap. ex multis §. constitutum, quæ videtur expresse prohibere ejusmodi exactiones etiam piissimas pro collatione beneficiorum, quam constitutionem videtur confirmasse etiam Rota coram Puteo decis. 396. num. 2. lib. 3. ubi decernitur, omnem beneficiorum collationem esse nullam, si fiat cum onere, ut aliquid detur pro fabrica, donariis &c. Vera tamen allati textus intelligentia ea est, quod solum prohibeatur collatio beneficiorum tamquam simoniaca, si pro obtinendo beneficio, aut in eum præcise finem, ut obtineatur, aliquid promittatur, vel conferatur fabricæ, aut aliis locis piis; illa enim particula pro importat causam finalem, ut tradunt multi Juris, & Canonistæ; unde qui ex eo sine conferret, aut reciperet beneficium, & pactum iniret tribuendi aliquid, esset vere damnandus ab Episcopis tamquam Simoniacus ex illa Constit. Alexand. II. Quotiescumque enim temporale ordinatur ad obtinendum spirituale, licet bene dispenseretur, semper male accipitur, ut constat ex verbis Summi Pontif. in illa Constit. In hoc igitur tantum casu possunt, & debent Episcopi maxime invigilare, ne quid Simoniacum, & prohibitum perpetretur juxta talem Constitutionem. Hæc piissimus, & doctissimus Auctor, qui in titulo Legis citatæ hæc habet: Collatores beneficiorum exigentes aliquid a beneficiatis, non semper damnandi ab Episcopis tanquam Simoniaci.

Videri etiam possunt Azor. lib. 12. cap. 12. Diana coordin. tom. 5. tract. 7. resol. 20. & 21. La Croix lib. 3. part. 1. nu. 100. & 101. & Viva in Prop. 45. & 46. Innoc. XI. num. 11. *

17 Tertio, insuper requiritur, ut collatio Beneficii non sit obreptitia, aut obreptitia, hoc est per expressionem falsitatis, aut suppressionem veritatis de Jure exprimendæ, aliter ipsa collatio non teneret, & nullius esset momenti; c. Cum adeo 17. c. Constitutus 19. & c. ad audientiam 31. de Rescriptis, cap.

Si is 2. de Filiis Presbyterorum in 6. ubi sic habetur: Talis dispensatio veluti per subreptionem obventa, nullius penitus est momenti, & Clement. c. Si dignitatem 1. de Præbend. ubi loquendo de Rescriptis gratiosis super dignitate obtentis, non habita mentione necessario exprimendorum, sic præclie dicitur: Gratia hujusmodi, velut subreptitia nullius penitus est momenti. Quarto Collatio debet esse libera absque omni vi, & metu, & debet fieri palam; cap. Dm. de Ecclesiastica Beneficia. Quinto debent conferri Beneficia sine diminutione fructuum, cit. cap. Dm. de Ecclesiastica Beneficia. Sexto ad Collationem omnes vocari debent, ad quos spectat collatio, etiam absentes; cap. Cum in Ecclesiis 33. de Præbend. in 6.

Beneficia curata, seu curam animarum habentia debent necessario conferri ad præscriptum Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. & Constit. S. Pii V. quæ incipit: In conferendis Beneficiis. Unde pro eorum collatione debet inliceri examen per concursum coram Episcopo, vel ejus Vicario, & saltem tribus Examinatoribus Synodalibus habendum. Conc. Trid. cit. sess. 24. cap. 18. de reformat. Et tales Examinatores, qui ex Concilio non possunt esse pauciores, quam tres, ibi: Examinatoribus non paucioribus, quam tribus, debent esse electi in ultima Synodo, vel si in aliis electi, saltem in ultima confirmati, aliter concursus erit nullus; Sac. Congr. Concilii in Monopolitana die 13. Julii 1630. censuit, Concursus, in quibus fuerint adhibiti Examinatores deputati in Synodis præcedentibus, fuisse nullos, quatenus tamen prædicti Examinatores in Synodo posteriori non fuerint confirmati. Sic etiam nullus est concursus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intervenit alter, qui non sit Examinator Synodalis; Sacra Congr. Concil. in una Messanensi. 15. Decembris 1625. & censuit Rota in Bassanensi. Parochialis 18. Februarii 1628. coram Cardinal. Virili, & in Nicinensi. Parochialis 25. Junii 1629. coram eodem. Nullus etiam est concursus factus cum Examinatoribus Synodalibus, qui non præstiterint juramentum ad præscriptum Trident. c. 8. sess. 24. de reformat. Sac. Congr. Concil. in Aben. 2. Decembris 1628. & Rota coram Buratt. dec. 362. num. 3. Non licet Episcopo auctoritate ordinaria sibi a sumere Examinatores non Synodales, qui suppleant etiam in casu non existentium Examinatorum Synodalium numero sufficientium ad concursus faciendos, eo quia ob penuriam virorum habentium qualitates Doctoratus, & similes, non potuerint in Synodo Diocæsana eligi; Sac. Congr. Concil. in Vasionensi. 13. Novembris 1627. Non potest Episcopus in locum demortuorum Examinatorum alios subrogare utique ad novam Synodum: Eadem Sac. Congr. Concil. in dict. Vasion. 13. Novembris 1627. Provisi tamen de Parochialibus non servata forma Concilii ex eo quod ob varias difficultates non potuissent agi Synodus; nec deputari Examinatores Synodales, non sunt removendi; At tanta est facultas Episcopo deputandi Examinatores extra Synodum, illeque monendus, & hortandus, ut quantum citius convocet Synodum eo meliori modo, quo potest. Sac. Congr. Concil. in Trevirgen. 26. Junii 1627.

Beneficia Curata debent conferri per viam concursus, etiam si, ut expresse dicit Concilium loco cit. Cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administraretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus continevit Episcopus uni, vel pluribus Curam animarum dare, quos omnes ad infra scriptum examen teneri mandat per obitum, vel resignationem etiam in Curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam ipsa Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum. Per viam igitur concursus debent ex Concilio conferri Beneficia curata, etiam si sint Jurispatronatus Ecclesiastici; Immo si Beneficium Curatum Jurispatronatus Ecclesiastici in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis vacaverit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione Patronorum debet Edicta concursus proponere, & idoneum colligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarii a Summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis Curatis, quæ non sunt de Jurispatronatus; sic referunt fuisse a Sac. Congr. Concil. decisum Piafisc. in praxi nova Episcoporum. c. 5. num. 17. in fine. Gonzalez Gloss. 7. num. 116. Aloysius Riccius resolut. 351. vers. amplia 6. Et addit ad hunc concursum admitti debere, tam nominatos a Patronis, quam alios, ut censuit Sac. Congr. in una Florentina Paroch. de anno 1599. quam declarationem secuta fuit Rota in dicta Florent. de eodem anno 28. Maii coram Justo, eadem Rota decis. 458. num. 1. part. 3. recentior. coram Sacrato 10. Decemb. 1612. In qua decisione dicitur, quod dis-

positio Concilii de habendo concursum procedit, nedum in Rectoriis de Jurispatronatus Ecclesiastico; verum etiam in Vicariis perpetuis, ut fuit per eandem Sacram Congregationem retolutum, ut in copia resolutionis data: Hæc Rota ibi. Intelligi tamen concursum requiri in Vicaria perpetua, quando in Vicarium est translata totalis Cura; secus vero quando est translatum solum exercitium Curæ; Rota part. 2. recentior. decis. 579. num. 1. & dec. 710. num. 1. & part. 4. tom. 1. dec. 352. num. 6. Dicitur autem totalis Cura in Vicarium translata, quando certa portio, seu congrua assignatur Vicario, Cura Beneficii uniti dicitur translata in Rectorem Ecclesiæ, cui sit unio, & solum nudum exercitium remanet penes Vicarium. Rota in Dertusen. Vicaria 8. Novembris 1616. coram Ubaldo, & in Barchinonen. Vicaria 17. Maii 1624. coram Molino, & p. 2. recentior. decis. 577. num. 3. in Vlyssobonen. Concursus coram Cocino Decano, & decis. 719. num. 3. in Vlyssobonen Concursus coram Rombaldo. Etiam Beneficium Parochiale Jurispatronatus Laicalis conferitur per concursum inter plures præsentatos, si ipsi præsentati habeant aequales voces, & tunc ex ipsis solum præsentatis, qui facti examine idonei ab Examinatoribus renuntiati fuerint, Episcopus eum eligit, quem ceteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alium debet instituire. Rota in Pampilonen. Parochialis 27. Januarii 1614. coram Cocino Decano, & in Illerden. portionis de Pertusa 11. Decembris 1613. coram Buratto. Immo etiam Beneficia Parochialia Jurispatronatus Laicorum, quæ ab Episcopo ob præsentationem in tempore debito non secutam Jure devoluta conferuntur, debent conferri per concursum, Sac. Congr. Concil. 29. Novembris 1600. Præbenda Theologalis, & Canonici Penitentiarum in Cathedralibus, debet conferri per viam concursus ex novissima dispositione Benedicti XIII. Constit. incip. Pastoralis, editæ 1725. decimoquarto kalendas Julii. * Nuper citatus Joseph Maria Maraviglia, in Lege 165. suæ Prudentiæ Episcopalis hæc habet: Cum examen præcipiatur a Concilio tantum ad scientiæ sufficientiam indagandam, quæ sane unum est ex requisitis pro justa & recta beneficiorum collatione, cum tamen ipsa non sit omne requisitum, poterunt Episcopi aliis in aliquo concurrentibus requisitis, illum postponere, qui in concursu perfectior in scientia fuerit inventus; & ideo ab ipsis non erit semper attendendus examinis rigor, cum possit contingere, aliquem virum sapienterem, esse moribus, & vita improbiorem, in quo casu vitæ prohibitas est semper præferenda, ut res magis intrinseca statui Ecclesiastico. Ubi vero in concurrentibus inveniantur cætera paria, sane rigor examinis attendendus, ne fiat personarum acceptio, aut Justitiæ distributiæ culpabilis lapsio. Vide intra art. 5. num. 56. & seqq. *

33 Sine concursu conferuntur: Primo Vicariæ Perpetuæ Parochialis unitarum, seu incorporatarum aliis Ecclesiis, Monasteriis, Beneficiis, Collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie Parochus, sed Vicarius ponendus est. Hujusmodi enim Vicariæ, in quibus Vicarius habet solum exercitium Curæ, non conferuntur per concursum, sed solum ad nominationem, seu præsentationem illorum, quorum Dignitati, Ecclesiæ, Monasterio, Collegio, vel loco pio Parochialis unita est, Vicarii prævio Ordinarii examine sunt instituendi. Sic expresse statuit S. Pius V. in Constit. 47. incip. Ad exequendum ubi §. 4. sic ait: Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponuntur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prævio examine, & approbatione deputentur. Nec immerito, nam propter unionem perpetuo factam, Ecclesia Parochialis censetur accessoria alteri Ecclesiæ, Collegio, Monasterio, loco pio &c. cap. Extrinseca 30. §. qui vero, de Præbendis, atque per se nunquam censetur vacare juxta Clementinam unic. de excessibus §. quidam etiam Ecclesias, sed assumi naturam, consuetudines, & privilegia principalis, cui esset annexa, Gloss. c. unic. Ne sede vacante verb. uniendo, simulque in ea tantum attenditur qualitas, & natura Beneficii principalis, non autem accessorii, arg. Clement. Per litteras c. 3. de Præbendis, juncta Regula 42. Juris in 6. ibi: Accessorium naturam sequi congruit principalis. Unde Tridentinum requirens concursum in collatione Ecclesiarum Parochialium non habet locum in Vicariis, seu Ecclesiis perpetuis, & accessorie unitis aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, aliisve locis piis, ubi Vicarii, seu Parochi habent solum exercitium Curæ; Rota part. 2. recentior. Ferrar. Bibliothec. Tom. 1.

35 Secundo, sine concursu conferuntur Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri conueverunt; sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. referunt Piafiscius in praxi nova Episcoporum. c. 5. n. 18. vers. Hoc decretum: Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 162. Garcias de Benefic. part. 9. cap. 2. num. 297. Rota part. 4. tom. 1. dec. 38. num. 8. & dec. 120. num. 5. ubi dicit sic declarasse Sac. Congr. Concil.

37 Septimo, sine concursu conferuntur Dignitas Abbatiae, quamvis sit ei unita Parochialis Ecclesia, dummodo hæc unio auctoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetua, & accessorie facta sit; sic decrevit Sac. Congr. Concil. teste Nicolao Garc. cit. cap. 2. num. 193. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 13. & gloss. 6. num. 192.

38 Octavo, sine concursu conferuntur Parochialis, quam quis acquirat per regressum, & prius possedit. Sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. refert Nicol. Garz d. c. 2. n. 168.

39 Nono sine concursu conferuntur Parochialis resignata ad favorem alicujus in manibus Papæ. Sic decium fuisse referunt Gonzal. d. gloss. 6. num. 121. & seq. Flamin. de resignat. lib. 1. qu. 7. num. 7.

decis. 579. num. 1. & decis. 710. num. 1. & part. 4. tom. 1. decis. 352. num. 6. & in Dertusen. Vicaria 8. Novemb. 1616. cor. Ubaldo, & in Barchinonen. Vicaria 17. Maii 1634.

Secundo, sine concursu pariter conferuntur Parochialis unita, seu annexa Dignitati, seu Canonici Cathedralis, seu Collegiæ; Rota p. 2. recentior. decis. 332. num. 8. ubi dicit, sic censuisse etiam Sacram Congregationem, & part. 12. decis. 152. num. 54. & part. 18. tom. 1. decis. 32. num. 13. & sic fuisse Sacram Concilii Congregationem, hujusque sententiam fuisse a Sanctissimo approbatam refert Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. cum sit ars num. 19. & 22. ac sequent. Sufficit enim solum examen, & approbatio Episcopi, Rota cit. part. 12. dec. 152. num. 55.

Tertio, sine concursu conferuntur Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios, juxta textum c. Statutum 22. de elect. in 6., quia in isto casu Cura dicitur esse penes Collegium, & non penes singulos, aut quemcumque Canonicum per se, itaut Canonicus dicatur Curatus; sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. referunt Gonzalez gloss. 5. num. 153. Flamin. de resignat. lib. 8. qu. 9. n. 94. & alii cum Barboza de offic. & potest. Episcop. allegat. 60. num. 29.

Quarto, sine concursu conferuntur Beneficium Curatum, quod vere est dignitas. Sic decium fuisse ab eadem Sac. Congr. referunt Galet. in Margarita casuum conscientie verb. Beneficium pag. 24. & verb. Canonicus ultim.

Quinto, sine concursu conferuntur Parochialis Ecclesia, quando est subiecta Monasterio, aut annexa, vel de ejus mensa; tunc enim Monasterium nominat Rectorem, & Episcopus confirmat. Rota in una Tirafonen. iuris presentandi 23. Maii 1588. coram Bubalo, & parte prima recentior. decis. 102. num. 1. in una Vlyssobonen. iuris conferendi coram Litta. Quando autem dicatur Parochialis de Mensa Monasterii, habetur diffusè in part. 2. recentior. decis. 204. per tot. ubi plura adducuntur ad probandum Ecclesiam esse de Mensa Monasterii.

Sexto, sine concursu conferuntur Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri conueverunt; sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. referunt Piafiscius in praxi nova Episcoporum. c. 5. n. 18. vers. Hoc decretum: Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 162. Garcias de Benefic. part. 9. cap. 2. num. 297. Rota part. 4. tom. 1. dec. 38. num. 8. & dec. 120. num. 5. ubi dicit sic declarasse Sac. Congr. Concil.

Septimo, sine concursu conferuntur Dignitas Abbatiae, quamvis sit ei unita Parochialis Ecclesia, dummodo hæc unio auctoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetua, & accessorie facta sit; sic decrevit Sac. Congr. Concil. teste Nicolao Garc. cit. cap. 2. num. 193. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 13. & gloss. 6. num. 192.

Octavo, sine concursu conferuntur Parochialis, quam quis acquirat per regressum, & prius possedit. Sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. refert Nicol. Garz d. c. 2. n. 168.

Nono sine concursu conferuntur Parochialis resignata ad favorem alicujus in manibus Papæ. Sic decium fuisse referunt Gonzal. d. gloss. 6. num. 121. & seq. Flamin. de resignat. lib. 1. qu. 7. num. 7.

Decimo, in permutationibus Ecclesiarum Parochialium non requiritur concursus. Immo necne aliquod examen. Sic decium fuisse a Sac. Congr. Concil. refert Garcias p. 9. c. 2. n. 165. Si vero adsit magna inæqualitas Parochianorum, aut permittentes non fuerint examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt; aut permutationes sint de Beneficio simplicis, & Curato, tunc licet necessarius non sit concursus, est tamen necessarium examen ex citata decisione Sac. Congr. Concil. relata a Nicol. Garc. d. par. 9. cap. 2. n. 165.

Undecimo, quando nullus comparuit, aut certe nullus ex comparentibus vult subire examen, Episcopum assignare debere aliud tempus sive edictum, & si adhuc nemo compareat, tunc posse Parochiam absque concursu conferri, decium fuisse a Sac. Congr. Concil. referunt Nicol. Garcias d. par. 9. c. 2. num. 218. Matlobr. in d. praxi requis. 3. dub. 9. Barbof. cit. alleg. 60. n. 39.

40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51

c.18. de reform. ibi : Quod si Juspatronatus Laicorum fuerit, debeat, qui a Patrono presentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti, & sic decisis fuisse a Sac. Cong. Concil. referunt Pialec. in praxi nova Episcop. part. 2. c. 5. num. 18. Garcias de Benefic. part. 9. c. 2. num. 255. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 134. & statuit Rota part. 2. decif. 579. num. 4. & part. 18. tom. 1. decif. 192. n. 11. & par. 19. tom. 1. dec. 136. n. 42.

52 Quartodecimo, sine concursu conferuntur Parochiales Jurispatronatus, quod ab origine erat totum Laicale, sed pro duabus tertiis partibus ex donatione Laicorum effectum est postea Ecclesiasticum. Sac. Cong. Conc. 17. Junii 1617.

53 Quintodecimo, sine concursu conferuntur Parochiales Jurispatronatus mixti, idest partim Ecclesiastici, & partim Laicalis. Sac. Cong. Conc. in una Bracharen. quam refert de verbo ad verbum Modern. Lusitan. de manu Regia par. 1. c. 7. n. 36. & in Pisana 5. Feb. 1628.

54 Sextodecimo, sine concursu conferuntur Beneficia Regularia Curata, licet Clericis Sæcularibus commendari solita. Sac. Cong. Concil. 3. Augusti 1760.

55 Beneficia quæcumque Ecclesiastica conferri solum possunt ab inferioribus Papa, quando sunt vere vacantia : & si conferantur, vel promittantur ante vacationem, etiam a Patronis, eorum collatio, seu promissio est nulla ; cap. Nulla, de concessione. Præbend. ubi si expresse habetur : „Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam Beneficia, vel Ecclesiarum tribuantur, alicui, seu promittantur, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & Beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam Legibus Gentilium inveniantur inhibiti, turpe est, & Divini plenum animadversione iudicium, si locum in Ecclesia Dei futuræ successione expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt. Idem statuitur, c. Cum dilecta 16. de concess. Præb. „his verbis: „Cum dilecta & fecerit promissiones de non vacantibus Beneficiis Ecclesiasticis, in quibus Jus obtinet Patronatus, & donationes eorum in manibus potuerit alienis, mandamus quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem ne similia de certo attentare præsumat. „Idem sancitum fuit, in Concil. Sabinensi. c. 15. præcis his verbis: „Ambitionis improba, & cupiditatis perversa studium, per quod ad Beneficia nondum vacantia via damnabiliter aperitur, refecare, & præcludere affectantes, statuimus, ut nulli Ecclesiarum Patroni ad Ecclesias, in quibus Juspatronatus obtinent, antequam vacent, cuiquam Litteras presentationis concedant, quas si forte concesserint, eo ipso irritæ sint penitus, & inanes. Clerici vero, qui hujusmodi Litteras presentationis impetrant, vel pro quibus ipsis scientibus, vel consentientibus, ab alio impetrantur ad Ecclesias ipsas obtinendas in ipsa vacatione reddantur inhabiles ipso facto. „Sic etiam habetur in cap. Relatum 3. & cap. Ex tenore 13. de concess. Præbend. & cap. Tridentina sess. 24. c. 19. de reform. ubi expectativæ, seu concessiones ad Beneficia vacatura prohibentur, & in Constit. 28. Pauli III. incip. Sanctissimus, edita 11. Decembris 1541. in qua Beneficia viventis impetrari vetuit, & sic tenet Rota part. 3. recent. Decif. 726. num. 2. & part. 4. tom. 3. 609. n. 2. & part. 8. decif. 159. num. 3. & part. 9. tom. 2. decif. 374. n. 9. Immo Beneficium non vacans obtinens scienter, est deponendus ; cap. Qui vivorum Sacerdotum loco ponitur, hoc ipso sunt ab Ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis Sacerdotibus adhiberi.

57 Notanter fuit dictum Beneficia Ecclesiastica solum quando sunt vacantia posse conferri ab inferioribus Papæ, quia Papa ipsa ratione suæ Plenariæ potestatis potest Jus tribuere etiam in Beneficiis vacaturis, ut expresse habetur in c. Licet 2. de Præbend. in 6. ubi dicitur, quod Papa non solum ipsa (Beneficia) cum vacant, potest de Jure conferre, verum etiam Jus in ipsis tribuere vacaturis. Et hoc factum esse patet in cap. Dudum 14. de Præbend. in 6. Et passim fieri videmus in Coadjutoriis, quæ de consensu Coadjuti dantur a Papa in Canonicatibus, & aliis Beneficiis in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, & hoc quia Papa est supra jus, ut ipsemet dicit in c. Proposuit 4. de concess. Præbend. præcis his verbis : „Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possunt supra Jus dispensare. Et hoc adeo verum est, ut non solum Coadjutoria cum futura successione a Papa ex speciali gratia concessæ, sed etiam simplices expectativæ, quod procul dubio sunt contra Concilium Trident. sess. 24. c. 19. at dixit Rota p. 1. recent. dec. 276. num. 3. suffi-

neantur, licet Tridentino Concilio derogatum non fuerit, quia illi nec solet, nec oportet specialiter derogare propter expressam præsertionem auctoritatis Apostolicæ Sedis, quæ habetur in cap. ultimo sess. 25. de reform. sed satis est ut Papa disponat contrarium ejus, quod Concilium disposuit, dummodo supplicatio manu Papæ signata fuerit, ut expresse declaravit S. Pius V. in suo motu proprio ad litteram relato a Nicolao Garcia de Beneficiis p. 4. c. 5. n. 52. & 33. & sæpius censuit Sac. Congreg. ejusdem Concilii interpres, & fuit declaratum a Cancellaria Apostolica per Abbreviatores, ut attestatur idem Garcia cir. cap. 5. num. 34. & 35. & decidit Rota in una Pensionis S. Angeli 16. Decemb. 1594. coram Cardin. Pamphilio. Non autem requiritur specialis ipsius Trident. expressa derogatio, sed sufficit, quod Papa contra Concilium disponat. Rota p. 1. recentior. decif. 714. num. 6. & p. 6. decif. 71. n. 9. & part. 19. tom. 2. dec. 498. num. 27. Hinc satis videtur eidem Concilio derogatum ex clausula. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. Rota part. 2. recentior. decif. 687. num. 24.

Beneficia omnia vacantia, etiam in quibuslibet Cathedralibus, & aliis Ecclesiis ab Episcopo, ad quem collatio spectat, sunt conferenda intra sex menses, in quibus elapsis, de Episcopo ad Capitulum, & e converso, & demum ad proximam Superiorem collatio devolvitur. Ita expresse habetur in cap. Nulla 2. de concess. Præbend. & concordant c. Quia diversitatem 5. titul. eodem c. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum, & Clementina in tit. eodem. Sic etiam Parochialium provisio intra sex menses faciendæ est, quando eorum collatio ad illum spectat. Intra quatuor vero menses, quando ad Papam spectat, S. Pius V. Constit. incipit. In conferendis Beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus, edita 15. Kalendas Aprilis 1566. Menses sex dati ad conferendum incipiunt currere non a die vacationis Beneficii, sed a die scientiæ vacationis ; c. Quia diversitatem 5. de concess. Præbend. ibi : Semestre autem tempus non a tempore vacationis Præbendarum, sed notitia ipsius potius volumus computari ; & concordat c. Licet 3. de supplenda negligentia Prælator. ibi : Tempore semestri . . . non a vacatione sed a notitia computato ; & Rota p. 2. recent. decif. 186. num. 1. Et eadem Rota in una Placentina Parochialis de Malpartida 28. Junii 1535. coram Seraphino dec. 702. inter impressas, tenuit tempus sex mensium datum Ordinariis ad conferendum Parochiales ad eorum collationes spectantes per dictam Bullam S. Pii V. quæ dicit a die vacationis notæ, quamvis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum iterisset, refert Nicol. Garcias de Benefic. part. 10. cap. 2. n. 22. & 23. Sic etiam tempus quatuor mensium concessum Ordinariis ad provisionem faciendam de Parochialibus ad Papæ collationem spectantibus non currit, nisi a die notitiæ vacationis habitæ, ut tenuit Rota in una Toletana Beneficii 88. Novembris 1578. coram Seraphino dec. 380. inter impressas.

Et hæc notitia, seu scientia vacationis præsumenda est in Ordinario, cum præsumatur habere certam notitiam Beneficiorum vacantium in sua Diocesi, quam tenetur visitare singulis annis ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. & de Beneficiis inquirere ex c. Ordinarii locorum 3. de offic. Ordinar. in 6. considerata per Judicem Beneficii qualitate, vacationis modo, & temporis illius longitudinæ, ac distantia locorum ; Rota decif. 6. de Jurepatronat. in novis, & in dict. Toletana Beneficii coram Seraphino decif. 380. n. 4. Et ita prædicti sex menses incipiunt currere ab eo tempore, quo scire potuit, vel debuit Episcopus, ut tenuit Rota p. 2. recent. dec. 323. n. 2. 14. Januarii 1611. in Vicent. Parochialis Castri Tertiali coram Manzanedo. Et isti sex menses debent computari juxta Kalendarium, secundum quod occurrunt ; & jacent per totum circulum anni, & quod deficit de primo mense, accipiendum est de ultimo. Ita cum communi Glossa in cap. Quam sit 6. de election. in 6. verb. Mensem.

Præsentatio ad Beneficium Jurispatronatus Laicorum fieri debet inter quatuor menses : cap. Quoniam 3. & cap. Cum propter. 27. de Jurepatronatus in 6. §. Verum, ubi sic præcis dicitur : Verum licet Patronus Laicus ad presentandum, tempus habeat quadrimestre dumtaxat : & in ejus Summario : Laicus quadrimestre tempus habet ad presentandum. Rota part. 9. tom. 1. decif. 19. n. 13. & eadem part. 9. tom. 2. decif. 446. num. 16. part. 12. decif. 25. n. 4. decif. 39. n. 6. decif. 146. n. 9. decif. 250. n. 3. decif. 394. n. 2. part. 13. decif. 529. n. 5. part. 14. dec. 262. n. 8. part. 15. dec. 176. num. 5. Quo quidem quadrimestri tempore elapso, Patroni auctoritas expirat, itaut post illud non possint amplius presentare. Rota part. 2. recentior. decif. 10. n. 7. Non præjudicat tamen dictum quadrimestre Pupillo, quin eidem ob non petitam in tempore dispensationem competat restitutio in integrum. Rota part. 13.

part. 13. recentior. decif. 290. num. 14. Patronus autem Ecclesiasticus de Jure habet semestre ad presentandum ; cap. Eam te decet 22. de Jurepatronatus in 6. ubi sic dicitur : Ecclesia tamen (vel Monasterium, cui facta est a Laico Juris collatio patronatus) tempus habet Semestre ; Et in ejus Summario sic : Ecclesia vero (habet) semestre licet a Laico acquisiverit Juspatronatus.

73 Rota part. 3. recentior. dec. 377. num. 2. Sic etiam idem semestre ad presentandum habet locus pius. Rota part. 12. decif. 250. num. 5. Nihilominus si Patronus Ecclesiasticus prima die v. g. semestris alicui presentet, non potest deinde, semestri adhuc durante alium presentare. Rota part. 13. recent. decif. 14. n. 18. Et tanto minus suffragatur presentatio per eum facta post dictum semestre. Rota part. 3. recent. decif. 377. num. 2. Quod si agatur de Jurepatronatus mixto Laicorum, & Ecclesiasticorum, tunc presentatio fieri potest ab omnibus Patronis intra semestre, Rota part. 19. tom. 1. decif. 129. n. 3. & decif. 298. n. 1. 4. & seq. Tale enim Juspatronatus mixtum gaudet privilegio Ecclesiasticis alicui presentandi intra semestre. Rota part. 12. decif. 252. num. 15. & part. 13. decif. 376. n. 4. & 6. Etiam minor pars sit Clericorum, Rota part. 12. decif. 250. num. 13. & 14. Ita tamen, ut Patroni uti Laici intra quadrimestre ad presentandum ante Episcopi institutionem possint variare ; ibid. n. 19.

80 Quin amittant tamquam Clerici semestre ad presentandum, & ibid. n. 20. & 21. Quia in Jurepatronatus mixto semper attenditur qualitas favorabilior Patronis, ibid. n. 22. & 23.

82 Tempus ad presentandum non currit Patronis, nisi a die scientiæ, seu habitæ notitiæ vacationis. Rota part. 2. recent. dec. 10. n. 7. decif. 173. n. 1. & decif. 406. n. 1. part. 3. decif. 377. num. 3. p. 7. decif. 221. n. 9. part. 19. tom. 2. decif. 678. num. 12. Non autem a die vacationis. Rota part. 3. decif. 377. num. 4. Et quidem dictum tempus currit solum a die scientiæ veræ. Rota part. 5. t. 1. decif. 15. n. 12. Ita ut probatio scientiæ debeat esse vera, & concludens, nec præsumptiva sufficiat. Rota part. 2. decif. 173. n. 1. Nisi ignorantia vacationis sit inverisimilis. quo casu tempus currit a die ipsius vacationis. Rota part. 3. decif. 377. n. 3. Præsumitur autem ignorantia potius, quam scientia, si Beneficiatus decesserit extra locum Beneficii, & habitationis Patronorum.

86 Rota part. 3. decif. 1. n. 21. Si intra tempus sex, vel quatuor respective mensium Beneficia non conferantur, vel presententur, collatio devolvitur gradatim ad Superiorem, idest de Capitulo ad Episcopum, de Episcopo ad Metropolitanum, de Metropolitanano ad Nuncium, & de Nuncio ad Papam ; cap. licet 3. de supplenda neglig. Prælator. & cap. Nulla 2. de concess. Præbend. & Rota part. 2. recent. decif. 181. num. 1. & part. 18. t. 1. decif. 180. n. 3. Et quilibet eorum habet sex menses ad conferendum a tempore scientiæ. Rota in Spoletana Beneficiorum 31. Jan. 1594. coram Mantica inter ejus impressas decif. 260. & p. 18.

88 tom. 1. recent. decif. 108. num. 3. Quamvis devolutio esset facta a Laico Patrono, qui tantum habet quadrimestre Garcias de Benefic. part. 10. cap. 3. n. 9. Rota decif. de Jurepatronatus in novis, & in Sabinens. Benefic. 11. Maii 1684. coram Gyptio, & in Sabantina Portionis 13. Junii 1586. coram Ubaldo. Metropolitanus autem conferre non potest Jure devoluto, nisi omnes inferiores Collatores ultra sex menses conferre neglexerint. cap. Nulla 2. de concess. Præbend. cap. Postulasti 15. tit. eod. Sed Papa lapsus primo semestri, statim potest providere. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 3. præm. num. 5. Barbof. part. 3. de offic. & potest. Episcop. alleg. 58. num. 12. Fagnan. in cap. Nulla, de concess. Præbend. n. 36. ubi dicit quod Papæ negligentiam nemo supplet, cum Superiorem non habeat : salvo tamen eo, quod habetur in cap. Statutum 3. de Præbend. in 6. Ubi statuitur, quod si Papa Beneficia vacantia in Curia non conferat infra mensem a die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre, ac si nulla unquam reservatio extitisset.

92 In ceteris autem Beneficiis, præter vacantia apud Sedem Apostolicam, nullum est Papæ præfinitum tempus ad conferendum. Sic cum communi Barbofa lib. 3. Juris Ecclesiastici c. 13. num. 34. Reiffentuel lib. 3. decret. tit. 6. a num. 439. ad 447. ubi multa ad rem.

93 In exemptis immediate Papæ subiectis, devolutio fit immediate ad Papam, vel Legatum de Latere, cap. Sicut 2. & cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum. In Beneficiis quorum collatio Jure proprio pertinet ad Episcopum, eo negligente conferre intra tempus debitum, potestas conferendi devolvitur ad Capitulum Cathedralis ; ac vicissim, si collatio Jure proprio spectet ad Capitulum, eo negligente conferre intra tempus debitum, dicta potestas devolvitur ad Episcopum ; cap. Nulla 2. de concess. Præbend. præcis his verbis : Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat conferre, distulerit, per Cap. Ferrar. Biblioth. Tom. I.

pitulum ordinetur ; quod si ad Capitulum pertinerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum Religiosorum virorum consilio exequatur. Et hoc ibi statuitur ob magnam communionem, quæ inter Episcopum, & Capitulum tamquam caput, & membra ejusdem corporis mystici intercedit, ut merito unius defectus per alterum suppleatur. Si tamen ambo neglexerint, tunc potestas conferendi devolvitur ad Metropolitanum, ut subjungitur cit. cap. Nulla, ibi : Vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat. Quod si autem collatio Beneficii non pertineat ad Episcopum Jure proprio, sed ex Jure speciali, v. g. ex delegatione, privilegio, & devolutione ob negligentiam inferioris Collatoris, tunc Episcopo negligente, Jus conferendi, non ad Capitulum, sed immediate ad Metropolitanum devolvitur. Et si Episcopus sit exemptus, tale Jus devolvitur immediate ad Papam ; Quia quoad similia Beneficia cessat dicta communio inter Episcopum, & Capitulum ; Abbas Panormitan. in d. cap. Nulla 2. de concess. Præbend. num. 6. Rebuff. tit. de devolutionibus num. 21. Barbofa part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 126. n. 78. Felinus, & alii passim.

Devolutio ad immediate Superiorem fit etiam in Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & Abbatibus, seu Prælaturis Regularibus, si illi ad quos spectat electio, negligunt eligere intra tres menses ; cap. Ne pro defectu 41. de electione præcis his verbis : Ne pro defectu Pastoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesia viduata grave dispendium patiatur, volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, ut ultra tres menses Cathedralis Ecclesiæ, vel Regularis Prælati non vacet, infra quos (justo impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit ; qui eligere debuerant, eligendi potestatem careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, devolvatur, & hic minus tempus devolutioni præscribitur. idest dumtaxat trium mensium, quia mora in talibus est periculosa, ibi : Volentes in hoc occurrere periculis animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus providere. Communis cum Glossa in cap. Quamquam 18. de election. in 6. Innocent. in cap. Nulla 2. de concess. præbend. circa fin. vers. & licet olim Hostiens. ibid. n. 3. vers. quarto Fagnan. ibid. num. 31. Notandum est tamen, quod pœna devolutionis locum solum habet, quando ad quos spectat electio, seu collatio, distulerit eligere, vel conferre per negligentiam, Secus autem si per impotentiam Juris, vel facti, etiam culpa contingentem, cap. Quia diversitatem 5. de concess. Præbend. De impedimento Juris exemplificat textus, ibi : Tempus etiam quo ad Apostolicam Sedem accessit, & apud illam permansit, vel recessit ab illa, infra sex menses nullatenus computatur ; Cum, ut rationem reddens, dicit hic textus, Cum illa Lateranensis Concilii Constitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata, ut patet in ipso cit. cap. Nulla 2. de concess. Præbend. ibi : Si omnes forte neglexerint. Juste autem impeditus non potest dici negligens, & ideo tempus ei non currit, ut statuitur in hoc cit. cap. Quia diversitatem 5. de concess. Præbend. & in cit. cap. Ne pro defectu 41. de electione, ibi : Justo impedimento cessante, & l. 1. §. ult. C. de ann. except. & in l. In rebus, C. de jure Dot.

Justo autem impedimento cessante, omnis electio, seu collatio, quæ fit post elapsum tempus a Jure præscriptum, est nulla, nisi de patientia, seu misericordia toleretur ; cap. Licet 3. cap. Litteras 4. & cap. Dilecto Filio 5. de supplenda negligentia Prælator. ac tradit Gloss. in cap. Nulla 2. de concess. Præbend. præcis his verbis : Nisi de patientia toleretur, & in Summar. cit. cap. Litteras 4. de supplend. neglig. Prælator. expresse dicitur, Si is ad quem spectat Beneficii collatio, lapsus tempore Lateranensis Concilii conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur. Et ratio est, quia post lapsum temporis a Jure præfixi, Collatores sunt privati potestate conferendi, & hæc ipso Jure devoluta est ad Superiorem, adeoque si postea conferant, licet statim prima die post elapsum præfixum tempus, collatio est invalida, ut cum communi docet Rebuff. in praxi Benefic. tit. de devolutionibus n. 17. quia, ut expresse dicitur in cap. Quod autem 4. de Jurepatronatus : Pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de Jure donare. Fuit autem notanter dictum : Nisi de patientia, seu misericordia toleretur, quia si collatio Beneficii post lapsum præfixi temporis per inferiorem facta, toleretur per Superiorem, ad quem Jus conferendi devolutum est, tunc electus, & institutus tutus est in conscientia illud retinendo, arg. cap. Litteras 4. de supplend. neglig. Prælat., & tenent ibi communiter Doctores, Cum, ut

expressè dicitur *cap. Cum jam dudum* 18. de Præbend. cum multa per patientiam tolerentur, quæ si deducta fuerint in iustitia non debeant tolerari. Licet enim Superior non possit ratificare, seu convalidare dictam collationem Beneficii, utpote ipso Jure nullam, & invalidam, ut *cap. Auditis* 29. de election. potest tamen illud conferre de novo, eo quod ad ipsum propter negligentiam inferioris Jus conferendi sit devolutum, ut rectè Abbas in *cit. cap. Litteras* 4. de supplend. negligent. Prælat. n. 2. & Ancharan. *ibidem etiam* n. 2. Et quia nova hæc collatio videtur tacite fieri, dum Superior institutum de patientia, seu misericordia tolerat, ideo Glossa in *cit. cap. Litteras* rectissime dicit præcisè his verbis: *Quod sola patientia dat hoc Jus talibus institutis, non ex illa institutione ex tunc, sed ex tunc ex tali patientia*, utpote quæ vim novæ collationis obtinet. Immo potest Superior elapso tempore, maxime in Beneficiis Patronatis, gratiam facere Patronis, & tempus ad præsentandum prorogare; *arg. cap. Sicut* 2. de supplend. neglig. Prælat. ubi Doctores ponderando ly verbum *Licet*, notant, quod textus ponit causam in voluntate illius, cui licet. *Rota part. 17. decif. 13. num. 2.* Dummo lo tamen Superior non proroget tempus ultra sex menses, *arg. cap. Nulla*, de concessio. Præbend. quia ut rectè censuit *Rot. loc. cit. n. 3. & 4.* hoc solum facere potest in præjudicium sui ipsius, non autem in præjudicium alterius Superioris.

104 In Parochialibus Ecclesiis de Jurepatronatus tenetur Episcopus infra duos menses instituire illos, qui juxta formam Concilii Tridentini ad eas promoti fuerunt, alioquin Patroni possunt pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam, prout statuit S. Pius V. in Constitutione quæ incipit: *In conferendis Beneficiis*, præcisè his verbis: *Data tamen in Parochialibus Jurispatronatus optione ipsius Patronis, ut si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsi Ordinarii illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam.* Eveniente tamen vacatione alicuius Ecclesiæ Parochialis, potest Episcopus ultra quatuor vel sex menses respectiva a die vacationis apponere Edictum pro concursu Parochialis.

105 ut decrevit *Sac. Congr. Conc. in Tiburti.* 28. April. 1629. Quod edictum non potest apponi cum majori termino viginti dierum; quidquid enim ultra viginti dies apponitur, nullum est propter decretum irritans in *cit. Constit. S. Pii V. incip. In conferendis*, ibi; *Prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & Patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant*; & sic etiam ex mente Sacræ Congregationis Concilii sæpissime fuisse responsum in *Rota*, refert *Lotter. De Re Benefic. lib. 2. quæst. 21. n. 41.* Barbof. de *Offic. & potest. Episc.*

106 *part. 3. alleg. 60. n. 46.* Terminus autem decem, vel viginti dierum ad nominandum idoneos Clericos coram Deputatis Examinatoribus præfixus non currit a die habitæ notitiæ vacationis Ecclesiæ, sed potest ab Episcopo quancumque assignari infra tempus electioni magis idonei præscriptum. Sic decisum fuisse a *Sacr. Congr. Concil. refert Aldan. in compend. Canon. resolut. lib. 3. tit. 9. num. 21.* Barbof. in *Trident. sess. 24. cap. 18. n. 57.* Debet tamen Episcopus statim, ac occurrerit alicuius Parochialis Ecclesiæ vacatio, deputare, si opus fuerit, pro ejus regimine aliquem idoneum Vicarium, seu Œconomum, prout expresse statuit *Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. ibi: Debeat Episcopus statim habitæ notitiæ vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionem assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur.* Ubi nota quod ly *Si opus fuerit* additum fuit ad excludendum casum, quo in eadem Ecclesia adessent alii Ministri Sacramentorum, qui interea Curam, quæ ad defunctum spectabat, exercerent; sic declaratum fuisse a *Sacra Congr. Concil. refert Garcias part. 9. de Beneficiis cap. 2. num. 13.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Late hic agit Actor de concursu, tum de devolutione. Multa sane addenda essent, eaque magni momenti; sed ne primum hoc volumen nimium excrescat, congruam duximus alibi, & fortassis locis opportunioribus, utrumque argumentum illustrare.

Hic vero addendum est, quod forma collationis dupliciter

concipi soleat, vel *motu proprio Collatoris*, vel *ad petitionem Beneficarii supplicantis*. Ordinarium collationem semper ex inveterata Ecclesiæ disciplina *motu proprio* factæ sunt, quum nullam faciant mentionem de petitionibus præviis ad reprobandum ambitum sacris Canonibus & Legibus odiosum, *Gagliard. de Benefic. cap. 19. num. 5.*

Contra a Summo Pontifice Beneficia conferri solent ad petitionem Beneficarii, & quidem vel *in forma gratiosa*, vel *in forma dignum*, seu *in forma Commissaria*. Collatio *in forma gratiosa* nihil amplius ad sui perfectionem desiderat, adeoque Jus plenum in Beneficium tribuit; & fieri solet quoties Imperator cum atestationibus ut plurimum Ordinarii idoneum se ostendit quoad mores; & doctrinam ad Beneficia obtinenda. Collatio vero *in forma dignum*, seu *in forma commissaria*, aliud in substantia non est, quam mandatum Ordinario Loci, vel alio Executori Apostolico, ut si dignum atque habilem repererit impetrantem, ei beneficium conferat, ipsumque in possessionem immittat, & tunc fit, quum deest mox dicta probatio idoneitatis Impetrantis, Idem *Actor ubi supra num. 7. & plur. sequent.*

Hinc sequitur, quod sola collatio in forma gratiosa consumat præcedentem vacationem, ita ut si decessat Provisus possessionem nondum capta, vacet Beneficium per ejus obitum, non autem ut prius, ut ex text. in *cap. Si absentis de Præbend. in 6. respondit Rot. in Rosanna. Canonizatus* 23. Junii 1741. §. 18. *cor. Illustriss. Molin. Majoric. Beneficium* 15. Februa-rii 1745. §. *cor. clar. mem. Millin. & in Palentina Canonizatus* 11. Martii 1757. §. 4. *cor. R. P. D. Camilliac.*

Quando collatio facta dici debeat *in forma gratiosa*, & quando *in forma dignum*, seu *in forma commissaria*, facile est ex mox deductis dignoscere. Vide nihilominus *Amyden. de styl. dat. ar. lib. 1. cap. 5. q. 1. num. 6. Ros. de execut. Literar. Apostolic. part. 1. cap. 2. num. 1. in fin. & num. 71. Calcagnin. in prax. utr. Signat. post prim. part. observ. pract. leg. d. cap. 5. num. 59. Rot. in Corduben. Præsimonii* 21. Januarii 1724. §. Neque *cor. clar. mem. Corio, & in Viterbien. Canonizatus super Literis Apostolicis* 18. Junii 1743. §. *Præterquam, coram Illustrissime de Thun.*

Solet præterea Summus Pontifex largiri Bullas novæ provisionis ad convalidandam, vel confirmandam priorem collationem vel a se ipso, vel ab Ordinario factam, ut iuppleantur defectus, & tollantur nullitates anterioris collationis. Consultè de Bullis hujus novæ provisionis, earumque variis speciebus, tum effectibus variis, *Gagliard. cit. tract. de Benefic. d. cap. 10. a num. 10. ad plur. seq.*

ARTICULUS IV.

Beneficia, a quibus conferenda, vel non?

Summus Pontifex habet plenariam potestatem conferendi omnia Beneficia Ecclesiastica totius mundi; *cap. Licet* 2. de Præbend. in 6. *cap. Si Papa* 10. §. *Si a nem de privileg. in 6. Clement. unica §. final. Ut lite pendente*; *Rota part. 4. recent. tom. 1. decif. 215. num. 1. part. 4. tom. 2. decif. 59. num. 8. part. 4. tom. 3. decif. 630. num. 23. part. 5. tom. 1. decif. 206. num. 1. part. 8. decif. 44. num. 21.* Papa enim est Ordinarius Ordinarium habens concurrentem potestatem cum omnibus Ecclesiæ Prælatibus; *cap. Cum a per in mand. 17. cap. 9. q. 3. cap. Licet* 20. de Foro competent. Atque ab ipso omnis Beneficiorum divisio, & collatio originem habet; *cap. Ecclesiæ singulas unic. caus. 13. quæst. 1.* Et primitus omnia Beneficia solus Papa conferebat; & postea dilatata Ecclesia sibi reservavit, ut semper penes se major. & superior potestas remaneret; *cap. D. idum* 24. §. *Nos igitur, de Præbend. in 6. ibi: Et si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, p. n. nos tamen nihilominus remansit major.* Unde indulta, & privilegia conferendi Beneficia nunquam impediunt, quin Papa valeat cum Ordinario Collatore concurrere. *Rota part. 16. recent. decif. 200. num. 7. & 8.* Ipse enim omnia Beneficia ad Ordinarium collationem pertinentia conferre potest. vel Jure præventionis, vel Jure concursus, vel Jure devolutionis, ut dictum fuit *supra art. 3. num. 6. vid. ibi: Neque Ordinarius* 4. ramquam inferior potest præjudicare Papæ; qui eum prevenire, & cum eo concurrere possit super collatione Beneficiorum. *Rota part. 17. recent. decif. 13. num. 5.* Immo Papa concurrendo cum aliis Collatoribus potest conferre Beneficia in omnibus mensibus, ejuisque provisio in dubio semper est præferenda, ubi non constat de anteriori provisione Ordinarii. *Rota*

6 *Rota part. 2. rec. decif. 372. num. 2.* Ita ut Provisio, seu collatio per Papam facta uti amplioris prærogativæ præferenda sit in concursu collationis factæ per inferiorem eodem tempore; *cap. Si a Sede Apostolica* 31. de Præbend. in 6. *Rota part. 10. rec. decif. 25. num. 18. part. 14. decif. 304. num. 1. & part. 18. tom. 1. decif. 18. num. 10.* Taliter quod si non iustineatur Jure devoluto, valeat tamen ratione, & Jure concursus. *Rota part. 18. tom. 1. decif. 180. num. 7.* Immo facta in mente retervato cum derogatione, vel suspensione indulti Ordinarii concessi in mensibus reservatis, valet saltem per modum præventionis. *Rota part. 4. tom. 3. decif. 520. num. 14. & 20.* Quintimo ratione suæ amplissimæ potestatis valet etiam collatio ab ipso facta per modum præventionis absque ulla derogatione. *Rota part. 17. decif. 157. num. 16. & cap. Dudum* 14. *vers. Considerantes quoque, de Præbend. in 6.*

10 Legatus a Latere potest conferre Beneficia, quæ in sua Provincia vacant tempore suæ Legationis; *cap. Dilectus* 6. de *Offic. Legati*, *cap. Officii nostri* 1. de *Offic. Legati* in 6. & *cap. Præfenti* 3. eodem tit. in 6. Etiam quæ pertinent ad præventionem Patroni Ecclesiastici; *cap. Dilectus* 6. de *Offic. Legati*, *cap. cum dilectus* 28. de *Jurepatronatus*, *cap. Si a Sede* 31. de *Præbend. in 6.* Immo ipeccato Jure communi Legatus a Latere concurrat cum quolibet Ordinario suæ Provincie in collatione Beneficiorum, itaut inter ipsos simul, & Papam locus sit præventioni; *cap. Si a Sede* 31. de *Præbend. in 6.* *Rota in ma Assiensis Beneficium* 9. Martii 1587. *coram Orano*, *Gloss. communiter recepta in cap. Officii nostri* 1. de *Offic. Legati* in 6. *verb. Ampliori*. Insuper potest Legatus a Latere reservare suæ collationi Beneficia vacatura, quæ ceteroquin potest conferre vacantia; *cap. Præfenti* 3. de *Offic. Legati* in 6. §. 1. Cum hoc tamen, ut Legatione finita expiret reservationes ejuismodi, quando ad talium Beneficiorum collationem nondum est processum; simulque una pendente reservatione, Legatus aliam in eadem Ecclesia, vel respectu ejuisdem Collatoris, aliquatenus non faciat, ut expresse habetur prohibitorium in *cit. cap. Præfenti* 3. de *Offic. Legati* in 6. præcisè his verbis: *Ceterum reservationes hujusmodi (per quas interdum Prælati, & Ecclesiæ nimium onerantur) restringere cupientes; prohibemus ne postquam Legatus in aliqua Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia reservationem aliquam dixerit faciendam, aliam (illa pendente) faciat aliquatenus in eadem. Nec etiam postquam alibi reservaverit aliquod Beneficium ad collationem pertinens cujuscumque, aliud quod ad illius collationem pertinet (quamvis reservatio pendet alterius) sibi quoquomodo reservet.* Quinimo potest etiam Legatus a Latere conferre Beneficia ad Sedem Apostolicam devoluta, sive ex negligentia, sive ex delicto inferiorum; *cap. Venerabilis* 37. de *Præbend. Glo. i. in cap. Offic. nostri* 1. de *Offic. Legati* in 6. *verb. Ampliori*, & cum multis *Barbosa lib. 1. Juris Ecclesiast. cap. 5. num. 32.* Et a fortiori potest Legatus a Latere conferre Beneficia ad Episcopum devoluta, dummodo præveniat; Et dato quod idem Beneficium sit collatum a Legato, & ab Episcopo, & nesciatur, quæ collatio prius facta fuerit, & neuter adhuc possideat, erit præferendus is, cui Legatus Beneficium contulit propter conferentis ampliores prærogativas, textu expresso in *cap. Si a Sede* 31. de *Præbend. in 6.* Et Beneficia suæ Provincie potest Legatus conferre cuique, etiam excellenti extra Provinciam, ex quo collatio est voluntariæ Jurisdictionis. *Rota part. 4. tom. 1. recent. decif. 69. num. 2. & Annot. ad decif. 14. num. 3. part. 3.*

13 Cardinales Titulares de Jure communi habent Jus conferendi Beneficia in Ecclesia sui Tituli; *cap. His quæ* 11. de *Majorit. & Obedient. Abbas ibid. num. 1.* *Rota part. 2. recent. decif. 432. num. 3.*

20 Nuncius Apostolicus vigore suarum facultatum potest conferre quæcumque Beneficia, etiam reservata, dummodo non excedant valorem Ducatorum 24. *Rota part. 14. recent. decif. 259. num. 3.* Sic etiam Nuncius Hispaniarum potest solum conferre Beneficia non excedentia valorem Ducatorum 24. auri de Camera. *Rota part. 3. decif. 548. num. 1. part. 12. decif. 75. num. 4. part. 14. decif. 392. num. 1. part. 15. decif. 355. num. 14. part. 17. decif. 90. num. 11. & decif. 298. num. 17. part. 18. tom. 1. decif. 78. num. 2. & seq. & decif. 189. num. 10.*

22 Et in tali summa computatur etiam incerta, & distributiones quotidianæ, exceptis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis. *Rota part. 12. decif. 75. num. 4. part. 14. decif. 292. num. 9. part. 17. decif. 298. num. 17.* Et propterea debet prius ei constare, Beneficia non excedere talem summam, & debet se de ea informare ex testibus fide dignis, antequam provideat. *Rota part. 3. decif. 448. num. 1. part. 12. decif. 238. num. 9.*

21 Capitulum Cathedralis Episcopo negligente, potest conferre Beneficia ad hujus collationem ipeccantia; habetur expresse in *cap. Nulla* 3. de *concessio. Præbend. ibi: Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur.* Quando collatio Beneficii communiter pertinet ad Episcopum, & Capitulum, mortuo Episcopo, vel effecto inhabili, potest illud conferre Capitulum, *cap. Unic. Ne Sede vacante in 6. ibi: Si ad Episcopum, & Capitulum communiter pertinet collatio Præbendarum, mortuo Episcopo, vel a Beneficiorum collatione suspensio, poterit Capitulum vacantes conferre Præbendas, etiam si Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut Prælati.* Et sic etiam Capitulo effecto ad conferendum inhabili, puta, vel quia est suspensum a collatione, vel

part. 16. decif. 296. num. 22. decif. 355. numer. 14. part. 18. tom. 1. decif. 232. num. 7. Aliter nulliter providet, nec tribuit titulum neque coloratum. *Rota part. 3. decif. 548. num. 1. part. 16. decif. 296. num. 22. part. 17. decif. 289. num. 10.* Et hoc desinitur ex clausulis, & decreto irritante appositis ejus facultatibus. *Rota part. 18. tom. 1. decif. 189.* Et iustit, quod Beneficium excedat summam prædictam in uno Regali, vel Julio pro excludenda provisione Nunci, *Rota part. 16. decif. 296. num. 14. part. 17. decif. 298. num. 6.* Et talis summa 24. Ducatorum est intelligenda non deductis oneribus, immo eis comprehensis. *Rota part. 16. decif. 296. num. 19.* De jure autem communi Nuncii Apostolici, etiam cum potestate Legati a Latere missi, non possunt conferre Beneficia in sua Provincia, sicuti possunt Legati a Latere Cardinales, textu expresso in *cap. Officii nostri* 1. de *Offic. Legati* in 6. ibi: *Proinde præfenti decreto statuimus, ut Ecclesiæ Romanæ Legati quancumque plenam legationem obtineant, sive a Nobis missi fuerint, sive suarum prætextu Ecclesiarum Legationis sibi vindicent dignitatem, ex ipsius Legationis munere conferendi Beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum.* Quod in Fratibus nostris Legatione fungentibus volumus observari, quia sicuti honoris prærogativa Latentur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori. Unde quo ad hoc debent Nuncii attendere facultates specialiter sibi concessas, cum non Jure ordinario, sed speciali, & delegato Papæ vigore Indulti tantum Beneficia conferre possint, ut de Nuncio Hispaniarum censuit *Rota part. 17. recent. decif. 298. num. 24.* Et proinde nequeunt concurrere cum Ordinario. *Petra tom. 5. in Constitut. 1. Nicol. V. num. 40. citans Rotam in Compostellana Beneficii* 1704. *coram Cardinal. Caprara.*

Inter Ordinarios Beneficiorum Collatores Summo Pontifice, ejuisque Legato inferiores, primus est Episcopus, cujus nomine veniunt Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, alique Prælati exempti speciale Territorium, & Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, vel ad hoc speciali privilegio gaudentes; *cap. Regenda* 4. *caus. 10. quæst. 1. cap. Omnes Basilicæ* 10. & *cap. Nullus omnino* 11. *caus. 16. q. 7. cap. Accedens* 14. & *cap. Postulatis* 15. de *concessio. Præbend. cap. In Ecclesiis* 1. de *Capellis Monachor. cap. Cum ex injuncto* 12. de *Hæreticis §. final. cap. Cum & plantare* 3. de *privilegiis.* Episcopus in propria Diocesi confert etiam Beneficia ibi fundata ab Episcopo alterius Diocesis; *cap. Si quis Episcoporum* 1. *caus. 16. q. 3. ibi: Omnis Ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum (Episcopum) in cujus Civitatis territorio Ecclesia juravit, pertinebit.* Episcopo autem edificatori competit solum Jurispatronatus respectu Ecclesiæ a se edificatæ, nempe facultas prætentandi idoneum Clericum ad ipsam, sicut istud competit unicuique Patrono privato. *Abbas in cap. Cum Ecclesiæ Vulturana* 13. de *election. numer. 8.* Episcopus enim loci de Jure communi habet fundatam intentionem, ac Juris assistentiam super collatione omnium Beneficiorum suæ Diocesis, ut patet per allegata Jura, & per *Rotam part. 2. decif. 168. num. 1. & decif. 608. num. 1. part. 6. decif. 43. num. 1. part. 7. decif. 247. num. 1. & seq. part. 8. decif. 15. num. 1. part. 11. decif. 128. num. 3. part. 12. decif. 300. num. 33. part. 13. decif. 70. num. 5. part. 18. tom. 2. decif. 476. num. 1. part. 19. tom. 1. decif. 60. num. 5.* Episcopus potest cuilibet facere collationem de Beneficio permutato, quando ad eum ipeccat collatio ejuisdem Beneficii. *Rota part. 9. tom. 1. decif. 230. num. 15.* Potest conferre Beneficia vacantia mensibus reservatis de tempore vacantis Sedis Apostolicæ; Sede enim Apostolica vacante, omnes mentes iunt Ordinarium, nisi aliam reservationem habeant; *cap. Si Apostolica* 35. de *Præbend. in 6. Rota part. 19. tom. 1. decif. 121. num. 11.* Episcopus potest conferre etiam Beneficia vacantia in Curia, si Papa ipsa non conserat infra mensem a die vacationis, textu expresso in *cap. Statutum* 3. de *Præb. in 6.*

Capitulum Cathedralis Episcopo negligente, potest conferre Beneficia ad hujus collationem ipeccantia; habetur expresse in *cap. Nulla* 3. de *concessio. Præbend. ibi: Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur.* Quando collatio Beneficii communiter pertinet ad Episcopum, & Capitulum, mortuo Episcopo, vel effecto inhabili, potest illud conferre Capitulum, *cap. Unic. Ne Sede vacante in 6. ibi: Si ad Episcopum, & Capitulum communiter pertinet collatio Præbendarum, mortuo Episcopo, vel a Beneficiorum collatione suspensio, poterit Capitulum vacantes conferre Præbendas, etiam si Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut Prælati.* Et sic etiam Capitulo effecto ad conferendum inhabili, puta, vel quia est suspensum a collatione, vel

vel quia singulariter omnes de Capitulo sunt excommunicati, tunc solus Episcopus poterit illud conferre; *ex cit. cap. unic. Ne sede vacante in 6.* Et ratio est, quia Capitulum; & Episcopus continentur unum corpus, quoad ea, quae eis conveniunt communiter facienda; *cap. Novit 4. de his, quae sunt a Prelatis*, ac proinde uno ipsorum effectu inhabili, succedit alterum; nam Jura corporis mystici, seu Universitatis conservantur in uno; *leg. sicut §. fin. ff. Quod cuiusque universitat. nomin.* Capitulum, Sede Episcopali vacante, potest confirmare electiones ad Beneficia celebratas, vel eas iusta exigente causa infirmare; *cap. Cum olim 14. de Majoritat. & Obedient.*

41 Potest etiam, Sede vacante, presentatos a Patronis ad Beneficia instituire, *cap. Et si Capitulum 1. de Institut. in 6. ibi: Et si Capitulum Sede vacante beneficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, presentatos tamen a Patronis potest admittere, si sint idonei, & eos instituire in beneficiis ad quae fuerint presentati; Licet ad Episcopum (si superesset) admisso, vel institutio huiusmodi pertineret.* Item potest Capitulum Sede vacante resignationes beneficiorum recipere, quando fiunt non ex causa libera, sed necessaria V. G. resignationes ex iusta causa permutationis factas, vi cuius beneficia resignata necessario iunt conferenda Clericis resignantibus post admisionem ipsorum resignationem. *Clement. unic. de rerum permutat.* Jura enim vacante Sede indulgenti Capitulo Episcopalem Jurisdictionem causa necessitatis, ne ex defectu Superioris periculum generetur, ut recte notat Gloss. *in cap. His, quae*

43 *11. de Majorit. & Obedient. verb. Pro bono Patre.* Et sic etiam recipere potest Capitulum Sede vacante, atque auctorizare resignationes beneficiorum, quando horum collatio spectat ad solum Capitulum, vel ad Episcopum, & Capitulum simul; tunc enim nihil obstat, quin talium beneficiorum resignationem quasi Jure quodam accrescendi recipere possit, cum Jus conferendi Sede vacante pertineat ad ipsum Capitulum; *cap. unic. Ne sede vacante in 6.* sic Glossa *in Clement. unic. de rerum permutat. verb. Conferatur;* & cum multis Barbofa *de Offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 19. num. 8.*

44 Vicarius Generalis, seu Officialis Episcopi per commissionem officii sibi generaliter factam potest presentatos a Patronis instituire in beneficiis; *cap. Ex frequentibus 3. de Institutionibus*, ibi: *Ex frequentibus querelis didicimus in partibus vestris consuetudinem pravam a multis retro temporibus invaluisse, quod Clerici Ecclesiastica beneficia sine consensu Episcopi Diocesani, vel Officialium suorum, (qui hoc de jure possunt) recipiunt &c.* & Gloss. ibi, *verb. Officialium;* & summarium, in quo sic praecise dicitur: *Instituto beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officialia.* In generali tamen Vicariatus commissione non venit potestas conferendi beneficia, nisi ipsi Vicario Generali beneficiorum collatio sit specialiter commissa, textu expresso *in cap. Cum in generali concessione 3. de Officio Vicarii in 6. ibi: Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus; nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa; Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non possunt.* Data autem Vicario Generali speciali facultate conferendi beneficia, poterit Vicarius Generalis conferre etiam ea beneficia, quae Jure devoluta ad Episcopum pertinent ob negligentiam, vel delictum inferiorum, quorum erat Jus conferendi, nisi beneficia sint devoluta ad Episcopum, tanquam Sedis Apostolicae delegatum, puta ob negligentiam Regularium, *Clement. 1. de supplend. negligent. Praelator. sic Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia §. 2. & cum aliis Barbofa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 14. numer. 62.* Vicarius Generalis, cui data est facultas conferendi beneficia, potest conferre etiam Curata. Sic cum multis a se citatis Fagnan. *in cap. Mandato 46. de Simonia,* & Rota *decis. 7. de Offic. Vicar. alias 437. in antiq. & decis. 2. eodem tit. in antiquior.*

48 Beneficia conferre non possunt Laici, *cap. Si quis deinceps 12. cap. Nullus Laicorum 18. cap. Per Laicos 20. cap. Laici 24. cap. Laici 37. caus. 16. q. 7.* quia collatio beneficium Ecclesiasticum est juris spiritualis, quod Laici possidere, nec praescribere possunt, *cap. Causam 7. de Praescriptionibus.* Et licet ex speciali privilegio Imperatori, Regibus, aliisque Laicis Principibus haec potestas concessa reperitur, cujus vestigium habetur *in cap. Dilectus 34. de Praebendis,* & expressis in specialibus concordatis Germaniae, Galliae, Hispaniae, Poloniae, Portugalliae, Sabaudiae, aliorumque Regnorum, & Principatum; tamen quando Imperator, sive aliquis Rex, vel alius Princeps Laicus confert aliquod beneficium in vim privilegii Apostolici,

tunc non dicitur ipse Imperator, sive Rex, aut Princeps Laicus conferre, sed confert ipse Papa mediante ministerio talis Personae, & ideo collatio non reputatur Imperialis, Regalis, aut alterius Principis, sed mere, & absolute Apostolica ad l. *Et si Praetor, ff. de Offic. ejus, cui est mandat. Iurisdic. l. Solet, ff. de Iurisdic. omn. iud. Rota decis. 15. num. 2. vers. Quia Imperator, ff. de Praebend. in antiquis, & in Annotat. ad decis. 15. part. 3. recent. num. 16. & 17.*

Legati a Latere varia beneficia conferre non possunt. Primo, non possunt conferre Ecclesias Cathedralis, vel Regulares, aut Collegiatas, scilicet Episcopatus, Abbatis, Prioratus, & his similia, & dignitates post Episcopatum majores in Ecclesiis Cathedralibus, quae sunt electivae, textu expresso *in cap. Deliberatione 4. de Officio Legati in 6. & Glossa ibid. verb. Ecclesias.*

Secundo, Legati a Latere conferre non possunt beneficia per Papam suae collationi spiritualiter, vel generaliter reservata. Glossa final. *in cap. Offic. nostri 1. de offic. Legati in 6. Garcias benef. part. 5. cap. 3. num. 53. post Rotam in Regens. Canonatus 17. Novemb. 1595.* & cum plurimis Barbofa *lib. 1. Iuris Eccles. cap. 5. num. 42.* In reservatis enim summo Pontifici Legati non possunt se introumittere absque ejus speciali mandato, *cap. Quod translationem 4. de Offic. Legati.* Immo licet Legati haberent specialem facultatem conferendi beneficia reservata, non idcirco possent conferre beneficia vacantia in Curia, nisi hoc ipsum specialiter, & expresse eidem fuerit concessum; *cap. Licet 1. de Praebend. in 6. ubi sic expresse statuitur; Eadem auctoritate statuimus, ut Ecclesias, Dignitates, Personatus, & beneficia, quae apud sedem ipsam deinceps vacare contigerit, aliquis praeter Romanum Pontificem quacumque super hoc sit auctoritate munitus, sive Jure ordinaria potestatis, ipsorum electio, provisio seu collatio ad eum pertinat, sive Litteras super aliquorum provisiones generales, vel etiam speciales sub quacumque forma verborum receperit (nisi ei sit super conferendis eidem in Curia Romana vacantibus specialis, & expressa ab ipso Pontifice summo auctoritas attributa) conferre alicui, seu aliquibus non presumat*

Tertio, Legati a Latere non possunt conferre beneficia, quae ad Episcopos collationem spectant Jure specialis, seu delegati; Barbofa *loc. cit. num. 47.* & Erasmus a Chochier de *Iurisdiction. Ordin. in exempt. part. 2. num. 22. per caput studium 2. de Offic. Legati*, ubi sic praecise habetur: *Respondemus quod cum mandatum speciale deroget generali, Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest.* Et in ejus summario sic: *De causa specialiter delegata a Papa Legatus se introumittere non potest.*

Quarto, non possunt conferre beneficia Jurispatronatus Laicalis, *arg. c. Dilectus 6. de Officio Legati, & c. cum Dilectus 28. de Jurepatronatus,* & ibi *Abbas n. 2. Barb. n. 1. & Glossa verb. Presentare,* & alia Glossa *in Clementin. per Litteras, de Praebend. verb. Apostolicis,* & DD. communiter; idque etiam procedit in beneficiis Jurispatronatus mixti, quia nec etiam ipsa Legati conferre possunt. Et hoc fit, ne Patroni ex suis bonis patrimonialibus fundantes, aut dorantes Ecclesiam, facile priventur Jure suo; sicque tum ipsi, tum alii retrahantur a fundatione, & dotatione aliarum Ecclesiarum. Cardinal. Tuschus *litt. L. conclus. 172. n. 10. Garcias loc. cit. n. 67. & cum plurimis Barbofa lib. 1. Iuris Ecclesiast. cap. 5. numer. 45.* Immo neque expedit, ut Papa ipse libere disponat de beneficiis Jurispatronatus Laicorum, ne Laici a fundationibus retrahantur, secundum Hostiens. *in c. Quoniam 3. de surepatronatus num. 5.* Joan. Andr. *num. 2. & Fagnan. ibid. num. 10.* Unde fit, ut quamvis Papa, si velit, possit libere conferre beneficia Jurispatronatus Laicorum, etiam invitatis patronis, ut notatur *in c. Cum Dilectus 28. de surepatronat. & Glossa verb. presentare, & in c. Dilectus 6. de Offic. Legati,* & Glossa *verb. concessione,* quae dicit hanc potestatem soli Principi competere, non autem Legato, non tamen censetur velle Patronatus Laicorum derogare, nisi hoc exprimat, secundum Glossam *in Clementin. 2. de praebend. verb. Apostolicis Felin. in tract. Quando litt. Apostol. praed. patron. in princip. Fagnan. loc. cit. n. 11.* Immo Hostiens. *in d. cap. Dilectus de Offic. Legati sub num. 5.* testatur, se vidisse Litteras per Papam scriptas Praelatis Angliae continentis hanc suam protestationem, quod quando scribit pro aliquo beneficiando, non est intentionis suae, ut conferatur ei Ecclesia aliqua, in qua Laicus obtineat Juspatronatus.

Quinto, Legati non possunt conferre beneficia litigiosa; generaliter enim lite pendente nihil est innovandum, ne inde colligantur quoquomodo praedictum generetur, *capit. Dispensatio*

pendiis 1. & capitul. Si hi contra quos 2. ut lite pendente in 6. Sexto, non possunt Legati admittere resignationem beneficium ad favorem certae personae. Rota *part. 4. tom. 1. recentior. decis. 508. num. 2.* Resignatio enim ad favorem certae personae, non potest fieri aliter, quam in manibus Papae. Rota *part. 11. decis. 177. n. 16. recent. cap. Plerique 5. caus. 8. qu. 1. & S. Pius V. in Constit. incip. Quarta Ecclesia.*

61 Episcopi conferre non possunt: Primo, beneficia Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, quae spectato Jure communi sunt electiva, sicque non per collationem, aut aliam provisionem Episcoporum, sed dumtaxat per canonicam electionem obtineri possunt, ut *cap. Nullus 1. & cap. Quia propter 42. de elect.* Idem dicendum est de Abbatis juxta *cap. Ne pro defectu 31. de election. & cap. Congregato 2. caus. 16. quaestio. 7.*

62 Secundo, non possunt conferre beneficia Jurispatronatus sine consensu Patroni; *cap. Ex insinuatione 14. de Jurepatronatus, cap. Nobis 25. eodem tit. & cap. Decernimus 32. caus. 16. qu. 7. ubi sic praecise habetur: Quod si spretis eisdem Fundatoribus, Rectores ibidem praesumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam novcrit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco, quos iidem ipsi Fundatores condignos elegerint, ordinari.*

63 Tertio durante lite inter Episcopos, & patronos, non possunt Episcopi conferre beneficium, sed debent instituire Economum, ut legitur, & notatur *in cap. Cum vos 4. de Offic. Ordinari. & tenet Hostiens. in cap. Quoniam 3. de surepatronatus num. 7. Abbas ibid. num. 7. Fagnan. ibid. n. 18. Barbofa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 72. num. 141. cum Rota decis. 411. n. 3. part. 1. divers.*

64 Quarto, non possunt Episcopi conferre beneficia lite pendente inter Patronum, & Praesentatum, vel inter ipsos praesentatos *cap. Si hi contra quos 2. ut lite pendente in 6. Rota part. 3. dec. 162. n. 1. par. 4. tom. 2. decis. 469. n. 21. Textus in c. Quoniam 3. de surepatronatus concedens Ordinario Jus conferendi beneficia tempore litis, loquitur tantum de casu, quo lis est inter ipsos patronos, adeoque tamquam exorbitans, & odiosus non est extendendus ad litem inter ipsos praesentatos, vel inter patronum, & praesentatum, ut tenet Rota apud Farin. *decis. 186. num. 7. in collect. novissim. Barbof. loc. cit. Fagnan. cit. n. 19. Abbas loc. cit. num. 7.**

65 Quinto, non possunt Episcopi conferre beneficia colligant, etsi alter dimiserit, cum adhuc lis non dicatur terminata. Rota *in Hispanens. beneficii de Zeris 20. Februar. 1604. coram Litt. & part. 13. recentior. decis. 170. n. 8.*

66 Sexto, non possunt Episcopi conferre beneficia vacantia ob non factam publicationem resignationis. Rota *part. 8. recentior. decis. 252. n. 17.*

67 Septimo, non possunt Episcopi beneficia conferre, quando collatio beneficiorum est devoluta per lapsum sex mensium, quia tunc amplius non possunt ipsi conferre, etiam si a Papa beneficia nondum sint collata. Rota *part. 2. recentior. decis. 309. numer. 4.*

68 Octavo, non possunt Episcopi beneficia conferre, quae sunt reservata Sedi Apostolicae; & si conferant, collatio est nulla. Rota *part. 7. recentior. decis. 226. num. 13.*

69 Nono, Episcopi non possunt soli conferre beneficia, quae sunt simultanea collationis cum Capitulo. Rota *part. 4. tom. 1. decis. 366. num. 2.* Adeoque si Episcopi tantum provideant, provisio erit nulla. Rota *part. 5. rec. tom. 2. decis. 585. num. 41. p. 11. decis. 74. num. 2.*

70 Decimo, Episcopi non possunt admittere resignationem beneficium ad favorem certae personae. Rota *part. 5. tom. 1. dec. 190. num. 4.* Talis enim resignatio non potest fieri, nisi in manibus Papae. Rota *part. 11. decis. 177. num. 16. cap. Plerique 5. caus. 8. S. Pius V. in Constit. incip. Quarta Ecclesia*, ubi facta in manibus alterius quam Papae annullantur. Rota *part. 4. tom. 1. decis. 120. n. 2.* Cum Beneficium resignatum fuerit in manu Episcopi, vel Collatoris, non possunt isti providere de eisdem beneficiis consanguineos, affines, vel familiares suos, ut ex cit. Bulla S. Pii V. Quin neque affines, consanguinei, & familiares resignantis admitti debent, etiam cum Beneficium conferendum est in Concursum; primo, quia citata Bulla S. Pii V. quae legit *admittentium consanguineis*, mendose excusa est, cum legendum fuerit *dimittentium consanguineis*, ut monet Fagnanum *in cap. Non sine de Arbitris.* Secundo, quia Sacra Congregatio disposuit, ut in eo casu neque familiares Episcopi, neque consanguinei resignantis admitterentur. Haec ex Benedicto XIV. *Institut. Eccles. 91. §. 9. & 11. Et de Syno-*

do dioecessana lib. 13. c. 24. §. 2. nov. edit. Bene tamen omnes isti admitti ad Beneficium possunt, quando illud cecidit in manus Episcopi per obitum prioris beneficiati; neque enim tantum mali timeri potest ex obitu beneficiati, quantum subesse potest cum dandum est ex resignatione prioris beneficiati. Ita de Synodo Dioec. *ibid. §. 6. ex decr. S. Congreg. **

Capitulum Sede vacante Episcopali: Primo, non potest conferre beneficia libera, quorum collatio ad Episcopum pertinet, textu expresso *in cap. Illa 2. Ne sede vacante*, ubi declaratur irrita collatio beneficium facta per Capitulum Sede Episcopali vacante, hac addita ratione ibi: *Cum nusquam invenitur cautum in Jure, quod Capitulum, vacante Sede, fungatur vice Episcopi in collationibus Praebendarum.* & *cap. Et si capitulum 1. de Institutionibus in 6.* praecisis his verbis: *Et si Capitulum Sede vacante beneficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit.*

Secundo, Capitulum Sede vacante non potest presentare ad beneficia, quando Jus praesentandi pertinet ad solum Episcopum, dum vivit. Gloss. *in Clement. unic. vers. Conferantur, de rerum permut.* Joan. Andreas *in cap. unic. n. 2. de Majorit. & Obedient. in 6.* Rebuffus *in praxi benefic. titul. de devolutionibus. num. 70. Garcias part. 5. de beneficiis cap. 7. n. 52.*

Tertio, Capitulum Sede vacante non potest libere, ac simpliciter loquendo, & in gratiam, seu favorem resignantis recipere resignationem beneficiorum spectantium ad collationem solius Episcopi. Gloss. *in Clement. unic. verb. Conferantur, de rerum permut.* Flamin. Parisius *lib. 7. de resignat. Beneficiorum qu. 29. num. 37. & 38. cum Rota decis. 6. num. 2. de rerum permut. in novis;* & alia Rota *in una Illerden, die 6. Novemb. 1545. Pirhing. de Majorit. & Obedient. num. 57. Resignationis enim beneficiorum ad collationem solius Episcopi spectantium recipere, nullibi reperitur in Jure concessum Capitulo Sede vacante, adeoque subintrat regula negativa, quae habetur *cap. Illa 2. Ne sede vacante.* Immo hoc ipsum videtur Capitulo expresse denegatum; *cap. Si ad Episcopum unic. Ne sede vacante in 6. §. Cum vero*, ubi sic praecise statuitur: *Cum vero ad solum Episcopum Praebendarum spectat collatio... Defuncto Episcopo... Capitulum se non potest introumittere de eisdem.* Capitulum vero de eisdem se introumitteret, si talium praebendarum, seu beneficiorum recipere resignationem, adeoque, ut salvetur dispositio textus, dicendum est, Capitulum non posse Sede vacante resignationem talium beneficiorum recipere.*

Vicarius Generalis Episcopi vigore sui Officii sibi generaliter concessi: Primo, non potest conferre beneficia quorum collatio pertinet ad Episcopum, nisi eorum collatio fuerit ipsi specialiter, & expresse concessa; *c. Cum in generali concessione 3. de Offic. Vicarii in 6.* praecisis his verbis: *Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus, nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa: Officialis, aut Vicarius Generalis Episcopi beneficia conferre non possunt.*

Secundo, Vicarius Generalis sine speciali mandato, seu commissione Episcopi saltem in Litteris Vicariatus expressa, non potest recipere resignationes Beneficiorum. Garcias *p. 11. de Beneficiis c. p. 3. n. 255.* Flamin. Parisius *7. de resignat. beneficior. qu. 24. num. 1. & seq. Rebuffus in praxi beneficior. forma Vicariatus Archiepiscop. num. 104. Aloysius Riccius p. 2. Prax. Ecclesiast. Fori resolut. 471. n. 1. cum Rota decis. 13. de renunciat. in antiq. & alii passim.* Et hoc colligitur *ex cap. Dudum 14. §. 1. de Praebend. in 6.* ubi potestas recipiendi resignationes beneficiorum, & ita conferendi acquiritur; Cum autem *ex cit. cap. Cum in generali concessione 3. de Officio Vicar. in 6.* Vicarius Generalis Episcopi nequeat beneficia conferre, nisi horum collatio sibi specialiter & expresse commissa fuerit, sequitur, quod neque possit sine speciali, & expressa commissione Episcopi beneficiorum resignationem recipere; Immo Pignatelli *tom. 9. consulat. 77. num. 33.* dicit, quod *Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia non potest recipere resignationes.*

Beneficia conferri non possunt a schismaticis, & collationes beneficiorum a schismaticis factae sunt ipso Jure nullae. *c. Quod a praedecessore 1. de Schismaticis*, ibi: *Adjicientes, ut qui Dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis.* Sic etiam beneficia conferri non possunt ab Excommunicatis non toleratis, & ab istis factae collationes sunt ipso Jure nullae; *c. p. Si ad Episcopum unic. Ne sede vacante in 6.* ubi id notat Gloss. *verb. Majoris, Geminian. & Ancharan. num. 2. Franc. iudem num. 2. ubi*

ubi rationem reddit, quia parificatur Prælati naturaliter mortuus, & excommunicatus; & de excommunicato non tolerato, qualis est notorius, aut etiam publicus, declarant Imol. in c. Veritatis n. 10. de dol. & contum. Abbas in c. Si vero num. 9. de sententia excommunic. & Rota part. 1. recent. decif. 534. n. 3. Sic nec etiam conferri possunt beneficia a suspensis, cap. Si ad Episcopum unic. Ne Sede vacante in 6. & Gloss. ibi, verb. Majoris his verbis: Suspensi autem, vel majori excommunicacione ligati non eligunt. Rota in una Assisient. Canonica, tus 25. Januarii 1599. Etiam si suspensi essent occulti, quia suspensus etiam occultus consuetur prohibitus ab exercitio Jurisdictionis. Rota par. 1. recent. decif. 534. n. 5. & consequenter collationis beneficiorum, quæ est Jurisdictionis, cap. Nostri 9. & cap. Transmissum 15. de election.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 Extincto schismate laicalium Investiturarum, quod quatuor sæcula ante Alexandrum III. Ecclesiam vexavit, compertum est ab Ecclesiasticis Prælati, Beneficia Ecclesiastica private conferri posse triplici jure, plenario, scilicet, delegato, & ordinario.
- 2 Plenario jure Summus Pontifex omnia prorsus Beneficia conferre potest: cap. 2. de Præbend. in 6. & quidem fœdus etiam reservationibus, quum concurrere queat cum quolibet Ordinario collatore, eumque prævenire intra sex menses a Concilio Lateranensi sub Alexandro III. concessos Ordinariis ad conferendam cap. 2. de concess. Præbend.
- 3 Ipsa Synodus Basiliensis abrogando expectativas ad futura Beneficia, jus præventionis nominatim Papæ reservavit. Tridentinum Concilium pariter sess. 24. cap. 19. de reform. expectativas omnino abrogari decrevit; at declaravit in omnibus suis decretis servam semper haberi supremam auctoritatem Sedis Apostolicæ sess. 7. de reform. in princip.
- 4 Ad id notandum autem, an Papa contulerit nec ne Beneficium non reservatum jure præventionis, hæc traditur Regula. Si expressis in applicatione fuit mensis, quo Beneficium vacavit, & tamen is reservatus non fuerit, Papa contulit, dicendum est, Papam contulisse jure præventionis. Secus e contra; Gonzal. in comment. ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. §. 5. præm. num. 70. Cardin. Petr. in comment. ad Constit. Apostol. Constit. 1. Nicolai V. num. 38. & sequent. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. num. 62. Rot. in nuperrim. decif. 34. n. 7. & decif. 74. n. 1. tom. 1. cor. Molin. decif. 922. num. 3. & 7. cor. Crisp. decif. 24. num. 7.
- 5 Et, quod hic notandum est, Papa retinet potestatem conferendi Beneficia jure præventionis in Locis etiam, in quibus vigent Concordata, ut præter allegatos firmant Nicolaris ad Concordat. German. num. 1. dub. 2. §. 3. Brandep. ad ead. Concordat. quest. 6. n. 5. & notab. 1. num. 2. Chokier. ad Regul. 8. Cancellar. §. 3. num. 163. Rot. in recent. decif. 2. per tot. part. 3. ibique Rubens in adnotat. num. 28.
- 6 In concursu collationis Papæ factæ jure præventionis, & collationis Ordinarii, prior in tempore præferendus. Quod si eadem die dictæ collationes contingerint, tenet Gagliard. de B. benefic. cap. 6. num. 3. quod neglecta tamquam frivola anterioritate horarum præferri primo debeat possessor, deinde si nullus in possessione sit, Provisus Apostolicus. Notat vero Rigant. in Commentar. ad Regul. 17. Cancell. num. 50. quod Provisio ab Ordinario antecedenter jus sit quæsitum in Beneficium, ei debetur prælatio supra Provisum a Papa eodemmet die; Vide exemplum apud eundem Auctorem. Notat quoque Rigant. ubi supra sequent. numero, quod literæ Provisionum de Beneficiis, quas explet Ordinarii, etiam ab ipsis subscriptæ, non attenduntur ob antidatæ suspensionem in concursu Provisionum Apostolicarum, nisi sint in forma publica instrumenti, Testibus, & juris solemnitatibus munitæ. Præsertim si concurrat verifimilis aliqua causa, ob quam Ordinarius induci valuerit ad simulandam præventivam collationem. Ceterum si concurrant circumstantiæ excludentes antidatæ suspensionem, attenduntur, ut firmavit Rot. cor. Crisp. decif. 205. fer. per tot. & quidem recedendo a decif. 24. 98. & 122.
- 7 Indultario jure conferunt Cardinales, & ut placet Gagliard. de Benefic. c. 7. n. 5. Legati, ac Nuncii. At suo loco agendum de hoc indultario jure. Illud vero hic non omittendum, quod S. Sedes indultum hoc concedere etiam concessit Regibus; Vide de hoc indulto concessio a S. Sede Regi utriusque Siciliae, Gagliard. dict. tractat. cap. 6. num. 6. & Auctores ab eo allegatos.

Jure denuo Ordinario conferunt Episcopi Beneficia omnia 16 suarum Diocesium, Can. omnes Basilica 10. caus. 18. quest. 7. cui consonant Can. obitum dict. 61. Can. decretum cum sequent. 10. quest. 1. & cap. Ex frequent. 3. de institut. Idque procedit etiam quoad ea Beneficia, quæ existant in districtu Prælati inferioris non habentis territorium separatum; Vide Rot. in Legionen. Benefic. 11. Januarii 1743. cor. de Thimm.

Notandum vero est quod de jure Canonicatus, & dignitates Ecclesiæ Cathedralis Episcopus tanquam caput illius simul cum Capitulo conferre tenetur; cap. Pastoralis, & cap. Ea noscitur de his, quæ sunt a Prælati sine consens. Capit.

At ex consuetudine in Italia præsertim recepta non concurrunt amplius Capitulum cum Episcopo in collatione dictorum Beneficiorum; Gagliard. de Benef. cap. 8. num. 1. Ubi vero viget antiqua disciplina, non est necesse, quod concurrat Episcopi, & Canonicorum collegialiter fiat, sed diversis loco, & tempore jus alterutrius explicari potest, dummodo in unam, eandemque Personam conveniant. Quod si dissentiant, dubitari solet, de quota votorum. At decisio hujus quæstionis pendet a capitularibus Statutis, vel consuetudinibus, quæ alibi votum duplex, alibi unicum & simplex Episcopo tribuunt, singulis Canonicis coæquale. Deficientibus vero statutis, & consuetudinibus, Probabiliter, (inquit, Gagliard. ubi supra num. 4.) sententia Doctorum constituebant olim in solo Episcopo tantam vocem, quantam in toto Capitulo, quæ Capituli vox a majori parte eum concluderetur, posthabita minore, huic minori nec adhaerens Episcopus eandem compleverit. Quod si constanter votum Capituli ab Episcopo dissonasset, neutrum efficax ad perficiendam collationem habebatur, ideoque per lapsum semestris dabatur locus devolutioni.

ARTICULUS V.

Beneficia Ecclesiastica quibus conferenda, vel non?

Beneficia Ecclesiastica conferenda sunt habentibus qualitates a Jure, & Concilio Tridentino requisitas. quæ præcipue sunt sequentes. Primo ut promovendus ad Prælaturas & Beneficia Ecclesiastica sit ex legitimo Matrimonio procreatus; Illegitimus enim est incapax omnis Beneficii; nisi cum eo dispensetur; cap. Cum in cunctis 7. de election. & electi potest. & Gloss. ibi verb. Matrim.

Secundo, ut eligendus sit Clericus, hoc est, ut saltem quis prima Tonsura initiatus sit, nam licet quilibet Christianus de Jure communi sit capax Beneficii, ut docuit Rota part. 4. t. 1. recent. decif. 307. num. 1. Hodie tamen quilibet Laicus non insignitus Clericali charactere, seu saltem non tonsuratus ad quodlibet Beneficium inhabilis existit, & nullum assequi potest, adeo quidem ut non sufficiat post illud jam acquisitum tonsurari; cap. Ex literis 6. de Transact. & notat Gloss. final. & Abbas ibi num. 3. & tenet Rota par. 18. tom. 1. decif. 40. n. 4. Nisi tamen Papa dispensaverit cum Laico, ut possit eligi, ac postea quam primum tonsurari, prout aliquoties contigisse cum magnorum Principum Filiis præsertim in Germania refert Sanig. cap. 2. num. 2. de electione. Aut nisi ejusmodi electio fiat ex speciali intuitu Spiritus Sancti; prout S. Nicolaus, S. Severus, & S. Ambrosius ex Laicis fuerunt electi in Episcopos, ut habetur in cap. Statuimus 8. §. Econtra dist. 61.

Tertio, ut eligendus sit maturæ, seu legitimæ ætatis a Sacris Canonibus præscriptæ, quæ non servata. electio est nulla, scienter eligentes incurrunt penas in Jure statutas, ut patet ex c. Cum in cunctis 7. de elect. & c. Indecorum 3. de arate, & quod sit præficiendor. ubi de hoc sequens ratio assignatur, quia Indecorum est; ut hi debeant Ecclesias regere, qui non novissent gubernare seipos, cum ad Ecclesiarum regimentales Personæ sint admittendæ, quæ discretione præeminent, & morum fulgeat honestate. Quænam autem ætas specificæ requiratur pro quocumque Beneficio Ecclesiastico. Vide verb. Etas num. 10. 11. 12. 13. & c. ubi pro omnibus Beneficiis ætas requisita assignatur.

Quarto, ut promovendus sit in statu cælibatus, hoc est ut non sit Matrimonio ligatus; siquidem collatio facta ei, qui Matrimonio junctus est, invalida existit; c. p. Sanc. 2. de Clericis conjugatis. Immo si Clericus in minoribus Ordinibus constitutus habeat Beneficium, & postea contrahat matrimonium, illud ipso Jure perdit; cap. Si quis Clericorum 1. c. Quod a te 3. de Clericis conjugatis.

Quinto, ut eligendus, seu promovendus habeat saltem tantam scientiam, seu rerum agendarum notitiam; quanta est necessaria, & sufficiens ad rite exequendum officium, ad quod eligitur seu promovetur, ut colligitur ex cap. Cum in cunctis 7. de election. & cap. Præcipimus 10. dist. 34. & cap. Non considat.

Sexto, ut eligendus, seu promovendus ad Beneficia Ecclesiastica requisita, quæ magis patebunt a num. 65. usque ad 90. ubi enumerabuntur omnes inhabiles ad illa assequenda.

Beneficia Ecclesiastica non nisi dignis, & idoneis sunt conferenda, Sic Doctores communiter; Rectæ enim rationi adversatur assumere Personam non idoneam, & indignam ad officium spirituale, & consequenter ad Beneficium Ecclesiasticum, quod datur propter officium ex c. Quia per ambitiosam 15. de rescriptis in 6. Unde in cap. Grave nimis 29. de Præbend. graviter arguitur contraria quorundam praxis, præcisus his verbis: Grave nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica Beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur; carnalitates sequentes affectum, non judicium rationis; Unde quanta Ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat; Et expressè Concilium Tridentinum sess. 7. c. 3. his verbis: Inferiora Beneficia Ecclesiastica præsertim curam animarum habentia personis dignis, & habilibus, & quæ in loco residere, ac per seipos curam ipsam exercere valeant, juxta Constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, si, quæ incipit: Quia nonnulli, & aliam Gregori Decimi in Generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit, Licet Canon, editam conferatur, aliter autem facta collatio, sive provisio omnino irritatur, & ordinarius collator pœnas Constitutionis Concilii generalis, quæ incipit: Grave nimis, se noverit incursum. Hinc qui promovet indignum ad quodcumque Beneficium Ecclesiasticum, peccat mortaliter, cum ut patet, cit. Conc. Trident. Lateranense, & Lugdunense. severe præcipiant, ut beneficia conferantur dignis, alioquin promovens indignum incurrat pœnas indistinctas a Concilio Generali in cit. c. Grave nimis. Tum quia talis indignorum promotio cadit in grave damnum Ecclesiarum, ut ex verbis cit. c. Grave nimis ibi; Unde quanta Ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Quibus Ecclesiis debetur restitutio, uti habet communis cum Garcia part. 7. c. 16. num. 47. Filiucio tract. 41. n. 183. Castropal. tract. 13. dec. 2. pag. 11. §. 4. num. 1. Ac tenentur damna illa compensare ante omnia indigni, qui procurarunt sibi beneficia; post indignos, illi, qui injulite talia beneficia ipsis indignis contulerunt; denique Cooperatorum.

Immo peccant mortaliter eligentes, seu promoventes ad beneficia Ecclesiastica minus dignum prætermisso digniore. Electores enim, Patroni, & collatores Beneficiorum, præsertim curatorum, quantum in ipsis est, sive in ipsorum libera dispositione, tenentur in conscientia ad præferendum inter dignos digniorem, seu quem magis Ecclesiæ utilem ipsi judicaverint. Colligitur ex cap. Metropolitanano. 19. dist. 63. ibi: Optimus ordinetur. Concordat. c. Licet 15. caus. 8. q. 1. ibi: Qui præstantior est ex omni populo, qui doctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad Sacerdotium.

Unde Innocentius tertius in c. Unico, de Ecclesiastica Beneficia, §. omnibus, arguit ut culpabilem Archiepiscopum Mediolanensem ex quo non contulerit, ut debebat, beneficium magis idoneo. Ibi: Te in tribus comperimus fuisse culpabilem... quia non ex affectu carnali, sed discreto judicio debuisti Ecclesiasticum Officium, & Beneficium in Persona magis idonea dispensare. Et Tridentinum Concilium sess. 24. c. 1. de reform. loquens de iis, quibus competit Jus electionis, Monet, ut in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint. Et c. 18. ejusdem sess. 24. de reform. expresse decernit, ut in delectu Parochorum Episcopus digniorem præ ceteris etiam dignis eligat, Peracto dein de examine renuncientur quotquot ab his idonei judicati fuerint, atate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Ex hisque Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.

Atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Insuper addens etiam Patronos teneri ad præsentandum Episcopo pro Beneficiis curatis, quem digniorem judicaverint. Si vero Jurispatronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo præsentari te neatur, ut ab eo instituitur; Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus ei presentet, ad quem institutio spectat. Hinc S. Pius V. in Constit. incip. In conferendis Beneficiis Jus appellationis ad Metropolitanum; Sedemve Apostolicam concedit illi, qui se Episcopi iudicio, & electione læsum existimabit, ut cognita injustitia, electio minus digni annulletur in favorem dignioris. Ut autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis juxta ejusdem Concilii Decretum... Parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, a mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanum, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium, uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice, & ejus Examinatoribus provocare, & consisto de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, Parochialis magis idoneo per eundem Judicem appellationis auctoritate nostra... conferatur. Ad hoc potissimum etiam facit propositio 47. inter damnatas ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. his verbis: Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primo videtur per hoc digniores non aliud significare, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

Accedit ratio, quia cum in collatione Beneficiorum præferatur minus dignus digniori, fit acceptio Personarum in re gravi, ut docet S. Thomas 2. 2. quest. 63. art. 2. ad 3. præferendo enim Personam dignam digniori pro motivo præferendi acceptatur aliquid velut causa, quod causa non est, & circumstantia nihil conferens ad causam substituitur pro circumstantia conferente ad causam; & per hoc D. Thomas 2. 2. q. 185. art. 3. adducit hæc verba S. Hieronymi: Quidam non querunt eos in Ecclesia, columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos ipsi amant, vel quorum sunt obsequis delinicti, vel dediti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui ut Clerici fierent, muneribus impletur; hoc autem pertinet ad acceptionem Personarum, quæ in talibus est grave peccatum. Unde qui in conferendis Beneficiis, præsertim Curatis, per acceptionem Personarum, aut alio simili motivo dignioribus minus dignos anteponunt, non minus rei sint, ac si ea pretio venderent. Hinc a Sanctis Patribus idipsum semper fuit damnatum, ut patet per laudata verba S. Hieronymi adducta a S. Thoma, & per sequentia verba S. Augustini Epist. 167. alias 29. n. 18. ubi exponens hæc verba S. Jacobi Apostoli c. 2. num. 1. Juxta Catholicæ: Non lite in Personarum acceptione habere fidem Domini Jesu Christi gloriæ, sic ait; Nec sane quantum arbitror putandum est leve esse peccatum in Personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi; si illam distantiam ferendi ac standi ad honores Ecclesiasticos conferamus; Quis enim ferat eligi divitem ad sedem honoris Ecclesiæ, contemto paupere instructiore, atque sanctiore? Tum quia habentes Jus eligendi, non sunt Domini Beneficiorum Ecclesiasticorum, sed tantum dispensatores Mysterium Dei, seu Jurium spiritualium; juxta Divum Paulum 1. ad Corinth. 4. sicque tenentur Jure naturali, atque vi officii dispensationis consulere bono communi, sive Ecclesiæ omni meliori modo; eo vel maxime, quod dispensationes spiritualium principaliter ordinantur ad utilitatem communem, juxta eundem Divum Paulum 1. ad Corinth. 12. Unicoque datur manifestatio spiritus ad utilitatem; Atqui hoc non præstant, quando ad Ecclesiam & regimen animarum scienter eligunt minus dignum, prætermittendo digniori, & magis idoneo, adeoque &c.

Non audeo tamen aliter (subdit hic Josephus Maria Maraviglia Lege 165. Prudentia Episcopalis) Non audeo tamen aliter, E c ferere,

non est ipso Jure irrita, sed solum irritanda per sententiam Judicis, ut colligitur ex cap. Si celebrat. 10. de Clerico excommunic. ministrant. Ubi de Excommunicato Excommunicatione minori dicitur, si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est irritanda; & consequenter non est ipso Jure irrita, cum hoc nuptiam alibi fit expressum, simulque hac materia veluti odiosa, & poenalis sit restringenda. Barbof. in cit. cap. si celebrat. n. 3. Pirhing De Clerico excommunic. ministrant. num. 47. Palerinus cap. 25. de election. num. 475. Suarez disp. 24. de Censuris section. 2. n. 2. Lessius, & alii.

72 Quarto, Irregulares sunt inhabiles, & incapaces; cap. Henricus 2. de Cleric. pugnantis in duell. cap. si celebrat. 10. de Clerico excommunic. ministrant. Et cap. Ex litteris 2. de Clerico non ordinat. ministrat., & colligitur ex c. Regulares 10. dist. 34. & cap. Non confidat. 59. dist. 50. ubi irregulares etiam a susceptione ordinum repelluntur: Rota part. 5. tom. 2. decis. 602. n. 15. part. 12. decis. 210. n. 11. Immo neque possunt beneficia optare. Rota cit. part. 5. tom. 2. decis. 602. num. 16. Et collatio ipsis facta est Jure nulla. Rota part. 4. decis. 291 n. 6.

73 Quinto Inhabiles, & incapaces sunt infames; ex Regula 87 Juris in 6. ibi: Infamis portæ non pateant dignitatum. Rota part. 12. dec. 305. n. 6.

74 Sexto, Inhabiles, & incapaces sunt furiosi, seu mentecapti. Rota part. 2. decis. 190. num. 3. Laborantes morbo ca ludo. Rota part. 2. decis. 236. num. 2. Spurii. Rota part. 16. decis. 43. num. 2.

75 Septimo, Inhabiles, & incapaces sunt Simoniaci, cap. Si alicuius 59. de election. cap. Nobis fuit 27. de Simonia Extravagant. Cum detestabile, de simonia inter communes. S. Pius V. in Constit. incip. Cum primum. Et in alia incip. Intolerabilis.

76 Rota part. 12. decis. 305. num. 2. & decis. 396. num. 5. Sodomitice. S. Pius V. in Constit. incip. Horrendum. Stupratores.

77 Rota part. 16. decis. 323. numer. 20. Omnesque indigni, Inhonesti, & hujusmodi. Concil. Lateranens. IV. c. 30. Concil.

78 Colonien. IV. p. 1. c. 4. Concil. Senonens. in decretis morum c. 8. cap. Gravenimis 29. de Præbend. Concil. Trid. sess. 22. cap. 4. de reformat.

79 Octavo, incapaces sunt beneficiorum Clerici uxorati. Conc. Lateranens. III. in appendic. cap. Si qui Clericorum. 1. cap. Sane 2. cap. Quod a te 3. Clericis conjugatis.

80 Nono, pueri ante decennium incapaces sunt beneficiorum. Concil. Lateranens. III. in appendic. tit. Quibus, & quando cap. 1. Concil. Senonens. in decretis morum cap. 8. & 9. Conc. Lateranens. IV. cap. 30. Concil. Ravennat. II. sub Clement. V. cap. 16. cap. Super inordinata 35. de Præbendis. Sed ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. de reformat. quilibet Clericus est incapax Beneficium ante annum 14. Et Beneficium Curati est incapax. qui non habet annos 25. Idem Tridentinum sess. 24. cap. 12. de reformat. Vid. verb. Aetas num. 10. 11. 12. & seq. ubi assignatur Aetas pro quolibet beneficio requisita. Insuper beneficium curati est incapax, qui nequit loqui de rationate illius nationis, in qua habere vult curam. Urbanus VIII. Conclit. 6. incip. Sanctissimi. cap. 20.

81 Decimo, Filii illegitimi Clericorum in Ecclesiis, ubi eorum parentes habent beneficia, vel ante habuerunt, quodcumque beneficium obtinere non possunt; sic expressit Concilium Trid. sess. 25. de reformat. cap. 5. ibi: Ut paterna incontinentia memoria a locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur. non liceat Filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Matrimonio. in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile Beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquomodo ministrare, nec pensiones per fructibus Beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias habuerunt, habere, & colliguntur ex cap. Ad presentiam 2. cap. Cum decorem 15. & cap. ad abolendam 16. de Filiis Presbyter. Et hæc prohibitio procedit non solum de Filiis illegitimis Presbyterorum in Sacerdotio genitis, sed etiam de naturalibus procreatis ante Clericatum parentum, prout a Sacra Congregatione Concilii tunc decisum refert Garcias part. 2. de Beneficiis cap. 3. num. 15. & sequitur Barbofa de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 45. num. 6. cum aliis.

82 Undecimo, Filii etiam Legitimi Clericorum nequeunt immediate succedere in Beneficiis paternis. cap. Quoniam 10. Ad extirpandas 11. cap. Michael 13. de Filiis Presbyteror. Rota part. 4. tom. 1. decis. 12. sub num. 1. dicitur tamen notanter immediate succedere, quia Filius legitimus non prohibetur Patri mediate succedere, si videlicet post patrem intercesserit alia Persona media cui beneficium illud collatum fuit; cap. Ex

transmissa 7. de Filiis Presbyteror. tunc enim cessat species successione hæreditaria, quæ est motivum prohibitionis, cum tales hæreditariae successiones fuerint semper reputate iniquæ, detestabiles, ac sacris Canonibus inimicæ, ut cap. Apostolica 7. caus. 8. qu. 1. c. Ad extirpandas 11. de Filiis Presbyteror. & cap. Accipimus 2. de pactis. Et dicitur etiam notanter succedere, quia aliud Beneficium dissimile non prohibetur Filius legitimus habere in eadem Ecclesia, in qua Pater ministrat, textu clar. cap. Ad hæc 12. de Filiis Presbyteror. Immo potest Filius legitimus præse Ecclesie, in qua Pater sine Titulo quandoque ministravit, textu expresso cap. Constitutus 8. 87 de Filiis Presbyteror. Alias autem solus Papa potest dispensare, ut Filius etiam legitimus in Ecclesia paterna, seu Beneficium a Patre posthabito immediate succedat; textu evident. cap. Dilectus 17. de Filiis Presbyteror. Immo hac Pontificia dispensatione indiget Filius legitimus ad succedendum immediate Patri etiam in Beneficio de Iurepatronatus; ad quod in fundatione sunt vocati proximiores de genere; Sac. Cong. Conc. 23. Arg. 1631.

83 Duodecimo, Filii, ac Nepotes offendentium Cardinales efficiuntur inhabiles ad Ecclesiastica beneficia obtinenda, textu exp. cap. Felicitis vers. Quod si quis prædictorum. de penis in 6.

Supplementa Auctoris e II. Editione. Beneficia Ecclesiastica secularia conferri nequeunt Canonis Regularibus Lateranensibus, aut SS. Salvatoris abique indulto Apostolico. Benedict. XIV. tom. 1. Bull. Conclit. 135. incip. quod inscrutabili. Vide verb. Concursus art. 1. a n. 38. ad 56. Beneficia Curata, aut residentialia conferri nequeunt Presbyteris, aut Clericis Congregationis Missionis. Idem Conclit. 69. incip. Quo magis §. 4. Beneficiorum Parochialium, & Vicariorum tam secularium, quam Regularium capaces esse Canonicos Regulares Premonstratenses, etiam non intercedente Apostolica dispensatione definit idem Pontifex in Bulla 33. Tom. 3. inc. Oneroso. De filiis illegitimis Clericorum circa beneficia parentum in 94 eadem Ecclesia & c. vide verb. Irregularitas. Filius legitimus consequi prohibetur beneficium a Patre præhabito, quod verum est etiam de Patre respectu beneficium a filio illegitimo obtenti, ut ex responsione Sac. Congregationis. De Synodo Dioces. lib. 13. cap. 24. §. 15. nov. edit. Illegitimi autem filii quoad hoc etiam illi censentur, qui postmodum legitimi sunt, non vero illi, qui post subsequens matrimonium legitimi habentur, ut partim ex decretis Sac. Cong. partim ex ex Fagnano; ib. §. 16. Num vero filio obtinere beneficium fas sit, quod Pater quidem habuit, sed ab eo transiit in tertium, & ab isto in eundem filium; respondetur, filio legitimo id quidem non prohiberi, ex cap. ad extirpandas, de fil. Presb. illegitimis vero non licet, 99 ut ex Bulla Clementis VII., & responsis Sac. Congregat. ib. §. 18. Nepos vero legitimus ex patre illegitimo natus obtinere avi beneficium non vetatur, ipso licet avo vivente, ut ex responsis S. Congreg. & Rotali decisione; ib. §. 19.

Novæ additiones ex aliena manu.

Agit Auctor a num. 1. ad num. 42. de qualitatibus de jure requisitis in iis, quibus Beneficia sunt conferenda, & primo loco recenset legitimitatem. Primis vero Ecclesia secularis non solum nulla erat sanctio, quæ illegitimis arceret ab Ordinibus, & ministeriis Ecclesiasticis; sed expresso jure cautum erat, illegitimos admitti debere ad Ordines, ac dignitates Ecclesiasticas, dummodo moribus, ac virtute commendarentur, quia creditum fuit, non paternam, sed propriam culpam quemcumque condemnare debere. Confer Christian. Lup. tom. 3. scholior. Seculo decimo primo Urbanus II. in Ecclesia statuit, ut Filii Presbyterorum sacris Ordinibus non initiarentur, nisi aut in cœnobiiis, aut in Canonica Regulari religione fuerint conversati, ut ex ejus canone apud Gratian. dist. 57. can. 1. apposite notant Heicourt in Leg. Eccles. suo ordin. restit. part. 3. cap. 4. art. 2. in princip. & Vanspen. Jur. Eccles. univ. part. 2. tit. 10. cap. 3. num. 4. Deinde Patres Concilii Pictaviensis sub Paschali II. successore Urbani II. hanc prohibitionem protraxerunt ad quoscumque illegitimos, sive ex Pres-

Presbyteris, sive ex Laicis procreatos, ut ex canon. dist. Concil. relat. in cap. 1. decretal. de Fil. Presb. præter allegatos monet Gonzal. in comment. ad d. cap. 1. de Fil. Presby. Idque non ex rationibus illis, quæ vulgo afferuntur, sed ut obviam irent potentia Comitum, & Baronum, qui filios suos illegitimos Ecclesie obtrudebant, quod grande præbebat scandalum, ut observat Bohemer. in animadv. ad Fleur. Instit. Jur. Eccles. part. 1. cap. 11. §. 8. lit. 2. Vide etiam de his omnibus Rot. in Hildesim. Maurentionis 17. Martii 1749. §. 13. cor. R. T. D. Elephant.

4 Possunt vero illegitimi minores Ordines, tum Beneficia, quibus non imminet cura animarum, ex Episcopi dispositione obtinere, cap. 18. de Filiis Presby. dummodo non agatur de Beneficiis in Ecclesiis, in quibus Patres habeant, aut habuerint Beneficia; cap. 2. & seq. eod.

5 Requisitum Clericatus Auctor affert secundo loco. Canones tam antiqui, quam recent, a Beneficiis veris, & rebus Ecclesie possidentis, & administrandis semper Laicos amoverunt. Per id temporis, quo Ordines a Beneficiis minime fuerunt juncti, Episcopi Laicis probata vitæ conferebant Ordinem Ecclesiasticum simul & Beneficium, eos in ordinatione ipsa describendo inter matricularios Clericos de proventibus certæ Ecclesie viventes. At ex quo introducta fuit separatio Beneficiorum ab Ordinibus, non nisi Clericis prima saltem toniura initiatis, mera Beneficia Ecclesiastica donarunt. Laicis pauperibus distribuebant Beneficia non mera ob portionem reddituum communium eis debitam, scilicet bona Beneficiorum temporalia sine aliquo spirituali jure vel ministerio, ut erant prædia Ecclesiastica beneficiaria, vel precario nomine concessa; Gagliard. de Benefic. cap. 9. a num. 3. ad num. 11.

8 In Beneficiis de jurepatronatus licet Patronis præsentare Laico, sub conditione: dummodo Clericatus intra tempus datum ad presentandum superveniat. An vero valida sit collatio Beneficii facta cum clausula: Si quam primum ad Clericatum fuerit assumptus, tum an valida sit collatio Beneficii facta eodie, quo quis ordinatus fuit, necnon de aliis id genus quaestionibus consule Ventrigl. in prax. tom. 2. adnot. 7. a num. 8. ad plur. sequent.

9 De requisito ætatis differit Auctor tertio loco. Nihil vero antiqui Canones de ætate statuta videntur. Sed eam prudenti Episcoporum arbitrio reliquerunt, quum Apostolus 1. ad Timotheum cap. 4. scripserit: Nemo adolescentiam tuam contemnat. Quo factum est, ut primis sæculis Ecclesie Summi Pontifices, & cum primis Siricius in can. Quicumque, & Zosimus in can. In singulis dist. 77., Pueros ab infantia in Ecclesiasticis Ministeriis, ante pubertatem inter Lectores etiam, & Exorcistas adscriptos probaverint. Ex quo vero tempore certam ætatem præfinita in Ecclesia fuit ad Beneficia, tum de varia in hoc ætatis requisito disciplina consule Gagliard. de Benefic. d. cap. 9. a num. 17. ad num. 20. Conferenda etiam sunt, quæ diximus in addit. ad verbum A. E. as.

10 De coelibatu quarto loco, & de literis quinto loco, verba facit Auctor. At ne nimis sumus, tum de his, tum de eo an Beneficia conferri possint dignis, omisis dignioribus, adi Gagliard. d. tract. d. cap. 9. a num. 26. ad plur. sequent. Solent quandoque a Fundatoribus nonnullæ etiam Beneficii præscribi qualitates, Doctoratus, Sacerdotium, & alia id genus. Sed de qualitatibus hæc plures, easque utiles quaestiones alibi discutimus.

11 De prelatione in Beneficiis tractat Auctor a num. 44. ad num. 64., & quidem plene. At nihilominus sequentia addenda censuimus.

16 Qualitas Filii ex Patronis, quæ in concursu extranei prelationem tribuit, eundem effectum haud operatur concurrente altero, qui sit de sanguine Fundatoris, & in pari gradu ipsi Fundatori. Quod dicitur, in discordia Patronorum præferendum esse Præsentatum a Masculo Præsentato a Fœmina, id procedit, quando præsentatio faciendæ est a Masculo, & Fœmina unitim per modum Collegii, non item quando Patroni ut singuli præsentant, ut si patronatus pro una parte pertinet ad Masculum, & pro altera parte ad Fœminam; Rot. in Colonien. Personatus 19. Januarii 1748. §. 7. & sequent. cor. Illustrissimo Molin.

17 Prærogativa sanguinis, & qualitatis patronalis prelationem neutiquam tribuit, si concurrat alter consanguineus, qui si non actu, habitu sit Patronus, ut in patronatu gentilitio est filius, qui post mortem Parentis in illud est successurus; Rot. in Brundusina Beneficii 20. Martii 1747. §. 9., & in confirmatoria 19. Junii ejusdem anni §. 12. coram Reverendissimo P. D. Bassio Decano.

18 Qualitas Filii ex Patronis, quæ in concursu extranei prelationem tribuit, eundem effectum haud operatur concurrente altero, qui sit de sanguine Fundatoris, & in pari gradu ipsi Fundatori. Quod dicitur, in discordia Patronorum præferendum esse Præsentatum a Masculo Præsentato a Fœmina, id procedit, quando præsentatio faciendæ est a Masculo, & Fœmina unitim per modum Collegii, non item quando Patroni ut singuli præsentant, ut si patronatus pro una parte pertinet ad Masculum, & pro altera parte ad Fœminam; Rot. in Colonien. Personatus 19. Januarii 1748. §. 7. & sequent. cor. Illustrissimo Molin.

19 Prærogativa sanguinis, & qualitatis patronalis prelationem neutiquam tribuit, si concurrat alter consanguineus, qui si non actu, habitu sit Patronus, ut in patronatu gentilitio est filius, qui post mortem Parentis in illud est successurus; Rot. in Brundusina Beneficii 20. Martii 1747. §. 9., & in confirmatoria 19. Junii ejusdem anni §. 12. coram Reverendissimo P. D. Bassio Decano.

20 Qualitas Filii ex Patronis, quæ in concursu extranei prelationem tribuit, eundem effectum haud operatur concurrente altero, qui sit de sanguine Fundatoris, & in pari gradu ipsi Fundatori. Quod dicitur, in discordia Patronorum præferendum esse Præsentatum a Masculo Præsentato a Fœmina, id procedit, quando præsentatio faciendæ est a Masculo, & Fœmina unitim per modum Collegii, non item quando Patroni ut singuli præsentant, ut si patronatus pro una parte pertinet ad Masculum, & pro altera parte ad Fœminam; Rot. in Colonien. Personatus 19. Januarii 1748. §. 7. & sequent. cor. Illustrissimo Molin.

Si fuerit dictum, ut in Jurepatronatus semper magis conjunctus, & magis idoneus præferatur, is est præferendus, qui prærogativa leni, virtutum, & Sacerdotii alterum vincit. Major idoneitas utrum attendenda respectu Personæ, an respectu Beneficii? Qualitas originis, aut domicilii, aut partatis, an attendatur ad effectum prelationis? Adi Rotam, in Romana Beneficii 26. Junii 1744. coram bo. me. Peralta.

Denique Auctor a num. 65. ad finem de iis differit, qui inhabiles sunt ad Beneficia atque agenda. De filiis illegitimis Clericorum, qui in Ecclesiis, in quibus Patres habent, vel habuerunt Beneficia, prohibentur habere quodcumque Beneficium, tum de Filiis etiam legitimis Clericorum, qui nequeunt immediate succedere in paterna Beneficia, consule Murg. de Benefic. q. 2. a num. 911. ad plur. sequent. late de utroque hoc argumento differentem.

Illud hic non est omittendum, quod probata qualitate fororia inter duas Ecclesias, illegitimus assequi haud potest Beneficium in una Ecclesia fororia, si ejus Pater Beneficium habeat in altera Ecclesia fororia; Rot. in Casaravgustana Canonica 2. Julii 1742. coram Reverendissimo P. D. Bassio Decano.

ARTICULUS VI.

Beneficia quoad pluralitatem, & incompatibilitatem.

Pluralitas Beneficiorum est prohibita eidem Personæ cujusvis dignitatis, etiam Cardinalatus honore fulgeat: Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 17. de reformat. ibi: Cum Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium Officia occupat Clericorum, sancte Sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere e in duabus Ecclesiis consecrari. Verum quoniam multi improba cupiditate affectu seipsos, non Deum decipientes, ea quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt, sancta Synodus debita regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsentis decreto, quod in quibusvisque Personis quocumque titulo, etiam Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, statuit, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Et colligitur ex Conc. Lateranens. III. in appendice tit. Uniplura cap. 2. & cap. Sanctorum 2. dist. 70. & capit. Singula 1. dist. 89. capit. Presbyteros 38. caus. 16. quest. 1. cap. Clericus 1. cap. Clericus 2. ca. 21. quest. 1. & cap. Quia in tantum 5. de Præbend. ubi Alexander tertius dicit, quod multitudine Præbendarum Canonibus inimica dissolutionis materiam, & evagationis inducit, certumque continet periculum animarum. Et extravagant. Excecrabilis de Præbendis, ubi Joannes XII. sic declarat contra pluralitatem beneficiorum obtinentes, ibi: Unde inter cetera inconvenientia subscripta sequuntur, quod videlicet interdum unus, qui unum quamvis modicum vix Officium implere sufficeret, plurimorum sibi vindicat stipendia, quæ multis literatis viris vitæ puritate ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, æqua distributione collata. Habentibus ipsa paratæ vagandi materia, divinus cultus minuitur, Hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur. Et dum non sunt sui in unaquaque regione Rectores, Ecclesiarum detrahatur commodis. & honori, quæ carentes defensorum auxilio in iuribus suis, & libertatibus, multipliciter collabuntur, & ruinis patent ædificia novitia, quæ magnificentia extruxerunt decessorum. Et (quod amarum est dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum sentibus fomentum periculose præbetur.

Pluralitas beneficiorum, ab eodem simul retentorum redditur incompatibilis generatim loquendo. ex duplici capite, scilicet vel quia ipsa beneficiorum institutio non permittit, ut plura ab eodem administrantur, vel quia unum eorum ad honestam beneficium sustentationem sufficit, nam tunc plura beneficia licet cæteroquin compatibilia simul retineri nequeunt. Quod incompatibilitas plurium beneficiorum ab eodem simul retentorum, oritur primo ex ipsa beneficiorum institutione, talem pluralitatem in eodem non permittente, patet aperte in beneficiis, quæ vel Jure communi, vel ex consuetudine, statuto, seu fundatione, continuam residentiam personalem postulant, ut sunt duo Episcopatus, duæ Parochiæ, duæ Dignitates, duo Canonicatus, aut duo hujusmodi officia Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum personalem residentiam requirentium, juxta Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. juncto cap. Quia nonnulli 3. & cap. Inter quatuor 10. de Cleric. non residentibus. Quia enim nullus in duobus locis simul existeret, atque per-

personaliter residere potest, sequitur evidenter, quod sint incompatibilia, ac proinde simul ab eodem retineri non possunt beneficia illa, quorum quodlibet requirit continuam residentiam personalem; arg. cap. Ad hac 13. cap. Præterea 14. cap. Cum non ignores 15. & cap. De multa 27. de præbend. & expressè Rota part. 1. decis. 124. & part. 7. decis. 703. num. 3. Et quod incompatibilitas beneficiorum oriatur etiam ex secundo capite, scilicet ex eo quod unum ipsorum ad honestam beneficiati sustentationem sufficiat, licet cæterorum de se sint compatibilia in eodem, habetur clare ex Tridentino sess. 24. cap. 17. de reformatione, ubi præmissa illa generali ratione, quod Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurimum Officia occupat Clericorum. . . statuit, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri; & colligitur ex cap. Conquerente 6. de Clericis non residentibus. & cap. Cum teneamur 6. de Præbend. in quorum ultimo habetur etiam, ad mandatum Papæ non esse providendum illi de beneficio, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodè sustentari, nisi forte in Litteris ipsis de hoc mentio habeatur; & expressè Rota part. 19. tom. 1. decis. 281. num. 18. & Annotat. ad decis. 254. num. 66. 67. 68. part. 9. tom. 1.

7 Underretinens sine iusta dispensatione plura Beneficia, quorum unum sufficit ad sui honestam sustentationem, peccat mortaliter, & est in statu damnationis æternæ; Sic expressè Gloſſa communiter recepta in cap. Dudum 54. de electione, verb. Retinere, ibi: Nota, quod qui habet plura Beneficia, quorum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato retinere aliud, & colligitur ex cap. Quia in tantum 5. de Præbendis, ubi Alexander tertius dicit, quod multitudo Præbendarum Canonibus inimica. . . certum continet periculum animarum: & ex Concil. Trid. sess. 2. cap. 17. ubi præmissa plurimum Beneficiorum retentionis prohibitionem, dicit, quod qui improbe cupiditatis affectu plura Beneficia simul obtinere non erubescunt, non Deum, sed seipſos decipiunt; ibi: Seipſos, non Deum decipientes. Cujus dispositioni, dicit Barboſa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 62. num. 2. Cujus dispositioni si quis contrarietate intendit, mortifere peccabit, & vivet in statu damnationis; & sic tenet S. Bernardus Epistol. 271. ad Comitem Theobaldum: & lib. 3. de consideratione. ad Eugenium Papam cap. 6. Abbas in cit. cap. Dudum de electione. num. 36. Navarrus cap. 25. Manual. 125. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 10. q. 2. & 7. asserens pluralitatem Beneficiorum, quorum unum honestæ Clerici sustentationi sufficiat, Jure etiam naturali damnatam esse; Silvester verb. Beneficium cap. 5. quest. 1. in fin. Piaſecius in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. art. 3. n. 83. Layman, Parisius, Sanaig, alique fræ communiter cum Reiffen. lib. 3. tit. 5. de Præbend. num. 214. & Fagnan. in cap. Quia in tantum 4. de Præbend. num. 16. Unde concludendum est cum Divo Bernardo relato a Divo Thoma quodlibet. 9. art. 15. Qui non unus, sed plures est in Beneficiis, non unus sed plures erit in suppliciis. Et de facto multa habentur horribilia exempla eorum, qui propter pluralitatem Beneficiorum æternaliter damnati sunt, ut referunt Joannes Gely in navi fatuorum tur. 28. Villadiego, & alii cit. in annot. ad decis. 90. num. 29. & in annotat. ad decis. 254. num. 68. part. 9. tom. 1. Rotæ Romanæ.

10 Nec valet, quod se excusent illi, qui insatiabili siti deglutiunt plura Beneficia Ecclesiastica, sub fragili prætextu, quod illa impetraverint a Papa, ideoque a tali pluralitate a Jure, & a Tridentino prohibita, dicantur dispensati, & quæcumque in contrarium facientia sublata, maxime stante in Litteris Apostolicis clausula, non obstantibus &c. vel motu proprio. Non valet, inquam, quia ut solide cavetur in annotatione, ad decis. 90. num. 69. & sequent. part. 9. tom. 1. Rotæ Romanæ recentior. respondetur, ad prædictum effectum imaginarium tale clypeum hoc pro nihilo detervire, quia Jura, & Concilium Tridentinum nullatenus prohibent collationem, ut advertit Rota coram Cardinal. Seraphin. decis. 774. sub num. 3. vers. Non facere &c. ubi etiam testatur, id jam fuisse reſolutum per Eminentiss. DD. Cardinales Sacr. Congreg. Concil. & sit in Rota in aliis causis receptum, & deinde ita etiam fuit dictum coram Buratto decis. 248. num. 2. vers. Quo vero ad Beneficium simplex. Adde etiam decisionem in causa Assiens. Beneficiorum 9. Martii 1587. coram Orano §. 1. vers. Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 17. de reform. prohibet retentionem, non autem assentionem plurimum Beneficiorum. Quod enim Clericus dispensatus ad plura Beneficia recipienda non censetur dispensatus

ad illa retinenda, respondit Rota coram Clem. VIII. decis. 233. n. 26. vers. Dispensatus ad obtinendum, non est dispensatus ad retinendum &c. part. 2. divers. & melius fuit reſolutum coram Innocentio X. decis. 628. a num. 1. ibi: Licet illius vigore potuisset successive recipere plura Beneficia, illa tamen simul retinere non poterat. Idem quoque fuit ponderatum coram Ubaldo decis. 369. num. 2. vers. Quia erat dispensatus ad obtinendum, non autem ad retinendum &c. quas decisiones deinde Rota secuta est coram Coccino decis. 302. num. 26. part. 4. recent. tom. 2. ibi: Fuit dispensatus ut plura reciperet Beneficia, quo casu datur quidem acquisitio, sed non retentio &c. quia verè aliud est retinere, & aliud acquirere; idque fortius est dicendum in materia strictæ interpretationis, prout est derogatio, unde non descendendum a propria significatione verborum. Eo vel maxime quod ex cap. Quamvis 4. de Præbend. in 6. 13. Quamvis plenissima sit alias in Beneficiis interpretatio facienda; Litteræ tamen super obtinendis Beneficiis impetrata, debent (cum sint ambitiosa) restringi.

Nec juvat dicere, Papam super dicta retentione tacite dispensasse, dum in ultima, seu in ultimis provisionibus Apostolicis fuerint narrata omnia Beneficia prius obtenta. Nam contra hanc opinionem est textus rotundus in cap. Non potest. 21. §. final. de Præbend. in 6. ibi: Cum vero tibi (non obstante quod aliud Beneficium obtinere noscaris) a Sede prædicta de aliquo Beneficio provideri contingit, per hoc tecum, ut primum Beneficium cum secundo retinere valeat, non intelligitur dispensatum; Hoc enim solum operatur præfata expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia judicari. Per quem textum adeo clarum, & alia rationes, quas adducit, ita firmiter tenet Navarr. in suo tract. de oratione cap. 22. Miscell. 16. num. 65. & 65. ubi subdit, in hoc decipi plures credentes ex tali narrata dispensatos remanere, & quod si sua Sanctitas plura obtinenti Beneficia, alia de novo conceſsit, non ideo intentionem habet dispensandi contra dictum Decretum, sed quia credit, quod omnia Beneficia ad congruam supplicantis sustentationem necessaria sint, & quod aliter Confessarii non absolvent eos, nisi prius talia Beneficia non necessaria ad sui congruam sustentationem dimiserint, vel firmo animo dimittere proposuerint; Videatur Jacob. de Grassi. in suis avertis decisionibus cas. conf. lib. 2. decis. 67. num. 34. ibi: Non debet Confessarius absolvere habentem plura Beneficia, quorum unum sufficit &c. & insuper sequitur Navarr. in prædicto loco. Et eandem opinionem sequitur Ignat. de Sale. in addit. ad prax. Bernard. cap. 42. in Gloſſ. ibi: quamvis simplicia. Emanuel. Rodriq. in summa cap. 31. num. 2. Alphonsi. Hojed. in tract. de incompatibilit. Benef. part. 2. cap. ult. num. 72. vers. Expressio facta de Beneficio obtento, censetur facta ad evitandam subreptionem &c. ubi etiam inquit, id probare textum in cap. Gratia, de Rescriptis in 6. & alios DD. per eum allegatos; & Rebuff. in prax. tit. de dispensat. ad plura Beneficia quest. 9. num. 18. de resignat. lib. 4. quest. 9. num. 34.

Nec valet etiam pro excusatione adducere pene universalem consuetudinem, quia, ut passim fatentur Doctores, consuetudo in contrarium, etiam immemorabilis, non excusat coram Deo retinentes plura Beneficia, quorum unum ad honestam eorum sustentationem sufficit. Talis enim consuetudo est infirmitas, utpote contraria Juri nature, essetque nutritiva peccati, cum inducat vagationis, ambitionis, & avaritiæ materiam, & nimis diminuat divinum cultum per exclusionem plurimum personarum, quæ pluries legerent Missas, pluries horas Canonicas recitarent, & pluries Choro, seu Ecclesiæ assisterent, ubi unus solus pluribus cumulatis Beneficiis non nisi semel in die horas Canonicas recitat, Missam legit &c. Insuper esset talis consuetudo everſiva intentionis Fundatorum, qui quia voluerunt esse plures in Ecclesia Ministros, plura fundarunt Beneficia, & plurima alia absurda, & inconvenientia induceret una cum tantis incommodis, & damnis Ecclesiarum ad longum enumeratis in Extravaganti Joann. XXII. incip. Execrabilis, de Præbend. relat. etiam inter communes eodem tit. Unde de simili consuetudine sic merito statuitur in cap. Consuetudinem 1. de consuetudine in 6. Consuetudinem, quam in vestra Ecclesia servatam asseritis tanto tempore, quod in contrarium memoria non existit. . . corruptelam (cum sacris sit inimica Canonibus, & de ambitionis radice processerit) merito reputantes, eam Auctoritate Apostolica reprobamus; & sic cum potius sit corruptela; & sit causa tantorum malorum, nullo unquam tempore induci poterit; cap. Cum venerabilis 7. cap. Cum ex parte 10. & cap. Cum tanto 11. de consuetudine. Ita expressè tenet Abbas in cap. Quia in tantum 5. de Præbend. num. 2. & fufius

fufius in cap. Extirpanda consuetudinis 30. §. Qui vero de Præbend. num. 36. Ubi optimis rationibus concludit, consuetudinem obtinendi plura Beneficia simplicia, etiam personalem residentiam non requirere, si unum sit sufficiens ad honestam, Beneficiati sustentationem, esse corruptelam irrationabilem, & ideo imperſcriptibilem. Et videtur ex mente S. Thomæ quodlibet. 9. artic. 15. dum dicit, Jura antiqua prohibentia pluralitatem Præbendarum continere Jus naturale, & ideo non posse per contrariam consuetudinem abrogari. Idemque tenet Fagnan. in cap. Quia in tantum 5. de Præbend. num. 17. & 18. Alphonsi. Hojed. Tractatum tom. 15. part. 1. tract. de incompatibilit. Benefic. cap. 19. num. 9. Parisius lib. 5. de resignat. Benefic. q. 6. num. 215. & seq. Piaſecius in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. art. 3. num. 83. Barboſa part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 62. num. 9. asserens cum multis, quod opposita consuetudo sit contraria Juri naturali, neque excuset a peccato mortali, poenitque æternis, licet excusare possit a poenis temporalibus; Divus Antoninus 2. part. tit. 3. cap. 1. Tiraquel. de poenis temp. cap. 42. num. 4. & sequent. Pirhing. lib. 3. tit. 5. de Præbend. num. 127. Reiffen. eodem lib. & tit. num. 216. Sannig. eodem lib. & tit. cap. 2. num. 1. Garcias de beneficiis part. 11. cap. 5. num. 270. Bertach. verb. Beneficiorum sufficiencia, Bossius in suis moralibus tom. 1. de Beneficiis tit. 7. §. 1. num. 31. ubi dicit, quod retinere plura Beneficia, cum unum est sufficiens ad commodam sustentationem, repugnat rationi naturali, & rationi naturali simpliciter non potest derogari per consuetudinem. Et sic plurimi alii cum annotat. ad decis. 254. num. 420. & sequent. part. 9. tom. 1. Rotæ Romanæ.

21 Quodnam autem Beneficium in specie debeat censeri sufficiens pro honesta Beneficiati sustentatione, nullibi in Jure reperitur definitum. Unde cum ob diversitatem casuum una certa regula statui non possit, illud relinquitur prudenti Judicis arbitrio paulo plus, vel minus æstimandum, considerata qualitate Personarum, conditione locorum, temporumque diversitate, aliisque similibus circumstantiis, ex allegatis a Rota coram Buratto decis. 248. num. 4. arg. cap. Sciendum 1. cap. Regule 2. & cap. Necessè 3. dist. 29. Et in effectu hanc tradit normam Navarr. in Miscellan. orat. cap. 62. num. 146. & asseritur in annotat. ad decis. 254. num. 357. & seq. part. 9. tom. 1. Rotæ Romanæ. Primo, Beneficium dicitur sufficiens simplici Clerico, & sano, si ad minus sufficiant redditus ad alendum medicrter se, & unum ministrum, & unum coquum focarium, & ad conducendam habitationem sibi necessariam. Secundo, Beneficium dicitur sufficiens Nobili etiam inferioris gradus, & Magistro Theologiæ, seu Doctori Legum mediocris literaturæ, si sufficiant redditus ad alendum se, & duos ministros, & unam equitaturam, & unum coquum focarium, & ad conducendam habitationem digniorem ea, qua eget Clericus. Tertio, Beneficium dicitur sufficiens Nobili mediocris ordinis, puta Filio, vel Fratri Baronum, vel Vicecomitum &c. vel Magistro, & Doctori excellenti, ut sufficiant redditus ad alendum se, quatuor ministros, unum coquum, & unam equitaturam, & ad conducendam habitationem digniorem, qua egent supradicti (1). Quarto, dicitur Beneficium sufficiens Nobili, puta Filio, vel Fratri Ducis, Marchionis, vel Comiti &c. ut fructus sufficiant ad alendum se, octo ministros, duas equitaturas, & unum coquum, & habitationem splendidiorem prædictorum. Cæteris autem paribus, plus pro congrua & honesta sustentatione competit Episcopo, quam Archidiacono, Archipresbytero, Decano, vel Preposito; plus illis, quam Canonico simplici; plus Canonico Cathedralis, quam Ecclesiæ Collegiæ; plus Parocho, quam simplici Beneficiato non Canonico, prout recte advertunt Doctores communiter; arg. cap. Clerici omnes 10. caus. 1. quest. 2. cap. Vulterrana 25. caus. 12. q. 2. cap. De multa 28. de Præbend. & cap. Consuluit 9. dist. 74. in quorum ultimo specialiter plus assignatur Presbytero, quam Diacono Beneficiato; quod idem docet Gloſſa in cit. cap. Clerici omnes 10. caus. 1. quest. 2. vers. Meritum.

28 In defectum autem Judicis prudentis arbitrantis pro sufficiencia ad congruam Beneficiati sustentationem, relinquitur ipsius Beneficiati conscientie, ut Deum præ oculis habendo, judicet, an ipsi unum Beneficium sufficiat, recto corde adver-

tens, quod Deum omnia inspicientem fallere non possit; Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 15. num. 39. Rota part. 19. num. 2. decis. 532. num. 2. & 27. In ipsa tamen judicanda Beneficii sufficiencia, non debet haberi ratio bonorum Patrimonialium Clerici Beneficiati; quia potest Clericus habens Beneficium, & Patrimonium vivere de redditibus Beneficii, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. c. 9. Nescitis, quoniam qui in Sacrario operantur, que de Sacrario sunt, edunt, & qui Altari deserviunt, cum Altari participant, & juxta illud Matthæi cap. 10. num. 10. Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere: hoc est, ut Ecclesiæ Ministri victum, & vestitum suum ab Ecclesia recipient, temporalem laborum suorum mercedem accipiendi, non ut actum misericordiæ ab ea factum, sed ut Jus eis a natura, Deoque ipso concessum, sive divitiis affluant, sive non, de iis indiscriminatum, ut patet, loquentibus Christo, & ejus Apostolo; & etiam Canone cum secundum 16. de Præbend. his verbis: cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debeat de Altari, & qui ad onus eligitur, non debet repelli a mercede: patet a simili, ut Clerici vivere debeant de Patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur. Unde potest Beneficiatus vivere de Beneficio, & Patrimonium suum, fructusque ejus sibi reservare, nam, ut inquit Apostolus cit. 1. ad Corinth. cap. 9. Quis militat stipendiis suis unquam? Et sic tenent Doctores passim cum Barboſa de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 62. num. 11. Covarr. cap. 1. testamentis n. 2. & sequent. & Piaſec. part. 2. praxis Episcop. palis c. 5. a. 3. n. 86. ubi dicit hanc communem sententiam (2).

Cum iusta, rationabili, & legitima Papæ dispensatione possunt licite retineri simul plura beneficia etiam sub eodem tecto, & de se incompatibilia; c. De multa 28. §. final. de Præbend. ibi: Circa sublimis tamen, & litteratas Personas, quæ majoribus sunt beneficiis honoranda, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari Papa enim in quibuscumque Beneficiis plenissimam habet potestatem, plenariamque dispositionem; cap. Licet 2. de Præbend. ibi: Licet Ecclesiasticarum, Personarum, dignitatum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere &c. Et Clementin. unic. ut licet pendente cap. 1. final. ibi: Salva tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiasticarum, Personarum, dignitatum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum plena, & libera dispositio ex sue potestatis plenitudine noscitur pertinere. Et hoc quia Beneficia de Jure positivo Ecclesiastico sunt introducta, & singularæ Ecclesiæ singulis Presbyteris divisa; cap. Ecclesiæ unic. quest. 1. caus. 13. ibi: Ecclesiæ singulas singulis Presbyteris dedimus &c. Unde cum Papa secundum plenitudinem potestatis de Jure possit supra Jus dispensare; cap. Proposuit 4. de concession. Præbend. ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possumus supra Jus dispensare; stat clarum quod Papa ex rationabili, & iusta causa possit super pluralitate quorumcumque Beneficiorum dispensare. Rota part. 4. tom. 1. decis. 337. tom. 1. & p. 14. decis. 298. num. 5. Ipsa enim Pontificia dispensatione attenda, Beneficia inter se incompatibilia censentur compatibilia, & eorum incompatibilitati derogatum. Rota part. 5. tom. 1. decis. 56. n. 1.

Dicitur notanter, cum iusta, rationabili, & legitima Papæ dispensatione, quia licet Papa in iis, quæ sunt Juris positivi humani, possit valide dispensare, etiam sine causa, cum, ipse sit supra tale Jus ex cap. Proposuit 4. de concession. Præbend. ac proinde sola ejus voluntas stet pro ratione, cum de factis ejus judicare non liceat; cap. Nemini 30. caus. 17. q. 1. quest. 4. Quia tamen dispensatio facta sine causa non meretur dici dispensatio, sed potius dissipatio, ut inquit S. Bernard. lib. 3. de Consider. ad Eugenium Papam præcisus his verbis, Non prohibeo dispensare, sed dissipare, & non sum tam rudis, ut ignorem vos positos dispensatores, sed in edificationem, non in destructionem, ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio, utilitas dico communis, non propria, nam cum nihil horum est, non fidelis dissipatio, sed crudelis dissipatio est.

Hinc non possunt licite retineri plura Beneficia simul incompatibilia cum dispensatione Papæ sine rationabili causa concessa præsertim ad instantiam partis, ut colligitur ex cap. De multa 28. de Præbend. ubi dicitur posse Pontificem dispensare super pluralitate Beneficiorum incompatibilium, non sine iusta, ratione, sed cum rationabili causa, ibi; Cum ratio postulaverit per

(1) Quæ hic de congrua beneficiarii sustentatione ex familiaritate nobilitate deſumpta auctor interierit, haud optime congruunt iis, quæ sæpe a Sacris Canonibus hac de re sancita sunt. Consul. G. ac. I. Mediolanen. sub S. Carolo.

(2) Tutam hanc sententiam esse nemo inficiabitur, communem autem, dixerit nemo. Confer Clar. Thomassin. Ver. & nov. Eccl. P. III. L. III. C. 3. & seq.

quia cum dubitatum fuisset, an habens duo Beneficia simplicia, tertium de Jurepatronatus ad praerentationem Patronorum auctoritate ordinaria assequi, & retinere possit absque dispensatione Apostolica? „ Sacr. Congregationis censuit, tertium Beneficium simplex etiam si de Jurepatronatus, non posse retineri cum duobus aliis absque Sedis Apostolicae dispensatione „ & sic etiam censuit in Bithen. 6. Decemb. 1721.

72 * Traditis in hoc art. omnino consonant, quae habet Cardin. Lambert. Benedictus XIV. in Epistola ad Canon. Johan. Bapt. Scarielli, quae est Instit. Eccles. 91. edit. lat. merito consulenda & observanda.

Novae additiones ex aliena manu.

1 Incompatibilitas in Beneficiis triplici ex capite oriri potest. 2 Primo ex cura & residentia uniuscujusque Beneficii. Secundo ex pluralitate Beneficiorum, quorum unumquodque sufficiat ad congruam sustentationem Beneficarii, & quidem 3 seculi cura & residentia. Tertio demum ab existentia Beneficiorum sub eodem recto. Longum autem esset de singulis haece incompatibilitatis speciebus agere, & ea supplere, quae ab Auctore sunt omittita; Consule ubi res postulat, qui materiam hanc egregie pro more tractavit, Rigant. in commentar. ad Regul. 1. Cancellariae §. 8. per tot. ubi & de dispensatione super retentione incompatibilium beneficiorum cujusvis generis late differt. Aliqua vero de praesumpta dispensatione super retentione plurium Beneficiorum incompatibilium ratione curae, & residentiae non incongrue hic adduntur; eo vel maxime, quod Auctor ne verbum quidem de ea facit.

5 Triennalis possessio minime sufficit ad hanc dispensationem praesumendam. Sufficit vero possessio decennalis; Rigant. in Comment. ad Regul. 36. Cancellariae num. 156. Piron. discept. Eccles. 120. num. 11. & sequent. Rot. cor. Falcover. decis. 9. numer. 14. in Hipporegion. Beneficii 11. Febr. 1704. §. Concilio cor. bon. mem. Mur. in Aurien. Provincialis 21. Junii 1751. §. 12. & in Confirmatoria 24. Januarii 1752. §. 11. coram illustrissimo Figueroa.

7 Quae sitis vero est, an haec, quae ex decenniali possessione praesumitur dispensatio, suffragetur, si Officiales Datariae testimonium dicant, eam non reperiri in Regeis ipsius Datariae.

8 Negativam sententiam videtur tenuisse Rota in Cracovien. Canonicae 11. Maji 1705. §. Quod avtem, cor. bon. mem. Oman. in Leodien. Canonicae 10. Maji 1743. §. 10. cor. bon. mem. Lan. & 6. Martii 1744. §. 10. cor. bon. mem. Peralt. & in Gnesnen. Canonicae 26. Junii ejusdem anni 1744. §. 6. cor. bon. mem. Nunez. Affirmativae autem sententiae recentius idem sacrum Tribunal adhaesit in d. Aurien. Parochialis 24. Januarii 1752. §. 11. cor. Illustriss. Figueroa, & in Vladislavien. Archidiaconatus super Coadjutoria 14. Januarii 1757. cor. R. P. D. Parraciano. Hic tamen non omittendum, quod in Decisionibus, in quibus negativa sententia a Rota fuit amplexa, articulus ille praeter causam necessitatem fuit examinatus, cum in eorum casibus non decennialis, sed triennalis possessio concurreret.

ARTICULUS VII.

Beneficia quoad eorum vacationem ipso Jure.

1 Beneficia Ecclesiastica pluribus modis vacare possunt, quorum quibuslibet vacatione secuta, ea alteri conferri libere possunt. Primo igitur vacat de jure, & de facto Beneficium per mortem naturalem Beneficiarii: cap. Susceptum 6. de Rescriptis in 6. Rota par. 4. tom. 1. decis. 482. n. 14.

3 Secundo, vacat ipso Jure per mortem civilem, veluti per ingressum Religionis, professione secuta; cap. Beneficium 4. de Regularibus in 6. Rota par. 2. dec. 543. n. 4. & par. 4. tom. 1. dec. 246. sub num. 2. Beneficia enim Religiosi professi vacant prout illa naturaliter mortui, cum in hoc mors civilis acquiparetur naturali; Rota par. 2. dec. 531. sub num. 1. Secus autem Beneficium intra annum probationis Beneficiarii Religionem ingressi, quia illud interim non vacat, ne egrediens de Religione illo privetur; cit. cap. Beneficium 3. de Regularibus in 6. ibi: „ Beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non est infra probationis annum alicui conferendum.

5 Tertio, vacat per renunciationem; cap. Susceptum 6. de Rescriptis in 6. ubi quod per renunciationem inducitur vacatio Beneficii non minus, ac per mortem, saepius reperitur, ut ibi: „ Cum non per renunciationem, sed per mortem vacaverit,

„ Et infra: Cum Beneficium cessione, non morte vacaverit; & patet ex cap. Extrascripta 3. & cap. Quidam 12. cum aliis de Renunciatione; Rota par. 5. tom. 1. dec. 190. num. 3.

Quarto, vacat per alienationem pacificam alterius Beneficii incompatibilis; cap. De multa 28. de Praebend. cap. Quia nonnulli 3. de Clericis non resident. Extravagant. Execrabilis, §. Qui vero, de Praebend. Concil. Trident. sess. 7. cap. 4. de reformat. Rota par. 18. tom. 2. decis. 643. num. 1.

Quinto, vacat per contractum Matrimonii per verba de praesenti, etiam non secuta copula, non vero per sponsalia; cap. Si quis Clericorum 1. cap. Quod a te 3. de Clericis conjugatis; Rota par. 5. tom. 1. dec. 15. num. 3. & dec. 201. num. 27. Et quidem Beneficium hoc casu vacat ipso Jure a die contracti ipsius Matrimonii; Rota par. 19. tom. 2. dec. 522. num. 1. Etiam si Matrimonium sit nullum; Rota par. 7. de 250. num. 21. Ad effectum enim vacationis propter Matrimonium attenditur solum factum, non autem facti validitas, ideoque probato Matrimonio, etiam invalido, vacat Beneficium ipso Jure; Rota par. 19. tom. 2. dec. 468. num. 5. & 6.

Sexto, vacat ipso Jure beneficium per militiam secularem a Clerico Minorita assumptam; Clericus enim eo ipso quod secularem militiam assumat, videtur Clericali militia renuncians; quia non potest simul Deo, & saeculo servire; cap. Quicumque ex Clero 6. caus. 23. quae est. & cap. Ex multa 9. §. final. de voto. Atque ideo extinguitur pensio Ecclesiastica ad assumptionem militiae secularis, utpote incompatibilis cum Clericatu; Cardin. de Luca de Pension. disc. 47. num. 3. Simulque Clericus, qui effectus est miles saecularis, tacite, seu ipso facto renunciare videtur Beneficio Ecclesiastico, quod obtinet; Glo. in cap. Clericos 17. de Clericis non residentibus. verb. Redierint, Parisius de resignat. Beneficior. lib. 1. g. 1. n. 22. Farinacius pag. 1. Fragment. Crim. litt. C. num. 184. Gonzalez ad regul. 8. Cancellariae, glo. 14. num. 63. Adeo ipso Jure vacat Beneficium per militiam secularem; nam eo ipso quod Beneficiarius fit miles, habetur Ecclesia pro derelicta, itaut Ordinarius Jure possit illam alteri concedere; Glo. in cit. cap. Clericos verb. Redierint, ibi: „ Si habet eam pro derelicta, puta quia contraxit Matrimonium, vel factus est miles, cum de hoc constitit, Episcopus statim potest Ecclesiam illius alii conferre. „ Barbosa par. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 57. num. 216. Reiffersuel lib. 3. tit. 5. de Praebend. numer. 343. Azorius Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 15. & alii passim.

Septimo, per promotionem ad Episcopatum post obtentam possessionem ipsius, & secutam consecrationem, vel saltem possessionem ipsius, & secutam consecrationem, vel saltem post lapsum temporis ad petendam confirmationem praesixi vacant ipso Jure praehabita Beneficia; c. Cum in cunctis 7. de electione. §. Cum vero. Rota par. 13. dec. 246. num. 2. Nisi praeventiva concessa fuerit a Papa facultas ea retinendi. Rota dist. par. 14. dec. 246. num. 3. & par. 18. tom. 3. decis. 590. num. 10. & 12.

Octavo, per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam illico vacat prior Episcopatus a die, qua ipse in Curia, seu in Consistorio Papae absolvitur a vinculo prioris Ecclesiae, atque auctoritate Pontificia transfertur ad aliam, etiam ante expeditionem Litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundae Ecclesiae, & posteaquam hujus abolitionis notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Sacri Collegii, tenetur statim abstinere ab exercitio ordinariae Jurisdictionis. Sic expressè decrevit Sac. Congr. Episcop. ut refert Barbosa lib. 3. juris Ecclesiast. univers. cap. 14. n. 25. & in Collectaneis ad cap. 1. n. 5. de translat. Episcop. ubi decretum adducit conceptum praecisus his verbis: „ Die 14. Decembris 1624. Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium negotiis Episcoporum praeposita S. D. N. approbante, censuit Ecclesiam, a qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in Consistorio Sanctitatis suae, etiam ante expeditionem Litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundae Ecclesiae. Et postquam hujusmodi abolitionis notitiam habuerit Episcopus etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Collegii, illico teneri eum abstinere ab exercitio ordinariae Jurisdictionis, eamque transire in Capitulum tamquam Sede vacante; & ita posse, & debere Capitulum statim ea Jurisdictione uti, ac Vicarium juxta Tridentini Concilii praescriptum eligere, sedemque vacantem publicare. „ Et sic colligitur ex cap. in apibus 41. §. Ecce in quibus casibus, caus. 7. qu. 1. cap. Si quis jam

„ tam translati 3. caus. 21. quae est. 2. & Rota p. 1. dec. 475. n. 6. & sequent. ubi sub num. 16. ostendit opinionem illorum, qui dixerunt non induci vacationem Episcopatus, nisi post adeptam possessionem secunda, esse erroneam, veluti innixam auctoritati Gloss. in cap. Si quis translatus; quae loquitur de translatione abusiva.

14 Nono, vacat Beneficium ob invaliditatem electionis, vel collationis factae; cap. Cumana 50. cap. in Genesi 55. cap. Ecclesia vestra 57. de electione. Rota par. 12. dec. 292. numer. 6. & decis. 304. num. 2.

15 Decimo, vacat Beneficium per electionis cessationem; cap. Consideravimus 10. cap. Super eo 12. de electione.

16 Undecimo, vacat per postulationis repulsionem; c. Gratiam 2. c. Bona memoriae 3. de postulatione. Praebitor. Extravagant. Ex debito, §. hujusmodi de electione.

17 Duodecimo, si electus intra mensem a tempore electionis ei praesentata, vel a tempore sibi praestituto, non consenserit electioni, nam tunc vacat Praelatura; cap. Quam sit, §. electus vero 6. de elect. in 6. Extrav. Si Religiosus eod. inter communes.

18 Tertiodecimo, si electus intra tres menses post consensum electionis praestitum, non petierit confirmationem, nam ipso facto privatnr Jure sibi per electionem quaesito; cit. cap. Quam sit, §. Ceterum 6. de electione in 6.

19 Quartodecimo, quando electus, vel praesentatus ante confirmationem vel institutionem per se vel per alium in ipsum se ingererit, vel administraverit, nam eo ipso privatnr Jure sibi quaesito, & Beneficium vacat ut prius; cap. Avaritia cecitas 5. de electione in 6.

20 Quintodecimo, per violentam ingressione in possessionem beneficii perdit quis eo ipso Jus, quod ad illud habet, & vacat ipso Jure cap. Eum qui 18. de praebend. in 6.

21 Sextodecimo, per violationem sequestri impositi vigore sententiae definitivae in Romana Curia prolatae in causa beneficiarii; Clement. unic. de sequestratione possessionis, & proprietatis.

22 Decimoseptimo, vacat ipso Jure beneficium per alienationem rerum immobilium, aut pretiosarum Ecclesiae, seu ipsius Beneficii factam sine debitis solemnitatibus Juris; Extravag. Ambitiosa §. Inferiores vero, de rebus Ecclesiastic. non alienand. inter communes.

23 Decimo octavo, vacat beneficium si habetur pro derelicto per decem annos; c. Ex part. 8. de Clericis non resident. & Glossa ibi; Per decem annorum spatium.

24 Decimonono, vacat ipso Jure Beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam Beneficiarius fuerit monitus; cap. Ordinarii 3. de Officio Ordinar. §. Quod si forte in 6. & ibi Gloss. verb. eo ipso, & Concil. Trid. sess. 7. cap. 5.

25 Vigesimo, vacat ipso Jure Beneficium per depositionem, & privationem; cap. Ex litteris 10. & cap. Grave 25. de excessibus Praebitor.

26 Vigesimo primo, vacat ipso Jure beneficium, immo & Pensio Clerici Tonfuram, & habitum Clericalem non deferentis. Sixtus V. in Constitut. incip. Cum Sacrosanctum.

27 Vigesimo secundo, vacat ipso Jure Beneficium per apprehensionem possessionis de Beneficio collato a Papa ante Litterarum expeditionem. Julius III. in Constit. incip. Sanctissimus.

28 Vigesimo tertio, vacat beneficium Ecclesiasticum ipso Jure, si per obitum, quando illud resignans non supervixit per viginti dies, juxta regulam 19. Cancellariae, quae inscribitur, Regula de viginti, nisi fuerit dictae regulae derogatum. Flamin. lib. 12. qu. 14. n. 2.

29 Vigesimo quarto, vacat ipso Jure Beneficium ob non publicationem resignationis juxta formam Constitutionis Gregorii XIII. de publicandis resignationibus, incip. Humano vix judicio.

30 Vigesimo quinto, vacat ipso Jure Beneficium Curatum per concursum conferendum juxta Trident. sess. 24. cap. 18. de reformat. quando in ejus collatione non fuit servata forma praescripta in Constitut. S. Pii V. incip. In conferendis.

31 Vigesimo sexto, vacant ipso Jure omnia Beneficia illorum, qui pro obtinendis aliis beneficiis, se ipsos fraudulenter pro illis examini supponunt, aut Beneficia impetrant pro aliis, ut ab iis aliquod consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant Beneficia cum intentione illa resignandi, reservata sibi pensione, vel ad favorem aliorum. Paul. IV. in Constit. incipien. Inter ceteras.

32 Vigesimo septimo, vacant ipso Jure Beneficia per confidentiam, seu simoniam confidentialem, qua quis verb. grat. alicui Beneficium Ecclesiasticum procurat, eligendo, praesentan-

do, resignando, confirmando, aut alia ratione, sub certa confidentia, seu pacto expresso, aut tacito, ut is qui beneficium accepturus est, illud ipsum sibi procuranti, aut alteri sibi benefico. verb. grat. Fratri, Nepoti, Amico, cum fructibus, sive aliquam ipsorum portionem suo tempore cedat; Omnia enim Beneficia per hujusmodi simoniam confidentialem quocumque modo recepta, aut imposterum recipienda ipso Jure a die receptionis vacare decrevit Pius IV. in Constitut. incip. Romanum Pontificem, & S. Pius V. in Constitut. incip. Intolerabilis.

Vigesimo octavo, vacant ipso Jure Beneficia retinentium indebite scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, illaque non resistentium; necnon scientium, & non revelantium; Sixtus V. in Constitut. incipien. Non sine maxima.

Vigesimo nono, vacat ipso Jure Beneficium propter crimen Haereticum; cap. 1. Ad abolendam 9. de Haereticis, ibi: „ Totius Ecclesiastici Ordinis praerogativa nudetur, & sic omni Officio, & Beneficio spoliatus. & c. cap. Ut commissi 12. de Haereticis in 6. §. Privandi, ibi: „ Privandi praeterea, vel privatos nunciandi dignitatibus, ac aliis Beneficiis Ecclesiasticis, & S. Pius V. in Constitut. incipien. Cum ex Apostolatus.

Trigesimo, vacant ipso Jure Beneficia, quae fuerunt ob tenta per preces Haereticorum; cap. Quicumque 2. de Haereticis in 6. §. Ad haec.

Trigesimo primo, vacant ipso Jure Beneficia falsariorum, falsificantium Litteras Apostolicas; cap. Ad falsariorum 6. de Crimine falsi.

Trigesimo secundo, vacat ipso Jure Beneficium ob crimen simoniae realis in ejusdem consecutione commissum; Extravagant. Cum detestabile, de Simonia inter communes, & S. Pius V. in Constitut. incip. Cum primum, ibi: „ Qui Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum Simoniacae adeptus fuerit, illo similiter sit ipse Jure privatus. „

Trigesimo tertio, vacant ipso Jure Beneficia committentium nefandum crimen Sodomitae; S. Pius V. in Constitut. incipien. Horrendum illud.

Trigesimo quarto, vacant ipso Jure Beneficia Clerici ob crimen Assassini per ipsum procurati, vel mandati; cap. Pro humani redemptione 1. de homicid. in 6.

Trigesimo quinto, vacant ipso Jure Beneficia percutientis capientis & c. Cardinalem S. R. E. cap. Felicitas 5. de panis §. Si quis vero in 6.

Trigesimo sexto, vacant ipso Jure Beneficia occidentis, vel percutientis Episcopum, intellige tamen de Beneficiis obtentis in Ecclesia, cui talis Episcopus praestit; citat. cap. Felicitas, & Clement. 1. de panis.

Trigesimo septimo, vacant ipso Jure Beneficia, occidentis, Rectorem, aut alium Clericum suae Ecclesiae: intellige tamen de Beneficiis obtentis in Ecclesia, ubi deliquit; cap. In quibusdam 12. de panis §. Sacri, ibi: „ Sacri, nihilominus Concilii approbatione statuimus, quatenus si Beneficiati alicujus Ecclesiae per se, vel per alios occidere, vel mutilare aut nefando praesumpserint. . . Beneficium, prolius amittant.

Trigesimo octavo, vacant ipso Jure Beneficia Clericorum inferiorum, qui carcerant, captumque tenent Clericum, donec resignaverit suum Beneficium; Clement. Multorum §. Quod inferiores, de panis.

Trigesimo nono, vacant ipso Jure Beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, Notarios, Testes, & alios; Alexander VII. in Constitut. incipien. In Eminentis.

Quadragesimo, vacant ipso Jure Beneficia per collationem factam consanguineis, aut affinis, vel familiaribus collatoris, vel resignantis, de Beneficiis resignatis in manibus Ordinarii; Gregor. XIII. in Constitut. incipien. Humano vix judicio.

Beneficia, quoad Renunciationem, vel Resignationem. Vide verb. RESIGNATIO.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Beneficiorum vacatio inducitur per solemnem Professionis emissionem. Bened. XIV. tom. 2. Bull. Constit. 25. incip. Ex quo. Vide supra num. 3.

Beneficiorum resignationes cum reservatione pensionis, & pacto eam cassandi, prohibentur & annullantur; adjecta pena privationis Beneficii, inhabilitationis ad alia assequenda, restitutionis pecuniae & c. & irritantur cassationes, & extinctioniones pensionum intra sex menses a capta possessione Beneficii obtent-

obtentæ . Idem Tom. 1. Conit. 30. incip. in sublimi .

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 **V**acationes Beneficiorum ipso jure , de quibus unice agit Auctor , ad quinque genera referri possunt : ad deteriorationem status Clericalis , ad neglectam susceptionem Ordinum annexorum , ad incompatibilitatem , ad impetrationem defectivam , seu irritam , & demum ad excepta quadam crimina .
- 2 Desertione status Clericalis multipliciter vacare possunt ipso jure Beneficia - I. Matrimonio , licet nullo , præterquam tamen ex defectu consensu , Rot. in Leodien. Matrimonii 25. Febr. 1733. §. Ita quidem , cor. clar. mem. Corio .
- 3 II. Militia ; Vide Card. de Luc. in adnot. ad Concil. Trident. discurs. 12. num. 8. , ubi limitat , si militia esset pro servitio Papæ , Sedisque Apostolicæ , vel pro defendenda Patria obseffa , & Rot. in Tarracoen. Beneficii 3. Julii 1724. cor. clar. mem. Calcagnin. quæ materiam plenius discutit .
- 4 III. Dimissione habitus & tonsuræ Clericalis , si standum sit Constitutioni : Cum Sacrosanctam : Sixti V. de qua post alios agit Leuren. For. Benefic. part. 3. sect. 1. cap. 3. §. 2. q. 187. per tot. Sunt tamen qui tenent , mox dictam Constitutionem Sixti V. revocant fuisse a Clemente VIII. Vide De Cunt. diverfor. Jur. Feudal. part. 2. cap. 2. num. 91. De Marin. resolut. Jur. lib. 1. cap. 56. per tot. Auctor. Notar. in Concord. inter S. Sedem & Serenissimum utriusque Sicilia Regem cap. 3. artic. 1. num. 6. & sequent. Ceterum quidquid hujus sit , Beneficium XIII. in Bulla Catholica : justit : ,, quod Ordinarii locorum , ubi sita sunt beneficia ejulmodi , Clericorum vestes laicales , deferentium impudentiam Canonicis remediis omnino coerceant , & hunc in finem non modo possunt , sed etiam debent contra ipsos procedere per citationes , dimissa domi copia , quatenus domicilium habeant in eorum respective Diocæsis , sin minus per citationes ad valvas ; jurisque ordine cateroquin servato , sententiam declaratoriam privationis obtentorem Beneficiorum in ipsos ferre & pronuciare , ita tamen ut eadem beneficia juxta Constitutionem , felic. record. Sixti V. Prædecessoris nostri incipientem : Cum Sacrosanctam : nostræ , ac Romani Pontificis pro tempore existentis provisioni , ac omnimodæ provisioni referrentur , & reservata censeantur . ,, Addidit etiam , quod hi Clerici Beneficiati habitum , & tonsuram Clericalem dimittentem , fructus ante sententiam declaratoriam , imo ante quamlibet monitionem , vel citationem amittant . Hinc autem periculum est , quod vacent etiamnum ipso jure Beneficia dimissionis habitus & tonsuræ Clericalis , nam alias non sententia declaratoria , sed privatoria locum haberet , nec locus esse possit amissioni fructuum ante sententiam declaratoriam , tum ante quamlibet monitionem , vel citationem .
- 10 Difficultas tamen adhuc superest circa probationem dimissionis habitus , & tonsuræ Clericalis , tum tempus ejuldem dimissionis ; Consule pro re nata Rot. in S. Severini Canonicatus 3. Martii 1746. cor. clar. mem. Millini .
- 11 Mutatione status Clericalis vacant ipso jure Beneficia , si Clericus Beneficia obtinens solemnem professionem emittat in aliquo Ordine approbato Regularium ; cap. Beneficium de Regul. in 6. Illustrat hoc argumentum Rigant. in comment. ad Regul. 46. Cancellar. per tot. Tenet Gagliard. de Benefic. cap. ultim. num. 8. Jesuitas per sola vota simplicia emissâ completo biennio probationis , non amittere Beneficia , quæ antea obtinuerant ; At Rigant. loc. cit. u. num. 32. hæc habet : ,, Verum tamen est , quod ex præscripto Societatis in Congregatione generali 5. cap. 59. completo probationis biennio prorsusquam vota simplicia præfata emittant , tenentur illius Alumni Beneficia , quæ prius habebant , resignare . Unde vacant ex vi supradictæ resignationis , & non aliunde .
- 14 Ex neglecta susceptione Ordinum annexorum quando vacent Beneficia ipso jure , tradit Leuren. For. Benefic. part. 3. sect. 1. cap. 2. quest. 185. per tot. Vide quoque Rot. in Monasterien. Decanatus 23. Jan. 1739. cor. b. m. Vicecom .
- 15 Vacationem ipso jure producit etiam , ut dictum est , incompatibilitas . De vacatione vero ipso jure Beneficiorum promoti ad Episcopatum adi Leuren. For. Benefic. part. 3. sect. 1. cap. 2. §. 4. per tot. ubi & de vacatione prioris Ecclesiæ per translationem Episcopi ad alteram Ecclesiam .
- 16 Quod vero ad Beneficia inferiora incompatibilia spectat , per affectationem secundi Beneficii vacat primum . Ceterum ambo , vacant si ambo retineantur . Per affectationem vero se-

cundi incompatibilis non inducitur vacatio primi nisi subseqnente possessione ; Simplex enim collatio , ut tribuat acceptanti jus irrevocabile quoad collatorem , non tamen producit jus in re ita validum , ut operetur vacationem primi ; Vide Rot. in Burgen. Canonicius 10. Maji 1745. coram clar. mem. Millini . & 6. Decemb. ejuldem anni 1746. cor. R. P. D. Elephant. & 27. Junii 1747. cor. b. m. Vais .

Quinimo requiritur pacifica possessio secundi Beneficii incompatibilis per duos Menses , tam de facto , quam de jure , ita ut sola molestiæ judiciales , vel extrajudiciales .sufficiant ad impediendam hanc vacationem ; Rot. in Asten. Canonicatus 4. Junii 1745. coram bon. mem. Vicecomite , ubi quod saltem per Beneficiatum non steterit , quominus apprehenderit possessionem beneficii .

Et , quod summopere notandum est , requirit insuper Rot. in Compostellana Parochialium 26. Junii 1748. coram R. P. D. Canillac , & 23. Fabr. 1750. coram Illustrissimo Migazzi ultra pacificam possessionem per duos menses secundi beneficii incompatibilis , perceptionem emolumentorum tum primi , tum secundi beneficii .

Gravis quæstio est , an ad vacationem primi beneficii sufficiat simplex collatio sine possessione , ubi non agitur de , præjudicio ejus , cui fuit collatum secundum beneficium incompatibile , sed res est de duobus imperatoribus ejuldem primi beneficii , se invicem excludere satagentibus . Negativam sententiam tenuit Rota , & quidem ex professo in Monasterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. cor. clar. mem. Aldrovand. 9. Junii 1713. cor. clar. mem. Scott. & 12. Januarii 1714. coram bo. me. Cerr .

At affirmativam sententiam sequutum est idem sacrum Tribunal in Colonien. Parochialis 27. Junii 1731. §. 11. & sequent. cor. clar. mem. Cuccio , & recentius in Vladislavien. Canonicatus 21. Junii 1748. §. 22. & duob. sequent. coram Illustris. Cortad. Hic vero non est omittendum , quod hæc ultima decisio fuit revocata die 24. Martii 1749. coram eodem aliis tamen ex motivis . Quoad vero præsentem quæstionem hæc habentur §. finali dictæ decisionis : ,, Inutile hinc vitium fuit disquirere , an dici possit sequuta Canonicatus vacatio in mente Martio reservato per simplicem tunc factam collationem alterius incompatibilis , licet Provisus eo mente possessionem non apprehenderit , veluti sentit mea decisio §. 22. cum duob. sequent. firmando induci ex ipso provisionis actu vacationem , quatenus agatur non cum Provisio secundo , sed inter alios ; quæ ceteroquin sic admitta conclusio impugnabatur proponendo Monasterien. Canonicatus &c .

Nota demum , quod per affectationem secundi Beneficii incompatibilis vacat etiam Coadjutoria ; Rota in d. Asten. Canonicatus 4. Junii 1745. coram bon. mem. Vicecom .

De vacatione Beneficiorum ipso jure ob impetrationem defectivam , seu irritam , consule Gagliard. de Benefic. cap. ultim. a num. 19. ad plur. sequent. tum Rotam in Cracovien. Canonicatus 18. Martii 1746. coram Illustris. Caprara Alm. Urbis gubernator .

Crimina quoque , propter quæ vacant ipso jure Beneficia , ad numerum usque quatuordecim recenset idem Gagliard. ubi supra a num. 26. ad num. 39. De iis agere non patiuntur præfixi nobis limites additionis .

ARTICULUS VIII.

Beneficia quoad eorum reservationem , seu affectionem .

Reservatio Beneficii nihil aliud est , quam alicujus Ecclesiastici Beneficii vacaturi per habentem ad istud potestatem ad se facta avocatio ; Ita cum communi Rota part. 8. decis. 204. sub num. 1. Notanter autem dicitur per habentem ad istud potestatem . ut intelligatur , quod solus Papa in toto orbe possit Beneficia sibi reservare , utpote solus ipse plenariam circa omnia Beneficia Ecclesiastica totius mundi dispositionem habens ; cap. Licet 2. de Præbend. in 6. cap. Si Papa 10. §. Si autem de Privileg. in 6. Clementin. unica §. final. de litempendente . Et licet Papa communicaverit Episcopis facultatem conferendi Beneficia suarum Diocæsiarum , sibi tamen reservavit , ut semper penes se major , & superior potestas remaneret ; cap. Dudum 14. §. Nos igitur , de Præbend. in 6. Et Legatus a latere in sola sibi demandata Provincia potest reservare suæ collationi Beneficia vacatura , quæ ceteroquin potest conferre va-

- 4 cantia ; cap. Presenti 3. de offic. Legati in 6. §. 1. Cum hoc tamen , ut Legatione finita expirent reservationes ejulmodi , quando ad talium Beneficiorum collationem nondum est processum ; Simulque una pendente reservatione , Legatus aliam in eadem Ecclesia , vel respectu ejuldem collatoris aliquatenus non faciat , ut expresse cavetur in citat. cap. Presenti , præcisus his verbis : Ceterum reservationes hujulmodi (per quas incipientes , prohibemus , ne postquam Legatus in aliqua Cathedrali , vel Collegiata Ecclesia reservationem aliquam duxerit faciendam , aliam [illa pendente] faciat aliquatenus in eadem . Nec etiam postquam alibi reservaverit aliquid Beneficium ad collationem pertinens cujuscumque , aliud , quod ad illius collationem pertineat , quandiu reservatio pendet alterius] sibi quoquomodo reservet .
- 6 Affectio Beneficii quantum ad præiens spectat , nihil aliud est , quam quadam tacita reservatio facta per appositionem manus Papæ super dispositione alicujus Beneficii , ratione cuius impeditur Ordinarius Collator , ne pro ea vice tale Beneficium conferre possit ; Est in re communis cum Rota part. 7. decis. 51. num. 8. & part. 19. tom. 2. dec. 523. num. 39. Papa enim apponendo manum , seu semel intromittendo se dispositioni alicujus Beneficii , censetur tacite , atque ipso facto sua suprema potestate ejus collationem pro ea vice ad se revocare , licetque sub nullitate actus ligantur manus inferioris Collatoris , ut nullatenus pro ea vice possit ejus collationi se immiscere , arg. cap. Ut nostrum 56. de Appell. Concordat cap. Si quis 1. & cap. De confirmationibus autem 2. de confirmat. utili , & inutili . Ubi postquam Papa manum apposuit , confirmando jura cujuslibet , nequit Judex inferior de istdem cognoscere ; & cap. Si eo tempore 45. de elect. in 6. Ubi Papa manum apponente , putat reservante sibi electionem , vel saltem inhibente , ne Electores ad electionem procedant , omnia carere censentur effectu , si quæ postmodum subsequuntur ; & expresse habetur capit. Ad Romani Pontificis providentiam 14. de Præbend. inter Extravag. communes præcisus his verbis : Romani quoque Pontificis manus appositionem prædictam tantæ efficacitæ , tantæque virtutis existere , ut etsi Litteræ Apostolicæ super provisionibus Beneficiorum , aut de providendo mandatis , in quibus Decretum , & reservatio hujulmodi apponuntur , ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum , facultatem tamen providendi de Beneficiis taliter reservatis , quibuscumque aliis fuisse adempnam hujus perpetuæ , & irrefragabilis Constitutionis edito de venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Consilio , omnia , & singula Beneficia Ecclesiastica . . . per hujulmodi reservationem , & Decretum remansisse , & remanere semper affecta , nullumque de illis (cum primum vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea vice quovis modo disponere potuisse , sive posse , harum serie decernimus , & pariter declaramus . . . Decernentes ex nunc irritum , & inane , si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Et sic pluries censuit Rota , & signanter part. 1. decis. 570. num. 2. part. 2. decis. 187. num. 3. part. 5. tom. 1. dec. 344. num. 9. part. 6. dec. 45. n. 3. part. 8. decis. 113. num. 3. & part. 10. dec. 68. num. 14.
- 10 Hinc deducitur , quod reservatio , & affectio Beneficiorum differunt inter se ea differentia , quæ intercedit inter causam , & causatum , inter tacitum , & expressum ; Annotat. ad decis. 154. num. 1. & 2. part. 19. tom. 1. Si enim Papa per Constitutionem , aut per verbum expressum dicat , Reservamus tale Beneficium , tunc Beneficium dicitur reservatum , ibidem num. 4. Si vero sine Constitutione , aut sine expresso verbo , facto ipso mentem demonstrat , puta per appositionem manus super dispositione alicujus Beneficii , tunc Beneficium dicitur affectum , ibidem num. 5. Unde Beneficia affecta differunt a reservatis . Primo , quia reservatio respicit actum expressum verbalem , seu scriptum , ut si Papa per Constitutionem , aut etiam solo expresso verbo dicat ut supra : Reservamus Nobis tale Beneficium . E contra vero affectio respicit actum realem , & factum aliquid , ex quo Papa demonstrat , se velle pro illa vice providere de tali Beneficio , sicque ex facto ipso oritur tacita talis Beneficii reservatio ; Sic accidit , quando Papa apponit manum super collatione alicujus Beneficii , tunc enim non obstante , quod collatio illa ob aliquod impedimentum non fuerit valida , nec sortita suum effectum , adhuc Beneficium dicitur affectum , adeout pro ea vice nequeat conferri per inferiorem Collatorem ; citat. Extravag. ad Roman. Pontificis providentiam 14. de Præbend. inter communes ; Rota part. 7. decis. 313. num. 1. & 23. part. 10. decis. 14. num. 45. & part. 12.

decis. 92. num. 13. Nec enim dispositio Beneficii , cui Papa manum apposuit , revertitur ad inferiorem ; Rota part. 16. decis. 333. num. 11. Secundo , differunt Beneficia affecta a reservatis , quia Beneficium reservatum nunquam amplius potest conferri ab inferiore ; reservatio enim admittit inferiori potestatem conferendi in perpetuum , nisi revocetur . Beneficium vero affectum prohibetur solum conferri ab inferiore pro ea vice , qua Papa manum apposuit super ejus provisione , & postquam Papa semel de illo disposuit , potest semper libere conferri ab inferiore ; quia affectio non admittit inferiori potestatem conferendi in perpetuum , sed solum pro unica vice ; cap. Ut nostrum 56. de appellat. cap. Si quis 1. de confirmat. utili , & Extravagant. Ad Romani Pontificis providentiam 14. de Præbend. inter communes ; Rota part. 5. tom. 1. decis. 196. num. 14. Tertio , differunt Beneficia affecta a reservatis , quia affectio Beneficiorum , seu appositio manus Papæ est majoris efficacitæ , ac potestatis , quam simplex generalis reservatio ; Rota part. 2. decis. 501. num. 2. Affectio enim afficit etiam ignorantes , textu expresso in cit. Extravagant. Ad Romani Pontificis providentiam , ibi : Decernentes ex nunc irritum , & inane , si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Non vero simplex generalis reservatio abique decreto irritante ; unde Collator ordinarius valide conferit Beneficium sine appposito decreto irritante reservatum , si revera factam reservationem ignoravit ; Ignorantibus enim venia non negatur ; cap. Proposisti 2. dist. 82. Rota part. 2. decis. 190. num. 7. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 52. num. 9. Rēbuff. in praxi Benefic. titul. de reservat. num. 34. Garcias de Benefic. cap. 1. part. 5. num. 403. & seq. Pirhing lib. 3. tit. 5. de Præbend. num. 320.

Beneficia pluribus modis redduntur affecta per appositionem manus Papæ . Primo , ex mandato Papæ concessio de providendo alicuius Beneficii . Extravagant. Ad Romani Pontificis providentiam 14. de Præbend. inter communes ; Rota part. 9. tom. 1. decis. 254. num. 19. & 20. Etiam si mandatum sit subreptitium ex defectu personæ provisæ ; Rota ibidem num. 21. Secundo , ex resignatione facta in manibus Pontificis , etiam in mente Ordinarii , tunc enim beneficium ita remanet affectum , ut nullus inferior possit de illo providere , quamvis a Papa nondum fuerit collatum ; Rota part. 5. tom. 1. decis. 34. num. 2. part. 6. decis. 63. num. 1. & 2. part. 15. decis. 22. numer. 2. Tertio , ex mandato Papæ facto Electoribus , ne procedant ad electionem , cap. Si eo tempore 45. de electionib. in 6. Quarto , ex gratia præventiva , cum videlicet Papa Jure præventionis contulit alicui beneficium , & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrantis , vel alias sit inutilis , quia amplius non poterit Ordinarius se intromittere in dispositione illius vacationis , quamvis contigerit in suo mente ordinario ; Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 12. num. 14. 15. & sequent. ; & Rota part. 2. decis. 401. num. 1. & 2. Quinto , ex Decreto Papæ facto alicui de dimittendo Beneficio in manibus ejus : Barbol. lib. 3. Juris Ecclesiast. cap. 13. n. m. 90. Gonzalez dicit gloss. 52. num. 14. cum Rota decis. 14. de rerum permut. in antiquis , idque intellige etiam si alter non dimitteret beneficium ; quia adhuc solus Papa potest conferre pro ea vice . Sexto , ex Commenda , quando scilicet Papa dat alicui beneficium in Commendam , vel in eo ponit Administratorem ; tunc enim ex appositione manus Papæ adeo beneficium remanet affectum , ut cessante Commenda , vel administratione , nequeat conferri per alium Papa inferiorem , donec de eo Papa plene , & perfecte disponat , & provideat in titulum ; Rota part. 4. tom. 1. decis. 70. sub num. 1. part. 19. tom. 2. decis. 623. n. 42. & 44. & annotat. ad decis. 254. num. 51. 52. & 53. part. 9. tom. 1. Septimo , ex Decreto facto a Papa , quando mandat alicui privari suo beneficio , nam secuta privatione , utpote jussu , & auctoritate Papæ facta , beneficium remanet affectum , atque collationi Papæ reservatum ; Extravagant. ad regimen 13. de Præbend. inter communes . Octavo , ex sola signatura supplicationis ; Rota part. 11. decis. 313. num. 28. & part. 16. decis. 112. num. 38. & 39. Nonq , ex Coadjutoria ; Rota part. 16. decis. 112. num. 5. & 29. Alii varii sunt casus , in quibus beneficia ex appositione manus Papæ remanent affecta , adeout nullus inferior de ipsis disponere possit , sed quia ex adductis de facili cognosci possunt , brevitatæ gratia relinquuntur videndi , cum placuerit apud Ganzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 52. num. 14. 15. & sequent.

Pro regula tamen generali ad dignoscendum , an beneficia reddantur , & dicantur affecta per appositionem manus Papæ , advertendum est , quod beneficium non dicitur affectum ex qua-

qualibet appositione manus Papæ, sed ita solum quando Papa non moveatur ex falsa causa; Rota part. 2. decis. 187. n. 5.

27 Si enim Papa moveatur ex falsa causa ad apponendam manum super collatione beneficii, ut si V. G. sibi narretur beneficium esse reservatum, & revera non sit reservatum, tunc si provisio facta fuerit ex dicta falsa causa, nulla resultat affectio, ut expresse censuit Rota part. 1. decis. 570. num. 8. & part. 1. decis. 25. num. 31. & 32. dependet enim affectio beneficii a validitate gratiæ, & justificatione causæ, qua motus fuit Papa ad concedendum. Rota part. 7. decis. 237. num. 2. & part. 16. decis. 112. num. 6. Sic nulla affectio resultat ex gratia, quæ ob non adimplementum conditionis non potuit effectum sortiri.

29 Rota part. 2. decis. 180. num. 8. Sic pariter nulla affectio resultat, quando Papa apposuit manum ad alium effectum, & finem, quam conferendi Beneficium; nam appositio manus non operatur ultra intentionem Papæ juxta illud: *Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. Non omnis ff. Si certum petatur, l. In agris, ff. de acquir. rerum dominio*; Barbosa *Axiomat. 12. num. 7.* cum pluribus ibi citatis. Unde, cum Papa verb. grat. super Beneficio aliquo reservet pensionem ad favorem resignantis, non propterea Collator Ordinarius impeditur, quo minus Beneficium illud, dum vacat, possit conferri; quia manus appositio quoad unum effectum verb. grat. reservate Pensionis, non operatur quoad alium verb. grat. reservate Collationis contra intentionem agentis; *cap. Quia intentionis 29. de privileg. Rota decis. 14. num. 3. & decis. 15. numer. 2. de concess. Præbend. in novis & part. 2. recentior. decis. 190. num. 7.*

31 Beneficia reservata Summo Pontifici sunt sequentia. Primo, quæcumque Beneficia vacatura per obitum S. R. E. Cardinalium, sive post, sive ante Cardinalatum acquisita; *Extravagant. Ad regimen. 13. de Præbend. inter communes innovata per Regul. primam Cancellariæ*; Rota part. 17. decis. 382. num. 9.

32 Secundo, Beneficia vacatura per obitum Officialium; Sedis Apostolicæ, videlicet Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum, Auditorum Litterarum Contradictarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Correctorum, & Scriptorum Litterarum Apostolicarum, ac Pœnitentiarii præfatæ Sedis, ac Abbreviatorum, nec non Commentariorum, & aliorum quorumcumque Capellanorum Sedis ejusdem, & etiam quorumcumque Legatorum, sive Nunciorum, ac in terris Ecclesiæ Romanæ Rectorum, & Thesaurariorum per Romanos Pontifices specialiter deputatorum, seu missorum, aut deputandorum, ubicumque dictos Legatos, vel Nuncios, seu Rectores, aut Thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint, seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis; sic expresse in dict. *Extravag. Ad regimen, innovata in Regul. 1. Cancellariæ.* Horum tamen Beneficiorum reservatio solum intrat, ubi dicti Officiales moriantur in Curia, vel intra duas dietas; *Dicta Extravag. Ad regimen; Rota part. 14. decis. 266. num. 15.* Nisi agatur de Legatis, Nunciis, Rectoribus, & Thesaurariis, quorum Beneficia reservantur ubicumque eos mori contingat; Rota *ibid. num. 16.*

34 Tertio, Beneficia Conclavitarum quocumque tempore obtenta semper sunt reservata Pontifici; Rota part. 17. decis. 303. num. 2. & decis. 382. num. 1. 6. & 7. ubi afferuntur Constitutiones Urbani VIII. aliorumque Pontificum super hujusmodi reservatione. Quæ quidem reservatio, utpote non adhærens Officio, neque personæ, durat etiam post mortem ipsius Papæ; Rota part. 17. decis. 303. num. 22. & part. 18. tom. 1. decis. 476. num. 20.

36 Quarto, Beneficia quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco, quantumcumque etiam a dicta Curia remoto, *ut in Regula 6. Cancellariæ*; Rota part. 5. tom. 2. decis. 429. num. 5. & part. 17. decis. 382. num. 11.

37 Quinto, reservata sunt Beneficia venientium ad Curiam, ac in ea decedentium; Rota part. 6. decis. 28. num. 5. Sive recedentium ab ea, ac decedentium intra duas dietas; *Dict. Extravagant. Ad regimen. Rota part. 6. decis. 150. num. 1. & 12.* Quæ quidem reservatio procedit, sive sint Curiales, sive non, ac nulla habita negotiorum ratione, pro quibus accedant, vel recedant; Rota part. 6. decis. 28. num. 5. 10. 13. & 18. & decis. 150. num. 3. 4. 5. 11. & 12. Consideratur enim obitus in Curia, & locus ipsius, in quo contingat Beneficium decedere; Rota *dict. part. 6. & decis. 28. num. 6.* & sic utroque casu Beneficium indistincte vacare dicitur apud Sedem; *ibid. num. 7. & 8.*

Sexto, Beneficia quorumcumque Collectorum, & Subcollectorum, puta decimarum, fructuum, & proventuum Cameræ Apostolicæ; *Regul. 5. Cancellariæ*; Rota part. 5. tom. 1. decis. 261. num. 1. decis. 335. num. 1. 9. & 14. & decis. 385. num. 1. part. 8. decis. 113. num. 2. part. 11. decis. 155. num. 9. part. 18. decis. 249. num. 3. Et respectu Collectoris, seu Subcollectoris decimarum procedit, sive decimæ sint Papales, sive impostæ pro subventionem Imperatoris, seu pro subsidio adversus Infideles, vel ob aliam causam publicam; Rota part. 5. tom. 1. decis. 255. num. 8. & sequent. Quorum Beneficia semel reservata, semper remanent reservata, etiamsi cesset Officium; Rota part. 9. tom. 1. decis. 259. num. 9. & 10. Sufficit enim, quod Beneficia fuerint obtenta, vel ante Officium, vel durante Officio, etiamsi de tempore obitus defunctus non esset subcollector; Rota part. 7. decis. 225. num. 13. & part. 9. tom. 1. decis. 259. num. 9. & sequent. Sive Subcollector Officium suum exercuerit, sive non exercuerit; Rota part. 11. decis. 178. num. 5. & 8. quia sufficit sola ejus deputatio cum Jurisdictione; Rota part. 11. decis. 155. num. 9. & decis. 178. num. 3. nec requiritur exercitium actuale, sed sufficit potentia; Rota part. 5. tom. 1. decis. 345. num. 18. Verum ad effectum inducendi reservationem ut supra, requiritur, quod Subcollector sit unicus in loco, in quo exercere debet suam Collectionem; Rota part. 1. decis. 715. num. 4. & 5. part. 7. decis. 225. num. 6. part. 11. decis. 155. num. 10. Sufficit tamen, quod aliquando fuerit unicus; Rota part. 8. decis. 88. num. 15. & decis. 113. num. 4. Nempe aliquo tempore, seu aliqua temporis parte; Rota part. 5. tom. 1. decis. 255. num. 6. & part. 11. decis. 155. num. 13.

Septimo, Beneficia vacantia per obitum Protonotariorum Apostolicorum; Rota part. 4. tom. 1. decis. 530. num. 10. parte 5. tom. 1. decis. 119. num. 10. part. 15. decis. 30. num. 3. Et hoc vigore citat. *Extravagant. Ad regimen.* super qua fundatur regula prima Cancellariæ; Rota part. 5. tom. 2. dec. 608. num. 5. Dicta reservatio comprehendit beneficia Protonotariorum Apostolicorum quocumque illi effecti fuerint tales; Rota part. 16. decis. 14. num. 2. Sive dicti Protonotarii sint participantes, sive non; Rota part. 1. decis. 457. num. 1. parte 3. decis. 706. num. 3. part. 4. tom. 1. decis. 398. num. 2. parte 9. tom. 2. decis. 350. numer. 3. & 4. & part. 15. decis. 262. num. 1. Sive creati fuerint a Papa, sive a Legato; Rota part. 4. tom. 2. decis. 572. num. 15. & sequent. Sive creati fuerint ante dict. *Extravagant. sive post*; Rota part. 4. tom. 2. decis. 572. num. 17. Sive fuerint creati ratione officii, sive principaliter, *ibidem. num. 24. & sequent.* Etiam post dimissionem officii, cui accedit Protonotariatus, *ibid. num. 27. & sequent.* Et hæc procedunt vigore *Constitut. 78. & 79. Pauli III.* ubi tales Protonotarii declarantur vere, & indubitate familiares, etiam ad effectum reservationis ut supra; Rota part. 4. tom. 1. decis. 398. num. 2. & extenditur reservatio contenta in dict. *Extravagant.* ad omnes Protonotarios etiam non participantes, prout Rota declaravit attenda generalitate verborum ejusdem *Extravagant. & Regulæ Cancellariæ* postea emanatæ, & successive innovatæ a Papis; Rota part. 4. tom. 2. decis. 172. num. 5. & sequent.

Octavo, Beneficia Referendariorum utriusque Signaturæ, & Auditorum Rotæ remanent reservata etiam post dimissionem Officia; Rota part. 19. tom. 2. decis. 523. num. 47.

Nono, Beneficia omnia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Cursorum Papæ, ut expresse in *Regula 7. Cancellariæ.*

Decimo, Beneficia Familiarium Papæ sunt reservata vigore *Regulæ 4. & 7. Cancellariæ*; Rota part. 5. tom. 1. decis. 196. num. 2. & eadem part. 5. tom. 2. decis. 429. num. 18. Et ad effectum reservationis ut supra familiaritatis Papæ non attenditur de tempore vacationis, sed de tempore reservationis, quæ durat etiam mortuo Papa, licet non duret familiaritas, cujus effectus nihilominus durat jam perfectus, & consummatus; Rota part. 5. tom. 1. decis. 196. num. 21. & sequent. Sic etiam Beneficia Familiarium, & continuorum Commentariorum S. R. E. Cardinalium, quæ obtinuerint, & obtinebunt, eorum familiaritate durante, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum eorum Cardinalium, vel alias recesserint, sunt reservata vigore *Regulæ 4. Cancellariæ*; Rota part. 3. decis. 156. num. 1. part. 12. decis. 257. num. 6. & 7. part. 17. decis. 382. numer. 10.

Undecimo, Beneficia quæcumque vacantia, & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, vel Monasteriorum regiminâ, sunt Sedi Apostolicæ reservata, *cit. Extravagant.*

Extravagant. Ad regimen & Regul. 1. Cancellariæ, & Rota p. 19. tom. 2. decis. 118. n. 1. & decis. 523. n. 48.

60 Duodecimo, sunt reservata Beneficia vacantia, vel in posterum vacatura per depositionem, vel privationem, seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem auctoritate Papæ factam, vel faciendam; Necnon si forsitan aliqui electi, vel postulati fuerint, vel in posterum eligantur, vel postulerint in concordia, vel discordia, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & per Papam admissa fuerit, *cit. Extravagant. Ad Regim. Rota p. 18. tom. 2. decis. 599. num. 4. & 5.*

61 Tertiodecimo, Dignitatum, Personatum, Officiorum, Canoniarum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum per Papam collatorum sunt Sedi Apostolicæ reservata, *cit. Extravagant. Ad Regimen. Rota part. 13. decis. 127. n. 2. & part. 19. tom. 1. decis. 523. num. 43.*

62 Quartodecimo, omnes Ecclesiæ Patriarchales, Archiepiscopales, & quæcumque alia beneficia vacantia, seu vacatura in Curia, seu apud Sedem Apostolicam, sunt collationi Papæ reservata; *dict. Extravagant. ad Regimen. Rota part. 1. decis. 700. num. 4. part. 2. dec. 740. n. 1. part. 4. tom. 3. dec. 573. n. 3. part. 5. tom. 1. dec. 66. num. 2. & decis. 385. num. 11. & part. 11. dec. 163. num. 2.*

63 Quintodecimo, omnes dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi estimatione excedentes; nec non principales in Collegiatis Ecclesiis. *Regul. 4. Cancellariæ. Rota p. 9. tom. 2. dec. 433. n. 18.* Sic Beneficia etiam spectantia ad aliquam Dignitatem, & vacantia post vacationem ejusdem Dignitatis ex Regula tertia Cancellariæ sunt reservata Sedi Apostolicæ, quando Dignitas est reservata. Rota part. 10. decis. 25. num. 15.

65 Sextodecimo, Beneficia vacatura, Sede Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali, aut Abbatiali, vel alterius Collatoris, seu Collatricis vacante per obitum, aut dimissionem, seu amissionem, vel privationem, ulque ad promotionem, vel provisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam, quando collatio, seu dispositio ad quemlibet illorum, vel illarum pertinet, dummodo non sit simultanea cum alio, vel aliis, ut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem non pertineat, sunt reservata Sedi Apostolicæ. S. Pius V. in Constit. incip. *Sanctissimus. Regul. 2. Cancellariæ, & Rota p. 1. decis. 475. n. 2. p. 8. dec. 44. num. 7. & 8. part. 12. decis. 89. num. 15. decis. 257. n. 15. & decis. 365. n. 6. & part. 13. dec. 354. n. 6.*

66 Decimoseptimo, Beneficia quæcumque, de quibus Ordinarii, aut alii Collatores disposuerint contra decreta Concilii Tridentini, & formam ab ipso præscriptam, reservantur dispositioni Summi Pontificis, *Regul. 1. Cancellariæ, & Constitutio S. Pii V. incip. In conferendis* signanter reservans Beneficia Curata collata, non servata forma Concilii. *Trident. sess. 24. de reformat. c. 18.* Sic etiam Beneficia ab Ordinariis contra dispositionem Concilii Tridentini unita ipso jure censentur reservata. *part. 7. dec. 207. n. 21.*

68 Decimo octavo, quæcumque Beneficia vacantia propter crimen Hæresis. S. Pius V. Constituit. incip. *Cum ex Apostolatus.*

69 Decimo nono, quæcumque Beneficia vacantia per simoniam, quia æquiparatur Hæresi, seu læsæ Majestatis crimini; *cap. Mediatores 1. de testibus in 6. & Glossa ibi verb. Asscuti.*

70 Vigésimo, Beneficia quæcumque recepta in confidentiam, hoc est per simoniam confidentialem. Pius IV. Constituit. incip. *Romanum Pontificem.* Et S. Pius V. Constituit. incip. *Intolerabilis.*

71 Vigésimo primo, Beneficia vacantia ob non factam publicationem resignationis. Gregorius XIII. Constituit. incip. *Humano vix Judicio.*

72 Vigésimo secundo, Beneficia vacantia propter delictum offendentis litigantes in Romana Curia, eorumque Judices, Advocatos, & Procuratores, Testes, & Notarios, aliosque hujusmodi. Alexander VI. Constituit. incip. *In eminenti.*

73 Vigésimo tertio, Beneficia illorum, qui seiplos pro aliis examini supponunt, vel annuas Pensiones offerunt pro contemendis Beneficiis, aut Beneficia impetrant pro aliis, ut aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant Beneficia cum intentione illa resignandi. Paul. IV. Constituit. incip. *Inter ceteras.*

74 Vigésimo quarto, Beneficia omnia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, secularia, & quorumvis Ordinum Regularium qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris,

& Novembris mensibus extra Romanam Curiam, tam per obitum, quam per resignationem quocumque modo vacatura. *Reg. 8. alias 9. Cancellariæ. Rota part. 1. dec. 88. n. 1. part. 4. tom. 1. dec. 70. sub. n. 1. part. 12 dec. 89. n. 14. part. 13. dec. 127. n. 1. part. 14. dec. 152. n. 1. part. 15. dec. 5. n. 1.*

Vigésimo quinto, Beneficia Collata personis prohibitis propter suum genus, veluti descendentes ex sanguine infecto, aut ex genere, seu stirpe de Hæresi condemnata, aut ratione alicujus particularis statuti a Sede Apostolica confirmati, concessionis, aut privilegii Gregor. XIII. Constituit. incipien. *In Ecclesiis.*

Vigésimo sexto, Beneficia Titulorum Cardinalium, sive in Urbe, sive extra, si vacant, quando ipsi sunt absentes, Papæ reservantur. Urban. VIII. Constituit. incip. *Sanctissimus. cap. 8. & Regul. 7. Cancellariæ.* Sunt, & alii varii casus, in quibus collatio quorundam Beneficiorum est reservata Papæ; sed cum adducti sint ceteris notabiliores, relinquuntur alii brevitate gratiæ, videndi cui placuerit *apud Gonzal. ad Regul. 8. Cancellariæ gloss. 51.*

Circa hæc tamen notandum est, quod Beneficia vacantia Sede Apostolica vacante, non sunt reservata, nisi sint primæ Dignitates. Rota part. 14. dec. 33. n. 3. & 4. Quia vacante Sede Apostolica cessant reservationes, & dicuntur sublata omnes *Regulæ Cancellariæ. Rota ibidem n. 2. & part. 17. dec. 185. n. 3. & dec. 215. n. 2. & part. 18. tom. 2. dec. 635. n. 10.* Sed hoc intellige non procedere in Beneficiis Germaniæ vigore Concordatorum, ubi reservationes, ut supra, perpetuo durant. Rota part. 17. cit. dec. 185. num. 4. & sequent. & dec. 215. numer. 4. & seq. Beneficia pariter vacantia in Curia, Sede Romana vacante, conferuntur ab Episcopo, vel ab aliis, ad quos spectat; *cap. Si Apostolica 35. de Præbend. in 6.* Sed si sunt reservata Papæ ex alio capite, non possunt conferri, sed conferenda sunt a Papa futuro. Urban. VIII. Constituit. incip. *Sanctissimus.* Sic etiam Beneficia, quæ vacaverunt in Curia ante mortem Papæ, si non fuerint provisâ, conferuntur ab eis, ad quos spectat; *cit. cap. Si Apostolica 35. de Præbend. in 6.* ibi: *Si Apostolica Sede vacante, aliquas Parochiales Ecclesias vacare de cetero contingerit apud ipsam; statuiimus, ut de eis (ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus asserre) per eos, ad quos pertinent, possit libere ordinari; Constitutione felicitis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri de Beneficiis apud Sedem ipsam vacantibus per alium, quam per Romanum Pontificem minime conferendis, vel alia quavis contraria super hoc edita non obstante. Idem volumus & de illis, quæ ibidem ipso Romano Pontifice vivente vacabunt, si ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerint ordinatum.* Immo etiam Beneficia vacantia in Curia vivente Papa, si ipse Papa ea non conferat infra meniem a die vacationis illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre; *c. Statutum 3. de Præbend. in 6.* ibi: *Statutum felicitis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri Dignitatibus, & Beneficiis in Curia Romana vacantibus nequaquam per alium quam per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum; ut hi, ad quos eorumdem Beneficiorum, & Dignitatum spectat collatio (Statuto non obstante prædicto) demum post mensem a die quo Dignitates, seu Beneficia ipsa vacaverint numerandum, ea conferre valeant, tantummodo per seiplos, vel (ipsis agentibus in remotis) per suos Vicarios Generales in eorum Diocesisibus existentes, quibus id Canonice sit commissum.*

Novæ additiones ex aliena manu.

DE Reservationum origine non est una Scriptorum sententia; Adifis *Gagliand. de Benefic. cap. 5. per tot.* qui tamen etiam paucis, dilucide tamen de ea agit.

Reservationes aliæ clausæ sunt in corpore juris, aliæ non sunt clausæ in corpore juris. Prioris generis sunt, quæ continentur in 6. libro decretalium, ut in *cap. 2. et lit. pendens. in capitulum 2. de Præbend. dict. 6. lib. decretal.* Posterioris vero generis sunt cæteræ, quas habemus, reservationes extra dictum 6. librum decretalium.

Reservationes igitur contentæ in *Extravagantibus*, clausæ dici nequeunt in corpore juris; *Rignat. in comment. ad Regul. 1. Cancellariæ. §. 1. num. 42. Vnespenn. Jur. Eccles. univ. part. 2. tit. 23. cap. 4. n. 2. Rot. cor. Orthobon. dec. 197. num. 22. & sequent. & in Vladislavien. Archidiaconatus 14. Januarii 1757. §. 6. cor. R. P. D. Paracian.*

Neque officit, quod *Extravagantes communes, & Joannis XXII.*

XXII. jussu Gregorii XII. corpori Juris Canonici insertæ fuerint, & Sextum, Clementinas, & Extravagantes appellet ipse Corpus juris Canonici. Quum enim non nisi, (ut recte ait Rigan. loc. cit. num. 45. & sequent.) sub eodem nomine Extravagantium in Corpore juris Canonici sit inserta, pristinam utique naturam retinere videntur, nec reservationes in eis contentæ dicuntur clausæ in Corpore juris.

- 7 Suos autem effectus in jure habet hæc divisio. Reservationes enim, ut de primo effectu distuleramus, clausæ in Corpore juris sunt perpetuæ, adeoque morte Pontificis non expirant.
8 Quæ vero reservationes non sunt clausæ in corpore juris, ut sunt, quæ in Regulis Cancellariæ continentur, eæ cum ipsis Regulis Cancellariæ cessant morte uniuscujusque Pontificis. Regulæ enim Cancellariæ eduntur ab unoquoque Pontifice crastino suæ assumptionis die ad vitam suam duraturæ. Quo fit, ut Episcopi conferre valeant Beneficia obnoxia reservationibus contentis in Regulis Cancellariæ, dummodo eæ vivente Pontifice non vacaverint, & durante vacatione collatio fiat; Cardin. de Lu. de Benefic. discurs. 31. num. 4. & sequen.
10 Gagliard. eod. tract. cap. 1. num. 37. Intellige tamen de Beneficiis obnoxii reservationibus, quæ sunt accidentales, seu discontinuæ ratione mensis vel loci, non vero reales, vel personales, quas continuas vocant; Idem Gagliard. ubi supra num. 38. At vide materiam plenius tractantem Rot. in Mogutina Canoniciatus 28. Januarii 1728. cor. clar. mem. Calcagin.
11 Alter effectus est, quod titulus coloratus, quem requirit Regula 36. Cancellariæ, licet proveniat ab eo, qui pollet originaria facultate conferendi, talis non judicatur, ubi Beneficium fuerit obnoxium reservationi clausæ in Corpore Juris; talis vero judicatur, ubi beneficium sit obnoxium reservationi non clausæ in Corpore juris; Cokier in d. Regul. 36. Cancellar. num. 86. Rigan. ibidem num. 128. & sequent.
12 In potestate Fundatorum Beneficiorum est excludere in limine foundationis reservationes; idque ex sacrorum Canonum reservationes, vide apud Rot. in Gerunden. Eleemosynæ Paris super reservatis 26. Junii 1713. cor. clar. mem. Scott. & 14. Martii 1718. cor. bon. mem. Cerr. in Tropien. Beneficii 1. Martii 1720. cor. eod. bon. mem. Cerr., & in Wormatiens. Beneficii 5. Decembris 1735. cor. Eminentiss. Crescentio. Et quando non censentur excludi, traditidem Supremum Tribunal in Cosentina Canoniciatus 29. Januarii 1742. cor. Reverendiss. P. D. Bullio Decano, in Lauretand Beneficii 10. Maji 1745. coram R. P. D. Caniliac., & 24. Januarii 1746. cor. bon. mem. Vicecom. in Majoricen. Beneficii 29. Novembris 1745. cor. clar. mem. Millin. & 20. Junii 1746. cor. R. P. D. Elephant.

ARTICULUS IX.

Beneficia quoad reservationes, & dispositiones in Regulis Cancellariæ contentis.

- 1 Regula Cancellariæ sunt quædam Apostolicæ Constitutiones, quas omnes Pontifices initio sui Pontificatus circa causas Beneficiales, & Judiciales facere, vel a Prædecessoribus suis jam factas juxta occurrentium caularum varietatem, renovare, augere, vel minuere contulerunt. Primus omnium, qui Regulas Cancellariæ, sive Leges ad Cancellariam, tulit, eaque in scripta redegit, est Joannes XXII. Rota part. 9. tom. 1. decis. 285. num. 15. qui fuit natione Gallus antea dictus Jacobus de Ossa Cadurgenfis Patre Sutone natus, & ratione summæ prudentiæ, ac litterarum peritiæ prius Roberti Sicilia Regis Cancellarius, deinde Forojulienfis, ac postmodum Avenionensis Episcopus, ac Cardinalis institutus; tandem die 7. Augusti 1316. Lugduni in Conclavi apud Patres Prædicatores parato Summus Pontifex fuit electus; Petram in Commentar. ad Constitut. 1. Joanni XXII. n. 1. Ipsæ autem Regulæ Cancellariæ successu temporis in pluribus fuerunt mutata, atque augmentata, vel magis declarata, prout patet conferenti vetustiores Regulas Cancellariæ repertas in libris cum modernis infra adducendis, usque ad septuaginta duas redactis. Regulæ Cancellariæ habent vim Legis, & Constitutionis; Rota part. 9. tom. 2. decis. 199. n. 6. & dec. 200. n. 7. Et incipiunt obligare statim ab eo tempore, quo a novo electo Papa reassumuntur, licet nondum fuerint publicata, ut patet expresse ex ipsarum præfatione nunc usitata, & sic præcise loquente: Quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & suo tempore duraturas observari voluit, Et istæ Regulæ durant tantum vivente Papa eas faciente,

etque moriente expirant, & durante vacatione Sedis Apostolicæ, dicuntur non esse in rerum natura; & patet aperte ex verbis citatis, & usitatis in earumdem Regularum præfatione: Et suo tempore duraturas; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. n. 73. part. 13. dec. 33. n. 2. part. 17. dec. 185. n. 4. part. 19. tom. 1. dec. 121. n. 8. & 9.

Unde Sede Papali vacante, potest Collator Ordinarius conferre Beneficia reservata solum per Regulæ ipsius Cancellariæ, ut puta vacantia in mensibus Pontificiis; Sede enim Apostolica vacante omnes mensēs sunt Ordinariorum, adeoque possunt providere de Beneficiis vacantibus in quolibet mense, cum pro tunc cessent reservationes Beneficiorum ab ipsis Regulis inductæ, ex quo ipsæ Regulæ pro tunc sint extinctæ, & dicantur non esse in rerum natura ex Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. n. 74. part. 14. dec. 33. n. 2. & part. 17. dec. 185. n. 4. Dummodo tamen id fiat, antequam Papa noviter creatus alias Regulas constituat, vel a Prædecessoribus suis jam factas renovet, nam noviter electus Papa sub nullitate actus in contrarium gesti expresse reservat suæ provisioni, ac dispositioni ea Beneficia, quæ Sede Papali vacante in mense Pontificio vacaverant, & per Ordinarium Collatorem antea collata non fuerant, ut patet in Regula 58. Integraliter infra videnda. Notanter autem fuit dictum, post Collatorem Ordinarium Sede Apostolica vacante conferre Beneficia reservata solum per Regulæ ipsius Cancellariæ; Nam Beneficia, quæ sunt reservata Papæ ex alio capite, non possunt Sede Apostolica vacante conferri ab Ordinariis Collatoribus, sed conferenda sunt a Papa futuro; Urban. VIII. in Constit. incip. Sanctissima.

Ut autem ab omnibus in promptu semper, & præ oculis haberi possint reservationes, & dispositiones in Regulis Cancellariæ contentæ, subnectuntur hic ad litteram ipsæmet Cancellariæ Regulæ auctoritate SS. in Christo Patris, ac Domino N. D. Benedicti Divina providentia Papæ XIV. publicatæ juxta exemplar Romæ in Typographia Reveren. Cameræ Apostol. impressum.

REGULÆ.

Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ SS. D. N. D. BENEDICTI Divina Providentia Papæ XIV.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, D. Benedictus. Divina Providentia PP. XIV. suorum Prædecessorum vestigiis inherendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens in crastinum suæ Assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die decima octava mensis Augusti Anno ab Incarnatione Domini millesimo septingentesimo quadragesimo, Reservationes, Constitutiones, & Regulas infra scriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Thomas Episcopus Ostiensis, & Veliternensis, Cardinalis Rufus, S. R. E. Vicecancellarius, S. Collegii Decanus, & Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso perpetuus Commendatarius, die xxxi. mensis Augusti in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reservationes generales, & speciales.

- 1. In primis fecit easdem reservationes, quæ in Constitutione sel. rec. Benedicti Papæ XII. quæ incipit, Al regimem, continentur, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiam Officiales in eadem Constitutione expressi Apostolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum esse dederint, quoad Beneficia, quæ tempore, quo Officiales erant, obtinebant; declarans nihilominus, Beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione Officiorum suorum hujusmodi ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis Officialibus, & quomodocumque affecti fuerint, sub hujusmodi reservationibus comprehendi: ac reservavit Beneficia, quæ per Constitutionem præ mem. Joan. PP. XII. incip. Execrabilis, vacant, vel vacare contigerint; quam Constitutionem, & reservationem S. S. tam ad Beneficia obtenta, quam alia quæcumque, de quibus Ordinarii, & alii Collatores contra Conc. Trid. Decreta disposuerunt, & disponent in futurum, extendit, & ampliavit, & ea etiam Beneficia omnia dispositioni suæ reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores contra ejusdem Concilii Decretorum formam dispositum fuerit, decernens irritum & c.

Reser-

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatum vacantium Beneficiorum.

- 2. Item reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria Virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, & in posterum vacatura. Et voluit, quod excessus hujusmodi in Litteris exprimeretur. Ac etiam reservationem, electionem, & Beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque Collatorum, & Collatricium Sæcularium, & Regularium quomodolibet (non tamen ad Collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum Dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem, seu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem Successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel Dignitates Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem Successoribus pacificam illorum possessionem quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum; decernens irritum & c.

Extensio reservationis Beneficiorum per affectationem pacificam vacantium.

- 3. Item, si qui de Beneficiis Ecclesiasticis præsertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant Apostolica auctoritate provisit, seu providendi, ante illorum affectationem alia cum eisdem incompatibilia Beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis suæ resignarent, seu dimitterent, voluit, decrevit, & declaravit, quod si in posterum quibusvis personis de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis, tunc vacantibus, seu vacaturis, per Sanctitatem suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsosque providendos intra vacationis, & provisionis, seu affectationis eorumdem Beneficiorum, tempora, quæcumque alia cum aliis incompatibilia Beneficia Ecclesiastica Sæcularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam Hospitalium, & Regularia per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, sive in Sanctitatis suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, aut Nunciorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque, que manibus resignare, seu dimittere, aut Juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, & singule concessionem, collationem, provisionem, & quævis alia dispositiones de Beneficiis, seu Juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque, causæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed Beneficia, & Jura, ut præfertur, resignata, & dimissa, & cæsa, eo ipso vacent, ac sub reservatione prædicta, quam Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censentur. Ita quod de illis per alium, quam per eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem, nullatenus disponi possit, in omnibus, & per omnia perinde, ac si per pacificam affectationem Beneficiorum aliorum hujusmodi vere, ac realiter vacavissent; ac ulterius voluit, Beneficium, de quo resignans fuerit auctoritate Apostolica provisit, ac per cujus affectationem Beneficia vacare debebant, ut prius vacare, perinde, ac si collatio favore resignantis facta non fuisset, salvis tamen quibuscumque Juribus competentibus alteri parti, ad cujus favorem facta esset resignatio, etiam ex causa permutationis, summarie, simpliciter, & appellatone remota, exercendis; decernens irritum & c. attentari.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & S. R. E. Cardinalium Familiarium, Beneficiorum.

- 4. Item reservavit generaliter dispositioni suæ omnes Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis, Reservavit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias Dignitates Con-

Ferrar. Biblioth. Tom. I.

ventuales, & Præceptorias generales Ordinum quorumcumque (sed non Militarium) ac quæcumque Beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fugebatur honore existentes, ac S. R. E. viventium nunc, & qui erunt pro tempore, Cardinalium familiares continui Commensales obtinent, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ Jus eis competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias recesserint, Declarans, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales non majores existunt, & quæ ex Apostolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel alia quovis modo in quibuscumque Collegiatis Ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur, sub reservatione prædicta comprehendi debere; decernens irritum & c.

Reservatio Beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

- 5. Item reservavit generaliter omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & Subcollectorum in quacumque Civitate, vel Diocesi, qui suo tempore Officia exercuerint, quorumcumque fructum, & proventum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet Beneficia duntaxat, quæ durante eorum Officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ eis jus competeat, decernens irritum & c.

Reservatio Beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

- 6. Item reservavit omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco quantumcumque etiam a dicta Curia remoto; decernens irritum & c.

Reservatio Beneficiorum Cubiculariorum, & Cursorum.

- 7. Item reservavit generaliter idem D. N. P. P. dispositioni suæ omnia Beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Cursorum suorum; declarans in Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Regulis reservatoris Beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios honoris nuncupatos, etiam a die earum editionis, & publicationis intelligi, & comprehendi, ac comprehensos fuisse, & esse. Irritumque & c. attentari decernens.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Joannis Lateranensis, & S. Petri, ac S. Mariæ Majoris de Urbe, & Beneficiorum Titulorum Cardinalium a Curia absentium.

- 8. Item reservavit dispositioni suæ generaliter quoscumque Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates, Perionatus, & Officia in S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, ac S. Mariæ Majoris de Urbe Ecclesiis, nec non ad collationem, provisionem, & præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium a Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatum Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium Titulorum, & Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia hujusmodi duraverit, Canonicatus, & Præbendas, Dignitates, Perionatus, Administrationes, & Officia, ceteraque Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura vacantia, ac in antea vacatura, tam in eadem Urbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, ac Diocesium dictorum Episcopatum consistentia; ac decrevit irritum & c.

Reservatio mensium Apostolicorum, & Alternativa pro Episcopis residentibus.

- 9. Item cupiens SS. D. N. pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Personis providere omnia Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, Sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam alias, quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque Collatorum, & Collatricium Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium (non autem S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quascumque alios ininitis, & per eo, qui illa acceptare, & observare debebant acceptatis, & observatis, quæ ledere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens, in supplicationibus, seu

G g

concessionibus gratiarum, quæ de dictis Beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio, fient, de menſe, in quo vacaverint, diſpoſitive mentionem fieri; alioquin gratias nullas eſſe; Ac conſuetudines etiam immemorabiles optandi majores, & pinguiores Præbendas, necnon privilegia, etiam in limine erectionis conſeſſa, & indulta Apoſtolica circa eas, ac etiam diſponendi de hujusmodi Beneficiis, aut quod illa ſub hujusmodi reſervationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibuſvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, quorum tenores pro expreſſis haberi, & latiffime extendi voluit quibuſvis Perſonis, & Collegiis cuiuſcumque Dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis exiſtentibus quomodolibet conſeſſa adverſus reſervationem huiusmodi ſuffragari, Inſuper Sanctitas Sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Episcopis intenta, ipſis quamdiu apud Eccleſias, ac Diœceſes ſuas vere, & perſonaliter reſederint dumtaxat, de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura Sæcularibus, & Regularibus (ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio; vel conſenſu, ſeu interventu Capitularum, vel aliorum, aut alias pertinentibus,) quæ in antea in menſibus Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris extra Curiam ipſam vacare contigerit (dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolice reſervata, vel affecta non fuerint) libere diſponendi facultatem tempore ſui Pontificatus tantum duraturam conſeſſit. Ac etiam voluit, ut ſi ipſi in collatione; aut alia diſpoſitione Beneficiorum in aliis ſex menſibus, videlicet Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris vacaturum (quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, ut præfertur, reſervavit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ Sedis alias quomolibet reſervatorum, vel affectorum inſeruerint, aut quominus provisiones, & gratiæ Sanctitatis ſuæ de illis debitum effectum conſequantur, impedimentum quomodolibet præſterint, uſu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipſo privati exiſtant, ac collationes, & alia diſpoſitiones de Beneficiis illius prætextu inceps faciendæ nullius ſint roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes litteras manu propria ſubſcriptas, ſuoque Sigillo munitas, & in ſua quique Civitate, vel Diœceſi datas declarare, & Litteras ipſas huic ad Datarium Sanctitatis ſuæ transmittere debeant; quibus ab eo receptis, & recognitis, ac libro ad id deputato regiſtratis, tunc demum, & non antea uti incipiant gratia ſupradicta. Inſuper declaravit, quod ſi idem Episcopos pluribus Eccleſiis quomodocumque unitis ex Apoſtolica conſeſſione, & diſpenſatione quomodocumque præſit, teneatur hujusmodi alternativæ gratiam, quatenus ea potiri velit, utriuſque Eccleſiæ nomine explicite acceptare, alias illi non ſuffragetur. Et poſt factam acceptationem, & admiſſionem in Dataria, neutri parti liceat, niſi concordati conſenſu ab ea recedere. Declarans præterea, exceptionem poſitam in Regula favore S. R. E. Cardinalium, & Indultum conferendi Beneficia reſervata conſeſſum Cardinali Episcopis non ſuffragari Capitulo ratione communionis, & conſortii juxta declarationem ſel. record. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris ſui editam die decima Septembris anno miſſimo ſexcentefimo vigefimo ſexto, quam Sanctitas ſua in omnibus, & per omnia approbat; decernens ſic in præmiſſis omnibus per quoscumque &c. judicari debere, ac irritum &c.

De litteris in forma, Rationi congruit, expediendis.

10. Item voluit idem D. N. Papa, quod conſeſſa per ſel. record. Clementem XII. Prædeceſſorem ſuum, & de ejus mandato expediatur in forma: *Rationi congruit &c.* ſub die Coronationis ſuæ, ut moris eſt; & idem quoad conſeſſa per præm. Benedictum XIII. etiam Prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes dumtaxat, ab ipſo die Coronationis incipiendi obſervari voluit.

Declaratio reſervationis Eccleſiarum, & Beneficiorum per Prædeceſſores reſervatorum.

11. Item declaravit, omnium, & ſingularum Eccleſiarum Cathedralium, & Monasteriorum provisiones, quos prædicti Prædeceſſores ſui, ordinationi, & diſpoſitioni eorum, nec non omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ dicti Prædeceſſores, etiam prædictæ diſpoſitioni cum inter-

poſitione decreti reſervaverant (quæ quidem Eccleſiæ, Monasteria, necnon ſic reſervata Beneficia tempore obitus eorumdem Prædeceſſorum vacabant, aut Eccleſiæ ipſæ, vel Monasteria hujusmodi, ſi commendata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacarent) remanſiſſe, & remanere per hujusmodi reſervationem, & decretum affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice ſe intrmittere, vel diſponere potuiſſe, ſive poſſe quomodolibet; decernens irritum, & inane, ſi ſecus ſuper illis attentatum forſan erat tunc, vel in poſterum contingeret attentari.

Revalidatio Litterarum Prædeceſſoris Gratia, vel Juſtitia infra annum conſeſſarum.

12. Item prædictus D. N. omnes, & ſingulas a Clemente XII. Romano Pontifice Prædeceſſore ſuo infra annum ante diem ejus obitus conſeſſas Gratia, vel Juſtitia Litteras temporibus debitis earum Executoribus, ſeu Judicibus non præſentatas omnino revalidavit, & in ſtatum priſtinum, in quæ videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie reſtituit, ac decrevit per Executores, ſeu Judices prædictos, vel ab eis ſubdelegandos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi poſſe, & debere juxta illarum formam.

Revocatio Unionum.

13. Item rationabilibus ſuadentibus cauſis ipſæ D. N. omnes uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmembrationes, etiam perpetuas de quibuſvis Cathedra libus, necnon aliis Eccleſiis, Monasteriis, Dignitatibus, Perſonatus, Officiis, & Beneficiis Eccleſiaſticis, eorumve domibus, & prædiis, & locis per ceſum, vel ceſum, aut aliam quamvis diſmiſſionem, vel amiſſionem quacumque fuerint invicem, vel aliis Eccleſiis, Monasteriis, & Menſis etiam Capitularibus, Dignitatibus, Perſonatus, Officiis, Beneficiis, ac Pii, & aliis Locis, Univerſitatibus etiam ſtudiorum generalium, & Collegiis, etiam in favorem S. R. E. Cardinalium, ſeu Eccleſiis, Monasteriis, & Beneficiis per eos obtentis quomodolibet Apoſtolica, vel alia quavis (non tamen Concilii Tridentini) auctoritate (necnon pro fundatione, ſeu dotatione, augmento, vel conſervatione Collegiorum, & aliorum Piorum, & Religioſorum Locorum ad Fidei Catholicæ deſenſionem, & propagationem, bonarumque artium cultum inſtitutorum) factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum: ac quacumque conſeſſiones, & mandata ſuper unionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmiſſis taliter faciendis, revocavit, cauſavit, & irritavit, nulliusque decrevit exiſtere firmitatis. Nec alicui quaſcumque clauſulas, vel adjectiones, aut decreta, quæ Sanctitas ſua pro expreſſis haberi voluit in quibuſvis Apoſtolice, etiam quæ motu proprio, aut ex certa ſcientia, & conſultoriatim proceſſerunt, & emanarunt, Litteris, etiamſi in eis decretum eſſet illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, aut Jus quaſitum fore quomodolibet contenta adverſus revocationem, & irritationem hujusmodi, voluit aliquatenus ſuffragari; decernens irritum &c.

Revocatio facultatum quibuſvis conſeſſarum.

14. Item revocavit quaſcumque facultates conſeſſas quibuſvis Patriarchis, Archiepiſcopis, Episcopis, & aliis Prælatibus, & Perſonis; necnon Apoſtolice Sedis Nunciis, ac fructuum, & proventuum Camera Apoſtolice debitorum Collectoribus, de diſpenſando cum quibuſvis Perſonis ſuper Matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defectibus, & de incompatilibus Beneficiis Eccleſiaſticis inſimul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis, ac de diſponendo quomodolibet de quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, & aliis a præmiſſis Officiis ipſorum Nunciorum, & Collectorum directe non concernentes, etiamſi in Litteris deſuper conſeſſis ſunt Clauſule reſtitutoria, & derogatoriis derogatoriæ, & alia efficacioribus, quæ pro expreſſis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipſe non ſunt ſortitæ effectum, etiamſi Nunciis eidem dictæ Sedis Legatis de Latere competens ſit conſeſſa potestas: decernens irritum &c.

Revocatio facultatum conſeſſandi Beneficia reſervata.

15. Item revocavit quaſcumque facultates, & Litteras deſuper conſeſſas, per quæ quicumque ſui Prædeceſſores Romani Pontifices quibuſvis Perſonis ordinariam Collationem, ſeu aliam diſpoſitionem Beneficiorum Eccleſiaſticorum de Jure, vel conſuetudine habentibus, & quavis etiam Pa-

De unionibus, & unionum confirmatione.

triarchali, Archiepiſcopali, Episcopali, vel alia dignitate, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis conſideratione, vel intuitu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolice potestate plenitudine cum quibuſvis Clauſulis, etiam derogatoriis derogatoriis, ac irritantibus, & aliis Decretis, quorum tenores habere voluit pro expreſſis, conſeſſerant, ut quamdiu viverent, vel ſuis Eccleſiis, ſeu Monasteriis præſentent, aut ad aliud tempus de Beneficiis Eccleſiaſticis generaliter reſervatis, ſeu affectis ad eorum collationem, provisionem, præſentationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diſviſim ſpectantibus, diſponere libere, & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædeceſſores Vicarii Perpetui, vel ac tempus conſtituti forent; decernens irritum, & inane &c.

De Diſtinctionibus numeralibus.

18. Item ut in Apoſtolice Litteris committendi crimen falſi per amplius tollatur occaſio, voluit, & ordinavit, quod diſtinctiones numerales, quæ in dictis Litteris ante Nonas, Idus, & Kalendas, immediate poſt conſueverunt, per Litteras, ac ſyllabas extenſæ deſcribantur, & illæ ex prædictis Litteris, in quibus hujusmodi diſtinctiones aliter ſcriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Data.

17. Item voluit, quod de concurrentibus in Data ejuſdem diei, ſuper vacantibus, ſeu certo modo vacaturis Beneficiis, illi, quibus gratia motu proprio conceduntur, ceteris ſimili modo gratias non habentibus, alias graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo poſſeſſores non poſſeſſoribus, ac inter perſonas alias in Curia præſentes abſentibus ab ea, ac inter præſentes non Beneficiati Beneficiatis, & ſimiliter inter abſentes, ceteris paribus, oriendus non oriundo, & Diœceſanus non Diœceſano; in reliquis vero ſinguli, qui prius Apoſtolice deſuper Litteras eorum Executoribus præſentaverint, aliis in ipſorum, de quibus agi contigerit, Beneficiorum aſſeſſionem præferantur.

De non tollendo Jus quaſitum.

18. Item ne per varias, quæ pro commiſſionibus ſeu mandatis, & declarationibus habendis in cauſis plerumque ſunt ſuggeſtiones, Juſtitia poſtponatur; Idem D. N. decrevit, & declaravit, ſuæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque ſignaturam, ſeu conſeſſionem, aut gratiam, vel Litteras Apoſtolice pro commiſſionibus, ſeu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiamſi motu proprio, & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem a Sanctitate ſua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas nulli Jus ſibi quaſitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

19. Item voluit, quod ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignaverit, ſive in Romana Curia, ſive extra illam, alio quod Beneficium, ſive ſimpliciter, ſive ex cauſa permutationis, vel alias dimiſerit, aut illius Commendæ ceſſerit, ſeu ipſus Beneficium unionis diſſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus, ſignatæ, & poſtea infra viginti dies a die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, & ipſum Beneficium quavis auctoritate conferatur per reſignationem ſic factam, collatio hujusmodi ſit nulla, ipſumque Beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare.

De Idiome.

20. Item voluit, quod ſi contingat, tam in Curia, quam extra, alicui Perſonæ de Parochiali Eccleſia, vel quovis alio Beneficio exercitium Curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente, provideri, niſi ipſa Perſona intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, ubi Eccleſia, vel Beneficium hujusmodi conſiſtit, proviſo, ſeu mandatum, & gratia deſuper quoad Parochialem Eccleſiam, vel Beneficium hujusmodi nullius ſint roboris, vel momenti; decernens irritum &c.

De non impetrando Beneficium per obitum viventis.

21. Item ſi quis ſupplicaverit ſibi de Beneficio quocumque tamquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, & poſtea per obitum ejus vacet, proviſo, & quavis diſpoſitio, etiam vigore alterius novæ ſupplicationis, vel gratiæ dicto ſupplicanti per obitum hujusmodi denuo faciendæ, nullius ſint roboris, vel momenti.

22. Item voluit, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, teneantur exprimerere verum annuum valorem ſecundum communem reſtimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat, & ſemper in unionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt. Et idem voluit obſervari in quibuſvis ſuppreſſionibus perpetuis, conſeſſionibus, diſmembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuſcumque fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam in confirmationibus unionum, ſingularumque diſpoſitionum hujusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

23. Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines tranſierint pro tempore, voluit Conſtitutionem ſel. record. Martini Papæ V. Prædeceſſoris ſui deſuper factam, & in libro Cancellariæ Apoſtolice deſcriptam, quæ incipit *Viam ambitioſæ cupiditatis &c.* firmiter obſervari.

De male promotis.

24. Item de Clericis extra tempora a Jure ſtatuta, ſive ante ætatem legitimam, aut abſque diſpoſitione Litteris ad Sacros Ordines ſe promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit Conſtitutionem præm. Pii II. ſimiliter Prædeceſſoris ſui deſuper editam, & in dict. Cancel. Apoſt. libro deſcriptam, quæ incipit *Cum ex ſacrorum Ordinum &c.* pari modo obſervari.

De Moneta.

25. Item declaravit idem D. N. quod libra Turonenſium parvorum, & Florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus Litteras, & Cameram Apoſt. computari, & affirmari debeant.

De Beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, & Monasteria.

26. Item prædictus D. N. Papa voluit, decrevit, & ordinavit, quod quacumque conſeſſiones, gratiæ, & mandata, etiam motu proprio, & cum derogatione hujus Conſtitutionis, quæ ab eo pro quibuſvis Perſonis emanaverint, de providendo eis de quibuſvis Beneficiis vacaturis per promotionem quoruncumque ad Eccleſiarum, & Monasteriorum regimina, ſi hujusmodi conſeſſiones, & mandata diem promotionis promovendorum ipſorum præceſſerint, necnon quacumque collationes, provisiones, & diſpoſitiones pro tempore faciendæ de præmiſſis, & quibuſvis aliis Beneficiis Eccleſiaſticis Sæcularibus, & Regularibus, quæ per promovendos ad quacumque Prælaturas inter illarum vacationis, & hujusmodi promotionis, vel aſſumptionis tempora ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis unicuique reſignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde ſequutis pro tempore, ſint caſæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando juxta formam Supplicationum, ſed Litterarum expeditarum.

27. Item cum ante conſeſſionem Litterarum gratia Apoſtolica ſit informis, voluit, ſtatuit, & ordinavit idem D. N. quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore exiſtentes, etiamſi ſint S. R. E. Cardinales, Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, vel quicumque alii, non juxta Supplicationum ſignatarum ſuper quibuſvis impetrationibus (niſi in dicta Curia dumtaxat ſint commiſſiones juſtitiam concernentes per *Placet*, vel per S. R. E. Vicecancellarium juxta facultatem ſuper hoc ſibi conſeſſam ſignatæ) ſed juxta Litterarum ſuper eidem impetrationibus, & conſeſſionibus conſeſſarum tenores, & formas judicare debeant: Decernens irritum &c. Et ſi Litteræ ipſæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum intereſt, instantiam, ad Apoſtolice Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas reſtringere convenit, ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellariæ producendis.

28. Item attendens D. N. Papa, quod ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolice Regulis, & Conſtitutionibus inibi deſcriptis faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipſam Cancellariam recurſus dirigi poteſt, nec conſultum foret, quod ſuper earumdem Regularum, & Conſtitutionum (quæ juxta varietatem concurrentium cauſarum, & negotiorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu teſtium plerumque tenacem deſuper me-

moriam non habentium, depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & aliis (etiam si S.R.E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica Judicibus, etiam in causis actu pendentibus, super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat stet, fidemque adhibeat schedulæ, seu scripturæ desuper a duobus majoris Præfidentis; quod danda sit, a tergo signatæ, & etiam a duobus aliis Litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auctoritate, & Vicecancellarii, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, ut moris est; quidquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis Collitigantibus.

29. Item D. N. cupiens litium succedere anfractus, & ne novi collitigantibus adversarii dentur, providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis Beneficio Ecclesiastico collitigantem in Jure, vel ad Jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto Beneficio competierit, subrogari contigerit (dummodo prædictus collitigans in dicto Beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possiderit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmissis Jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes, etiam motu proprio infra mensem, ante concessionem hujusmodi factæ, nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium Beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrant, ut illis decedentibus tamquam collitigantes in eorum juribus facilius subrogentur; Voluit, ut deinceps nullus in Jure, vel ad Jus in Beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis, vel similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu novæ provisionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus Beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsitan perpetratis, etiam si utque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transiverit judicatum, processum foret.

De verisimili Notitia.

30. Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis cum Cura, vel Regularibus per obitum quarumcumque Personarum vacantium in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante Datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effluerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus Personæ prædictæ decesserint, ad notitiam ejusdem S. D. N. verisimiliter potuerint pervenire.

Non valeant Commissiones Casuarum, nisi Litteris expeditis.

31. Item quod omnes, & singulæ commissiones casuarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de Beneficiis Ecclesiasticis gratiarum, super quibus Litteræ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

De Impetrantibus Beneficia per obitum Familiarium Cardinalium.

32. Item voluit, quod impetrans Beneficium vacans per obitum Familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere nomen & Titulum ipsius Cardinalis, ut si ille in Curia fuerit, ipsius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla; & item servari voluit, si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis decedentes, familiamque, & lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint ad eandem illi co reverfuri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies vere, & personaliter reversi fuerint. Ita quod Cardinalibus alias quam, ut præfertur, ex quacumque causa quantumlibet necessaria, & his necessario exprimenda absentibus, facultas præstandi consensum hujusmodi non competat, sed Beneficia hujusmodi ad liberam Sanctitatis suæ, & Sedis Apostolicæ provisionem, & dispositionem perti-

neant. Declarans, Regulas, & Constitutiones suorum Prædecessorum etiam a die earum editionis, & publicationis super prædictis hujusmodi præstando sic intellectas, & intelligendas fuisse, Irritumque &c. attentari decessens. Quodque si prædicti Familiares eorumdem Cardinalium Familiares esse deserint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem, similem transferint, quoad Beneficia, quæ familiaritate durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ priori ipsa familiaritate durante jus eis competierit, Cardinales, quorum prius Familiares fuerint, suum debeant adhibere consensum. Declarans præsertim, Constitutionem locum non habere in illis Beneficiis, quæ Familiares ipsi, tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuerint, & ratione Officiorum per eos obtentorum dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparent. Necnon illos quoad effectum dictæ Constitutionis Familiares eorumdem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium Familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, computato etiam tempore ante promotionem ad Cardinalatum, fuisse probarentur; decernens irritum &c.

Super eadem Familiaritate.

33. Idem D. N. ad evitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti sua Constitutione exoriri possent, vestigiis Prædecessorum suorum inhaerendo, voluit, statuit, & ordinavit, quod si Beneficia, quæ per obitum Familiarium continuorum commensalium eorumdem Cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus Apostolicis reservationibus ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem, pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur quoad hoc, ut in provisionibus talium Beneficiorum super expeditione Litterarum illius Cardinalis, cujus Familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat. Sed Beneficia hujusmodi ad Collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis Ordinarii Collatoris, ut præfertur, libere spectare censeantur; Et si apud Sedem Apostolicam Beneficia hujusmodi per obitum dictorum Familiarium vacaverint, tunc in provisione talium Beneficiorum, super expeditione Litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præfens fuerit, ad quem eorumdem collatio, & dispositio, ut præfertur, pertinere deberet; Ita ut Cardinalis Ordinarius Collator in concursu cum Cardinali Patrono temper præferri debeat, salvis tamen semper indultis concessis, & concedendis eisdem S. R. E. Cardinalibus; decernens irritum &c.

Signatura per Fiat præferatur alteri per Concessum.

34. Item voluit idem D. N. quod concurrentibus eadem die super quocumque Beneficio per Fiat, & Concessum Signaturis, ex eis per Fiat etiam ut petitur habens, alteri per Concessum etiam motu proprio habenti præferatur, etiam si in illa per Concessum prægnantiores, & quantumlibet privilegiatæ essent clausulæ.

De Annali Possessore.

35. Item SS. D. N. ut improbi lites exquirentium motus reprimentur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque Beneficium Ecclesiasticum, tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis ipse illud possiderit, ac pacificam, & determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto Beneficio Jus competat, causam in hujusmodi impetratione exprimere; & infra sex menses ipsam possessionem ad iudicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam definitivam inclusive prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde sequuta nullius existant firmitatis. Et idem impetrans de damnis, & interesse possessorem prædictum contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum injuste, frivole, & indebite molestare repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persolvere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus, nec alius quam præmissæ vacationis modus etiam per Litteras si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut Beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes Beneficia Ecclesiastica cuiuscumque qualitatis per privationem, & amotionem, vel alias

alias propter commissas, excessus, & crimina vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes Beneficia tamquam vacantia per devolutionem.

De Trienniali.

36. Item statuit, & ordinavit idem D. N., quod si quis quæcumque Beneficia Ecclesiastica quacumque sint abique Simoniaci ingressu, ex quovis titulo, Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos Beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possiderit (dummodo in Beneficiis hujusmodi, si dispositioni Apostolicæ ex reservatione generali in corpore Juris clausa reservata fuerint, se non intrulerit) super eisdem Beneficiis taliter possessis molestari nequeat, necnon Impetrationes quaslibet de Beneficiis ipsius sic possessis factas, irritas & inanes censeri debere decrevit, antiquas litteras super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante sententiam definitivam.

37. Item idem D. N. ut finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus, & expensis, suorum Prædecessorum Constitutionibus, & Statutis inhaerendo, statuit, & ordinavit, quod in causis pendentibus, & quas in posterum contigerit agitari, nulli ante definitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat definitiva, vel a gravamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem a definitiva sententia reparari; Nullaque causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimat, quod interlocutoria vim definitiva habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione a definitiva non valeat reparari; Alioquin appellationes, & commissiones in posterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam Judicibus præsentatis, & exhibitis in suo robore permanens, in quibus latis super eisdem sententiis secundo, vel ulterius, ab eis non liceat appellare. Appellantes vero, & appellationes etiam ab Interlocutoriis, & gravaminibus hujusmodi suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, & damna, ad quæ reficienda de Jure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna mulctentur.

Non stetur Commissioni post conclusionem.

38. Item statuit, & ordinavit, quod in Commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam Consistorialibus per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione hujusmodi implicite, vel explicite mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem hujusmodi commissioni eidem conclusioni, ac præsentati Regulæ derogetur expresse.

De Litteris Religiosorum expediendis.

39. Item voluit, & ordinavit, quod si aliqui Religiosi petunt aliquod Beneficium ad nutum amovibile cum clausula, quod exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris, amoveri non possint. Litteræ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem ipsam concedat.

De Clausula ponenda in Litteris permutationis Beneficiorum.

40. Item si committatur alicui Beneficii resignationis receptio, ponatur clausula: *Attente quoque providens &c.* & si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, *Quod neuter permutantium Jus acquirat*: nisi quilibet ipsorum Jus habuerit in Beneficio per ipsum resignato.

De supplendis Defectibus.

41. Voluit, quod si petatur suppleri defectus in genere, nullatenus Litteræ desuper concedantur, nisi in petitione desuper hujusmodi defectus exprimentur, vel per Fiat ut petitur, supplicatio signata fuerit.

De Derogatione Jurispatronatus.

42. Item voluit, quod super quovis Beneficio Ecclesiastico

de Jurepatronatus Laicorum non expediantur Litteræ, nisi ponatur expresse, quod tale Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitime est devoluta, vel quia tempus Patronis Laicis ad præsentandum a Jure præfixum lapsum existat, aut ad id Patronorum ipsorum accedat attentus; & si per ipsum Jurispatronatus hujusmodi mentio dispositiva, ac specificæ, & determinate, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, aut alium Principem pertineat. Et si de hoc in Litteris provisionis, vel Mandato de provjendo de dicto Beneficio, similis mentio facta non fu erit, non censeatur quomodolibet derogatum.

De Commendis.

43. Item voluit, quod nulli Sæculari de Regulari, nec Religioso de Sæculari Beneficiis Commenda detur, nisi in signatura, vel per clausulam ad partem super petitione Commenda hujusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De Reformationibus.

44. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod super quibuscumque Reformationibus signatis super impetrationibus quorumcumque Beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod Litteræ super prima Data expediri possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali Data cupiam videatur posse fieri præjudicium, Litteræ hujusmodi sub ipsa prima Data nullatenus expediantur, nisi reformationes hujusmodi per Fiat sub prima Data signatæ fuerint.

De Consensu in Resignationibus, & Pensionibus.

45. Item voluit, & ordinavit, quod super resignatione, cuiuscumque Beneficii Ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præfens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per Procuratorem suum ad hoc ab ea specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit, & juraverit, ut moris est. Et si ipsum resignantem, seu cedentem pluries super uno, & eodem Beneficio in favorem diversarum Personarum successively consentire contigerit, voluit Sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac Litteræ eorum prætextu etiam sub priori Data expeditæ pro tempore nullius sint roboris, vel momenti, nec Litteræ reservationis, vel assignationis etiam motu proprio cuiusvis pensionis annuæ super alicujus Beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc debet.

In Ingressu Religionis.

46. Item non dentur Litteræ super Beneficiis vacaturis per ingressum Religionis, nisi Professio præcesserit Datam desuper petitionis.

Non valet impetratio facta per modum in Cancellaria exprimentum.

47. Item voluit, quod si petatur aliquod Beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimentum, talis impetratio non valeat, nec Litteræ desuper expediantur.

De executione facienda.

48. Item voluit, & statuit, & ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de ejus mandato factam super exequendis aliquibus, cum adjectione proprii nominis, vel dignitatis cuiusvis Judex datur, Litteræ desuper expediantur cum expressione, quod idem Judex executionem faciat per seipsum.

De Dispensationibus in gradibus Consanguinitatis.

49. Voluit, quod in Litteris dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula, *Si mulier rapta non fuerit*. Et si scienter, ponatur clausula; *addita in quaterno*.

Super Defectu Natalium.

50. Voluit, quod in dispensationibus super defectu Natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, *Quod non præjudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat*.

Super Dispensationibus.

51. Item quod per quamcumque signaturam in quavis gratia, nullatenus dispensatio veniat, nisi specialiter exprimat, vel dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nullius suffragetur dispensatio, nisi Litteris confectis.

52. Item cum concessionem super gratis dispensationum, quarumcumque, quibusvis per ipsum D.N. concessarum, vel concedendarum per Regulas Cancellariæ Apostolicæ sint provide limitatæ, licet aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblati, multa sint petita, ne quis talium concessionum prætextu id dispensative tenere, aut facere præsumat, ad quod concessionem hujusmodi se non extendant, voluit idem D.N. quod nulla talis dispensatio cuiuspiam in iudicio, vel extra suffragetur, antequam super ea Litteræ Apostolicæ sint confectæ.

De Clausulis ponendis in Litteris Indulgentiarum.

53. Item voluit, quod in Litteris Indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiæ, vel Capellæ, aut alias aliqua Indulgentia fuerit concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi Litteræ sint nullæ.

De Indulgentiis concessis ad instar.

54. Item voluit D.N. quod Litteræ super Indulgentiis non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

55. Item voluit, quod in gratis, quas quibusvis Personis de Beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum, quæ dictæ Personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum, provideri, verus annuus valor per marchas argentis, aut sterlingorum, vel libras Turonen. parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel uncias auri, seu aliam monetam, secundum communem estimationem exprimat, nisi Personæ prædictæ Beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ Jus eis competit, iuxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneantur, alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et idem servetur in gratis, quas a Sanctitate Sua motu proprio emanare contigerit; quoad Beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore, provideri, seu provideri mandatur, aut alias disponitur, ac Litteris, per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis, conceditur, ut Monasteria, & alia Beneficia Ecclesiastica Secularia, & Regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ Jus eis competit, retinere possint.

De Clausulis in Beneficiis vacantibus ponendis.

56. Voluit, & ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de Beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt Clausulæ, si petantur, etiamsi illud quovis modo &c. seu per Constitutionem Execrabilis vacet; & specialiter reservatum inter aliquos litigiosum sit, & ejus collatio devoluta fuerit, & si pro Colligante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli &c. petente, si tunc lis specificè exprimat, nec detur aliqua generalis reservatio dispositiva, nisi desuper in concessione speciali, & expressa, ac pure, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reservationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde Litterarum generalis reservatio hujusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus, seu pro Colligantibus; Si neutri, vel Si nulli &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum, cuius Beneficium conceditur, Collectorem, vel illum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel Familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse clausula ponatur, etiamsi dictum Beneficium ex eo quod talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis fuit, dispositioni Apostolicæ generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter Jus questum. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit,

nisi desuper signatura per duplex Fiat, signata sit, aut reservatio, vel alias specialiter habeatur.

De Expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

57. Item voluit, quod super Beneficiis Ecclesiasticis de quibus qualitatis illorum, videlicet an Dignitates, Personatus, vel Officia sint, eisque imminet cura animarum, & qui ad illa consueverint per electionem assumi, mentio fiat, alias gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimentur, negativa expressè desuper fiat in Beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.

De Beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

58. Item si reservetur Beneficium per contractum Matrimonii non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censetur Beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur Matrimonium; sed in Beneficiis per promotionem, aut ingressum Religionis, vel ascensionem vacaturis ponatur clausula, etiam si non petatur, cum Beneficia hujusmodi præmissa, vel alias quovis modo &c. præterquam, per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacent, decernens irritum &c.

De Clausulis ponendis in Litteris Religiosorum.

59. Item voluit, quod si petatur, aliquem in Religionem recipi, & sibi de quovis Beneficio Ecclesiastico provideri per simplicem signaturam Fiat, receptio hujusmodi duntaxat detur, adjecto, si petens idoneus sit, aut aliud Canonicum impedimentum non obstat, & exprimat, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expressè concedatur, & si numerus iste non exillat, ponatur, dummodo receptionis locus hujusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque Executores provisionis hujusmodi ad receptionem emissionis Professionis, non expectato probationis anno, procedere.

De Translatione Religiosorum.

60. Item si Regularis petat sibi de Beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio Regulari loco dependente provideri, & appareat ex petitione hujusmodi, quod alterius Monasterii, vel loci religiosi sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De Clausulis, Si est ita.

61. Item, quod in Litteris super Beneficiis per Constitutionem, Execrabilis, vacantibus ponatur clausula, Si est ita, similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti provideri de vacaturo, dentur Litteræ de vacanti.

62. Item petenti sibi provideri de vacaturo dentur Litteræ de vacanti, prout expedierit impetranti.

Revocatio Decimarum, & aliarum impositionum.

63. Item revocavit quascumque decimarum, necnon subsidiorum, vigesimæ, & aliorum onerum impositiones ex quavis causa emanatas (non tamen decimarum, subsidiorum, & onerum impositionum ex quavis causa, & occasione expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ Fidei hostes) & quascumque facultates super Decimarum, vigesimæ, & onerum hujusmodi exactione quibusvis fructuum, & proventuum Camera Apostolicæ debitorum, Collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nunciis ab eisdem Prædecessoribus concessas, Suspendit quoque ad Sux Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, quascumque plenarias Indulgentias ab eisdem Prædecessoribus ex quavis causa, etiam expeditionis hujusmodi, si quæ per Nuncios, vel Questores deferbantur, concessas, necnon deputandi, & eligendi Confessores, qui plenarie absolvant, & alia faciant ad earundem Indulgentiarum suspensionem effectum, reliquasque facultates, ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea, in quibus Indulgentiæ, & facultates in aliqua sui parte sint sortitæ effectum; Itaut illis, qui implentes injuncta eis in Litteris Indulgentiarum hujusmodi jam consecuti sunt facultatem eligendi Confessores, qui absolvant eos plenarie in mortis articulo, per hujusmodi suspensionem

non præjudicetur, quin facultate ipsa uti possint in futurum; decrevit quoque irritum, & inane quicquid facultatum revocatarum earundem prætextu in posterum contigerit attentari.

Revocatio facultatem percipiendi pretium Officiorum.

64. Item revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curie pro tempore vacantium in toto, vel in parte, & quavis concessione & collatione, aliasque dispositiones per felic. rec. Clementem XII. alioquæ Prædecessores de dictis Officiis, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis, in favorem quarumcumque Personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum Mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub quavis alia verborum forma, quam & præmissorum tenore pro expressis haberi voluit, concessas & factas, quoad Officia, quæ post obitum dictorum Prædecessorum vacarunt, & in posterum quomodolibet vacabunt. Item revocavit quoque, cessavit, & annullavit, ac irritas declaravit, quascumque Infeudationes, Investituras, Grantias, Concessionem quomodocumque etiam in Emphyteusim ad tempus, seu in perpetuum, etiam motu proprio, & de plenitudine potestatis; ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis (extra tamen Consistorium, & sine S.R.E. Cardinalium consilio, & consensu a die Constitutionis fel. rec. Pii V. PP. Prædecessoris sui super prohibitionem alienandi, & infeudandi Civitates, & Loca S.R.E. sub datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo, usque in præsentem diem, per quoscumque Romanos Pontifices suos Prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum quomodocumque, & qualitercumque, & quovis colore factas, & concessas de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & Locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sanctæ Sedi Apostolicæ tam mediate, quam immediate subjectis, tunc videlicet de tempore dictarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum nondum devolutis, nec non quascumque prorogationes, & extensiones, quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & Locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extensionum nondum finitarum quibusvis Personis, cuiuscumque gradus, status, conditionis, & præminentia, etiam Imperiali, Regali, Ducali, ut alia quavis præfulgeant Dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocumque titulo, etiam oneroso, & per quascumque tam sub plumbo, quam in forma Brevis sub annulo Piscatoris, aut etiam alias quomodocumque, & qualitercumque, expeditas Litteras, ac sub quavis verborum forma, quam & præmissorum omnium tenores, S. S. pro expressis haberi voluit, latissime extendendos.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore Clausulæ.

65. Item cum nonnulli in impetrationibus Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus &c. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant a Sanctitate Sua, ut hujusmodi valorem annuum augere possint, ut verius possit in concessione Litterarum super hujusmodi impetrationibus, summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis impostero hæsitari contingat; Declaravit, prætextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima quæ desuper fiet Litterarum expeditione duntaxat augeri posse, & eas, quas Litteris jam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto, denuo desuper expediri contigerit, Litteris, cum aliquo augmento valoris hujusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiamsi motu proprio beneficiales gratiæ, & dispositiones quæcumque a Sanctitate Sua emanaverint.

De Insuperdescendentibus.

66. Item, ne Personis, pro quibus Litteræ Sux Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem a Censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum in-

differenter concedi, & in Litteris Apolicis apponi solitam, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & infordescendi in illis, statuit, & ordinavit, hujusmodi absolutionem, & clausulam in Litteris, quas in futurum cum illa concedi contingerit, non suffragari non parentibus rei judicatar, Incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus Litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario. Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Executores Apostolicæ Sedis, & ejus Officialium, ejus commissarios, exequentes impediuntibus, qui propter præmissa, vel aliquid eorum excommunicati a Jure, vel ab homine per quatuor menses scienter Excommunicationis sententiam hujusmodi sustulerint; Et generaliter quibuscumque aliis, qui Censuris aliquibus, etiam alias, quam ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inforduerint.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

67. Item idem Dominus Noster exactioribus, quas Sanctitas Sua non sine dispensatione plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curie, qui constituti sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quæ obtinent, non contenti, ultra a prosequentibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem Curia exigere non verentur, obviare volens, districte præcipiendo inhibuit omnibus, & singulis, quavis Officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cetero quidquam prætextu Officiorum, quæ obtinent, quovis colore, etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta hujusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ ei incumbunt, malitiose differre, sub Excommunicationis, & præter illam suspensionis a perceptione emolumentorum hujusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis officiorum, per eos obtentorum, in quibus sic præstiterint, pœnis; ac voluit, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, & Camerarius excedentes ipsos respective, prout eis subint, per subtractionem emolumentorum eorumdem, ac alias, ut præfertur, compellant ab hujusmodi illicitis exactioribus abstinere, ac contra eos per prædictas pœnas, & alias prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio Beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

68. Item Sanctissimus D.N. provide considerans consuevisse quandoque Romanos Pontifices Prædecessores suos Beneficia, quæ vacante Sede Apostolica vacare contigerant dispositioni suæ reservare, intendens de Beneficiis hujusmodi, tam conclavitis, quam pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Personis provideri, omnia & singula Beneficia per Regulas Cancellariæ Apostolicæ, aut quasilibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quavis causa reservari solita quæ a die obitus fel. rec. Clementis XII. Prædecessoris sui, usque ad diem septimam decimam Augusti currentis vacaverunt, & de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores, tunc dispositum non fuerat, quæ provisioni, ac dispositioni reservavit; decernens irritum &c.

Revocatio Indulgentiarum Superviventia.

69. Item quia ad importunam nonnullorum suggestionem, quandoque contigit, Prædecessores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub contractuum debitorum, vel diversis aliis prætextibus concessisse, & indulgisse Beneficiatis, ut fructus suorum Beneficiorum aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores, aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret, ad tempus minime restrictum, ad vitam supplicantium cum gravi successorum præjudicio, & Ecclesiarum detrimento. Ideo indemnitate Ecclesiarum, & Successorum in Beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens, revocavit, cassavit, & annullavit omnia, & singula Indulgentia, & facultates in ea partes, qua necdum vere, & realiter suum sortita sunt effectum, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos hæctenus, ad favorem quarumcumque Personarum concessas, quibus eis, vel eorum singulis, ullo modo, & ex quavis causa, vel prætextu permit-

Quoad quasdam observationes circa ipsas Cancellariæ Regulas.

titur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet Beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responfionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque Personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, in folutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causâ disponere pro tempore, ad vitam Beneficiorum, & tempus, quot Beneficia hujusmodi obtinuerint, minime restricto, & coarctato, illorum tenores &c. decernens irritum &c.

Quod Cardinales non comprehendatur sub Regulis faciendis.

70. Item cum S. R. E. Cardinales SS. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prerogativis, & privilegiis gaudere, idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuscumque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem suam edendis non comprehendantur, neque comprehensum censentur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel Constitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editæ fuerint, seu eidem Regulis, & Constitutionibus facta fuerit ipsorum Cardinalium expressa mentio.

Quod Regula Cancellariæ non comprehendatur sub generalibus derogationibus.

71. Item Sanctitas sua statuit, & declaravit, quod præmissis, & quibusvis aliis Regulis Cancellariæ suo tempore edendis, ac publicandis, nunquam censentur derogatum in quibuscumque Constitutionibus, Litteris, Brevibus, Indultis, & aliis ordinationibus Apostolicis, etiam motu proprio, & ex certa scientia emanatis, per quæcumque verba, & decreta derogatoria, irritantia, universalis, & amplissima, & Clausulas quantumcumque efficacissimas, etiam derogatorias, atque specialis, & individuae expressionis vim habentes, & habentia, nisi facta fuerint de illis expressa mentio, & non aliter, nec alio modo.

De potestate Reverendissimi Domini Vicecancellarii, & Cancellariam Regentis.

72. Primo, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in Litteris Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quod possit corrigere nomina, & cognomina Personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quod possit omnes causas Beneficiales, etiam non devolutas, committere in Curia cum potestate citandi ad partes.

Item quod processus Apostolica auctoritate decretos aggrayare possit cum invocatione brachii Sæcularis; & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos, per Litteras Apostolicas desuper conficiendas, & non alias.

Item, quod possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas de Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus dispositioni Apost. generaliter non reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonens. parvorum, seu totidem in alia moneta juxta communem estimationem valorem annum non excedat.

Item, quod possit signare supplicationes etiam duorum Referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, si neutri, & subrogationibus pro Colligantibus, in quibus non detur clausula generalis reservationem importans.

Item, quod possit ad Ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima tunc a Jure itatuta tempora, in quibus sic arctati successive ad ipsos Ordines promoveantur.

Placet, Publicentur, & Describantur P.

Lectæ, & Publicatæ fuerunt superscriptæ Regulae, Ordinationes, & Constitutiones in Cancellaria Apostolica ab uno ex RR. PP. DD. Majoris Præfidentie Abbreviatoribus Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo, die vero xxxi. mensis Augusti Pontificatus prælati Sanctissimi Domini Nostri benedicti XIV. Anno primo.

Angelus Ferdinandus Minicottius Procustos

Collegium, cui talis est caput, sit in ipsa Ecclesia Cathedrali, tunc hæc Dignitas non venit sub reservatione. Rota ibidem. Papa enim censetur per dictam Regulam spoliare voluisse in eadem Ecclesia uno tantum lumine Ordinarios Collatores. Rota ibid. num. 27. Regula quinta, alias quarta reservat omnia Beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & subcollectorum fructuum, & proventuum Camere Apostolicæ, quæ durante eorum Officio, obtinuerit, ac in quibus, seu ad quæ Jus eis competierit. Rota part. 1. decis. 715. num. 4. part. 8. decis. 88. num. 5. par. 16. decis. 167. num. 4. Vide circa istos supra art. 8. num. 41. & sequent. Regula sexta reservat Beneficia Curialium, & habet locum etiam in curialibus ad honorem, sicuti in Cubiculariis ad honorem. Rota part. 4. tom. 1. decis. 573. num. 3. & expresse habetur in Regula VII. quæ, & octava de se clare patent absque alia observatione. Regula nona, alias octava, cuius auctor fuit Nicolaus V. reservat Summo Pontifici omnia Beneficia qualitercumque, qualificata in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus qualitercumque extra Curiam vacantia. Rota part. 2. decis. 428. num. 1. & decis. 590. nu. 1. part. 4. tom. 3. decis. 530. num. 9. & decis. 531. numer. 4. part. 9. tom. 2. decis. 329. num. 1. decis. 366. numer. 1. & decis. 389. num. 6. Hæc Regula, cum proprio nomine mensis designet, intelligenda est de mensibus integralibus computandis a media nocte mensis præcedentis ad mediam noctem subsequens. Rota par. 2. dec. 141. num. 2. & 3. & par. 10. decis. 49. num. 34. l. Move, ff. de feriis, & cap. Consultuit 24. de Offic. Delegati. Unde quando nullimode sciri potest, an Beneficiarius obierit ante, vel post mediam noctem ultimi diei mensis, & sic, an in mensis Pontificis, vel Ordinarii obierit, tunc nemine adhuc in possessione Beneficii existente, pro mensis Episcopali, atque pro favore Collatoris Ordinarii præsumendum videtur. Garcias de Beneficiis par. 5. cap. 1. num. 328. Castropal. tract. 13. de Benefic. disput. 2. punct. 21. §. 2. num. 3. Engel. de Præbend. lib. tit. 5. num. 26. & Pirhing. eodem tit. num. 354. cum alijs passim. Et ratio est quia Episcopus habet intentionem fundatam in Jure, quod collatio omnium Beneficiorum suæ Diocesis ad ipsum spectat; cap. Ex frequentibus, de Institutionibus. Nisi probetur spectare ad collationem alterius, puta quia probantur esse reservata; cum autem stante illo dubio non constat de reservatione, sequitur &c. Circa hanc Regulam observandum est primo, quod revocatur quæcumque privilegia, & indulta concessa quibuscumque Personis disponendi de Beneficiis vacaturis in dictis mensibus. Rota part. 1. decis. 58. nu. 7. & decis. 288. num. 5. & sequent. par. 11. dec. 65. nu. 23. part. 13. dec. 249. num. 9. Regula enim loquitur de Beneficiis ad quoscumque collatores quomodolibet pertinentibus. Rota par. 9. tom. 2. dec. 266. num. 6. Unde derogatur etiam quibuscumque privilegiis cum quibuscumque clausulis, etiam insolitis, & cum derogatoriis derogatariorum. Rota ibidem num. 5. Et derogatur Indultis, etiam si concessa sint cum clausula, ut nunquam contineantur sub reservationibus Apostolicis. Rota part. 9. tom. 1. decis. 200. num. 10. Nec non tollit Indulta emanata motu proprio, & per viam Legis universalis. Rota part. 16. decis. 343. num. 9. Et potissimum cum dicta Regula emanaverit per viam Legis, unde per eam censetur derogatum etiam Juri communi. Rota part. 13. dec. 249. num. 10. Observandum secundo prædictam Regulam tollere quæcumque consuetudines dictæ Regulæ contrarias. Rota part. 4. tom. 1. decis. 336. num. 1. par. 4. tom. 2. decis. 247. num. 12. part. 18. decis. 10. num. 4. Et derogare expresse optandi consuetudini, quamvis immemorabili in Beneficiis. Rota part. 8. dec. 10. num. 4. & sequent. & decis. 138. num. 1. part. 9. tom. 1. decis. 265. n. 15. Observandum tertio, hanc Regulam reservatoriam mensium comprehendere etiam Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastici, & ex privilegio. Rota part. 4. tom. 1. decis. 336. num. 1. & dec. 568. num. 1. par. 11. decis. 305. num. 17. part. 15. decis. 30. nu. 4. Quod procedit etiam si dictum fuerit, quod nunquam sub Apostolicis reservationibus comprehendatur. Rota part. 4. decis. 568. num. 1. Et non obstante quasi possessione præsentandi, cum propter decretum irritans contentum in Regula, tollatur omnis Titulus, & possessio, & quæcumque possent impedire reservationem. Rota par. 4. t. 1. dec. 336. sub num. 3. & dec. 568. num. 6. Observandum quarto, hanc Regulam comprehendere sub reservatione etiam Beneficia Religionis Hierosolymitanæ. Rota part. 2. decis. 569. n. 1. & 2. par. 3. dec. 563. num. 5. & dec. 597. n. 1. par. 10. decis. 57. num. 32. Dicta enim Regula non comprehenditur sub Indultis Religionis Hierosolymitanæ, & propterea illis derogatur. Rota Ferrar. Bibliothec. Tom. I.

par. 3. dec. 568. num. 5. par. 10. dec. 57. num. 33. Ista enim Regula tanquam Lex generalis comprehendit per verba universalis etiam ea, quæ indigent speciali mentione. Rota part. 9. t. 2. dec. 377. n. 3. & 4. Hæc tamen nona Regula exceptuat expresse: Primo Beneficia spectantia ad collationem, præsentationem; electionem, & quæcumque aliam dispositionem Cardinalium. Rota p. 3. dec. 635. n. 6. p. 4. tom. 3. dec. 531. n. 5. & dec. 588. n. 15. par. 5. tom. 2. dec. 440. n. 1. dec. 444. n. 9. par. 7. dec. 108. n. 2. part. 8. dec. 10. n. 6. Adeo ut quoad Cardinales habeatur pro non emanata, & pro non scripta. Rota par. 19. tom. 2. dec. 472. n. 72. & 73. Et procedit etiam quoad beneficia Ecclesiastica, quorum Cardinales non sunt Titulares. Rota p. 9. tom. 2. decis. 366. num. 19. Et intelligitur etiam de Cardinalibus, qui sunt inferiores Ordinarii Collatores. Rota ibid. n. 20. Prædicta enim Regula excipiens Cardinales non solum intelligitur de illis, qui sunt majores Collatores, ut Episcopi, verum etiam de iis, qui sunt inferiores Collatores, ut Abbates, & similes. Rota p. 3. dec. 635. n. 5. Quamvis non intelligatur de Cardinalibus Legatis, quia Papæ intentio est, ut solum Cardinales non patiantur detrimentum in sua ordinaria collatione, qualis non est collatio Cardinalis Legati, qui habet collationem quasi extraordinariam, & accidentalem, & superinductam. Gloss. penult. in Clement. fin. de offic. ordinari. alias enim Regula in Provinciis Papæ esset quasi superflua, cum fere in omnibus adfint Legati. Rota p. 3. dec. 635. n. 6. Nec intelligitur prædicta exceptio de Capitulis Cathedralium, quibus S. R. E. Cardinales præliant, ipsa enim Capitula ex indultis conferendi beneficia Ecclesiastica reservata, vel affecta eidem Cardinalibus concessis, nullum jus prætereendere valent, ut expresse declaravit, & statuit Urbanus VIII. 10. Septemb. 1626. Constit. incipient. Accepto; Annotat. ad decis. 530. num. 62. & sequ. p. 4. tom. 3. & dec. 366. n. 6. par. 9. tom. 2. Secundo exceptuat expresse beneficia, & Personas, quarum favore adiunt Concordata. Rota p. 9. t. 2. dec. 366. n. 9. Tertio specialiter exceptuat beneficia vacantia in mensibus, in quibus adeit alternativa cum Episcopo. Rota p. 11. dec. 108. num. 12. Quarto expresse exceptuat vacationem beneficiorum per resignationem in dictis mensibus vacantium, dummodo resignatio valida fuerit, & vere Jus competierit resignanti. Rota par. 3. dec. 379. num. 4. Quinto Regula hæc excipit, & non comprehendit beneficia unita. Rota part. 15. dec. 101. num. 2. Nec comprehendit beneficia manualia. Rota part. 3. decis. 340. num. 4. Et sic non comprehendit Vicarias Temporales, quia loquitur de beneficiis. Rota part. 2. dec. 704. n. 1. & 2. Immo neque comprehendit Vicarias perpetuas stante Constitutio. S. Pii V. edita Kal. Novembr. 1567. quæ tribuit facultatem nominandi Rectoribus Ecclesiarum unitarum Vicarias perpetuas, etiam si Vicariæ vacent in mensibus reservatis. Rota part. 2. dec. 704. n. 3. Nec comprehendit Capellanias. Rota part. 15. dec. 327. n. 8. Et præsertim sub hac Regula non cadunt Capellanie quæ fundantur in Hispania ad celebrandas Missas, cum non sint Tituli Beneficiales. Rota part. 6. dec. 13. n. 8. Nisi probetur fuisse erectas in Beneficia. Rota ibid. n. 8. Sexto dicta Regula non comprehendit beneficia de Jurepatronatus. Rota part. 10. decis. 168. n. 44. Quare non procedit contra eum, qui est in possessione præsentandi. Rota part. 4. dec. 588. n. 6. Et quamvis conclusio non procedat, ubi clare constat beneficium esse de Jurepatronatus ex privilegio, Rota ibid. n. 6. Attamen ad hunc effectum requiritur, quod probationes sint, vel per rem judicatam, vel per confessionem partis, vel saltem per instrumentum. Rota ibid. n. 7. Ratione hujus nonæ Regulæ Episcopus, vel alius Collator inferior, non amittit jus conferendi beneficium, in quo mensis vacans, etiam si illud eodem mensis non contulerit, & sic vacatio ejus duraverit in mensis Apostolicum, neque prohibetur eidem Collator inferior ejusmodi beneficium conferre durante ipsomet mensis Apostolico; Ratio est clara, quia ad inducendam, vel non inducendam reservationem beneficii, attenditur solummodo initium vacationis, non autem tempus, quo duravit, atque continuata fuit vacatio beneficii, juxta Rotam dec. 774. n. 3. & 10. l. 3. part. 3. divers. quam refert Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. 11. nu. 66. Adeoque non obstante hac Regula nona potest Ordinarius Collator conferre, etiam in mensis Apostolico beneficium, quod vacavit in mensis Ordinarii, seu collationem protrahere etiam usque ad alium suum mensis Ordinarium; Tum quia Collator inferior habet sex menses ad conferendum; cap. Nulla 2. de concess. Præbend. & concordant c. Quia diversitatem 5. eodem titul. c. Licet 3. de

3. de supplenda negligentia Prælat. & Clement. 1. tit. eodem, & Constit. S. Pii V. incip. In conferendis Beneficiis. Sed hoc non subsisteret, si Beneficium in mensē Ordinarij vacans, amplius conferre non potest in mensē Papæ sequentē; Immo talis facultas conferendi foret propemodum inutilis, præsertim quando ultima die, vel hora mensis per obitum prioris possessoris inciperet vacatura beneficii, adeoque Beneficia vacantia in mensē Ordinarij possunt conferri etiam in mensē Papæ sequente, vel etiam in alio ipsius Ordinarij post elapsum mensē Papæ; sic cum communi Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 11. a. n. 47. usque ad n. 73. & Garcias part. 5. de Beneficiis cap. 1. n. 537.

56 Regula decima, ut de se clara, nulla indiget speciali observatione. Regula undecima Cancellariæ generaliter, & indefinite comprehendit reservationem omnium, & singulorum, beneficiorum reservationem per prædecessores Pontifices. Rota part. 19. tom. 2. dec. 566. n. 3. Hæc tamen non potest dici, quod comprehendat etiam Parochiales, cum de iis nulla specifica mentio in dicta Regula fiat, nec dicitur derogare Decretali Bonifacii VIII. in c. Si Apostolica 35. de Præbend. in 6. Rota ibid. n. 4. Prout dicitur cap. si Apostolica non potest dici correctum per Extravagantem Pauli II. incip. Ad Romani Pontificis providentiam 13. de Præbend. inter communis. Rota ibid. n. 1. & seq. Regula duodecima de se patet. Regula terdecima expresse derogat unionibus effectum non fortitis. Rota part. 4. tom. 2. dec. 446. n. 27. part. 10. dec. 174. n. 1. part. 11. dec. 305. n. 7. Hæc Regula tribuitur Adriano VI. & Urbano VIII. Rota part. 10. dec. 174. n. 1. part. 11. dec. 305. n. 7. Facta fuit, ne per unionem diminueretur cultus Divinus, & facultas conferendi. Rota part. 4. tom. 3. dec. 614. n. 55. part. 9. tom. 1. dec. 91. n. 19.

59 Hæc Regula comprehendit uniones factas ex causa minus necessaria, Rota part. 10. dec. 174. num. 1. Et sic comprehendit unionem factam non pro necessitate Ecclesiæ, sed pro commodiori sustentatione beneficiorum. Rota part. 11. dec. 52. n. 11. Hic tamen nota, solam necessitatem Ecclesiæ non sufficere, sed etiam requiri, quod propter tenuitatem reddituum non reperiantur, qui velint beneficia acceptare. Rota part. 11. dec. 52. n. 1. Hæc Regula derogat etiam unionibus non effectuatibus, etiam si in eis adesset decretum illas ex tunc fuisse effectum sortitas: Rota part. 4. tom. 2. dec. 446. n. 27. Quæ derogatio non aderat in Regulis antiquis. Rota ibid. n. 28. & 29. Hæc tamen Regula plures habet limitationes; Primo non habet locum in unionibus, quæ effectum sortitæ sint. Rota part. 4. tom. 2. dec. 90. n. 7. part. 11. dec. 274. n. 5. part. 17. dec. 145. numer. 12.

64 Ad quem effectum sufficit unionem fuisse in parte effectuatam. Rota part. 4. tom. 2. dec. 394. n. 11. part. 10. dec. 261. n. 4.

65 Secundo excipiuntur uniones factæ auctoritate Sacri Concilii Tridentini. Rota part. 9. dec. 337. n. 4. Tertio huic Regula non subjacet unio facta pro augmento cultus divini. Rota part. 6. dec. 7. n. 7. Intelligit tamen procedere, data valida, & non revocata erectione; secus autem, quando erectio Beneficiorum non fuit valida, utpote quia erectio deficiat. Rota ibidem. Et sic intelligi debet Concil. Trid. sess. 21. c. 5. nempe quod loquatur de erectione valida, non autem nulla, & invalida. Rota ibidem. Quarto non comprehendit reservationes factas ex causa dotis, vel augmenti dotis. Rota part. 9. dec. 109. n. 14.

69 & 20. Quinto sub hac Regula non cadit unio, si sit facta ex titulo oneroso permutationis. Rota part. 6. dec. 30. n. 12. Sexto non procedit quando unus ordo in totum supprimitur, & ejus Beneficia alteri uniuntur. Rota part. 17. dec. 99. nu. 22. Regula quartadecima de se patet.

71 Regula quintadecima, alias quartadecima, licet non legatur inter Regulas Innocentii VIII. attamen a ceteris ab eo Pontificibus ad nostra usque tempora approbata, & inter Regulas semper inserta reperitur. Rota part. 7. dec. 250. num. 32. Revocat hæc Regula facultates conferendi Beneficia reservata, seu affecta. Rota part. 7. dec. 250. num. 31. & 34. part. 9. tom. 1. dec. 285. num. 25. & seq. part. 16. dec. 383. num. 8. Et revocat quæcumque indulta huic Regula contraria quibuscumque Personis, quibuscumque clausulis, & de quibuscumque Beneficiis concessa. Rota part. 9. tom. 1. dec. 285. n. 28. & 29. & comprehendit etiam optionem, & facultatem optandi. Rota ibidem num. 25. & 27. Immo revocat non solum privilegia activa eligentium, & Collectorum, sed etiam passiva eligendorum, & providendorum, nisi quando jus passivum competit ex fundatione. Rota part. 6. dec. 243. num. 12. Hæc Regula alias comprehendebat etiam Eminentiss. Cardinales; hodie autem eos non comprehendit. Rota part. 3. dec. 375. num. 4. & dec. 635. sub num. 4. Regula sextadecima, decima septima, & decima

ostava de se patent. Regula decima nona, quæ inscribitur de viginti, seu de inanimis resignantibus, annullat quæcumque resignationem Beneficiorum factam ab inanimis, qui ex ea infirmitate decedat, vel etiam factam a sano, qui intra viginti dies a die prædicti coniensus decedat. Rota part. 5. tom. 1. dec. 344. n. 2. part. 9. tom. 2. dec. 253. num. 13. part. 10. dec. 184. n. 24. & dec. 307. num. 12. Hæc Regula comprehendit tam infirmitas leves, quam graves. Rota part. 3. dec. 440. num. 3. Et ut intret hæc Regula, sufficit probare resignantem obiisse infra 20. dies, quamvis ille tempore resignationis fuerit sanus. Rota part. 9. tom. 1. dec. 253. num. 13. ubi asserit sic expresse declarasse Clem. VII. sub illis verbis Regula de viginti, Etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signata. Et hoc tempus viginti dierum videtur computandum de momento in momentum, itaut dies resignationis, seu consentis computetur in terminis viginti dierum, & sic valida erit resignatio, qua quis V. G. resignavit Beneficium die prima Maii hora quintadecima, si moriatur die vigesima ejusdem Maii hora sextadecima, quia revera intercessissent viginti dies naturales, scilicet viginti quatuor horarum, & de momento in momentum completi: arg. l. More Romano ff. de feriis, & cap. Consuluit 24. de offic. Delegati. Et sic expresse tenent Gloss. hujus Regulae, Mandosius quest. 18. num. 3. Joan. de Selva tract. tom. 15. tract. de Beneficiis par. 3. c. 46. n. 11. Azorius part. 2. lib. 7. c. 28. quest. 7. & alii. Regula vigesima, vigesima prima, vigesima secunda, vigesima tertia, vigesima quarta, vigesima quinta, de se patent.

Regula vigesima sexta, quæ apud antiquiores est 24. & apud alios 25. annullat resignationes Beneficiorum factas ab eo, qui est promotus ad Prælaturam. Rota part. 3. dec. 328. numer. 1. Hæc tamen Regula solum habet locum in Beneficiis resignatis post vacationem Prælaturæ, non autem in resignatis ante ejus vacationem. Rota ibidem. Et ratio est, quia ille, qui resignat postquam vacavit Prælatura, est magis certus de sua promotione, cum illa dependeat a sola voluntate Summi Pontificis; Ille autem, qui resignat ante vacationem Prælaturæ, quam sibi sperat resignari, non est ita certus, cum hæc dependeat a voluntate duorum, nempe ab ea resignare debentis, & ab illa Summi Pontificis resignationem admittente volentis, Rota ibid. num. 2. Regula vigesima septima disponit, quod non judicetur juxta formam supplicationis, sed juxta tenorem Litterarum. Rota part. 2. dec. 656. sub num. 5. Per hæc Regulam admittitur facultas ferendi iudicium ante expeditionem Litterarum Apostolicarum ad effectum audientia, & disputationis. Rota part. 16. dec. 184. num. 6. & 7. Attamen solum procedit hæc dispositio ubi Litteræ sint expeditæ, & discordent a iupplicatione. Rota part. 2. dec. 465. num. 5. Non autem procedit ubi incidenter tantum, & non essentialiter agitur de verificatione gratiæ. Rota part. 17. dec. 212. num. 11. Item non procedit in possessore Retinendæ, licet secus sit in alio possessore, in quo requiritur titulus coloratus, ne detur vitiosus regretilus. Rota part. 2. dec. 392. num. 2.

Regula vigesima octava est de se clara. Regula vigesima nona, quæ de subrogandis colligantibus inscribitur, disponit, quod si duo super Beneficio litigent, & alter moriatur, vel alio quovis modo recedat, superstes possit petere per subrogationem gratiosam substitui in jure, vel ad Jus, & possessionem, quæ adversariis competebant; Rota part. 4. tom. 1. dec. 226. num. 4. Hæc tamen Regula non habet locum ad favorem intrusivi. Rota part. 1. dec. 306. num. 3. & 4. part. 3. dec. 336. numer. 4. Intrusus autem generatim loquendo dicitur ille, qui obtinet Beneficium Ecclesiasticum sine auctoritate illius, ad quem de Jure spectat collatio; Ita Abbas in cap. Quia diversitatem num. 2. de concessione Præbend. Gomez, Rebuffus, & alii communiter. Unde non habetur pro intrusivo is, qui abque intimatione Executorialium possessionem apprehendit; nam licet possessio sit attentata, tamen ad effectum subrogationis gratiosæ possessor non habetur pro intrusivo; Rota part. 11. dec. 124. num. 23. & sequent. Et hæc Regula damnat solum intrusionem existentem de tempore petitiæ subrogationis, itaut futura excludatur; Rota ibid. n. 36. & 44. Et inducit solum obligationem justificandi causam de tempore signatæ supplicationis; cap. Cum te 7. de Rescriptis, ubi Felin. num. 18. Franc. in cap. Cum illis sub num. 8. de Præbend. in 6. Alex. conf. 42. n. 8. lib. 4. Rota dec. 443. num. 4. part. 2. recent. non attento quid acciderit medio tempore inter supplicationem signatam, & Litterarum de super expeditionem; Rota in Nufcana Canonizatus 11. Martii 1647. §. quia Breve, & §. seq. coram bo. memor. Arguelles, & in puncto subrogationis dec. 472. num. 4. par. 3.

part. 3. divers. ubi adducitur ratio, quia effectus subrogationis incipit a die Datae, & semper viget in persona subrogati; Rota part. 22. dec. 124. num. 45. & seq.

90 Regula Trigesima, quæ de verisimili notitia appellatur, annullat concessionem Beneficij post mortem Beneficiarij obtenti, quando inter vacationem, & Datam gratiæ, tantum temporis non intercesserit, quo verisimiliter Pontifex notitiam habere potuerit vacationis; Rota part. 17. dec. 74. num. 4. Hic tamen advertendum est, Regulam solum requirere tempus, quo notitia vacationis potuerit pervenire ad Papam, non autem requirere, quod revera pervenerit; Rota ibid. Considerat enim Regula non quod est, sed quod potuit esse; Rota ibid. Hinc ad excludendam Regulam prædictam, sufficit, quod notitia etiam expeditione, & maxima sollicitudine venire potuerit; Rota part. 18. tom. 1. dec. 285. n. 2. Atque in hac materialitate attestati Curiorum, annotata deferri potuerit, nec ne; Rota part. 16. dec. 74. n. 5. Regula trigesima prima adimit omnem jurisdictionem Executori quoad omnia acta, Litteris non expeditis; Rota part. 4. tom. 3. dec. 553. n. 9. Itaut ante Litterarum Apostolicarum expeditionem, nulla Jurisdictione data censetur; Rota part. 17. dec. 205. n. 30. & seq. Hæc tamen Regula non habet locum, ubi fuerit expeditæ Litteræ gratiæ principalis; Rota part. 2. dec. 31. n. 5. Regula trigesima secunda disponit, quod in collatione Beneficiorum Familiarium Cardinalium reservatorum per Regulam quartam per Cardinalem Patronum præstari debeat consensus; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. n. 24. part. 6. dec. 53. n. 12. part. 17. dec. 303. num. 26.

97 Intellige tamen solum procedere, quando Cardinalis Patronus est præsens in Curia; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 24. part. 6. dec. 53. num. 12. Quare hoc privilegium neque opitulatur Cardinali Patrono absentem a Curia, licet residet in suo Episcopatu; Rota part. 6. dec. 53. num. 13. Dum nec etiam gaudet hoc privilegio Legatus Sedis Apostolicæ; Rota ibidem num. 14. Nec huic Regula est derogatum per sequentem Regulam trigesimam tertiam; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. n. 24. part. 17. dec. 303. num. 27. Regula trigesima tertia disponit, quod Beneficia vacantia per obitum Familiarum Cardinalium conferantur per Cardinalem Ordinarium Collatorem, non autem per Cardinalem Patronum; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 2. part. 6. dec. 53. n. 8. part. 17. dec. 303. sub num. 26. Hoc tamen solum procedit, quando Cardinalis Ordinarius Collator habet Indultum conferendi talia Beneficia; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 25. & sequent. part. 6. dec. 53. num. 8. Secus ubi Cardinalis Collator Indultum non habeat; Rota dict. part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 20. & 26. & part. 6. dec. 53. n. 11.

103 Ubi enim non adest tale Indultum, hæc Beneficia per Regulam quartam, & ex Constitutione moderata Indultorum Gregor. XIV. & Pauli V. reservantur Summo Pontifici, non obstante, quod collatio spectet ad Cardinalem; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 8. & sequent. & num. 63. & sequent. Quare hæc Regula Indulto solum inservit, & famulatur, & operatur tantum, quando Cardinalis Ordinarius Collator habet Indultum; secus contra; Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 25. & sequent. Et sane Regula ipsa expresse loquitur, ubi Cardinalis Collator habet Indultum, & disponit, quod in concursu Cardinalis Patroni præferatur Cardinalis Ordinarius Collator habens Indultum Rota part. 6. dec. 53. num. 10. Hæc Regula trigesima tertia non aderat de tempore Sixti IV., & Innocentii VIII. Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. n. 47. & 52. Et fuit inducta ad tollendas lites, quæ ex præcedenti Regula oriri possent inter Cardinalem Ordinarium Collatorem, & Cardinalem Patronum super provisione Beneficiorum vacantium per obitum Familiarum Cardinalis; Rota part. 17. dec. 303. sub num. 26. & dec. 654. num. 31. & sequent. Nec tamen hæc Regula tollit reservationem Regulæ quartæ: neque in hac Regula ulla mentio fit de dicta Regula quarta: Rota part. 4. tom. 3. dec. 654. num. 20. & 22. Regula trigesima quarta de se est clara.

109 Regula trigesima quinta de annali possessore disponit, quod impetrans Beneficium Ecclesiasticum ab alio pacifice possessum, quod certo modo de Jure vacare, & injuste ab alio possideri prætenditur, exprimere debeat qualitates possessionis, & nullitates possessionis, & intra sex menses possessorem in iudicio vocare debeat, & infra annum sententiam obtinere, alias gratia impetrata corrui; Rota part. 12. dec. 152. n. 56. & 57. p. 13. dec. 402. num. 1. & 2. part. 15. dec. 51. num. 8. & dec. 329. n. 2.

110 Regula hæc introducta fuit in odium impetrantium alieni Beneficia, & in favorem possidentis; Rota part. 15. dec. 51. num. 11. & dec. 329. num. 13. part. 17. dec. 345. num. 7. part. 18. tom. 1. dec. 148. num. 14. & sequent. Hinc hæc Regula ad excludendum Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

impetrantem non attendit possessorem, neque requirit Titulum, sed solum meram detectionem facti, dummodo tamen sit actualis, bona, & pacifica; Rota part. 4. tom. 3. dec. 599. num. 42. part. 9. tom. 1. dec. 289. n. 28. part. 13. dec. 402. num. 13. & seq. Tuetur enim possessorem etiam sine Titulo; Rota part. 9. tom. 1. 111 dec. 289. num. 28. part. 13. dec. 402. num. 13. Ipsa enim Regula 112 non considerat Personam, sed solum factum impetrantis: Rota part. 13. dec. 402. num. 16. Unde sufficit ostendere provisionem 113 Beneficij ante annum, ut dicatur de possessione constare. Rota part. 9. tom. 1. dec. 289. n. 32. part. 17. dec. 205. num. 22. Quæ possessio non excluditur per Decretum irritans: Rota part. 15. 114 dec. 329. num. 10. Nec interruptitur per monitorium præsentatum 115 possessori: Rota part. 19. tom. 2. dec. 663. num. 10. & sequent. Regula trigesima sexta appellata de triennali possessore 116 defendit quemcumque possessorem Beneficij ex quovis titulo possessi, si per triennium in ejusdem possessione pacifice permanferit, itaut non possit a quocumque alio molestari: Rota part. 19. tom. 2. dec. 423. num. 17. & 41. Unde observandum est 117 primo, hæc Regulam procedere, tam in collatione facta a Papa, quam ab Ordinario; Rota part. 17. dec. 268. num. 22. Observandum secundo, hæc Regulam suffragari triennali possessori adversus quascumque molestias, tam in possessorio, quam in petitorio illatas; Rota part. 3. dec. 783. num. 4. part. 9. tom. 1. dec. 264. num. 2. part. 14. dec. 518. num. 15. Observandum tertio 119, hæc Regulam defendere possessorem triennale, etiam contra provisorium Apostolicum; Rota part. 19. tom. 2. dec. 423. num. 21. Observandum quarto, hæc Regulam de triennio jurare etiam contra petentem executionem Brevis de capienda possessione nomine Cameræ: Rota part. 9. tom. 1. dec. 264. num. 8. Observandum quinto, hæc Regulam impedire litem in 121 gressum contra possessorem etiam titulo optionis nullæ: Rota part. 19. tom. 2. dec. 608. num. 16. Optans enim se tueri potest per hæc Regulam in possessione Beneficij per optionem obtenti: Rota part. 16. tom. 2. dec. 663. num. 6. Quæ quidem Regula non interruptitur per monitorium non præsentatum possessori: Rota ibidem n. 10. & sequent. Advertendum tamen 123 est primo, ab hac Regula excipi possessorem, qui in Beneficio per Simoniam ingressus est; Rota part. 9. tom. 1. dec. 264. n. 5. part. 19. tom. 7. dec. 422. num. 19. Advertendum secundo, ab hac 124 Regula excipi reservationes in corpore Juris clausas: Rota part. 9. tom. 1. dec. 264. num. 2. & 7. part. 17. dec. 345. num. 12. part. 12. tom. 2. dec. 423. num. 19. Advertendum tertio, hæc ipsa 125 iam triennale possessionem debere esse pacificam, alias non suffragari; Rota part. 3. dec. 783. num. 4. part. 9. tom. 1. dec. 264. num. 4. part. 11. dec. 255. num. 1. Itaut ad eam excludendam, sufficienter etiam controversiæ extrajudiciales: Rota part. 15. dec. 51. num. 27. Et si ante triennium fuit mota litem Juris, vel facti super re possessa in iudicio, vel extra: Rota part. 12. dec. 64. num. 9. Hinc monitorium executum contra possessorem interruptit effectum Regulæ de triennali: Rota part. 19. tom. 2. dec. 663. num. 10. Advertendum quarto ad effectum, ut habeat 126 locum hæc Regula de triennali præter pacificam triennale possessionem, requiri saltem Titulum coloratum: Rota part. 4. tom. 3. dec. 599. num. 36. part. 5. tom. 2. dec. 551. num. 16. part. 9. tom. 1. dec. 264. n. 4. part. 11. dec. 178. num. 11. & 12. Hinc Regula non suffragatur, ubi esset Titulus, vel Titulus sit discoloratus: Rota part. 4. tom. 3. dec. 599. num. 37. part. 17. dec. 298. num. 23. part. 18. tom. 1. dec. 204. n. 11. & sequent. Prout etiam non suffragatur stante nullitate, ac invaliditate Tituli exhibitivi: Rota part. 18. tom. 1. dec. 232. num. 9. Reliquæ Cancellariæ Regulæ satis de se patent, & qui circa ipsas, & alias, particulares Auctorum glossas scire desiderat, de facili comperiet apud Gonzalez ad Reg. 8. Cancellaria, Joann. Cokier in Regulæ Cancellariæ Apostolicæ; Ludovicum Gomezium in iudicialibus Cancellariæ, & apud Garziam, Lotter, & alios. Hinc autem adduxisse sufficiat præcipuas observationes, & notationes a Sacra Romana Rota congestas, & ad promptius omnium commodum novissime a vere sapientissimis Athenais Mediolanensibus in compendium redactas.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE singulis Cancellariæ Regulis differere, ea que supplere, quæ ab Auctore omissa sunt, longum esset, imo, si dicendum quod res est, inutile postquam clariss. Riganti. Commentarios ad eas edidit, numeris omnibus absolutos. Paucatantummodo afferemus, quæ ipsas Regulas Cancellariæ in genere concernunt. De origine Regularum Cancellariæ plene agit Rigant. in Com. H h 2

Commentar. in Prohemium ipsar. n. 4. & pl. sequent.

- 2 Habent Regulæ Cancellariæ vim Legis. Quinimo sub nomine *juris communis* eas venire dixit *Rot. in Tirasonen. Capellaniæ 9. Decembris 1743. coram Illustrissimo Molin.*
- 4 Rubricæ vero ipsarum vim Legis non habere, nec sumi ab iis posse argumentum pro declarando nigro, firmat *Rigant. in comment. ad Rubric. Regul. 1. §. 1. num. 67. ex solida eâ ratione, quod Rubricæ non a Conditoribus, sed ab Impressoribus, vel similibus fieri consueverunt.*
- 5 Eæ expirant morte Pontificis, sed a Successore innovantur.
- 6 Atque hinc factum est, ut quæ Beneficia vacant Sede Pontificia vacante, ea non subjaceant, ut in superiori additione dictum est, *Regulis Cancellariæ*; idque in favorem non solum Collatorum, sed & Patronorum Ecclesiasticorum; *Nogueir. quest. singular. disput. 4. quest. 12. per tot.* At nota, non cessare per mortem Pontificis Regulæ illas Cancellariæ, super quibus emanatæ fuerint Pontificiæ Constitutiones; *Parif. consil. 49. num. 8. lib. 4. Rocc. s. lect. jur. disput. cap. 80. num. 16. Alter Parif. de resignat. lib. 11. quest. 2. num. 31. Rot. cor. Puteo dec. 92. numer. 3. lib. 2.*
- 8 Ligant Regulæ Cancellariæ a crastina die post assumptionem ad Pontificatum, licet nondum publicatæ; idque quia in eorum procemio sub Urbano VIII. expresse sanciri cœpit *Ex tunc licet nondum publicatæ & c. observari voluit.* Ex quo sequitur, quod Beneficium vacans ea die Regulis Cancellariæ obnoxium remaneat.
- 10 De locis, in quibus vim habent Regulæ Cancellariæ, fuscè disserit *Rigant. in comment. ad Prohem. ipsar. a num. 52.* Confer. etiam *Rossignol de la Combe in sua Jurisprudencia Canon. verb. Regulæ Cancellariæ fest. 1. per tot.*
- 11 Regulis Cancellariæ tamen non subjaceant Beneficia Jurispatronatus Laicalis, subjacent tamen Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici; *Rot. in Barchinonen. Beneficii 13. Junii 1721. cor. bon. mem. Cerr. & in Tarraconen. Beneficii 8. Martii 1723. coram clar. mem. Corio.*
- 12 De Cardinalibus quæri solet, an comprehendantur sub Regulis Cancellariæ; Adis *Rigant. in comment. ad Regul. 70. a num. 1. ad plur. sequent.*
- 13 Quod attinet ad interpretationem Regularum Cancellariæ, eæ, ut interpretari solent aliæ Leges, interpretandæ sunt ex ipsarum origine, ex verbis quibus conceptæ sunt, tum ex rationibus quibus innituntur; nisi usus & consuetudo ipsas declaraverit, ut servavit *Rota cor. Molin. dec. 777. per tot.*
- 14 Peculiare vero est, quod Regulæ Cancellariæ suapte naturæ sunt stricti juris; eque propterea nec ex identitate, nec ex ipsa majoritate rationis extenduntur de casu ad casum; *Rot. cor. Puteo decif. 246. n. 1. lib. 1. & in Monasterien. Canonicatus 5. Jun. 1716. §. Sed Domini, cor. bon. mem. Gamach.*
- 16 Derogari potest Regulis Cancellariæ. At Regula 71. disposuit, quod ipsis citra specialem mentionem per quacumque clausulas non censeatur derogatum.
- 17 Ordinariis, cæterisque Collatoribus fas haud est peculiaribus pactionibus formam & efficaciam Regularum Cancellariæ immutare, & juribus S. Sedis eiusque Datarie officere per mensium confusionem, & promiscuam interiorum Collatorum admissionem ad jus conferendi in mensibus reservatis; *R. t. in Salamantina Beneficii 21. Novembris 1746. cor. Illustrissimo Molino.*
- 18 Centenaria an, & quando vim habere possit contra Regulæ Cancellariæ, vide apud *Rot. in Tridentina Archipresbyteratus 2. Decembris. 1723. & 26. Junii 1724. cor. bon. mem. Gamach. in Urbvetana Parochialis 13. Martii 1733. cor. clar. mem. Aldrovand. in Urbanien. Beneficii 2. Julii 1736. cor. bon. mem. Vais, & in Cesaravugustana Beneficii super Compulsoria 28. Junii 1645. cor. Illustrissimo Molin.*

ARTICULUS XI.

Beneficia quoad Concordata.

PER Concordata hic intelliguntur illa, quæ potissimum super provisione Beneficiorum Ecclesiasticorum in ditionibus variarum Supremorum Principum vacantium, inter Sedem Apostolicam ex una, & ipsos supremos Principes ex altera, partibus, pro firmiori unione, & pace, & tranquillitate servanda, hinc inde conclusa, approbata, & acceptata fuerunt. Et hujusmodi Concordata potissimum fuerunt inita ad tollendas lites, & controversias nonnumquam oriri solitas, ex eo quod

Papa jure præventionis (scilicet per gratias expectativas) vel etiam jure concursus uni, & Collator Ordinarius provisionis Apoitolicæ ignarus alteri idem Beneficium Ecclesiasticum contulisset; sicque inter ipsosmet Proventus, vel etiam ipsorum Familias variæ contentiones, & discordiæ suborta fuissent. *Addit. ad decif. 2. num. 229. cum sequent. part. 3. Rota Romana; Hic autem, ne nimis in longum trahatur discursus, adducendo singillatim specialia uniuscujusque nationis Concordata, sufficere adducere pro omnium notitia Concordata a nationis Germanicæ, ex quorum dilucidatione poterit de facili servatis servandis, & ceteris paribus deveniri ad cognitionem, & intelligentiam pro praxi etiam omnium aliorum. Inter Papam Nicolaum V. igitur ex una parte, & Imperatorem Federicum III. & Principes Germanicæ Ecclesiasticos, ac Sæculares ex altera anno 1447. Kalendis Aprilis fuerunt inita Concordata tenoris sequentis Pontificiæ Constitutionis.*

NICOLAUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Ad Perpetuam rei memoriam.

AD sacram Petri Sedem Divina dispositione sublimati, singulis, quæ pro universalis Ecclesiæ unione, ac pace, & tranquillitate profutura fore conspicimus, Apoitolicæ Providentiæ sollicitudine libenter intendimus; Et ad felicem illorum prosecutionem, & consumationem opem, & operam impendimus efficaces.

§. 1. Nuper siquidem Charissimus in Christo Filius noster Federicus Romanorum Rex illustris, & nonnulli alii Dilecti Filii, Ecclesiastici, & Sæculares Principes inclitæ Nationis Germanicæ ex una, ac Dilectus Filius noster, & Joannes Sancti Angeli Diaconus Cardin. in partibus illis Apoitolicæ Sedis de Latere Legatus per Nos ad dictas partes mitus, sufficienti desuper a Nobis, & Sede Apoitolica auctoritate suffultus, ex alia partibus, Romanæ Ecclesiæ, & dictæ Nationis hominibus pro ipsius Ecclesiæ unione, pace, & tranquillitate inter Ecclesiæ & Nationem prædictam, perpetuo solidandis, & conservandis, diversa rationabilia, & utilia ordinationes, & statuta, a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata, & concordata, fecerunt, & ediderunt, Nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum subsistentia robur Apoitolicæ firmitatis adiceret, nec non auctoritatem potiore, & Decretum interponere dignaremur.

§. 2. Nos itaque, qui statuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus magnarum maturitatis, auctoritatis, & litteraturæ viros diligenter examinari, & discussi fecimus; eaque rationabilia, & salubria, tam Ecclesiæ, quam Nationi præfata fore comperimus, de dictorum, & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium, consilio, & assensu, Apoitolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocini communitus, juxta modum, & formam subsequentes. Placet nobis super provisione Ecclesiasticorum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque provisionibus, juris scripti reservationibus, & Execrabilibus, ac *Ad regimen* Constitutionibus modificatis, ut sequitur. Ad regimen Ecclesiæ generalis quamquam immeriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideris, ut debemus, quod per nostræ diligentis studium, ad quarumlibet Ecclesiarum, & Monasteriorum regimina, & alia Beneficia Ecclesiastica, juxta divinum beneplacitum, & nostræ intentionis effectum Viri assumantur idonei, qui præsent, & profert committendis eis Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis prælibatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus Nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias, & etiam Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, & Officia, nec non Canonicatus, Præbendas, et Ecclesias, ceteraque Beneficia Ecclesiastica cum cura, vel sine cura, Sæcularia, & Regularia quæcumque, & quacumque fuerint, etiam ad illa Personæ consueverint, seu debuerint, per electionem, seu quemvis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apoitolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura, nec non per depositionem, vel privationem, seu translationem per Nos, seu auctoritate nostra factas, & in antea faciendas ubilibet: nec

non

non ad quæ aliqui in concordia, vel discordia electi, sive postulati fuerint, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, admittit auctoritate nostra extiterit, seu quorum electorum, vel postulatorum, & in antea eligendorum, seu postulandorum electionem cassari, seu postulationem repelli, aut renunciationem admitti per Nos, aut auctoritate nostra continget apud Sedem prædictam, vel alibi, ubicumque, & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Ecclesiæ Romanæ, aut officialium dictæ Sedis, quamdiu Officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarii, Camerarii, septem Notariorum, Auditoris Litterarum contradictarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Correctorum, centum, & unius Scriptorum Litterarum Apoitolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariæ præfate Sedis, & viginti quinque Abbreviatorum, nec non Virorum Communialium nostrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedium ejusdem in epitaphio descriptorum) & etiam quorumcumque Legatorum, seu Collectorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, ac Thesaurariorum deputatorum, seu missorum hæcenus, vel deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vacatura, uoicumque dictos Legatos, vel Collectores, seu Rectores, & Thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint, seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam Curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem si in locis a dicta Curia ultra duas Dietas legales non distantibus jam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit; Et etiam simili modo quorumcumque Curialium peregrinationis, inermittatis, seu recreationis, vel alia quacumque causa ad quævis loca recedentium, si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas Dietas ab eadem Curia, ut præmittitur non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiit ibidem) jam forsitan deceaserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoveri, etiam nunc per obitum hujusmodi vacantia, vel in posterum vacatura; Rursus Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, Decanatus, Administrationes, Officia, Canonicatus, Præbendas, & Ecclesias, ceteraque Beneficia Ecclesiastica Sæcularia, & Regularia cum Cura, vel sine Cura quæcumque, & quacumque fuerint, etiam ad illa Personæ consueverint, seu debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assumi, quæ promoti per Nos, seu auctoritate nostra ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum Ecclesiarum, nec non Monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum, nunc quocumque modo vacantia aut in posterum vacatura, nec non etiam per asecutionem pacificam quorumcumque Prioratum, Personatum, Officiorum, Canonicatum, Præbendarum, Ecclesiarum, aut Beneficiorum aliorum, per Nos, seu auctoritate nostrarum Litterarum immediate collatorum, seu consuetudinem in posterum, præterquam si virtute gratiæ expectativæ asecutio fiet, nunc vacantia, & in antea vacatura, plena super præmissis omnibus & singulis cum Fratibus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta, ordinationi dispositioni, ac provisioni nostræ, de ipsorum Fratrum consilio, auctoritate Apoitolica reservamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super præmissis, & quolibet eorum per quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Item placet Nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus etiam immediate non subjectis Ecclesiis, & Monasteriis immediate subjectis Sedi Apoitolicæ, fiant electiones Canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus Constit. Fel. Nicolai Papæ III. quæ incipit *Cupientes*, expectabimus; & elapso dicto tempore, si non præsentata, vel si præsentata, minus Canonice fuerint, providebimus, & si Canonice fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili, & evidenti causa de dictorum Fratrum consilio, de digniori, & utiliori Persona duxerimus providendum, proviso quod confirmati prædicti, & per eos provis; Metropolitanis suis, & aliis præsent debita juramenta, & alia, ad quæ de jure tenentur. Et in Monasteriis dictæ Sedi immediate non subjectis, & aliis Regularibus Beneficiis, super quibus pro confirmatione, vel provisione ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, electi, seu illi quibus providendum est pro confirmatione, & provisione hujusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur, ipsaque Regularia Beneficia sub expectativis gratis non cadant; ubi autem pro Monasteriis ad dictam Curiam venire, seu mittere consueverint, non aliter

confirmabimus, vel providebimus, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis est expressum; Et de Monasteriis Monialium non disponemus, nisi sint exempta, & tunc per commissionem ad partes. De ceteris vero Dignitatibus, & Beneficiis quocumque secularibus, & Regularibus vacaturis, ultra reservationes prædictas (majoribus Dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) de quibus jure ordinario providetur, per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

§. 4. Placet etiam Nobis, quod per quacumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma per Nos, vel auctoritate nostra factam, vel faciendam, non impedimus Nos, quo minus de illis, cum vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinebat, reservatione, aliave quavis dispositione auctoritate nostra facta, vel faciendis, non obstantibus quibuscumque. Quoties vero aliquo vacante beneficio in Januarii, Martii, Julii, Septembris, & Novembris mensibus specialiter dispositioni dictæ Sedis reservatis, non apparuerit intra tres menses a die notæ vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apoitolica auctoritate in loco beneficii, ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alius, provisi fuerit, ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit. Et ad finem, ut hæc ordinatio collationum Beneficiorum non reservatorum per alternos mentes possit per dictam nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quoad dictam Sedem a Kalendis Junii proxime futuris ipsa currere incipiet, & durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu d. Nationis aliter fuerit ordinatum.

§. 5. Placet similiter Nobis, quod, circa provisionem dictæ Sedis ordinandam, modus Annatarum hoc modo currat Ecclesiis Cathedralibus, omnibus, & Monasteriis Virorum quætaxat vacantibus, & vacaturis, solvantur de fructibus primi anni a die vacationis summa pecuniarum in libris Cam Apoitolicæ taxata; quæ communia, servitia nuncupantur, & si quæ excessive taxata sint, retaxentur, & quod provideatur specialiter in gravatis Regionibus secundum qualitatem rerum, temporum, & Regionum, ne nimium prægraventur, ad quod petentibus dabimus Commissarios in partibus, qui diligenter inquirant, & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum a die habitæ possessionis pacificæ totius, vel majoris partis solvantur, & pro alia media parte infra annum sequentem. Et si infra annum bis, vel paries vacaverint, semel tantum solvantur, nec debitum hujusmodi in accessorem in Ecclesia, vel Monasterio transeat. De ceteris vero Dignitatibus, Personatibus, Officiis, & Beneficiis Sæcularibus, ac Regularibus quibuscumque, quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus providebitur (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut causa permutationis) solvantur annata, seu medi fructus juxta taxam solitam a tempore possessionis intra annum, & debitum hujusmodi similiter in accessorem in Beneficio non transeat; sed de Beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur, duretque hæc observantia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio de ipsius Nationis consensu contingat immutari.

§. 6. In aliis autem, quæ per Fel. rec. Eugenium Papam quartum, etiam prædecessorem nostrum pro dicta Natione, usque ad tempus futuri Generalis Concilii permittit, concessa, indulta, & decreta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordia præteriti non obviat, ista vice nihil volumus esse immutatum, & per hoc quod in Concordiis hujusmodi, sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis litteris propter compendiosorem descriptionem. Almam a specialiter appellatur, Natio ipsa centeri non debet a Germanica natione distincta, seu quomodolibet separata.

§. 7. Et præterea, quia difficile foret facientes Litteras ad singula, in quibus de eis forsitan fides faciendæ fuerit, loca deferri, eadem Apoitolica auctoritate decernimus, quod ipsorum transumpto Metropolitanorum dictæ Nationis sigillo munito, tamquam præsentibus si exhiberentur Litteris plena fides adhibeatur; & proinde stet, ac si dictæ præsentibus Litteris adhibeatur, vel ostensa, & insuper quoque irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum, &c.

D.

concedi solitum Imperatori Romanorum recens electo, ut in qualibet Ecclesia intra Romanum Imperium semel Personam sibi beneficium, & idoneam Collatori Ordinario nominare possit, cui Beneficium vacans, vel proxime vacaturum conferre teneatur. Et huiusmodi Nominationes ab Imperatore Ordinariis Collatoribus presentate, vocantur *Primariae*, seu *primae preces*, quia praefertur cuiuscumque Juri conferendi, praesentandi, vel nominandi, vel quia sunt prima Imperatoris electi petito; Pirhing. lib. 3. tit. 5. sect. 9. §. 6. n. 367.

3 de *Præbend.* Et hoc Imperatoris privilegium est sic antiquae consuetudinis, ut Nauclerus in sua *Chronographia* testetur, Rodolphum primum, qui anno 1273. electus est, jam ulum fuisse hoc privilegium sub nomine *Primariarum Precum* ex antiqua, & approbata ab Antecessoribus perducta consuetudine: sicque hanc consuetudinem dudum jam ante tempora Rodulphi primiviguisse appareat. Et revera de hoc *Primariarum Precum* privilegio non solum mentionem faciunt recentiores Auctores, sed & mentionem fecerunt antiqui Canonici, inter quos Joan. Andr. in cap. Is cui 19. de *Præbend.* in 6. & Speculator tit. de *Præbend.* §. *Restat num. 2.* ubi sic asserit: *Imperator habet privilegium, quod ego vidi Bullatum, quod in quolibet Ecclesia Alemanniæ possit facere unum recipi.* Et Joan. a Cokier. illud exacte refert, & variis quaestionibus elucidat in suo tractatu, quem inscripsit: *Scholia in primarias Preces Imperatoris*, cuius Indulti, seu privilegii summam juxta tenorem concessionis a Paulo V. factæ Imperatori Ferdinando II. pridie Non. Junii 1520. hic ad omnium notitiam juvat referre.

5 In hoc igitur Indulto §. Hinc est, *conceditur in primis sive Casaræ Majestati facultas preces primarias offerendi, seu Personas idoneas nominandi quibusvis Collatoribus, seu Collatricibus quacumque illi illarum Dignitate præfulgeant, ad quacumque Beneficia per S. Romanum Imperium ubilibet constituta in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, vel quibusvis aliis Ecclesiis, sive sint cum Cura, sive sine Cura, sive Secularia, sive Regularia, etiam Beneficia huiusmodi Canonicatus, Præbendæ, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia, etiam majora, & electiva fuerint, easque Personas sic nominatas ad huiusmodi Beneficia, postquam ipsi Canonice de illis provisum fuerit, prædicti Collatores, vel Collatrices recipere, & admittere teneantur, sive ad eorumdem Collatorum, & Collatricum collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem communitur, vel divivim pertineant. Hæc tamen facultas restringitur primo; dummodo in Cathedralibus, & Metropolitanis post Pontificales majores, aut in Collegiatis principales non existant. Secundo, dummodo singule collationes, & singule Ecclesie ex hoc ultra, quam in uno Beneficio, non graventur. Tertio, dummodo & ipsi Collatores, aut Collatrices saltem quatuor Beneficia conferendi facultatem habeant. Additur in eodem Indulto §. Ita, quod tamen si Casar unam, & eandem Personam supradictis Collatoribus, & Collatricibus simul, vel successive nominare possit; ita tamen, ut quam primum Persona sic nominata de aliquo Beneficio provisum fuerit, ejus nominatio, quoad alios Collatores, vel Collatrices, ipso iure expiret, & quoad easdem preces, Canonicatus, & Præbendam, ac Dignitatem, seu Personatum, Administrationem, vel Officium in Ecclesia pro unico dumtaxat Beneficio computari debere.*

6 Præterea concedit Pontifex in §. *Quodque quicumque. ut in quibusvis Dignitatibus constituti, & Ecclesiarum Cathedralium Canonici, quos pro singulis Personis precum, & nominationum huiusmodi Casar Executores constituerit per se, vel per alium, sive alios, possint eisdem Personis prædicta Beneficia cum omnibus juribus, & pertinentiis conferre, & assignare, in quibusvis etiam Ordinariis Collatoribus per Litteras alternativas, aliaque privilegia concessis, aut concedendis mensibus, vacaverint, si intra mensem, postquam vacatio ejusmodi Beneficiorum ipsis immotuerit, duxerint acceptanda. Idque extenditur primo, etiam si ipsa Beneficia dispositioni Apostolicae alias, quam per Extravagantem Ad regimen generaliter fuerint reservata. Tertio, et si Persona nominata tempore assecutionis Beneficii, ad quod nominata sunt, aliud Beneficium in eadem Ecclesia jam ante obtineant. Quarto, et si secundum statuta, & consuetudines Ecclesiarum, in quibus Beneficia huiusmodi constituta fuerint, eorum capaces non fuerint ob defectum legitimæ ætatis, aut legitimorum natalium, dummodo quoad ejusmodi qualitates requisitas, cum illis sit dispensatum, & Beneficia in eadem Ecclesia obtinenda talia sint, quæ sine dispensatione Papæ simul obtineri possint, ac consueverint; nec dictorum Beneficiorum collatio ad Sedem Apostolicam legitime fuerit devoluta; neque super*

illis inter aliquos lis pendeat indecisa. Quinto, et si Persona ejusmodi duo, vel tria, vel plura cuiuscumque qualitatis, & annui valoris Beneficia (in diversa Ecclesia) obtineant, aut expectent.

Denique super his, ut Preces, seu nominationes Casaræ effectum habeant, datur a Papa Executoribus plena, & libera, etiam per Censuram Ecclesiasticam exequendi potestas: ipsis vero nominatis conceditur, ut una cum primariis precibus, aliis quoque expectativis, ac nominationibus, seu gratis specialium reservationum, de quibusvis Beneficiis, aut mandatis de providendo, si ipsi concesserint, uti possint, nec aliqua gratiarum huiusmodi extincta, relicta, cassæ, vel irrita censentur.

Postremo in d. Indulto Pontificio precum Casaræ §. Non obstantibus subjunguntur clausule derogatoriae eorum, quæ eidem obitare possent. Et in primis derogat Pontifex Constitutionibus Apostolicis de non utendo gratis expectativis, item de diligentibus faciendis in favorem Ordinariarum Collatorum, de quibus supra. Secundo, Litteris expectativis concessis in forma pauperum juxta cap. Si pauper 30. de *Præbend.* in 6. five mandatis de providendo pauperibus Clericis, non habentibus Beneficium; item Litteris de providendo Personis illustribus, & graduatis; omnes enim huiusmodi Litteræ non obstant precibus Casaræ, si contingat illas concedi super talibus Beneficiis, quominus dictæ preces iis conferantur. Tertio, derogat Regulis Cancellariæ Apostolicæ quoad eorumque publicitas, & publicandis, quibus expresse, & speciatim derogari debuit; quia per clausulam derogatoriam generalem, Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, non censetur derogatum, nisi Constitutionibus ordinariis, non vero extraordinariis, quales sunt Extravagantes, & Regulae Cancellariæ; Cochier. cit. loc. sect. 5. §. 1. vers. *Publicatis & publicandis fol. 90.* Quarto, derogat statutis, & consuetudinibus aliarum Ecclesiarum, etiam juramento, & confirmatione Sedis Apostolicæ roboratis, quia similiter per clausulam generalem derogatoriam, non tolluntur statuta jurata, vel per Principem confirmata; Cochier. cit. loc. verb. *Juramento, & Confirmatione Apostolica fol. 91.* Cui etiam Indulto non vult derogari Pontifex per quacumque Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de eodem mentionem. Quinto, derogat etiam ipsi Concordatis Germaniæ, eorumque confirmationi quatenus huic Indulto adversantur. Sexto denique derogat quibusvis aliis Privilegiis, Indultis, & Litteris Apostolicis Indulto huic quocumque modo adversantibus, etiam motu proprio Papæ, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, etiam cum clausulis derogatoriarum derogatoriis, & aliis insolitis concessis, & decernitur quidquid contra quacumque auctoritate attentatum fuerit, irritum, & inane.

Ex huius Privilegii, seu Indulti tenore colligitur. Primo, posse Imperatorem primas preces porrigere solum in Ecclesiis inter fines Sacri Romani imperii, prout nunc est existentibus, non autem in Ecclesiis, & Provinciis ad ipsum Imperium pertinentibus, sed hæc tenus ab eodem avulsis; siquidem in istis nullam amplius Jurisdictionem habet Imperator. Cochier. loc. cit. Scholia in primarias preces Imperatoris fol. 32. sub verbis precibus ipsius Indulti: *Per Sacrum Romanum Imperium videlicet constitutorum.* Quamvis tamen Collator, vel Collatrix V. G. Episcopus, Abbas, vel Abbatissa habitet extra fines Sacri Romani Imperii, sed intra istud Beneficia saltem quatuor habeat ad sui collationem spectantia, tenetur ad recipiendas primas preces Imperatoris ratione dictorum Beneficiorum, ut pote consentientium intra fines Imperii, quia Pontifex concedens Indultum non respexit ad domicilium Collatorum, sed ad locum, in quo Beneficia consistunt, uti patet ex citatis verbis Indulti: *Per Sacrum Romanum Imperium videlicet constitutorum.* Secus vero est dicendum, quando Collator habitat quidem in Imperio, sed Beneficia conferenda consistunt extra illud, quia Indultum ad ea non extenditur, cum sit limitatum ad Beneficia existentia in Imperio; ibi: *Per Sacrum Romanum Imperium, limitata autem causa limitatum producit effectum;* l. in agris, ff. de acquir. rerum Dominio; l. Cancellaveras, ff. de iis, quæ in testament. delentur, cum similibus, neque privilegium egreditur suos terminos. Cochier in prec. primar. sect. 2. §. *Quod si per te, in Scholiis fol. 32. & alii passim.* Colligitur secundo, posse Imperatorem concedere preces primarias ad Beneficia vacantia, etiam in mensibus Ordinariarum; Habetur in ipso Indulto Pontificio primarum precum Casaræ reatum cit. §. *Quodque quicumque, & in Rota Romana anno 1618. 4. Maii* expresse decisum fuit, quod Indultum precum Casaræ comprehendit etiam Beneficia vacantia in mensibus

sibus Ordinariarum, non obstantibus Concordatis Germaniæ, cum illis nominatim, & expresse, prout requiritur, fuerit derogatum in eodem Indulto posterioribus temporibus concessio; quam decisionem refert Cochier. l. cit. fol. 53. Et sic de facto continua praxi semper solent Imperatores primarias preces concedere, etiam in mensibus Ordinariarum, alioquin nimis angusta foret hæc gratia, si ad solos menses Pontificios restringeretur; Cochier. loc. cit. fol. 62. & 63.

Colligitur tertio, posse Imperatores preces primarias concedere ad quævis Beneficia Sedi Apostolicæ reservata. Excipiuntur tamen ea Beneficia, quæ Papæ reservata sunt in Extravagant. Ad regimen cap. 13. de *Præbend. inter communes*, ut sunt Beneficia Cardinalium, & Officialium Curie Romanæ ubicumque decedant. Item Beneficia eorum, qui aliunde, cuiusvis negotii causa ad Curiam veniunt, si in Curia, vel in accessu, & reditu intra duas dietas a Curia distantes, moriantur. Item Beneficia, quæ vacant per privationem, depositionem, translationem, promotionem, vel assecutionem alterius Beneficii incompatibilis, si talis privatio, depositio, translatio, promotio, seu collatio Beneficii per Sedem Apostolicam facta sit &c. Hæc enim Beneficia non comprehenduntur sub primariis precibus; alia vero omnia, et si reservata Papæ, sub iis continentur; exceptio enim aliquorum casuum firmat regulam in contrarium quoad casus non exceptos; Auh. de autem Lex, & ibi Gloss. verb. in auxilio j. m. t. Gloss. margin. de non alienand. &c. Cochier. loc. cit. sect. 4. verb. *Alias quam per Constitut. Ad regimen fol. 63.* Colligitur quarto, posse Imperatorem per primas preces nominare eandem Personam ad plura Beneficia, ita tamen ut quam primum ejusmodi Persona de aliquo dictorum Beneficiorum provisum fuerit, cesset nominatio ipsius quoad alia Beneficia; ut habetur ex ipso Indulto vers. *Ita quod Celsitudo*; & hanc nominationem ejusdem Personæ ad plura Beneficia potest ad libitum facere, vel simul scilicet per idem diploma, atque sub unico contextu verborum aliquem nominando ad diversas Ecclesias, seu Canonicatus, vel successive, scilicet hodie nominando Precistam ad Canonicatum, V. G. Viennensem proxime vacaturum, & cras per aliud diploma nominando ipsum ad Canonicatum Pragensem, vel Coloniensem pariter proxime vacaturum; & hoc in specialem favorem Precistæ, ut citius possit consequi Beneficium, nam citius solet contingere vacatio quædam in pluribus, quam in una solummodo Ecclesia. Una tamen vacatione eveniente, & vacantis Beneficii collatione subsecuta, omnes alie nominationes ad alia Beneficia mediante primis precibus factæ, illico cessant, textu expresso in ipso Indulto primarum precum, ibi: *Ita tamen, quod quam primum Persona sic nominata de aliquo Beneficio provisum fuerit, ipso iure expiret.* Ne videlicet præter intentionem concedentis quis plura Beneficia incompatibilia consequatur, & retineat contra expressam prohibitionem cap. *Quia in tantum 5. cap. Cum teneamur 6. & cap. Si de multa 28. de Præbend. & cap. Si Clericus 11. de Præbend. in 6. & cap. Sanctorum 2. dist. 70. cap. Singula 1. dist. 89. cap. Presbyteros 38. caus. 16. quest. 1. cap. Clericus 1. & cap. Clericum 2. caus. 21. quest. 1. & Extravagant. Execrabilis Joan. XXI. de Præbend. & Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 17. de reformat.*

Colligitur quinto, nominatum per preces Casaræ ad Beneficium, debere illud intra mensem numerandum a tempore, quo ipsi talis Beneficii vacatio innotuit, per se, vel per procuratorem ad id speciale mandatum habentem ipsum Beneficium acceptare, sicque ante elapsum mensem Collatori Ordinario, V. G. Episcopo, vel ejus Vicario, vel Capitulo capitulariter congregato, si collatio ad illud spectet, insinuare Rescriptum precum Casaræ; ut habetur expresse in ipso Indulto primarum precum, ibi: *Et quæ Persona, pro quibus preces, seu nominationes ad illa se extendunt, infra mensem postquam ipsi vacatio huiusmodi Beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda.* Aliter si post lapsum mensem, nulla sit facta insinuatio primarum Casaræ precum, Collator Ordinarius poterit Beneficium vacans conferre alteri; Cochier. loc. cit. vers. *Post mensem.* Pirhing. lib. 3. tit. 5. de *Præbend. num. 577.* Reiffenstuel, & alii. Idque merito fuit statutum, quia diutina Ecclesiarum vacatio solet ipsis esse dispendiosa, & præjudicialis; cap. *Quam sit Ecclesia 6. de election. in 6.* Et iste mensis est computandus a tempore vacationis publice notæ in loco, vel Ecclesia Beneficii vacantis, non obstante quod Precista talem vacationem ignoraverit; arg. *Clem. unic. de concession. Præbend. §. Ceterum*, ubi sic præcisè statuitur: *Ceterum Ferrar. Biblioth. Tom. 1.*

Colligitur sexto, non posse Imperatorem per primas preces nominare ad Dignitates Pontificales, nec ad Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, nec ad principales in Collegiatis, ut expresse cavetur in ipso Indulto, ibi: *Dummodo dignitates ipse in Cathedralibus, & Metropolitanis post Pontificales majores, aut Collegiatis huiusmodi principales non existant.* Colligitur nono: Non posse Imperatorem per primas preces nominare ad Beneficia Jurispatronatus Laicalis, quia licet possit Papa ex plenitudine potestatis derogare etiam Jurispatronatus Laicorum, ut fatentur omnes arg. cap. *Licet 1. de Præbend. in 6.* tamen id facere non intendit, nisi exprimat, ne Laici retrahantur a fundandis, extruendis, & dotandis Ecclesiis, ut communiter notant Doctores post Gloss. in cap. *Cum dilectus 28. vers. Quæmpiam præsentare in fin. de Jurispatronat. & aliam Gloss. communiter receptam in Clementin. 2. de Præbend. verb. Apostolicis.* Et quia Patronorum iura tollere, piaque fidelium voluntates in earum institutione violare æquum non est: ut dicit Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 9. Secus tamen est dicendum de Beneficiis Jurispatronatus Ecclesiastici, utpote in quibus cessat allata ratio, & quia istis, ut trahentibus originem ex bonis Ecclesiasticis, facile per Clausulas generales derogatur. Cochier. loc. cit. sect. 2. verb. *Præsentationem*, Reiffenstuel lib. 3. de *Præbend. num. 183.* Colligitur decimo, Non posse Imperatorem per primas preces gravare eundem Collatorem plura semel: habetur expresse ex ipso Indulto, ibi: *Salvo quod singule collationes, & singule Ecclesie ex hoc ultra quam in uno Beneficio non graventur.* Hinc autem est advertendum, quod solum tunc censetur Imperator gravasse semel Collatorem, quando preces ad effectum pervenerunt, & Precista actu sibi Beneficium presentatum obtinuit: Si vero Precista ante Beneficium obtentum mortuus sit, vel quocumque ex alia causa ipsum Beneficium non obtinuerit, poterit Imperator pro alio novas preces ad eundem Collatorem porrigere. Colligitur undecimo, Non posse Imperatorem primas preces porrigere, nisi illis Collatoribus, qui habent saltem quatuor Beneficia sua libera collationis: textu claro in ipso Indulto: *Salvo quod . . . ipsi Collatores, vel Collatrices saltem quatuor Beneficia Ecclesiastica conferre habeant.* Et hoc ne forte quis toto vitæ suæ tempore impediat, tur ab usu Juris suæ liberæ collationis, quod facile contingere possit, si intra breve tempus plures Imperatores morerentur, & novi succederent, cum quilibet de novo electus habeat Jus nominandi ad Beneficia aliquam Personam idoneam. Cochier. loc. cit. sect. 2. vers. *saltem quatuor Beneficia.* Pirhing. loc. cit. 370. Engel. lib. 3. num. 71. de *Præbend.* Reiffenst. lib. 3. de *Præbend. num. 584. & alii passim.*

Colligitur duodecimo, quod licet concessio primarum precum pertineat ad gratias expectativas, cum Imperator Jus habeat nominandi ad Beneficia proxime vacatura, non tamen prohibetur a Concilio Tridentino sess. 24. cap. 19. de reformat. quia in dicto Decreto Concilii non comprehenduntur primariæ preces Imperatoris, ut censuit ex sententia Congregationis Concilii Gregorius XIII. in Litteris Apostolicis editis 25. Januarii 1575. prout habetur in declarationibus Cardinalium eiusdem Decreti apud Joann. Gallemart. *ibid. num. 1. & apud Cochier.*

Colligitur octavo: Non posse Imperatorem per primas preces nominare ad Dignitates Pontificales, nec ad Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, nec ad principales in Collegiatis, ut expresse cavetur in ipso Indulto, ibi: *Dummodo dignitates ipse in Cathedralibus, & Metropolitanis post Pontificales majores, aut Collegiatis huiusmodi principales non existant.* Colligitur nono: Non posse Imperatorem per primas preces nominare ad Beneficia Jurispatronatus Laicalis, quia licet possit Papa ex plenitudine potestatis derogare etiam Jurispatronatus Laicorum, ut fatentur omnes arg. cap. *Licet 1. de Præbend. in 6.* tamen id facere non intendit, nisi exprimat, ne Laici retrahantur a fundandis, extruendis, & dotandis Ecclesiis, ut communiter notant Doctores post Gloss. in cap. *Cum dilectus 28. vers. Quæmpiam præsentare in fin. de Jurispatronat. & aliam Gloss. communiter receptam in Clementin. 2. de Præbend. verb. Apostolicis.* Et quia Patronorum iura tollere, piaque fidelium voluntates in earum institutione violare æquum non est: ut dicit Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 9. Secus tamen est dicendum de Beneficiis Jurispatronatus Ecclesiastici, utpote in quibus cessat allata ratio, & quia istis, ut trahentibus originem ex bonis Ecclesiasticis, facile per Clausulas generales derogatur. Cochier. loc. cit. sect. 2. verb. *Præsentationem*, Reiffenstuel lib. 3. de *Præbend. num. 183.* Colligitur decimo, Non posse Imperatorem per primas preces gravare eundem Collatorem plura semel: habetur expresse ex ipso Indulto, ibi: *Salvo quod singule collationes, & singule Ecclesie ex hoc ultra quam in uno Beneficio non graventur.* Hinc autem est advertendum, quod solum tunc censetur Imperator gravasse semel Collatorem, quando preces ad effectum pervenerunt, & Precista actu sibi Beneficium presentatum obtinuit: Si vero Precista ante Beneficium obtentum mortuus sit, vel quocumque ex alia causa ipsum Beneficium non obtinuerit, poterit Imperator pro alio novas preces ad eundem Collatorem porrigere. Colligitur undecimo, Non posse Imperatorem primas preces porrigere, nisi illis Collatoribus, qui habent saltem quatuor Beneficia sua libera collationis: textu claro in ipso Indulto: *Salvo quod . . . ipsi Collatores, vel Collatrices saltem quatuor Beneficia Ecclesiastica conferre habeant.* Et hoc ne forte quis toto vitæ suæ tempore impediat, tur ab usu Juris suæ liberæ collationis, quod facile contingere possit, si intra breve tempus plures Imperatores morerentur, & novi succederent, cum quilibet de novo electus habeat Jus nominandi ad Beneficia aliquam Personam idoneam. Cochier. loc. cit. sect. 2. vers. *saltem quatuor Beneficia.* Pirhing. loc. cit. 370. Engel. lib. 3. num. 71. de *Præbend.* Reiffenst. lib. 3. de *Præbend. num. 584. & alii passim.*

Colligitur duodecimo, quod licet concessio primarum precum pertineat ad gratias expectativas, cum Imperator Jus habeat nominandi ad Beneficia proxime vacatura, non tamen prohibetur a Concilio Tridentino sess. 24. cap. 19. de reformat. quia in dicto Decreto Concilii non comprehenduntur primariæ preces Imperatoris, ut censuit ex sententia Congregationis Concilii Gregorius XIII. in Litteris Apostolicis editis 25. Januarii 1575. prout habetur in declarationibus Cardinalium eiusdem Decreti apud Joann. Gallemart. *ibid. num. 1. & apud Cochier.*

- 33 chier, in procmio precum primariorum fol. 2. & 3. De facto enim in illo Concilii decreto non nominatur Imperator, qui cum sit specialis nota dignus, nominatus fuisset, si Concilium voluisset illum comprehendere, sicut nominavit Cardinales, qui & ipsi sunt specialis nota, seu expressio digni; Et ipse Gregorius XIII. dicit apud Fagnan. in cap. Nulla de concess. Præbend. num. 12. quod meminit tempore Concilii, quando formabatur d. cap. 19. aliquos noluisse addi: Et primarias preces Imperatori concessas, sed communiorem sententiam Patrum fuisse, ut tolleretur earum mentio. Sicque non comprehenduntur primariæ preces in d. cap. 19. Et dato quod in iplo Decreto comprehenderetur etiam Imperator, sicuti omnes alii comprehenduntur ibi, & in cap. Nulla 2. cap. Constitutus 11. concessio. Præbend. & cap. Detestanda 2. de concess. Præbend. in 6. Adhuc subsisteret, & valeret Indultum primarum precum, utpote concessum Imperatori a Papa, qui de Jure potest supra Jus dispensare, textu expresso in cap. Proposuit 4. de concessio. Præbend. ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possunt supra Jus dispensare. Imo Papa in iplo Indulto primarum precum expresse derogat etiam Concordatis Germanicæ, ibi: Non obstantibus... Concordatis Nationis Germanicæ, ac eorumdem Concordatorum confirmatione. Quinimo Engel. lib. 3. de Præbend. §. 7. de primis precibus num. 1. in fine, Pirhing. eodem lib. num. 571. Reiffentuel. eodem lib. numer. 574. Vagnerchek in Comm. Exegetico Sacrorum Canonum c. p. Is cui de Præbend. in 6. volunt, ita vigere Indultum primarum precum, ut Imperator possit eo uti ante confirmationem a Papa acceptam, & statim ac concorditer est electus, possit primas preces ad Beneficia vacatura interponere vigore memorati Indulti a quolibet Pontifice concedi soliti; idque ob cognitam benignitatem Summorum Pontificum, qui dictum Indultum Litteris etsi posterius datis, indubitanter sunt concessuri, sicque rati habituri nominationes ad Beneficia auctoritate ipsorum jam antea factas, nam ex Reg. la 10. Juris in 6. Rati habitationem retrorahi, & mandato non est dubium comparari.
- 38 Colligitur ultimo, quod ut Indultum hoc primarum precum Imperatoris omnino suum fortitatur effectum, concedit Pontifex eidem Imperatori Executores, qui per se, vel per alios, in casu, quo Ordinarii Collatores detrectarent parere primis precibus Imperatoris, ipsos ad parendum, & ad Beneficia conferenda Preciatis, compellans etiam per Censuras Ecclesiasticas, & habeant auctoritate Apostolica liberam facultatem prestandi ea omnia, quæ ad effectum precum, seu nominationum Cæsarearum effectus consequendos opportuna fuerint; ut habetur expresse in iplo Indulto sect. 4. & est adtenorem cap. Cum nostris 6. de concessio. Præbend. & cap. Constitutus 19. de Rescriptis, ubi pariter pro executione Litterarum Apostolicarum ad Beneficia deputantur certi Executores. Et isti Executores, & alii Subexecutores ab ipsis deputati, debent esse in Dignitate Ecclesiastica constituti, vel Personatum obtinere, aut Cathedralium Ecclesiarum Canonicos existere, ut pro Delegatis Apostolicis statuitur cap. Statutum 11. de Rescriptis in 6. Et ita expresse tenet Cochier. loc. cit. sect. 4. vers. Quodque quicumque, & verb. Per se, vel alium, ubi citat Rotam dec. 99. in Antiq.
- 40 Advertendum est, quod preces primariæ, quæ sacro Romano Imperio vacante, fuerunt hucusque expeditæ, vel in posterum expediuntur a Vicariis, & Provisoribus Imperialibus, nullæ declarantur. Clemente XI. Const. 45. incip. Cum sicut accepimus; prout etiam Collationes, & Provisiones Beneficiorum, earum intuitu factæ, & faciendæ.

Additio ex Auctore ad hosce XII. Articulos.

- 1 Beneficia Ecclesiastica secularia conferri nequeunt Canonicis Regularibus Lateranensibus, aut Sanctissimi Salvatoris, absque Indulto Apostolico; Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 135. incip. Quod inscrutabili. Vid. verb. Concurfus artic. 1. a nu. 38. ad 56. Beneficia curata, aut residentialia conferri nequeunt Presbyteris, aut Clericis Congregationis Missionis; Idem Constitut. 69. incip. Quo magis §. 4.
- 3 Beneficia Ecclesiastica simplicia de jure patronatus Laicorum erigi possunt in Commendis Militiæ SS. Mauriti, & Lazari; Idem Constitut. 104. incip. Fructuosa, in qua tradit modum, & formam pro tali erectione faciendâ; Vide ibi, ubi multa scitu dignissima.
- 4 Beneficiorum resignationes cum reservatione pensionis, & pacto eam cassandi, prohibentur & annullantur, adjecta pœna

privationis Beneficii, inhabilitationis ad alia assequenda, restitutionis pecuniæ &c. & irritantur cassationes, & extinctiones pensionum & irritantur cassationes, & extinctiones pensionum intra sex menses a capta possessione beneficii obtentæ; Idem Constitut. 30. indip. In sublimi.

Ad Beneficia, & Officia Urbis Doctoratum requirentia non suffragantur gradus in externa Universitate in posterum adepti; Idem Constitut. 106. incip. Inter conspicuos §. 29.

Beneficiorum vacatio inducitur per solemnem Professionis emissionem; Idem tom. 2. Constitut. 25. incip. Ex quo. Vide verb. Beneficia art. 7. n. 3.

Beneficiorum fructus honestæ Beneficiati sustentationi suffersui, in pauperes, piosque usus, erogandi sunt; in profanos infirmi nequeunt sine gravi peccato; Idem de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 2. a n. 3. Num vero Clerici, Beneficia possidentes, sint vere fructuum domini, an solum administratores, adeoque, ex justitia teneantur ad erogandos fructus superfluos in pios usus, aliter ad restitutionem obligentur, quæstio gravis est adhuc indecisa, Idem ibid. a n. 6. ad 14. ubi multa scitu dignissima assert ad rem. Vide ibi, & allata a me hoc Tomo 1. voce seq. Beneficiarius art. 1. n. 35. ad 62.

Potremo præter ea, quæ sub verb. Beneficia Artic. 12. in primo Tomo tradita sunt, advertendum est, quod preces primariæ, quæ sacro Romano Imperio vacante, fuerunt hucusque expeditæ, vel in posterum expediuntur a Vicariis, & Provisoribus Imperialibus, nullæ declarantur a Clemente XI. Constitut. 45. incip. Cum sicut accepimus. Prout etiam Collationes, & Provisiones Beneficiorum earum intuitu factæ, & faciendæ, Idem ibid. §. 1.

Novæ additiones ad Artic. XII. ex aliena manu.

Unde jus hoc primarum precum Imperatori ortum sit, mire inter se variant Scriptores; Consulto Brand. de Jure Cæsar. primar. prec. qui cap. 4. per tot. relatis variis variorum opinionibus, tandem concludit: hoc jus primarum precum quoad substantiam antiquæ consuetudini, quoad modum vero qualificationis quo exercetur, in Indulto Pontificio debere.

Quod attinet ad Beneficia primariis precibus subiecta, ea in primis sunt sita intra fines Imperii Romani, dummodo in Ecclesiis existant, ad quas conlueverint primariæ preces dirigi; Brand. d. tract. cap. 5. §. 3. Ex his vero excipi debent Beneficia Regularia; Wiestner ad tit. decretal. de Præbend. numer. 16., Schmier. Jurisprud. Canon. civil. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 3. num. 321. licet Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. §. 113. nihil definiendum cenleat, quam non adeo certum sit, praxim omnem hic desuisse, saltem minus probabile est Cæsarem ad Canonicatus Regulares & Prælaturas nunquam præsentasse, quam vel diploma Wenceslai contrarium evincat. Error autem Bohemer. inde provenit, quod is ad consuetudinem unice referat jus primarum precum.

Nec omnia Beneficia secularia subiecta sunt primariis precibus. Excipe I. reservata Extravagant. Ad regimen. II. Dignitates Pontificales, sive Episcopales. III. Dignitates Pontificalibus proximis in Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus, & Dignitates primas in Collegiatis. IV. Beneficia ad Sedem Apostolicam legitime devoluta. V. Beneficia litigiosa. VI. Beneficia Monocularia. VII. Beneficia juris patronatus saltem Laici, & mixti. VIII. Beneficia manualia ad nutum revocabilia, item ministerialia quibus annexum est onus canendi vel dirigendi canentes in choro. IX. Beneficia in manibus Papæ libere dimissa, vel ex causa permutationis resignata, Confer Rigant. in Commentar. ad Regul. Canc. 26. a num. 115. ad plur. sequent. Brand. d. tract. cap. 5. §. 4. & 5. ubi quod constantissima praxis semper excepit Beneficia curata.

Quæ qualitates de jure, vel ex fundatione requiruntur in Beneficiariis, eæ omnes concurrere debent in Preciatis. Quæstionis vero est, an Preciata pollere itidem debeant qualitatibus a statuto, an consuetudine requisitis? Negant Pirhing. ad tit. decretal. de Præbend. num. 382. Wiestner ibidem nu. 170. alique relati a Rigant. in Commentar. ad Regul. Canc. 26. n. 95. At affirmant Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. §. 175. ubi nominatim Wiestnerum confutat Stoeckenius de primar. precib. Imperar. quest. 9. n. 18. Fritsch, eodem tract. cap. 5. nu. 1. Reinartius de Potestat. Preciatis. §. 8. & aliis relatis novissime, Brand. ubi supra cap. 6. §. 3.

An sicuti preces non afficiunt nisi Beneficia intra fines Imperii sita, ita preces obtinere solummodo possint Germani, & Indigenæ? Affirmare videntur Ayerius Commentar. de Jur. pri-

mar. prec. cap. 6. §. 5. Hofmann. dissert. de Jurib. Indigenar. German. §. 20.

8 Preciata ut effectum primarum precum consequatur, ante omnia tenetur infra mensem postquam vacatio Beneficii in Ecclesiis per preces primarias expressa innotuerit, vel per se, vel per Procuratorem ad id speciale mandatum habentem Beneficium vacans acceptare, primis precibus Collatori Ordinario Episcopo vel Capitulo capitulariter congregato antea insinuatis; Rot. in Colonien. Canonicius 30. Junii 1749. cor. R. P. D. Elephant. At a quo tempore incipiat currere iste mensis ad acceptandum datus? An is currat contra minorem 25. annis, vel

10 alium legitime impeditum? Si post elapsum mensem an Ordinarius Collatore Beneficium non sit collatum, an Preciata re adhuc integra post mensem Beneficium illud acceptare possit, & hac ratione Collatorem impedire? Tum alias affines quæstiones vide apud Brand. pluries citat. tractat. cap. 6. a §. 6. ad plur. sequent. Confer etiam Rotam in Paderbonen. Canonicius 14. Maji 1725. cor. cl. me. Aldrovand. & in d. Colonien. Canonicius 30. Junii 1749. cor. R. P. D. Elephant.

12 Jus ex primariis precibus alicui quæsitum morte Imperatoris haud expirat, Schroeter. de Jur. primarum prec. cap. 1. §. ultim. Cortrejus observ. ad Concordat. cap. 2. num. 93. & sequent.

13 Num autem Imperatori fas sit revocare primarias preces, ad Brand. pluries citato tract. cap. 6. §. 2.

14 Morte Preciatis Jus precum executioni nondum datum cessat. Idem est, si Preciata, vel expresse, vel tacite renunciet; Exempla tacitæ renunciationis assert Brand. d. tract. cap. 7. §. 4. & plur. sequent. Quocirca liberum est Collatori Beneficium

16 illud conferre. Verum si post mortem, vel renunciationem primi Preciatis alius compareat, qui ab Imperatore preces impetravit, eaque legitime intra tempus præfixum ante collationem insinuavit, impedit Collatori ejus Beneficii collationem, quum novæ preces, prioribus executioni haud datis, locum habere debeant, Stoecken. dict. tractat. thes. 72. Ayer. cit. comment. cap. 6. §. 13.

17 Preciata an jus primarum precum possit in alterum transferre? Agit, & quidem fusc hac de quæstione Brand. d. tract. cap. 7. a §. 7. ad fin. Tum ipsum cap. 8. per tot. confule de Executoribus primarum precum.

BENEFICIATU S.

ARTICULUS I.

Beneficiatus ad quid teneatur.

1 Beneficiatus tenetur primo ad recitationem Divini Officii: Beneficium enim datur propter Officium; cap. Quia 15. de Rescriptis in 6. & ut ait Concilium Constant. Sess. 4. Decreto de dispensationibus, Beneficia propter Officia conceduntur; & habetur ex cap. Dolentes 9. de Celebrat. Missarum, & ex Constit. septima Leonis V. incip. Supernæ dispositionis, & ex Constit. 135. S. Pii V. incip. Ex proximo, ubi expresse dicitur: Item ille, qui primis sex mensibus Officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse. Quando autem incipiat dicta ejus obligatio? Vide verb.

2 Officium divinum. artic. 1. n. 26. Immo tenetur Beneficiatus ad recitationem Divini Officii etiam si suum Beneficium sit tenue, si licenter illud acceptavit; Et ratio est; quia sicuti Beneficiatus non excusatur a residentia, ex eo quod ex Beneficio vitæ necessaria non percipiat, ut secundum omnes habetur ex cap. Conquerentes 5. de Clericis non residentibus, ita nec excusatur a recitatione Divini Officii, nam ut formaliter inquit Cardinal. in Clement. 1. n. 9. de Celebration. Missarum, imputet sibi, si Beneficium non sit competens, quia nihilominus tenebitur ad Horas, ex quo fecit se ad hoc intulituri; Idem Goffred. in cap. Clericus vitium dist. 91. & sequitur Sylvester in verb. Hora n. 3. vers. Non possunt se excusare ratione exiguitatis, & Tabiena in eodem verb. n. 1. in fin. Tum quia arctior est obligatio recitandi Divinum Officium, quam residendi, quia multa sunt Beneficia, quæ nullum omnino servitium requirunt, ut Præstimonia, & Præstimoniales portiones, & tamen illa obtinentes obligantur ad dicendas Horas Canonicas, ut expresse statuitur in Extravagant. S. Pii V. incip. Ex proximo vers. Declarantes, Præstimonia, Præstimoniales portiones, quacumque Beneficia, etiam nullum omnino servitium obtinentes. cum prædictis pariter conveniri; adeoque si exiguitas Beneficii non excusat a residentia, multo minus a recitatione Divini Officii; arg. cap. Ex

Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

part. 27. de Decimis. Eo vel maxime quod citat. Constitutio S. Pii V. utitur verbis illis universalibus: Et quacumque Beneficia, quæ comprehendunt etiam minima, ex his, quæ scripsit Aym. conf. 294. verb. Transactionis, col. antepenultima vers. Secundo, & vers. Tertio, & conf. 227. Goffredus n. 12. vers. Octavo considero, & Fagn. in cap. Conquerente 6. de Clericis non resident. n. 8. & 9. Et ultra prædictos hanc communiorem sententiam tenent Navarr. de Horis Canonici cap. 7. n. 27. ubi dicit, ita temper conlulisse, & tenuisse, quod contrafaciens mortaliter peccet; Grassius de dec. aurear. part. 1. lib. 2. cap. 50. n. 28. Garcias de Benefic. part. 3. cap. 4. n. 39. Bonacina de Horis Canon. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 17. Barbolà in cap. Dolentes n. 4. de celebrat. Missar. Gavant. in rubr. Missal. part. 2. sect. 1. cap. 4. num. 3. Corrad. prax. Benefic. lib. 4. cap. 6. num. 14. Monacell. part. 2. tit. 15. form. 1. num. 25. & sequent. Suarez, Reginald. Castropal. alique plurimi contra varios alios, qui probabiliter docent, Beneficiatum ad recitationem Divini Officii non teneri, cujus Beneficii fructus non attingunt tertiam mediocris sustentationis partem.

Secundo tenetur beneficiatus (si post sex menses ab obtento Beneficio Divinum Officium non dixerit sine legitimo impedimento) fructus Beneficii tanquam injuste perceptos in fabricam Beneficii, vel Pauperum elemosynas erogare: Habetur expresse in Const. 7. Leonis X. emanata in Concil. Lateran. sess. 9. & incip. Supernæ Dispositionis, ubi §. 38. sic præcise dicitur: Statuimus quoque, & ordinamus, ut quilibet habens Beneficium cum Cura, vel sine Cura, si post sex menses ab obtento Beneficio Divinum Officium non dixerit legitimo impedimento cessante, Beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis Officii, & temporis, sed eos tanquam injuste perceptos in fabricam Beneficiorum, vel Pauperum elemosynas erogare teneatur. Et expresse habetur ex cit. Constit. 135. S. Pii V. incip. Ex proximo, ubi post expressam confirmationem dictæ Bullæ Leonis V. emanatæ in Concil. Lateran. sess. 9. declarat, quantitate fructuum amittendorum ab iis, qui recitationem Divini Officii omittunt, ibi: Qui Horas Canonicas, uno, aut pluribus diebus intermiserit, omnes Beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, qui vero Matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras Horas alteram dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum ejus diei amittant. Et Beneficiatus tenetur in conscientia ad hanc faciendam restitutionem ante omnem sententiam, & declarationem Judicis, ut aperte constat ex Decreto edito ab Alexand. VII. 24. Septembris 1665. damnante sequentem propositionem vigesimam in ordine, ibi: Restitutio a S. Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declarationem Judicis, eo quod sit pœna. Neque hanc restitutionem compensare potest Beneficiatus per elemosynas ante neglectam recitationem datas ex fructibus Beneficii, ob quod tenetur ad Horas, ut etiam aperte constat ex posteriori Decreto edito ab eodem Alexand. VII. 18. Martii 1666. damnante sequentem propositionem trigessimam tertiam in ordine, ibi: Restitutio fructuum ob omissionem Horarum, suppleri potest per quascumque elemosynas, quas ante Beneficiarius de fructibus sui Beneficii fecerit. Pro restitutione tamen ob neglectas Horas satis est, post illud tempus, a quo Beneficiarius omisit, dare elemosynam, etiam si non cogitet de debito, neque intendat dare in extinctionem suæ obligationis, quia si elemosyna datur post omissionem, ponitur opus, quod in pœnam est præceptum, adeoque satisfactis præcepto, cum virtualis intentio dantis elemosynam sit, ut per illam satisfaciatur omni suæ obligationi; Layman. lib. 3. tract. 2. cap. 12. n. 9. Sanch. in Conf. lib. 2. cap. 3. dub. 121. Diana part. 3. t. 6. R. 57. & part. 7. tit. 10. R. 24. Lugo de Justit. disp. 4. num. 46. Gobat n. 102. Du Bois ad proposit. 33. ab Alexand. VII. damnatam, La Croix lib. 4. n. 1215. Viva ad proposit. 33. ex damnatis ab Alexand. VII. n. 9. * Illud tamen addendum ex Josepho Maria Maraviglia, Episcopo omittentes Horas Canonicas non teneri ad fructuum Episcopatus restitutionem, præsertim quia ex Constitutionibus Leonis X. & Pii V. supra relatis colligitur teneri ad restitutionem fructuum illos tantum Beneficiatos, quibus datur Beneficium propter officium, quorum nomine non veniunt Episcopi, qui propter dignitatis culmen sunt speciali nota digni, & essent specialiter nominandi. Accedit quod fructus Episcopatus, & jus ad ipsos non conferuntur Episcopo propter officium, sed ad exercendum, & sustinendum munus Pastoralis, quod includit plures alias obligationes. Hæc ille in suis Legibus Prudentiæ Episcopalis, leg. 307. & 309. Ab Episcopis autem non recitantibus Horas Canonicas restituendos esse utique fructus aliorum bene-

beneficiorum , si quæ alia beneficia possideant , præter Episcopatum , asserit idem auctor , neque supponendam eise talem deobligationem in hoc casu , late probat , leg. 308. & 310. ibidem . *

- 9 Tertio tenetur Beneficiatus Curatus professionem Fidei emit-tere coram ejus Vicario Generali intra duos menses a die adeptæ possessionis Beneficii . Et promoti ad Dignitates , & Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus , teneantur intra idem tempus possessionem Fidei emitte- re , non solum coram Episcopo , seu ejus Vicario Generali , sed etiam coram Capitulo ; alias fructus non faciunt suos , nec illis possessio suffragatur , textu expresso in Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat. ibi : *Provisi etiam de Beneficiis quibuscumque Curam animarum habentibus , teneantur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi , & eo impedito coram Generali ejus Vicario , seu Officiali Orthodoxæ suæ Fidei publicam facere professionem , & in Romanæ Ecclesiæ obedientiam se permanstros spondeant , ac jurent . Provisi autem de Canonicatibus , & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus , non solum coram Episcopo , seu ejus Vicario , sed etiam in Capitulo idem facere teneantur : alioquin prædicti omnes provisus , ut supra , fructus non faciant suos , nec illis possessio suffragetur .* Et Pius IV. in Constit. incip. *Injunctum* , ubi tradit etiam formam in tali Fidei professione observandam .
- 11 Hanc professionem Fidei per se ipsos , & non per Procuratorem tenentur emitte- re provisus de Parochialibus , & de Canonicatibus in Cathedralibus . *Sacr. Congr. Concil. in Seguntina 18. April. 1590. & iterum in alia causa die 12. Septembris 1620. ut referunt Nicol. Garcias de Benefic. part. 3. cap. 5. num. 54. declarat. 1. & Scortia in selectis Summor. Pontif. Constit. Epit. 84. Theorem. 207. ve. f. quid si Beneficiarius , Barboia in Summ. Apostol. decis. 22. Professio Fidei num. 5. & iterum ead. Cong. in Calaguritana 22. Septemb. 1696. apud Monacell. tom. 1. formul. 13. num. 4. Et hanc Fidei professionem tenentur denuo emitte- re illi , qui in adeptione alterius Beneficii similis eam jam emisissent . Sic declarasse Sacram Congreg. Concil. teitatur Nicol. Garcias de Benefic. part. 3. cap. 3. n. 17. & 18. & tenent Barboia de Offic. & Potest. Episcop. part. 3. allegat. 61. num. 8. & alii plurimi apud ipsum . Fidei professionem intra duos menses non facientes , tenentur restituere fructus perceptos post elapsos duos menses . *Sacra Cong. Concil. in Seguntina 18. April. 1590. nisi eadem Sacr. Congr. Concil. eos condonaverit & remiserit , ut ipsamet. censuit , & benigne condonavit in Tuscanen. 5. Martii 1614. Angelo Conitantino eiusdem Tuticanensis Cathedralis Primicerio , teste Barbol. cap. 17. de Canonic. & Dignitatibus num. 23. Tales autem omittentes Fidei possessionem , licet non faciant fructus suos , distributiones tamen acquirunt , & faciunt suas .* *Sacr. Congr. Concil. relata a Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. Præm. n. 169. Nec ipsa professionis Fidei omisso privat Canonici alii effectibus possessionis , sed ipsum , & vocem in Capitulo , & præcedentiam habere a die adeptæ possessionis , nisi aliud obitet , declaravit Sacr. Congr. ut refert Quaranta in summa Bullar. verb. Beneficiorum possessio in addit.**
- 16 *lit. B. verb. referunt .* Ceteri autem Beneficiati , licet non teneantur professionem Fidei emitte- re vigore Concilii Tridentini , & cit. Constitutionis Pii IV. cum ibi sit sermo solum de obtinentibus Canonicatus , & Dignitates Cathedralium , & de Beneficia Curata habentibus , tamen tenentur ipsam emitte- re vigore Legum Diocesandarum , in quibus fere omnibus reperitur statutum , ut omnes Beneficiati etiam in Collegiatis , & quicumque etiam simplicia Beneficia obtinentes , teneantur intra duos menses professionem Fidei emitte- re coram Episcopo , vel ejus Generali Vicario , ut expressè fuit sancitum in Synodo Alexandrina habita 1. 2. 3. Maii 1732. tit. 1. de Fidei professione .
- 17 Quarto tenetur Beneficiatus ad reparationem Fabricæ Ecclesiæ sui Beneficii , ad quam reparationem tenentur etiam Cardinales ex vi citat. Bullæ 7. Leonis X. incip. *Superna Dispositio* nis §. 22. Et hinc Episcopus , in cujus Diocesi Beneficia erecta , & reparatione indigentia reperiuntur , potest sequestrare fructus eorumdem Beneficiorum , etiam si sint Militum Hierosolymitanorum , ut respondit *Sacr. Congr. Concil. in Hieracens. 28. Maii 1690. lib. 7. Litterar. pag. 165. & in Narnien. 24. Maii 1657. in qua Episcopus exposuit Congregationi plures Ecclesias in sua Diocesi reperiiri fere collapsas , in quibus reperiabantur plura Beneficia erecta , & petiit responderi ad infra scripta dubia .*

- 1. An possit in Actu Visitationis eorum Titulos ad Ecclesiam viciniorum transferre ?
- 2. An possit eorumdem Beneficiorum possessores quacumque Di-

gnitate fulgentes cogere ad resarciendam Ecclesiam , in qua transferantur Tituli , quatenus restauracione indigeret , & erigendum Altare in dicta Ecclesia ?

- 3 An eisdem cogere ad celebrandum , seu celebrari faciendum in die Festivitatibus illius Sancti , sub cujus invocatione erectum est Beneficium ?
 - 4 An ad effectum prædictum , & pro conficiendis suppellectilibus sacris possit sequestrari facere fructus eorumdem Beneficiorum ?
- Et sub dicta die 24. Maii 1657. prodiit resolutio ut infra .
Ad Primum . *Si Ecclesiæ , ut supponitur , sunt fere diruta , & collapsæ , Episcopum , auditis quorum interest , posse uti Sedis Apostolicæ Delegatum transferre Beneficia simplicia ad Ecclesias viciniores .*
Ad Secundum . *Respondit dictos Rectores Beneficiorum , etiam in quacumque Dignitate constitutos teneri post translationem securam ad futuram restauracionem Ecclesiarum , ad quas Beneficia fuerint translata .*
Ad Tertium . *Respondit eisdem Beneficiatos cogi posse ab Episcopo ad celebrandum , seu celebrari faciendum in die Festivitatibus illius Sancti , sub cujus invocatione Beneficium est erectum , nisi aliud constet in erectione , seu fundacione .*
Ad Quartum . *Respondit posse ad effectum prædictæ restauracionis , nec non pro conficiendis Sacris suppellectilibus , redditus eorumdem Beneficiorum sequestrare .*

Quinto tenetur Beneficiatus infra annum recipere Ordines 21 requiritos a suo Beneficio , aliter , julto impedimento cessante , caret voce in Capitulo , donec illos suscipiat , & perdit dimidiam partem distributionum , *Clement. de atat. & qualit. Ordini. præficiend. cap. ut hi ; & Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. de reformat. Beneficiatus enim tenetur per seipsum immediate exercere suum munus , & Officium , scilicet canere Missam , Evangelium &c. sub iisdem , & aliis etiam gravioribus poenis ab Ordinario infligendis .* *Cit. Concil. Trident. ibidem .*

Sexto tenetur Beneficiatus de Jure communi ad residentiam 22 personalem in loco Beneficii ; *c. Ex p. 8. & c. Inter quatuor 10. de Clericis non residentib. ubi Clerici , qui Ecclesiis , vel Præbendis sibi concessas sine iusta causa deserunt , sicque in ipsi non resident , privatione eorumdem puniuntur .* *Concordant c. Ex gestis 2. & cap. Clericus 17. de Clericis non resident. & cap. Ad hoc 13. de Præbend. ubi dicitur , quod singula Officia in Ecclesiis assidue tenentur Personarum .* Et hæc residentia de Jure communi requiritur etiam in Beneficiis simplicibus , ut colligitur ex *c. Eleutherius 1. & c. Clericus 4. dist. 91. c. Si quis Presbyter 9. dist. 92. & c. Si quis in Clerico 28. caus. 7. q. 1. & c. Conquerente 6. de Clericis non resident. in cujus Summario sic præcise habetur : *Qui non residet in Beneficio etiam modicæ estimationis , illo privatur .* Ex quo patet , quod spectato Jure communi habentes Beneficium simplex , quantumvis modicum , residere teneantur . Addit tamen notanter , *spectato Jure communi ;* nam ex generali consuetudine totius Ecclesiæ Beneficia simplicia residentiam personalem non requirunt , adeoque potest quis per substitutionem eisdem deservire , nisi oppositum habeatur ex fundacione , seu ex statuto , & legitima particularis alicujus Ecclesiæ consuetudine . *Abbas in cap. Part. omnes 6. de Constitutionibus num. 1. & Fagnanus ibidem num. 5. & seq. citans Rotam apud Cardinal. Seraphinum dec. 639. n. 4. & alios , Vallensis de Clericis non residentib. n. 3. & 4. Garcias de Beneficiis p. 3. cap. 2. num. 3. & 11. ac seq. Zerola p. 1. Praxis Episcopalis , vers. Beneficiorum , §. ad septimum , vers. Octava conclusio allegans Declarationem Sacræ Congregationis in hæc verba : *Obtinens Beneficium , quod sit simplex ; & sine Cura animarum , & extra Ecclesiam Collegiatam , nec personalem residentiam ob aliam causam requirens , non tenetur in eo residere , sed ad inserendum illi per alium , qui probatus sit ab Ordinario .* In quo decreto nota particulam illam : *Nec personalem residentiam ob aliam causam requirens ;* nam si ob aliam causam , nempè si Fundator expressè obligarit Beneficiarium ad residentiam personalem , vel si statuto , aut legitima consuetudine alicujus particularis Ecclesiæ talis obligatio inducta fuerit , procul dubio tenebitur Beneficiatus residere in loco Beneficii simplicis , atque per semetipsum injuncta servitia Ecclesiastica præstare , prout refert Garcias part. 3. de Beneficiis c. 2. num. 11. & 12. fuisse resolutum a Sacra Rota in una Calaguritana Beneficii de Navarrete 10. Junii 1588. coram D. Pamphilio , & in una Cesaragustana Fructuum 4. Junii 1600. coram D. Corduba . De residentia autem Canonicorum sic habetur statutum a Conc. Trident. sess. 24. de reformat. ibi *Præterea obtinentibus in eisdem***

Cathedralibus , aut Collegiatis , Dignitates , Canonicatus , Præbendas , aut Portiones , non liceat vigore cujuslibet statuti , aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse , salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus , quæ longius servitii tempus requirunt . Et concordat cap. Conquerente 6. & cap. Cum ad hoc 16. de Clericis non residentibus & c. Extirpanda 30. §. Qui vero , de Præbend. ubi satis indicatur , Canonicos esse adstrictos ad personalem residentiam . Vide verb. Residentia .

- 26 Septimo tenetur Beneficiatus in prima Synodo , quæ fit , recipere decreta illius , & Trid. Concil. *Idem sess. 25. c. 2. de reformat. Octavo tenetur exercere hospitalitatem , Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum & c. Conc. Trid. sess. 25. cap. de reformat. Nono tenetur habere exempla , Scripturas , & Instrumenta de bonis , ac redditibus Beneficii , & debent esse duplicata , ita quod unum sit apud eum , aliud in Archivio Cathedralis .* *Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum , & Surium & c. Decimo tenetur uti suppellectili modesta , & frugali mensa .* *Conc. Trid. sess. 25. cap. 1. de reformat. Undecimo tenetur jurare in manu Episcopi , quod Simoniam non committit in adeptione Beneficii , & quod a Patrono habuit sine dono , pacto , promisso & c. Conc. Mogunt. IV. cap. 68. & 91. Duodecimo tenetur Beneficiatus restaurare Ecclesiam , Domos , Possessiones , & Fundos Dotales Beneficii .* *In reformat. Cler. German. cap. 11. & colligitur ex c. Concesso 25. c. Quatuor 27. & cap. de redditibus 28. caus. 12. q. 2. & Conit. Leonis X. incip. Supremæ .* *Tertiodecimo tenetur contribuere pro Procuracione Episcopi Visitantis .* *Sacr. Congr. Concil. apud Critpin. de Visitatione part. 1. §. 16. n. 10. & Sac. Cong. Episcop. in Civitate Castellana 28. Nov. 1637. & alibi sæpe .* *Quartodecimo tenetur accedere ad Processiones , ad quas Beneficiatus non accedendo , potest cogi , ut respondit Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. 3. Julii 1693. & Sac. Congr. Concil. in Surrentina 6. August. 1693. Quintodecimo tenetur sub mortali obligatione Pensionem imponi Beneficio , quia Beneficiatus acceptando Beneficium pensionem gravatum , censetur quasi contractisse cum Pensionario , & se obligasse ad Pensionis solutionem .* *Est communis cum Rota p. 2. decis. 176. n. 1. & part. 3. dec. 110. num. 1. .*
- 35 Sextodecimo tenetur Beneficiatus sub peccato mortali redditus Beneficii suæ honestæ sustentationi superfluos erogare in causas pias , V. G. in pauperes & Ecclesias . *Est communis opinio omnium Doctorum , etiam eorum , qui dicunt , Beneficiatos esse vere Dominos fructuum suorum Beneficiorum , quia etiam hujus sententiæ Doctores dicunt , Dominium talium bonorum esse Beneficiatis concessum cum præciso onere erogandi superflua in causas pias : Fideles enim dantes , & offerentes bona sua Ecclesiis , & piis Locis hac intentione , & sine , hocque tacito , vel expresso pacto , ac onere dant , ut non nisi ad Dei gloriam , & honorem , cultumque Divinum in subsidium pauperum , & causas pias convertantur .* *arg. c. Apostolicos 13. caus. 12. q. 2. & c. Pontifices 3. caus. 12. q. 3. & hanc intentionem aperte ostendit celebris Capitularium Caroli Magni formula in cap. Carol. Magni lib. 7. cap. 18. præcisè his verbis concepta : Offero Deo , atque dedico omnes res , quæ in hac cartula tenentur insertæ pro remissione peccatorum meorum , ac Parentum , ac Filiorum ad serviendum ex his Deo in Sacrificiis , Missarumque solemnibus , Orationibus , Luminariis , Pauperum , ac Clericorum alimonis , & cæteris Divinis cultibus , atque illius Ecclesiæ utilitatibus . Si quis autem eas inde (quod fieri nullatenus credo) abstulerit , sub pana sacrilegii ex hoc Domino Deo , cui eas offero , atque dedico , districtissimas reddat rationes .* Unde Beneficiati bona superflua Beneficii expendentes in causas profanas , gravissime peccant , non obitante , quod dicant se adherere sententiæ docentium , Beneficiatos bonorum superfluum Dominos esse . Et ista sententia est ita indubitata , ut proinde probatione non indigeat : *Cum eam , ut præcisè his verbis dicit Eminentissimus Cardinalis Sfondratus omnes Patres , omnes Canones , omnes Leges Divinæ , & Humanæ , ac denique omnes Theologi uno ore profiteantur , adeo hæc Doctrina non pertineat ad illas sententias , quæ problematicæ sunt , & in utramque partem disputantur , sed ad eas , quæ Dogmaticæ sunt , nullumque ambigendi locum relinquunt , & in quam omnes Doctores nullo excepto conveniunt .* Et quidem quoad Sanctos Patres : *nihil firmiter ab eis creditum , nihilque sapius , ac innixius inculcatum , quam quæ viris Ecclesiasticis de fructibus Beneficiorum superfluis , non posse in causas profanas , ditando se consanguineos , sed in solos pauperum usus , causisque piis impendi .* Si spectemus Sacros Canones , in nihil frequentius , nihilque clarius , quam hoc ipsum in-

culcant , adeo ut fateri oporteat , aut nihil Sacros Canones probare , aut nihil magis probare , quam conclusionem tenorem . Eandem Doctrinam semper tenuere Concilia , ut Hispanense , Carthaginense , Toletanum , Lateranense , Tridentinum & c. Sic Cardinalis Sfondratus undequaque Eminentissimus . Et revera Concilium Tridentinum , aliis brevitatibus gratia omisissis , *sess. 25. c. 1. de reformat. sic præcisè ait : Omnino vero eis (scilicet Episcopis) interdicit , ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos , familiæ suæ suos augere studeant , cum & Apostolorum Canones prohibeant , ne res Ecclesiasticas , quæ Dei sunt , consanguineis donent , sed si pauperes sint , ut pauperibus distribuunt , eas autem non distrabant , nec dissipent illorum causa . . . Quæ vero de Episcopis dicta sunt , eadem non solum in quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis , tam Sæcularibus , quam Regularibus obtinentibus pro gradu sui conditione observari , sed & ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit ;* Quod Decretum , cum sit præceptivum cum dictione absoluta *Omnino* , inducit præcisam necessitatem , & obligat ad mortale , nec ullam interpretationem contrariam admittit . *Sperell. decis. 81. numer. 84. & 85. & decis. 181. num. 33. Monacell. part. 2. titul. 16. formul. 1. num. 14. & alii .*

An autem Beneficiati redditus superfluos Suorum Beneficiorum in pauperes , & causas pias non erogantes , sed in causas profanas expendentes , ultra peccatum mortale , quod committunt , teneantur insuper ad restitutionem ? Controversia maxima est inter Doctores . Alii enim dicunt , Beneficiatos non teneri ad restitutionem ex quo prætendant ipsos habere verum Dominium , etiam bonorum superfluum Beneficiorum , adeoque non peccare contra Justitiam , si ipsa bona superflua expendant in causas profanas . Alii vero volunt Beneficiatos teneri ad restitutionem bonorum superfluum , sive ipsorum Dominium habeant , sive non , ex quo ipsa bona superflua expendendo in causas profanas , peccent semper contra Justitiam , cum Beneficia sint instituta , & fundata , ut eorum fructus ad cultum Divinum , pauperum sublevamen , aliasque causas pias expendantur . Unde huic secundæ opinioni , utpote securiori , & Justitiæ conformiori adherendo , dicendum est , Beneficiatos redditus superfluos notabili quantitate in causas profanas expendendo ultra peccatum mortale , quod committunt , teneri ad restitutionem . Et ratio est , quia quotiescumque alicui , sive cum , sive sine translatione Domini aliquid datur , vel donatur sub certa conditione , ac sine , tenetur Donatarius ex Justitia , vel conditionem , ac intentionem sub qua datum accepit , adimplere , vel restitutionem facere ; sed fideles dando , & offerendo bona temporalia Ecclesiis , vel piis locis , aut Beneficia fundando , semper hac intentione , conditione , ac pacto tacito , vel expresso dant , aut Beneficia fundant , ut eorum fructus non nisi ad Dei cultum , subsidium pauperum , aliasque pias causas applicentur , ergo Beneficiati tenentur ex Justitia superfluos fructus ad dictas causas pias applicare , & consequenter aliter applicantes tenentur ad restitutionem . Major patet , & conceditur ab ipsismet adversariis , quia si quis v. g. donet alia cui centum aureos ad peregrinationem instituentiam hac conditione , ac sine , & tacito , vel expresso pacto , ut quod superest post talem peregrinationem , pauperibus erogat , tenetur Donatarius ex Justitia , ut vel conditionem , ac intentionem a donante præscriptam adimpleat , residuumque illud pauperibus erogat , vel aliter impendens restitutionem faciat : *arg. l. 1. & 2. Cod. de Donat. quæ sub modo , vel conditione .*

Minor , in qua stat difficultas , quod scilicet Fideles donando bona temporalia Ecclesiis , seu piis locis , ac Beneficia fundando , semper id faciant hac intentione , conditione , & pacto tacito , vel expresso , quod eorum fructus , & redditus non nisi ad Dei cultum , subsidium pauperum , aliasque pias causas applicentur , probatur multipliciter . Et primo probatur ex sacris Canonibus ; *Cap. Pontifices 3. caus. 12. quæst. 3. sic præcisè dicitur : Ille qui donat pro redemptione animæ suæ , non pro commodo Sacerdotis offerre probatur ; cap. Quia juxta 59. caus. 16. quæst. 2. sic habetur : Quia juxta Sanctorum Patrum traditionem novimus , res Ecclesiæ vota Fidelium esse , pretia peccatorum , & patrimonium pauperum ; cap. Apostolicos 13. caus. 12. quæst. 2. ibi : Ac per hoc Ecclesiasticos redditus ledere , quos ad propriam utilitatem , & ob eam pauperum , & peregrinorum sustentationem esse decernimus . Quisquis autem post hæc definitiõnem nostram contrarium quidvis Sanctæ Sedi , ac universalis Synodo agere tentaverit , deponatur ut prævaricator Divinarum Legum , & præceptorum ; cap. Res Ecclesiæ 26. caus. 12. quæst. 1. ibi : Res Ecclesiæ non quasi propria , sed ut communes , & Domino oblatæ , cum summo timore , non in alios , quam in præstatos*

usus, sunt fideliter dispensanda; cap. Si privatum 26. eadem caus. 12. qu. 1. ibi: Non illa nostra sunt, sed pauperum; cap. Quoniam 68. caus. 16. qu. 1. ibi: Quidquid habent Clerici, pauperum est. Id etiam expresse habetur ex verbis S. Urbani Papae relatis in Breviario Romano 25. Maii ibi: Ipsa res fidelium, quae Domino offeruntur, non debent in alios usus, quam Ecclesiasticos, & Christianorum fratrum, vel in aigentium converti; quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonium pauperum. Et similiter habetur cap. Quia 8. caus. 12. qu. 1. cap. Quisquis 19. caus. 12. qu. 2. cap. Fratritatem 2. de donationibus; cap. Cum ex eo 34. de Election. & Electi potest. in 6. Similiter habetur in variis Conciliis, ut Aquisgranens. cap. 116. Agathens. cap. 16. Carthaginens. cap. 46. & in pluribus aliis, ex quibus constat bona Ecclesiastica superflua essent Dei, & Ecclesiae, vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonium Christi, & pauperum, adeoque dicendum est Fideles conferendo bona temporalia Ecclesiis, vel fundando Beneficia Ecclesiastica voluisse, ut in pias causas (inter quas etiam honesta Clericorum sustentatio) converterentur, aliter defectu veri, & iusti finis, nullum meritum pro remedio, & pretio peccatorum, vel salute, & requie animarum suarum habuissent, Quis autem sanae mentis potest dicere, quod Fideles sine ullo merito, & lucro suo spiritali, immo cum demerito, & iactura voluerint bona sua temporalia conferre Ecclesiis, & Beneficia Ecclesiastica erigere, ut praefata bona, seu fructus ad superfluum pompam, ad excessiva convivia, vel aedificia, ad ditandos consanguineos, ad ludos, ad Theatra, vel alios similes malos, aut indifferentes usus a Beneficiatis applicari possent? Nemo sane.

46 Probatum secundo eadem minor principalis auctoritate Sanctorum Patrum. S. Hieronymus Epist. ad Damasum cap. 9. dicit: Quidquid habent Clerici, pauperum est. S. Augustinus Epist. 185. ad Bonifacium alias 50. num. 55. ait: Non illa nostra sunt, sed pauperum. S. Bernardus serm. 25. in Cantic. post med. inquit: Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesiae, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis, quae sufficere debeant, minime contenti, superflua, quibus egent sustentandi forent, impie, sacrilegeque sibi retineant, & in usus sua superbia, atque luxuria victum pauperum consumere non vereantur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur. Idem S. Bernardus Epist. 42. Clamant vero nudi, clamant famelici, conuertuntur, & dicunt nostrum est, quod effunditis. Nobis crudeliter subtrahitur, quod inanimiter expenditis. . . . vita nostra cedit vobis in superfluas copias, nostris necessitatibus detrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de una procedunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spoliando perimitis. S. Fulgentius Sermone de Villico: Nobis, inquit, credita est dispensatio facultatum Domini nostri, vel ad utendum eis sufficienter, vel ad distribuendum conservis, ideo non licet nobis eas in expensas usurpare superfluas, cum sit erogationis ratio Domino venienti reddenda S. Raymundus in Summ. lib. 1. tit. 5. de raptoribus & praedonibus §. 6. sic habet: Quid de Prelatis Ecclesiarum, & aliis Clericis, qui bona Ecclesiastica, pauperibus debita consumunt in usus illicitos, videlicet in meretricibus, histrionibus, consanguineis potentibus, & divitiis, & similibus, & de his etiam faciunt aliqui Testamentum, numquid tales sunt iudicandi raptores? hoc modo respondet: Videtur quod sic, quia contumeliant rem alienam invito Domino; ait enim Hieronymus, quidquid habent Clerici, pauperum est. . . . Item Augustinus, si privatim, quae nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuratorem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus. . . . Et paulo post ibidem §. 8. sic profertur idem S. Raymundus: De meretricibus autem, & histrionibus, de quibus quaesitum est dico, Prelatos, & Clericos, qui res Ecclesiae talibus, vel similibus turpibus Personis conferunt, vel etiam consanguineis non propter naturam sustentandam, sed ut faciant eos divites de patrimonio Crucifixi. . . . tales inquam Prelatos, & Clericos, qui talibus conferunt bona Ecclesiastica pauperibus debita; dico esse raptores, & per consequens teneri ad restitutionem omnium. Sanctus Thomas in suo Commentario in Epist. 2. Apost. ad Corin. 12. l. 5. ubi proposita sibi obiectio ista: Videtur quod male fecerint Principes, & alii dando divitias Prelatis, respondet: Non dederunt Prelatis propter se, sed propter pauperes, & ideo non dederunt eis, sed pauperibus. . . . Prelatis autem dantur tamquam Pauperum dispensatoribus; & in hac sententia permanit Sanctus Doctor usque ad mortem, ut patet in ultimo ejus, ac

praecipuo opere 2. 2. quest. 185. articulo. 7. in corpor. & ad 3. ubi clare, & absque ambiguo eamdem Doctrinam propugnat. Sanctus Antoninus 3. part. Summae Theolog. titul. 15. cap. 1. §. 19. sic effatur, De bonis, seu fructibus Beneficiorum, quae dant Clerici consanguineis, vel Personis turpibus, utrum in dando peccent, & teneantur ad restitutionem? Super hoc dicit Raymundus, quod Clerici qui consanguineis potentibus. . . bona Ecclesiastica pauperibus debita tribuunt, raptores sunt, quia quidquid Clerici habent, pauperum est, dicit Hieronymus 16. q. 1. c. fin. nam pauperibus debentur, unde ad restitutionem tenentur pauperibus, vel in utilitatem, Ecclesiae. . . . & peccant mortaliter.

Nec valet dicere, ut praetendunt adversarii, supracitatos, & similes SS. Conciliorum, Canonum, & Patrum textus loqui, & intelligendos esse de superfluis illis bonis Ecclesiasticis, quae Episcopis ac Clerici habuerunt ante divisionem bonorum Ecclesiasticorum factam circa annum 470. a Simplicio, & Gelasio Summis Pontificibus; non vero de bonis acquisitis post illam divisionem mediante qua dicti Pontifices bona Ecclesiastica in quatuor partes diviserunt, unam Ecclesiae, alteram Episcopis, tertiam Clericis, & quartam pauperibus tribuentes, ut constat ex c. Concesso 26. c. Quasitor 27. & c. De redditibus 23. caus. 12. q. 2. per hanc enim divisionem Beneficiati acquisiverunt verum dominium bonorum sibi assignatorum, adeoque licet eorum superfluos fructus in causas profanas expendentes peccent mortaliter, non tamen tenentur ad restitutionem, cum non peccent contra Iustitiam. Sic DD. contrariae sententiae; sed

Non valet, inquam, hoc dicere, quia de facto extant similes SS. Conciliorum, Canonum, & Patrum textus, qui etiam post dictam bonorum divisionem, idem de bonis Ecclesiasticis dicunt, quod antiqui ante divisionem dixerunt, ut patet, c. Inquirendum 4. de peculio Clericorum, ibi: Inquirendum est, si quis Presbyterorum de redditibus Ecclesiae, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparavit, quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Ecclesiasticis debet, quoniam hoc sacrilegium est, & par crimini Juda furis & cap. Fratritatem, 1. de donationibus, ubi dicitur: Quod Episcopus, & quilibet Prelatus Ecclesiarum sit Procurator, non Dominus. Et expresse S. Thomas quodlibet 6. art. 12. in corpor. sic dicit: Bonorum vero Ecclesiasticorum Clerici non sunt vere Domini, sed dispensatores, secundum illud 1. ad Corin. 7. Dispensatio autem mihi credita est. Unde cum isti Canonum fuerint editi, & Divus Thomas, sicut citati Sancti Patres Bernardus, Raymundus, & Antoninus, & alii scripserint post dictam bonorum Ecclesiasticorum divisionem, non subiecit communis Adversariorum data responsio.

Nec valet instare, quod tales Canones, & Patres sic loquentes post divisionem bonorum Ecclesiasticorum, loquantur solum de bonis, quae ad Ecclesiam ipsam immediate spectant, & a bonis Beneficiorum separata existunt, quorum Clerici sunt meri administratores, non autem de bonis Ecclesiasticis, quae separata ab Ecclesia immediate Beneficiatis obveniunt ratione suorum Beneficiorum sibi assignatorum, quorum Beneficiati sunt Domini.

Non valet, inquam, quia etiam textus Juris novi loquentes de bonis immediate spectantibus ad Beneficiatos expresse indicant, ipsos talium bonorum nullum habere Dominium, ut patet Cap. Cum in Officiis 7. de Testamentis, ibi: Quidam Clerici cum ab Ecclesiis suis multa Beneficia perceperint, bona per eos acquisita in alios transferre praesumunt. Hoc igitur quia antiquis Canonibus constat inhibendum, nos indemnitate Ecclesiarum providere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes Ecclesias eadem bona praecipuum remanere; cap. Si quis sane 5. de peculio Clericorum, ibi: Si quis sane Clericorum agella, vel vineolas in terra Ecclesiae sibi fecisse probabitur, sustentandae vitae causa usque ad diem obitus sui possideat, nec Testamentario, aut successorio iure cuiquam hereditatem hereditumque relinquat; & cap. Ut unusquisque 3. eodem titulo. praefate statuitur: Ut unusquisque Presbyter res, quas post dies consecrationis adquisierit, propriae Ecclesiae relinquat. Ex quibus novis Canonibus, & aliis consimilibus clare patet, Beneficiatos, neque in bona ab Ecclesia bonis distincta, & sibi acquisita aliquid habere Dominium, cum nec de his testari possint, nec in eis haeredes ab intestato succedere valeant.

Nec juvat adducere, praxim, & consuetudinem communem obtinuisse, quod Beneficiati de bonis Ecclesiasticis, etiam superfluis, ad causas profanas pro libitu relinquantur, & haeredes, vel Legatarii profani Haereditatem relictam absque omni

scrupulo accipiant, & retineant, Pontifice, & Superioribus Ecclesiasticis, non tantum scientibus, & tolerantibus, sed insuper huiusmodi testamenta Beneficiorum ad causas profanas positive exequentibus, adeoque pro validis, & licitis approbantibus; aliter non tantum Beneficiati ita testantes, sed Haeredes relictas accipientes, imo Pontifex, aliique Superiores Ecclesiastici idem tolerantibus, ac positiva executione foveantes, graviter peccarent, ac in periculo aeternae damnationis existerent, quod sane de tot, tantisque viris absque temeritate nota vix dici potest.

52 Non juvat quidem haec adducere, quia licet Pontifices, aliique Superiores Ecclesiastici Beneficiorum contractus, & testamenta ad causas profanas sciunt, & tolerant, non tamen pro validis, & licitis approbant: Cum multa per patientiam tolerantur, quae si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, non debeant tollerari; cap. Cum jam dudum 18. de Praebend. & ut dicit Divus Thomas 2. 2. quest. 78. art. 1. ad 3. Leges humanae dimittunt aliqua peccata impunita propter conditiones hominum imperfectorum, in quibus multae utilitates impedirentur, si omnia peccata prohiberentur districte poenis adhibitis. Sed ideo Pontifices, aliique Superiores Ecclesiastici similes Beneficiorum contractus, & Testamenta tolerant, & non rescindunt, quia difficillimum, litiumque continuarum occasio foret, velle semper examinare, an hic, vel ille contractus, an hoc, vel illud Testamentum de bonis mere Ecclesiasticis superfluis, an vero de necessariis, aut patrimonialibus industrialibus, vel parsimonialibus, & consequenter valide, & licite, vel invalide, & illicito factum sit. Nec ex hac nostra sententia sequitur, tot, tantoque viros in periculo aeternae damnationis verari; Non Beneficiatos ipsos contrahentes, seu testantes ad causas profanas, quia nulli, vel certe pauci de bonis mere Ecclesiasticis ad causas profanas testantur, cum fere omnes habeant bona patrimonialia, industrialia, vel parsimonialia. Non Superiores tolerantibus, vel etiam exequentibus, quia examinare, & iudicare, num Testamentum ad causam profanam de mere Ecclesiasticis; an vero de bonis propriis Beneficiati factum sit, sine continuis litibus non possunt, & consequenter ad majora evitanda mala iuste tolerant, & conscientiae Haereditatem relinquunt. Tum quia illud de bonis propriis ipsius Beneficiati conditum esse ordinario merito praesumunt, & per consequens iuste exequantur; arg. l. In obsuris 114. ff. de R. J. ibi In obsuris inspicitur quod est verisimilius, & Reg. 56. ff. eod. ibi Semper in dubiis benigniora sunt praesumenda; Non denique ipsos Haeredes profanos; utpote qui ordinario pariter merito praesumere possunt Beneficiatum Testatorem non de bonis mere Ecclesiasticis, sed de propriis patrimonialibus, industrialibus, & parsimonialibus, & consequenter valide, & licite Testamentum condidisse; eo vel maxime, quod Beneficiatus, ut infra dicitur, potest vivere de redditibus Beneficii, & reservare alia sua bona patrimonialia, industrialia, & parsimonialia, ut de illis pro libitu testetur, & disponat etiam ad causas profanas; cap. Episcopi 19. & cap. Sint manifestae 21. caus. 12. quest. 1. & cap. Quianos 9. de Testament.

58 Probatum iterum principale assertum, quod scilicet Beneficiati expendentes in causas profanas redditus superfluos suorum Beneficiorum, ultra peccatum mortale, teneantur ad restitutionem. Per omnes Doctores, etiam adversarios, Beneficiati expendentes in causas profanas redditus superfluos, peccant mortaliter, sed hoc solide probare non possunt, nisi dicant tales Beneficiatos peccare etiam contra Iustitiam, & consequenter teneri ad restitutionem, ergo &c. Major est certissima apud omnes; probatur minor: Non potest dici, quod peccent mortaliter contra ipsam Virtutem Charitatis, & Misericordiae, ut cum aliis vult Fagnanus in c. Si quis sane 5. de peculio Clericorum num. 1. quia Lex Charitatis, & Misericordiae erga pauperes obligat solum sub mortali, quando pauperes sunt in extrema, vel gravi necessitate constituti, & non est eis unde aliunde provideatur, iuxta certissimum, & communissimum Theologorum sententiam: sed potest dari, quod in aliquibus locis nulli reperiantur pauperes in extrema, vel gravi necessitate constituti, vel si qui tales reperiantur, quod eis aliunde sufficienter provideatur, ergo, in tali casu dici non potest, quod Beneficiati sub mortali teneantur ex Charitate, & Misericordia erogare redditus superfluos pauperibus; & tamen adhuc mortaliter peccant, si quid notabile ex ipsis superfluis redditibus in causas profanas expendunt; adeoque dicendum est non peccare mortaliter contra ipsam virtutem Charitatis, & Misericordiae, sed etiam contra Iustitiam, & consequenter teneri ad restitutionem. Nec potest dici eos peccare solummodo con-

tra Virtutem Religionis, ut cum aliis vult Card. de Lugo disp. 4. de iustit. & iur. sect. 2. num. 16. & seq. quia licet tales Beneficiati redditus superfluos expendentes in causas profanas peccent contra Virtutem Religionis, ex quo bona Ecclesiastica, iuxta Sacros Canones, & Conc. Trid. Res Dei sunt, quas in profanos usus expendere sacrilegium est, quia tamen bona Ecclesiastica dicuntur Res Dei, ex quo a Fidelibus, hac intentione, conditione, et pacto tacito, vel expresso data sunt, ut ad cultum divinum, subsidium pauperum, aliasque causas pias impendantur, ut fatentur etiam Adversarii, sequitur evidenter Beneficiatos aliter expendentes bona Ecclesiastica superflua, peccare etiam contra Iustitiam, & teneri ad restitutionem, cum contrafaciant Legi, & fini fundationum Beneficiorum; arg. l. 1. & 2. Codic. de donat. quae sub modo, vel conditione.

Et hanc sententiam tenent, ultra supra citatos sanctos Patres, 62 Abbas in cap. Cum secundum 16. num. 4. de Praebend. Archidiaconus in cap. Statutum §. Assessorum, de Rescript. in 6. Innocentius in cap. Indecorum, de etate & qualitate, Felinus in c. Postulasti, de Rescriptis in 6. Navarrus de Redditiis Ecclesiasticis q. 1. monit. 21. & q. 2. monit. 7. Pelagius de pl. m. etu Eccles. cap. 28. Angelus verb. Clericus 3. n. 1. & 3. Layman lib. 4. tract. 2. c. 3. Reiffenstuel lib. 3. tit. 25. de pecul. Clericorum n. 54. Pirhing ibid. n. 6. & 7. Ricard. Sylveiter, Armilla, Alensis, Petrus Sorus, Decius Rotella, Dionysius Cartus. Pifanus, Joan. Lignan, & fere omnes Canonistae, & Theologi antiqui, ut fatentur etiam ipsimet Adversarii: & de facto Major dicit, Ante ipsius aetatem nullam tenuisse contrarium; Raulus Comitolus dicit: Contrariam opinionem esse novam, ac periculosa post mille, & quingentos annos in Christi Ecclesiam, investam, Archidiaconus Canonista celeberrimus in cap. Statutum §. Assessorum, de Rescriptis in 6. dicere non dubitavit, Contrariam opinionem esse Juris haeresim; Petrus Sorus in tractatu de vita Sacerdotum in principio dicit: Contrarium credimus errorem gravissimum, saltem contra bonos mores, & Iustitiam, quidni etiam contra Scripturam; Eminentissimus Sfondrati sic ait: Veritas huius conclusionis, si ex Sacris Canonibus, sententiaeque omnium Patrum, hoc est ex principio verae Theologiae petenda est: et certissima, erit, nullumque dubium admittet; sed hodierna die alia docendi ratio invaluit, cum enim aut pigeat Patres, Canonistae, que evolvere, quod otiosus, deliquitque scriptoribus molestum est, aut non lubeat eorum sententias amplecti quippe plerumque cupiditati adversas, & ad securitatem Evangelicam compositas; ideo alia Theologiae methodus inventa est.

Denique sententiam nostram roborat & confirmat praec omnibus maximi faciendus Benedict. XIV. qui in aereo Tract. de Synodo Diocesis lib. 7. cap. 2. a. 3. ad 5. docet, Beneficiorum fructus honestae Beneficiati sustentationi superfluos, in pauperes, pioque usus erogandos esse, neque in profanos iniuriam posse absque gravi peccato. Ibidemque subjungit n. 6. ad 14. gravem esse & adhuc indecivam quaestionem, num Clerici Beneficia possidentes, sint vere fructuum domini, an solum administratores, adeoque ex iustitia teneantur ad erogandos fructus superfluos in pios usus, aliter ad restitutionem obligentur. Vide ibi.

Novae additiones ex aliena manu.

Agit Auctor a n. 9. ad plur. sequent. de obligatione, qua tenetur obtinens Beneficia curata, tum Dignitates, & Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus, emittendi professionem Fidei intra duos menses a die apprehensae illorum possessionis. At plura, eaque scitu digna addi possunt.

Professio haec Fidei emitti potest coram Vicario Generali, Episcopo nedum impedito, verum etiam non impedito, de ipsius tamen licentia; Rom. guer. ad Synod. Gerard. lib. 1. de Summ. Trin. & Fid. Cathol. num. 55. Barbof. de Canon. cap. 17. num. 3.

Magna autem est quaestio, an professio haec Fidei fieri possit per Procuratorem speciale habentem mandatum? Doctores tum affirmantes tum negantes referuntur a Rom. guer. loc. cit. num. 45. & seqq. qui affirmativam sententiam tunc amplecti posse concludit, quum vult is, coram quo Fidei professio est emittenda.

Quaeri etiam solet, an requiratur sententia declaratoria, ut qui Fidei professionem non emittunt, fructus amittant? Refert etiam Rom. guer. ibidem num. 81. dissidentes inter se Doctores, & pro negativa pugnat.

31 *mouito 36. num. 1. vers. Caterum nos in ea sententia sumus, Fagnan. loc. cit. num. 21. Pirhing. loc. cit. num. 15. Sanchez loc. cit. dub. 41. num. 6. Molina disp. 146. §. De remuneratoris.*
 Quinimmo facere etiam quosdam donationes non remuneratorias cum moderatione debita, quia spectat ad honestam sustentationem habere amicos, quibus munera aliqua mittat, sicuti etiam famulis aliqua præter debitam mercedem aliquando donantur: Virtus enim liberalitatis pro qualitate, & conditione status requiritur in honesto, & ingenio Viro ad politicam vitam, servata tamen moderatione Christiana, & Ecclesiastica; Molina *disp. 145. §. Eodem modo, Sanchez loc. cit. dub. 41. num. 3. Lugo loc. cit. num. 73.*

32 Decimo, Beneficiatus potest de redditibus Ecclesiasticis exercere etiam honestam Hospitalitatem, non solum illam, quæ sit erga pauperes peregrinos, quæ inter potissima opera pietatis numeratur, & maxime Clericis a Tridentino *sess. 25. cap. 8. de reformat.* commendatur, sed etiam hospitalitatem urbanam cum moderatione debita juxta statum, & qualitatem Beneficii. Bonacina *disp. 4. de obligat. in sum. fruct. Benef. p. 2. num. 11. Molina disp. 145. §. Tertium est, Sanchez loc. cit. cap. 2. dub. 41. num. 2. & alii.* Et hoc maxime, quando venit ad locum, ubi non reperitur Domus, quam decenter habitare possit, nisi Domus Beneficiati; qui non male tunc censetur insumere, quod cum eo Hospite moderate expendit.

33 Immo potest Beneficiatus de fructibus Beneficii aliquoties moderata convivia amicis parare, ipsos ad honestam recreationem invitare; cum hæc etiam faciant, qui se moderate sustentant, ut cum Abulensi, Navarro, Corduba, & Molina docet Sanchez *loc. cit. cap. 1. dub. 41. num. 2. & expresse tenet S. Thomas quodlibet. 6. art. 12. ad quartum, ibi: Si autem aliquis in talibus (scilicet convivii) non multum excedat, potest bona fide fieri ab aliquo, qui vult secundum decentiam sui status morem gerere his, quibus convivit.* In iis ergo servanda est modestia Ecclesiastica, ne videatur Beneficiatus affectare fastum, & luxum more secularium contra præceptum Concilii Carthaginensis. *IV. can. 15. ubi præcipit: Ut Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac vitum pauperem habeat, & dignitatis sue auctoritatem fide, & vitæ meritis querat;* Et contra Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 1. ibi: Sancta Synodus jubet, ut Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint.* Aliter notabiliter excedendo peccat mortaliter, ut expresse dicit S. Thomas quodlibet. 6. art. 12. in corpor. ad quartum, ibi: *Neque moderatus usus divitiarum, neque bonafides dispensationum salvari videtur in eo, qui scilicet superfluas expensas facit in voluptuosis convivii, & aliis hujusmodi superfluitatibus, & sic non est dubium, quod in talibus peccat mortaliter.*

34 Undecimo, Beneficiatus potest ex redditibus Ecclesiasticis solvere debita contracta pro sui sustentatione, vel ob causam piam, licet habeat ex bonis propriis, unde ea solvat; Dummodo tamen debita sint contracta post habitum Beneficium;

35 Nam opera pia, vel sustentatio Clerici pro tempore antecedenti ad Beneficium, non debent ex Beneficio desumi, cum non teneatur Ecclesia alere suum Ministrum, pro eo tempore, quo nonnam erat suus Minister, nec opera illa pia fieri poterint ex bonis Ecclesiæ, quæ tunc non habebat Clericus; aliter possit Beneficiatus compensare sibi ex redditibus Beneficii omnia, quæ per totam vitam pie expendit: quod nemo audebit dicere. Si vero debita contracta fuerint ex causâ profana, & Beneficiatus habeat ex bonis propriis, unde ea solvat, tenetur solvere ex bonis propriis, & non ex Ecclesiasticis, quia hoc esset expendere redditus Beneficii in usus profanos, ut dicit Navarrus, & Avendann. quos refert, & sequitur Sanchez

36 *loc. cit. cap. 2. dub. 42. num. 6.* Si autem Beneficiatus non habeat aliunde ex bonis propriis, unde ea debita contracta ex causa profana solvat, potest solvere ex redditibus Beneficii; immo tenetur, ut tenent S. Antoniu. Adrianus, Speculator, Hostiensis, Sotus, Navarr. & alii, quos affert, & sequitur Sanchez *ibi num. 4. & colligitur ex cap. Pervenit 2. de Fideiussoribus, & ex cap. Gravis 11. & cap. Olim 12. de restitut. spoliatorum;* Et ratio est, quia, qui debitis premitur, nec habet, unde solvat, jam quoad ea indigens, & pauper censetur; quare potest ex fructibus Beneficii solvere sua debita, sicuti possit ex eis fructibus alios ære alieno oppressos sublevare; Unde & tenetur, quia debitor solvere debet, quoties potest. Et de facto praxis ita habet, ut cum aliis testatur Azorius *part. 1. lib. 7. cap. 9. quest. 6.*

37 Duodecimo, Beneficiatus potest distributiones pro sua vo-

luntate disponere, & expendere, quia distributiones traduntur ob Ministerium Personale tamquam merces operis, & tamquam stipendium laboris, & consequenter sunt bona quasi patrimonialia, quorum Beneficiatus absolutus est Dominus. Et de facto mancipatos Divinis Officiis dominium distributionum acquirere, si Choro intersint, habetur ex *cap. Unic. de Clericis non residentibus. in 6. Sic tenet cum plurimis Barbosa lib. 3. Juris Ecclesiast. cap. 17. num. 31. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. §. 7. proam. num. 168. Fagnan. lib. 3. cap. Si quis sane 5. de pecul. Clericor. num. 23.*

Tertiodecimo, Beneficiatus potest ex eadem ratione pro suo arbitrio disponere, expendere, & testari de his, quæ sibi obveniunt ratione stipendii personalis, ut quia erat Doctor, aut bonus Scriptor, seu etiam de his, quæ acquisivit ex Officiis Defunctorum, ex Anniversariis, ex Sacrificiis Missæ, aut occasione audiendarum Confessionum, aut pro Concionibus, & similibus, sicut de Patrimonialibus, quia hæc non sunt bona Beneficii, sed stipendium propriæ indutrie, & laboris, quorum Beneficiatus absolutus est Dominus. Navarr. *de spol. Clericor. §. 1. num. 2. in fin. & de redditibus Eccles. quest. 1. monit. 19. Fagnan. loc. cit. & cum aliis Barbosa loc. cit. num. 32.**

ARTICULUS III.

Beneficiatus quid de fructibus Beneficii facere non possit?

PRIMO Beneficiatus non potest de fructibus Beneficii nec ad causam piam ullum de jure facere Testamentum; Est communis ob clarissima Jura in Titulo de Testamentis, & signanter *cap. Ad hæc 8. de Testament.* ubi licet concedatur, quod Beneficiatus in vivis existentes de bonis Ecclesiasticis elemosynam dare queant, tamen etiam elemosynæ causâ, consequenter ad piam causam, testari prohibentur, ibi: *Presentibus innotescat, quod Clerici de mobilibus, quæ per Ecclesiam sunt adepti, de jure testari non possunt, viventes tamen, & sui compos moderato valent aliquid de bonis ipsis, non ratione Testamenti, sed elemosynæ intuitu erogare in ægritudine constituti.* Cap. Quia nos 9. eod. tit. de Testament. expresse dicitur: *De iis tamen, quæ consideratione Ecclesiæ perceperunt, nullum de jure possunt facere Testamentum.* Cap. Relatum 12. eod. tit. præcisè habetur: *Mobilis per Ecclesiam acquisita de jure in alio pro morientis arbitrio transferri non possunt.* Ratio autem, ob quam Ecclesia, etiam ad pias causas de bonis Ecclesiasticis testari prohibuit Beneficiatus, ut notant Navarr. *quest. 3. Apol. monit. 1. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 6. Lessius lib. 2. cap. 19. de testament. num. 41. & alii, videtur, quod fuerit ista, scilicet, ut Beneficiatus videntes, nullam sibi superesse facultatem de iis bonis mortis causâ disponendi, a turpi illa, ac nociva erogandi cura, & sollicitudine liberi, bona superflua adhuc in vivis in pios usus libentius erogarent. Notanter autem dicitur*

* Quod Auctor Articulo I. optime molitus est, strenue asserendo Beneficiatorum onus superflua in pauperes, vel Ecclesias erogandi, ne in profanos usus ea expendentes peccent contra Religionem, Misericordiam, ac etiam Justitiam; id limitationibus aliquot sic extenuavit in hoc Articulo II., ut penne inutile evadat, quod in primo, laudabili zelo, predicaverat. Nobis sufficiat hoc levi calamo Beneficiatos monuisse, ut sic conscientiam consulentes, non nisi de proborum Virorum consilio bona Ecclesiastica infumant, de quorum dispensatione supremo Judici districtam sunt reddituri rationem.

De obligatione igitur, qua tenentur Beneficiati fructus Beneficiorum erogare in usus illos, qui conformes sunt voluntati Fundatorum, nihil addo, quum nostri instituti sit ab Auctore prætermissa delibare. Meminisse tamen ipsos oportet eorum, quæ ait Divus Bernardus Epist. 2. ad Fulconem, Surgis (inquit) ad vigilias, vadis ad Missas, horis eborum nocturnum diurnumque frequentas; bene facis. Sic Ecclesiæ præbendam gratis non accipis. Dignum est, ut qui Altari deservit, de Altari vivat. Conceditur ergo tibi, ut si Altari deservis, de Altari vivas, non autem ut de Altari luxurieris, ut de Altari superbias, ut inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia, griseaque pellicea a collo & manibus ornata purpureo diversificata. Denique quidquid præter necessarium vitæ, ac simplicem vestitum, de Altari retines, tum non est, rapina est, sacrilegium est.

Beneficiatus de bonis Ecclesiasticis, nec ad causam piam testari posse de jure, quia de consuetudine legitima potest introduci, ut Clerici seculares de bonis Ecclesiasticis superfluis ad causas pias valide, & licite testari valeant; *cap. Relatum 12. de Testament.* ibi: *Licet autem mobilia per Ecclesiam acquisita de jure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint, consuetudinis tamen non est improbanda, ut de his pauperibus, & religiosi locis, & illis, qui viventi servierant, sive sint consanguinei, sive alii, aliqua juxta servitium meritum conferantur.* Et ratio est, quia testari ad causas pias est Clericis prohibitum solo jure humano; contra Jus autem humanum valide, & licite introduci potest consuetudo; *cap. Cum tanto 11. de consuetudine;* adeoque ex legitima consuetudine potest Beneficiatus testari de bonis Ecclesiasticis ad causas pias; Abbas *in cap. Cum in Officiis 7. de testament. num. 5. Molina disp. 147. num. 25. Pirhing. lib. 3. tit. 26. de testament. num. 40. Reiffenstuel ibid. num. 330. Layman, Navarr. & alii communiter.*

Secundo, Beneficiatus non potest neque vi consuetudinis testari de bonis Ecclesiasticis in notabili quantitate ad causas profanas; Navarr. *disp. 247. num. 31. Less. lib. 2. cap. 19. num. 43. & 44. Abbas in cap. Cum esset 10. num. 29. & 30. de Testament. Covarruv. in cap. Cum in Officiis 7. de Testament. num. 27. Zoellius de Testament. num. 27. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 7. Pirhing. lib. 2. tit. 27. num. 42. Reiffenstuel ibid. n. 336. & sequent. Engel ibid. num. 3. & in Manuali Parochorum parte 4. cap. 4. num. 26. Tanner tom. 3. disp. 40. quest. 6. dub. 8. num. 249. Silvester vers. Clericus 4. Molina disp. 147. num. 31. Canisius in cap. 1. de Testament. num. 18. Sporer tom. 3. tract. 6. cap. 1. sect. 2. num. 43. Archidiaconus, Angel. Alyvarus Pelag. & communior Doctorum contra Barbolam lib. 3. Juris Eccles. univers. cap. 17. num. 67. & 68. & in cap. Cum in Officiis 7. de Testament. num. 6. & 7. Garciam de Benefic. part. 2. cap. 1. num. 16. & sequent. Azorium part. 2. lib. 7. cap. 9. quest. 1. & nonnullos alios volentes, posse Beneficiatos ratione consuetudinis licite testari de bonis Ecclesiasticis etiam ad causas profanas; quorum tamen sententia hodie fere passim rejicitur.*

Et ratio nostræ conclusionis est, quia Beneficiati majorem facultatem habent a Jure sibi concessam disponendi inter vivos ex redditibus Ecclesiasticis, quam de illis mortis causâ disponendi, & testandi, textu expresse in *cap. Ad hæc 8. de Testamentis,* ibi: *Ad hæc presentibus innotescat, quod Clerici de mobilibus, quæ per Ecclesiam sunt adepti, de jure testari non possunt, viventes tamen, & sui compos moderato valent aliquid de bonis ipsis non ratione Testamenti, sed elemosynæ intuitu erogare in ægritudine constituti;* Atqui per omnes Doctores Beneficiati non obstant quacumque consuetudine mortaliter peccant, si quid notabile de bonis Ecclesiasticis superfluis ad causas profanas in vivis disponunt; Ergo similiter, imo magis mortaliter peccabunt, non obstante quacumque consuetudine, si de illis bonis mortis causâ ad causas profanas disponant: Nulla enim solida ratio, vel fundamentum assignari potest, ob quam Beneficiati vi consuetudinis per dispositionem mortis causâ possint bona Ecclesiastica superflua ad causas profanas applicare, & non per dispositionem inter vivos: Unde cum talis consuetudo universaliter tribuens omnibus Beneficiatis potestatem de omnibus redditibus Ecclesiasticis arbitrari suo testandi ad quascumque causas, etiam profanas, sit contra Jus naturalis Justitiæ, & sit peccaminosa, Ecclesiis sit noxia, & Sacris Canonibus adversetur; sequitur illam, per nullam præscriptionem, etiam temporis immemorialis, induci posse; *cap. Cum tanto 11. de consuetudine,* ibi: *Nemo sane mentis intelligit naturali Juri (cujus transgressio, periculum salutis inducit) quacumque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari;* & colligitur etiam ex *cap. Quæ contra 2. & cap. Mala autem consuetudo 3. dist. 8.*

Nec valet dicere, quod praxis, & consuetudo in universo pene orbe obtinuit, & habet, quod Beneficiati de bonis omnibus, etiam Ecclesiasticis superfluis, ad causas profanas pro libitu suo testentur, hæredesque, vel Legatarii profani hæreditatem relictam absque omni scrupulo accipiant, & retineant, Papa, aliisque Superioribus Ecclesiasticis non tantum scientibus, & tolerantibus, sed insuper hujusmodi testamenta Beneficiatorum ad causas profanas positive exequentibus, adeoque clare stat, quod hæc consuetudo licita, & valida sit, aliter non tantum Beneficiati ita testantur, sed hæredes relicta accipientes, & retinentes, imo Papa, aliique Superiores Ecclesiastici id tolerant, ac positi va executione sventes graviter peccarent, & in periculo æternæ damnationis existerent, quod sane de tot, tantisque viris absque temeritatis nota vix dici potest.

Non valet inquam hoc dicere, quia licet Pontifices, alique Superiores Ecclesiastici Beneficiatorum Testamenta ad causas profanas sciant, & tolerant, non tamen pro validis, & licitis approbant, Cum multa per patientiam tolerantur &c. Vide supra artic. 1. num. 51. & sequentibus, ubi ad longum afferatur responso.

Hic tamen est advertendum, quod Beneficiati incolæ, & Cives Urbis Romanæ, qui in ea, vel ejus districtu decesserint, possunt libere, & licite tam inter vivos, quam mortis causa, de bonis Ecclesiasticis superfluis disponere, etiam ad causas profanas, prout eis concessit Julius III. in sua Constitutione incipient. *Cupientes, ut Alma Urbs nostra,* edita 6. Idus Martii 1549. quæ est tenoris, ut sequitur: „ Motu proprio &c. „ Statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Urbis incolæ cujuscumque Dignitatis, Status, Gradus, Præminentia, vel conditionis existant, etsi Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali &c. vel quavis Dignitate Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant &c. de omnibus, & singulis eorum immobilibus, & remorentibus bonis, juribus, actionibus, & rebus aliis in dicta Urbe, & ejus districtu pro tempore existentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum, &c. acquisitis cujuscumque quantitatis, qualitatis, summæ, & pretii, seu conditionis existant, tam donatione, quam quavis alia ultima voluntate, in favorem consanguineorum, & affinium, & quarumvis aliarum personarum, disponere licite valeant &c. Quodque si ab intestato decesserint, eorum bona, & hujusmodi ipsorum pro tempore, re proximis agnatos, & alios &c. qui eis (nisi essent Beneficiati) de Jure succedere deberent, alias juxta Juris dispositionem libere devolvantur. „ Quam Constitutionem pro Urbe, & ejus districtu ad decem milliaria, denuo confirmavit Paulus V. in sua Constitutione incipient. *In eminenti,* edita 18. April. 1606.

Tertio, Beneficiatus non potest sine peccato bonis Ecclesiasticis Consanguineos, Familiarsque ditare, vel ad majorem statum exaltare, aut plusquam ad conditionem, & decentiam status necessarium habent, eis conferre. Habetur in primis ex *Canone 37. Apostolorum,* ibi: *Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerit, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto quidpiam ex iis sibi tamquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dicata sunt. Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato. Non tamen horum prætextu res Ecclesiæ venundato. Concordat cap. Quisquis 19. caus. 12. quest. 2. ibi: Omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat sollicitudinem, & dispense eas tamquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare quidquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quæ Dei sunt. Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub harum occasione, quæ sunt Ecclesiæ defraudentur; cap. Est probanda 16. dist. 86. ubi conceditur quidem, ut pauperibus consanguineis de bonis Ecclesiasticis succurratur: Non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. . . Neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos divites facias. . . Putant se parum poscere, pretium tuum querunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt, & accusant, quod eos divites non feceris, cum te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1. ibi: Omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiasticis Consanguineos, Familiarsque suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, Consanguineis donent, sed si pauperes sint, eis ut pauperibus distribuant, eas autem non distribuant, nec dissipent eorum causa. Immo quam maxime potest eos Sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga Fratres, Nepotes, Propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia Seminarium extat, penitus deponant. Et quam grave sit scelus de redditibus Ecclesiasticis consanguineos ditare, & ad majorem statum exaltare, aut plusquam ad conditionem, & decentiam status necessarium habent, eis conferre, constat ex verbis Gregorii VII. in cap. Pervenit 3. caus. 16. quest. 7. ibi: Pervenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non sacerdotibus propria Diocesis decimas, atque Christianorum obligationes conferunt, sed potius Laicalibus Personis, Militum vitæ, sive servitorum, vel (quod gravius est) etiam consanguineis. Unde si quis amodo Episcopus inveniens fuerit hujus præcepti Divini transgressor, inter maximos Hæreticos, & Antichristos non minus habeatur. Et sicut Nicæna Synodus de Simonia*

niacis censuit, & qui recipiunt ab eo Laici, & qui dat Episcopus sive pretio, sive Beneficio aeterni incendii ignibus deputentur. Qui Canon procedit etiam in fructibus secundum intellectum Hugonis, & Archidiaconi, & Fagnani in cap. Si quis sane 5. de peculio Clericorum num. 20.

Et sic sentiunt fere omnes Sancti Patres, ut Ambrosius relatus in cap. Est probanda 15. dist. 86. S. Augustinus relatus in cap. Si privatum 28. caus. 12. quest. 1. S. Hieronymus relatus in cap. Quoniam 86. caus. 16. quest. 1. S. Bernardus super illis verbis Evangelii: Ecce nos reliquimus omnia; S. Thomas 2. 2. quest. 185. art. 7. ad 2. S. Raymund. in Summ. lib. 2. tit. 5. de raptoribus, pædonibus §. 6. ubi proposita sibi ista quaestio: Quid de Prælati Ecclesiarum, & aliis Clericis, qui bona Ecclesiastica pauperibus debita consumunt in usus illicitos, videlicet in Meretricibus, Histrionibus, consanguineis potentibus, & divitibus, & similibus, & de his etiam faciunt aliqui Testamentum, nunquid tales sunt iudicandi raptores, hoc modo respondet: Videtur quod sic, quia contra tractant rem alienam invito Domino, ait enim Hieronymus, quidquid habent Clerici pauperum est. Et paulo post ibid. §. 8. subjungit: Dico Prælatos, & Clericos, qui res Ecclesie talibus, vel similibus turpibus Personis conferunt, vel etiam consanguineis non propter naturam sustentandam, sed ut faciant eos divites de Patrimonio Crucifixi, tales inquam Prælatos, & Clericos, qui talibus conferunt bona Ecclesiastica pauperibus debita, dico esse raptores, & per consequens teneri ad restitutionem omnium. S. Antonius 3. part. Summ. Theolog. tit. 15. cap. 1. §. 19. sic præcise dicit: De bonis, seu fructibus Beneficiorum, quæ dant Clerici consanguineis, vel Personis turpibus, utrum in dando, peccent, & teneantur ad restitutionem? super hoc dicit Raymundus, quod Clerici, qui consanguineis potentibus... bona Ecclesiastica pauperibus debita, tribuunt, raptores sunt, quia quidquid Clerici habent pauperum est, dicit Hieronymus 16. quest. 1. cap. finali, nam pauperibus debetur. Unde ad restitutionem tenentur pauperibus, vel in utilitatem Ecclesie... & peccant mortaliter. Et ad hoc optime facit jam adductus Petrus Bleiensis Episc. 15. ubi sic habet: Hodie pro filiis, quos abstulit Prælati Ecclesie Deus, habent Nepotes in dissipationem Patrimonii Christi, & in sua salutis dispendium permittuntur. Et ut habet vetus Distichon apud Ludolph. Carth. de vita Christi part. 1. cap. 68.

Cum factor verum privavit semine Clerum;

Ad Satanae vorum successit turba Nepotum.

Quarto, Beneficiatus non potest sine peccato redditus superfluos sui Beneficii expendere in excessivis, & voluptuosis conviviis, in Ludis, Theatris, & amplis, & sumptuosis Palatiis, & similibus. Colligitur ex cap. Apostolicis 13. caus. 12. quest. 2. ubi declaratur, redditus Ecclesiasticos ad Ministrorum propriam utilitatem (honestam scilicet sustentationem) & obsequium pauperum, & peregrinorum sustentationem esse; Et Clericus alter bona expendens deponi jubetur, tanquam prævaricator divinarum Legum, & præceptorum; & cap. Pontifices 3. caus. 12. quest. 3. ubi dicitur: Ille, qui donat pro redemptione anime sue, non pro commodo sacerdotis offerre probatur; & cap. Quia juxta 59. caus. 16. quest. 1. ubi habetur: Quia juxta Sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesie vota Fidelium esse, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum; Et est communis Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum sententia. Sanctus enim Bernardus in declaratione super illis verbis Evangelii: Ecce nos reliquimus omnia, sic ait: Vivat de Altari, ut juxta eundem Apostolum, alimenta, & quibus tegatur habens, his contentus sit. De Altari, inquit, vivat, non superbiat, non luxurietur, denique non ditetur, non sibi de bonis Ecclesie ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, aut superfluitate dispergat. Et idem S. Bernardus serm. 25. in Cantic. post med. ait: Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesie, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, ut ita pendis, quæ sufficere debeant, minime contenti superflua, quibus egeni sustentandi forent, impie, sacrilegeque sibi retineant, & in usus suæ superbiae, atque luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur; duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & Sacris in suis vanitatibus, & turpitudinibus abutantur. Et idem Episc. 42. litt. M. dicit: Clamant vero nudi, clamant famelici, conquerantur, & dicunt, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis... vita nostra cedit vobis in superfluas copias; nostris necessitatibus

detrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de una procedunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spolians perimitis. S. Hieronymus in c. 5. Mich. sic ait: Tibi o Sacerdos de Altari vivere, ut vult S. Paulus, non luxuriari permittitur. S. Thomas quodlib. 6. art. 12. in corp. ad 4. inquit: Neque moderatus usus divitiarum, neque bona fides dispensationum salvari debet in eo, qui scienter superfluas expensas facit in voluptuosos conviviis, & aliis hujusmodi superfluitatibus, & sic non est dubium, quod in talibus peccat mortaliter. Conc. Carthagin. IV. c. 15. præcipuo instinctu & fuitu S. Augustini sic statuit: Episcopus vilem impellestem, & mentem, fam, & victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritate, tatem Fide, & vitæ meritis quærat. Et concordat Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. 1. ibi: Sancta Synodus... non solum jubet ut Episcopi modesta impellestem, & mentem, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant ne quid appareat, quod a Sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, aut vanitatum contemptum præferat. Quæ vero de Episcopis dicta sunt eadem etiam in quibuscumque Beneficia Ecclesiastica tam regularia, quam secularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari decernit. Concil. Rehemens. tit. 18. de Clericis in genere num. 6. sic decernit: Quod si cum injuria Ordinis Ecclesiæ, sicut inceptis quibusdam Ecclesie bona, quibus pauperes alio oportuit, in hujusmodi ludis profudisse convictus sit, & qui quantum fecit, rem pauperum male partam restituere; & qui jacturam passus est, tamquam Sacri patrimonii dilapidator, graves penas exolvere cogatur.

Vetium est Beneficiatus sub pena excommunicationis ipso facto incurrere, & nullitatis actus, vendere, ac distrahere redditus suorum Beneficiorum ad vitam, vel in longum tempus, recepta ab emptore per unam, vel per plures solutiones pecuniarum quantitate, quam ipsi Beneficiati per spatium ejusdem temporis, vel totius vitæ probabiliter consequi potuissent. Bened. XIV. Constit. 29. Tom. 1. Bullar. incip. Universalis Ecclesie.

Consuetudo Ecclesiarum reservandi heredibus beneficiati jam defuncti fructus primi anni obtenti beneficii valet; nihil enim derogat juri illius, qui in beneficium recens investus est; cum & ipse post mortem jure isto potiar. Quare in favorem hujus consuetudinis sapienter a Sac. Congregat. decusum est. Bened. XIV. de Synodo dioces. lib. 7. c. 70. §. 3.

Beneficiato interdictum est ex Constit. S. Pii V. incip. Que ordini, ne quid in testamento relinquat filiis suis illegitimis, eorumque filiis, ac descendebus, consanguineis, & affinibus, sive ex redditibus ex bonis Ecclesiasticis, sive ex patrimonialibus comparatis, etiam si filii illi ante testatorem obierint. At tamen sanctio illa non excludit quominus alimenta filiis illegitimis debeantur etiam ex redditibus Ecclesiasticis. Cum vero vetatur legatum in favorem consanguineorum ejusdem filii hoc tantum valet in casu, quo relicta ejus consanguineis per quandam circuitum cedant in commodum ejusdem filii illegitimi. Idem ib. lib. 13. cap. 24. §. 21. nov. edit.

Novæ additiones ex aliena manu.

Ecclesie disciplinam, qua veterem, qua novam circa factionem testamenti Clericis prohibitam de fructibus beneficiorum, exponit Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 25. per tot. qui tamen non sine cautione est legendus. Confer etiam Louvrex dissert. Canon. 21. per tot. de præsentis disciplina. Illud tamen non est omittendum, quod distributiones quotidianæ, tamen non nisi a Beneficiatis percipiuntur, minime tamen cadunt sub prohibita Clericis factione testamenti de fructibus beneficiorum, idque quia dantur pro actuali ministerio, & servitio personali; Covarruv. de Testam. par. 1. cap. 7. num. 9. & sequent. Barbof. de Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 114. num. 10. Redoan. de Spoliis cap. 6. n. 18. Monet. de distribut. quotidian. par. 3. qu. 2. & 3. utrobique per tot. Louvrex dissert. Canon. 21. numer. 3. & Auctor noster artic. 2. num. 39.

De hac vero opinione post Sarmient. de Redit. Eccles. par. 4. 3. cap. 10. num. 1. dubitat Gonzal. in cap. ultim. de Pecul. Cleric. ea de ratione, quod titulo beneficii Ecclesiastici percipiuntur, quodque ad acquirendos ceteros præbendæ fructus etiam servitium aliquod personale, nempe residentia, requiratur: Sed hanc, id est residentiam, inquit Louvrex cit. dissert. 21. 4. num. 3.

ab interessentia, quæ ad lucrandas distributiones quotidianas requiritur, multum distingui certum est, ut videre est apud Monet. part. 2. quest. 5. num. 17. qui insuper par. 1. qu. 6. & 7. ostendit, distributiones non esse proprie de corpore Beneficii, nec proprie comprehendit sub nomine fructuum, & proventuum illius, adeoque nec immediate deberi ratione beneficii, sed laboris.

Longe minus sub hac, de qua differimus, prohibita Clericis factione testandi de fructibus Beneficiorum, veniunt res acquiruntur Clericis ratione ministerii alicujus Ecclesiastici; Louvrex d. dissert. 21. num. 3. ubi quod nec veniunt, quæ a Clericis ratione Dignitatis, vel Ordinis sui Clericalis extra beneficiorum fructus acquiruntur ratione alicujus laboris personalis, etiam si ad id adiringantur.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM. Vide verb. Alienatio tot. & signanter art. 4.

Novæ additiones ex aliena manu.

Bona Ecclesie relicta nequeunt sine Apostolico Beneplacito alienari, tamen si Testator dixerit, quod alienari ea possint nullo interveniente Apostolico Beneplacito, idque quia hominis dispositio nequit immutare sanctiones sacrorum Canonum, ut tradit Auctor verb. Bona art. 1. Declarat tamen, id procedere, si agatur de bonis directe Ecclesie relicta, ita ut dominium eorum jam facta sit. Cæterum si bona jure legati a Testatore directe relicta sint Executori Testamentario, eaque nondum ad Ecclesiam pervenerint, possunt absque Beneplacito Apostolico alienari; Vide Rotam in Meleuitana Transaktionis 28. April. 1747. cor. illustrissimo Caprara Almæ Urbis Governatore, ubi & illud, ex quibus Beneplacitum Apostolicum haberi debeat pro impetrato.

Beneplacitum Apostolicum reservatum per verba importan- tia necessitatem non impetratum irritat actum, etiam si de jure non requirebatur. Quando vero reservatum nec ne dici per verba importan- tia necessitatem debeat, consule Rot. in Hispanen. Primitiarum 19. Aprilis 1720. & 21. Januarii 1721. cor. bon. mem. Gamach. & 26. Februarii 1713. cor. bon. mem. Foscar. in Romana seu Albanen. Manutentionis 11. Januarii 1725. coram bon. memoria Foscaro, & in Pemen. Jurisprætonatus 3. Julii 1744. & 8. Martii 1745. coram clara memoria Milin.

Quoties Contrahentes adjiciunt aliquam pactionem, vel conditionem, reservato Beneplacito Apostolico, si postea Summus Pontifex illam rejiciat, vel moderetur, Partes censentur etiam consentisse illi rejectioni, vel moderationi; Rota in Compostellana Beneficii 7. Maji 1736. coram bon. memoria Harrac.

De nullitate actus ex defectu Beneplaciti Apostolici potest agere quicumque, in cuius interest; Rot. in Rom. Pecuniaria 4. Junii 1723. cor. bon. mem. Foscaro.

Quod dicitur, Beneplacitum Apostolicum post lapsum Centenarium præsumendum esse in alienatione rei Ecclesie, id locum sibi vindicat, si conformis subsæcuta sit observantia, seu e contra; Rota in Colon. Decim. 29. April. 1733. cor. Eminentissimo Crescentio.

BESTIALITAS. Vide verb. Luxuria an. 64.

BIBLIA SACRA, Vide verb. Scriptura Sacra, per tot.

BIGAMIA, BIGAMUS.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit, & quando incurritur Bigamia, & quis sit Bigamus, vel non?

Bigamia est reiteratio successiva Matrimonii consummati, seu divisio carnis in duas successive uxores; Additur successiva, vel successive ad differentiam Polygamie, quæ non est successiva, sed simultanea pluralitas uxorum, qualis olim ex Divina revelatione, atque dispensatione Patriarchis, & aliis antiquæ Legis permixta fuerat; Cap. Gaudemus 8. de Divortii. At in Lege Evangelica sicut a Christo Domino penitus reprobata, & sublata, Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16. & cit. cap. Gaudemus 8. de Divortii, & expresse noviter condemnata a Tridentino sess. 24. Can. 2. ibi: Si quis dixerit licere Christianis

plures simul habere uxores, & hoc nulla lege Divina esse prohibitum anathematisit.

Bigamia est triplex, scilicet vera, interpretativa, & similitudinaria; sic Fagnanus in cap. Nuper 4. de Bigamis non ordinandis n. 2. Navarr. in Manual. cap. 28. n. 19. Speculator in tit. de Dispens. §. juxta n. 6. & fere communiter omnes moderni Canonice & Theologi, quamvis duo membra tantum, videlicet Bigamiam veram, & interpretativam constituit Gloss. in cap. Super eo 2. de Bigamis verb. in Bigamis; Hostiens. in sum. cod. tit. §. quot sunt species; Joan. Andreas, & nonnulli alii antiquiores. Bigamia vera est, cum quis diversis temporibus successive valide contraxit Matrimonium cum duabus, illudque consummavit; Unde Bigamus proprie, & vere vocatur ille, qui diversis temporibus, & successive duas legitimas habuit uxores, & cum utraque Matrimonium consummavit, nam ex solo Matrimonio rato cum secunda inito non surgit Bigamia, nisi illud sit consummatum, ut patet ex cap. Valentino 20. dist. 34. & cap. Debitum 5. de Bigamis, & dicitur Bigamus, quasi homo bini conjugii, seu binæ mulieris maritus, sicuti Monogamus dicitur unius uxoris vir; cap. Unius uxoris 1. dist. 26. a Monos quod est unum, & Gamos quod est conjugium, vel mulier, ut explicat Gloss. ibidem. Hinc qui tres successive habuit uxores dicitur Trigamus, qui quinque Quintogamus, qui octo, Octogamus, & sic loquendo de aliis, textu expresso in cap. Apertant 11. caus. 42. qu. 1. Bigamia interpretativa est, cum quis quadam Jurisdictione, seu interpretatione censetur habuisse duas uxores, licet vere illas non habuerit, ut cum quis contraxit cum vidua, vel ab alio corrupta; cap. Meritum 2. dist. 33. cap. Si quis Viduam 13. dist. 34. cap. de Bigamis 3. dist. 3. cap. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis. Bigamia similitudinaria est, cum quis Sacro Ordine insignitus, vel solemniter professus Matrimonium contrahit, & consummat, etiam cum unica, & Virgine; hic censetur similis iterato contrahenti, adeoque incurrit Bigamiam similitudinariam, cap. Quotquot 24. & cap. Monacho 32. caus. 27. q. 1.

Bigamia vera incurritur, seu contrahitur, quando quis vere duas uxores successive legitime duxit, easque carnali copula cognovit, quamvis utramque, vel alteram habuerit ante susceptum Baptismum; c. Acutius 2. & cap. Deinde 3. cap. Una 4. dist. 26. & cap. Si quis Viduam 13. dist. 34. Et ratio est, quia hoc impedimentum non est inductum ab Ecclesia in penam alicujus delicti, quæ per Baptismum una cum delicto remittatur, sed quia tale Matrimonium non est aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia, quæ est unius viri cum una Sponsa; eaque ab alio non assumpta; qui defectus perfectæ significationis æque reperitur in Matrimonio contracto ante Baptismum, quam post illum. Et hæc sententia est Divi Aug. in Epistolam ad Titum, & de bono conjugii c. 18. & refertur in cit. cap. Acutius 2. dist. 26. & S. Ambrosii lib. 1. de Offic. cap. ult. & refertur in c. Una 4. cad. dist. 26. & fuit postea approbata per Innocentium Papam in cap. Deinde 3. dist. 26. & in cap. Si quis Viduam 13. dist. 34. Et sic tenet communis Doctorum cum Sanchez lib. 7. disp. 33. num. 9. Suarez disp. 39. de Censuris sess. 5. n. 10. & seq. Barbofa de Offic. & Potest. Episc. allegat. 49. n. 2. Fagnan. in cap. Nuper 4. de Bigamis n. 3. Plating. lib. 1. tit. 21. nu. 6. Reiffenituel ib. num. 9. & aliis plurimis.

Nec valet objicere, quod sicuti propter homicidium ante Baptismum jure, vel injuste patratum, non incurritur Irregularitas, ita neque propter Matrimonium duplex initum ante Baptisma, incurritur Irregularitas Bigamie. Non valet, inquam, nec currit paritas, quia prior Irregularitas est imposita a Jure homicidio patrato solum post Baptismum; c. Si quis Viduam 8. dist. 50. c. Si quis post acceptum Baptismum 4. dist. 31. Posterior vero Irregularitas Bigamie veræ a Jure est imposita ei, qui duplex Matrimonium legitimum quandocumque contraxit, & consummavit, sive ante, sive post Baptismum; cap. Acutius 2. dist. 26. in cuius Summario expresse dicitur: Qui ante Baptismum habuerit unam, & post Baptismum aliam, ordinandus non est. & cap. Una 4. dist. 26. in cuius Summario sic etiam præcise habetur: Bigamus reputatur, qui ante Baptismum habuerit unam, & post Baptismum aliam. Et ratio disparitatis est, quia per Baptismum sicuti crimina plene dimittuntur, sic etiam purgatur prava, & immitis voluntas, quæ illa fuerunt commissa; Secus autem est de Bigamia, neque enim in Baptismo tollitur acceptæ uxoris, confortium, nec re-integratur divisio carnis, ut cessare valeat defectus Sacramenti per Apostolum c. 5. ad Ephesios explicati, & hoc clare habetur ex c. Una 4. dist. 26. ibi: Quod plerisque mirum videtur

3, detur, cur etiam ante Baptismum iterata conjugia electioni muneris, & prerogativa Ordinationis impedimenta generent, cum etiam delicta obesse non soleant, si Lavacri remissa fuerint Sacramento; sed intelligere debemus, quia in Baptismo culpa dimitti potest, Lex aboleri non potest; in conjugio non culpa, sed Lex est. Quod culpe est igitur, in Baptismo relaxatur, quod Legis est, conjugio non solvitur. Et ex c. Si quis Viduam 13. dist. 34. ibi; In Baptismate enim crimina dimittuntur, non acceptae uxoris conjugium relaxatur.

13 Bigamia vera non incurritur ab eo, qui duas uxores legitime, & valide duxit, sed cum altera, sive priore, sive posteriore Matrimonium non consummavit, quia ex solo Matrimonio ratio cum altera inito non confluit Bigamia, nisi illud etiam sit consummatum, ut patet ex c. Valentino 20. dist. 34. & c. Debitum 5. de Bigamis, ubi is, qui mulierem ab alio viro desponsatam per verba de praesenti, sed ab illo non cognitam duxit uxorem, Bigamus non censetur, nec impeditur promoveri ad Sacerdotium, quia (inquit Papa Innocent. III.) nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures; sicque non intervenit defectus Sacramenti significantis conjunctionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem; ex quo defectu vel fundamentum oritur Irregularitas Bigamiae cit. cap. Debitum 5. de Bigamis, ibi: „ Cum ergo propter Sacramenti defectum, inhibitu sit, ne Bigamus, aut Maritus Viduae praesumat ad Sacros Ordines promoveri, quoniam nec illa est unica unicus, nec ite unus unius profero, ubi deficit inter huiusmodi conjuges commixtio corporum, non deest huiusmodi significatio Sacramenti. Unde ex hoc inferitur, quod multiplicitas Matrimonii rati, & non consummati non inducit Bigamiam, cum deficit divisio carnis in plures. Barbosa de offic. & potest. Episc. allegat. 49. num. 13. Et communis. Sic nec multiplicitas ipsoraliorum cum pluribus initorum inducit Bigamiam, etiam si subsessum sit copula, quia sine Matrimonio vero, vel attentato, non contrahitur Bigamia; duo namque necessaria sunt, ut Bigamia vera contrahatur, Matrimonium scilicet praecedens, & unus veneris subsequens cum pluribus. Barbosa loc. mox citato, Pirrhing lib. 1. tit. 21. num. 5. Sanchez lib. 7. disp. 83. num. 5. & alii passim.

16 Bigamia vera non incurritur ab eo, qui cum Meretrice saepius fornicatus est, vel plures Concubinas habuit, sive ante Matrimonium contractum cum una Virgine, sive eo stante, sive post illud; ut colligitur ex cap. Fraternalitas 7. dist. 34. & cap. Quia circa 6. de Bigamis, ubi sic praecise habetur; *Sane postquam per Sedem Apostolicam edoceri, si Presbyteri plures Concubinas habentes Bigami censentur. Ad quod duximus respondendum, quod cum Irregularitatem non incurrerint Bigamiae, cum eis tamquam simpliciter fornicatione notatis, quoad executionem Sacerdotalis officii poterit dispensare*; Et ratio est, quia, ut diximus, ad hoc ut Bigamia vera contrahatur, duo per necessaria requiruntur, Matrimonium scilicet praecedens, & unus veneris subsequens cum pluribus; per simplicem enim conjunctionem fornicariam non significatur conjunctio Christi cum Ecclesia per assumptionem carnis, sicuti significatur per Matrimonium cum pluribus; & sic non potest in conjunctione fornicaria habere locum defectus Sacramenti significantis talem conjunctionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem, ex quo defectu vel fundamento oritur Irregularitas Bigamiae;

17 cit. c. Debitum 5. de Bigamis. Neque tales conjunctiones fornicariae, sive praecedant, sive sequantur, sive fiant stante Matrimonio cum una Virgine, impediunt, quominus tale Matrimonium adhuc habeat perfectam significationem Sacramenti, cum sit maritalis conjunctio unius viri cum una ab alio non assumpta, adeoque non patitur defectum Sacramenti, qui est fundamentum Bigamiae per cit. cap. Debitum 5. de Bigamis, Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 83. num. 3. Pirrhing. l. c. num. 4. & alii.

18 Bigamia interpretativa quatuor praecipue modis a Doctoribus censetur incurri. Primus modus est, quando quis ducit Viduam a priori viro carnaliter cognitam, vel ab alio per fornicationem corruptam, & cum ea Matrimonium consummat; Hunc modum inducere Bigamiae Irregularitatem, habetur in cap. Maritum 2. dist. 33. cap. Curandum 6. c. Praecipimus 10. c. Si quis Viduam 13. & cap. Si quis Viduam 15. dist. 34. cap. Si quis Viduam 8. dist. 50. c. Quis 5. dist. 51. cap. Quisquis 5. dist. 34. cap. De Bigami 1. c. de Bigamis 3. & cap. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis, Et ratio est, quia ducens Viduam, vel ab alio per fornicationem corruptam, seu qualitercumque carnaliter cognitam, & cum ea Matrimonium consummans, fit una ca-

ro cum illa, & per consequens sicut ipsa uxor vere carnem suam divisit in plures, ita etiam vir ejus, qui per copulam carnalem factus est una caro cum ipsa, ex Juris interpretatione censetur carnem suam divisisse in plures; Unde deficit tale Matrimonium a perfecta significatione Matrimonii Christi cum Ecclesia, cum hoc sit unius cum una Virgine Ecclesia, non ab alio assumpta, & penitus intacta, & illud esset unius cum una non amplius Virgine, cum jam ab alio assumpta, seu corrupta, & sic divisit in plures carnes. Sic Doctores communiter. Hanc interpretativam Bigamiam incurrit ducens Viduam, vel corruptam, etiam si penitus ignoraverit esse Viduam, vel corruptam; Et ratio est, quia hic non agitur de Irregularitate proveniente ex delicto, seu propria culpa, sed de ea, quae provenit ex defectu Sacramenti, qualem potest incurere, & de facto incurrit in dictis casibus etiam ignorans; quia licet ignorantia violationis possit excimere eundem a culpa, si quae esset, non tamen a dispositis a Jure quoad Irregularitatem; nam revera verificatur, quod illa fuerit corrupta, & divisit in plures carnes. Sic tradunt communiter Doctores cum Barbosa de Offic. & Potest. Episc. allegat. 49. num. 6. Fagnan. in c. Nuper 4. de bigamis num. 5. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 84. num. 15. Sylvester in Summa verb. Bigamian. 4. Immo volunt Doctores, quod ducens corruptam incurrit Bigamiae Irregularitatem, etiam si mulier per vim fuerit cognita ab alio; quia vis illata excusat quidem Foemina a culpa, at non efficit Matrimonium illud esse aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia una, eaque Virgine; cum talis mulier per vim cognita, adhuc revera esset corrupta, & divisit in plures carnes. Pirrhing. lib. 1. tit. 21. n. 10. Reiffenstueli ibid. n. 13. Sanchez l. c. & alii.

Hanc tamen Bigamiam interpretativam non incurrit ducens Virginem, & existimans illam esse corruptam; quia ad Irregularitatem, & Censuras incurrendas non sufficit sola intentio, sed requiritur, ut factum reipia sequatur. Barbosa loc. cit. Sanchez loc. cit. Et revera Irregularitas non est occidens feram credens esse hominem, nec est excommunicatus percussus Laicum licet credat esse Clericum. Pirrhing. cit. lib. 1. tit. 21. n. 10. & aliorum communis. Nec etiam hanc interpretativam Bigamiam incurrit, qui ducit Viduam, sed a priore Marito incognitam; c. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis, ubi Innocentius III. Summus Pontifex expresse declarat eum, qui mulierem ab alio viro desponsatam per verba de praesenti, sed ab illo non cognitam, duxit uxorem, Bigamus non ceteri, nec impediri promoveri ad Sacerdotium; Quia (inquit Pontifex) nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures. Sicque non intervenit defectus Sacramenti significantis conjunctionem Christi cum una Ecclesia Virgine per carnis assumptionem. Nec tandem hanc interpretativam Bigamiam incurrit, qui ducit mulierem non ab alio, sed a se ipso solo corruptam; Et ratio est, quia per illam praecedentem violationem factam ab eodem respectu neutrius facta est divisio carnis, sicque illud Matrimonium aptum est significare illam unionem Christi cum Ecclesia. Glo. l. communiter recepta in cap. Debitum 5. de Bigamis verb. divisit, S. Thomas in 4. dist. 27. q. 3. ar. 1. quaestiuicula 3. ad. 2. S. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 3. Sanchez, & alii communiter. Nec contra hoc ultimum auctorem obstat textus in cap. Quis 4. caus. 30. qu. 5. ubi praescribitur, quod ad hoc ut vir non contrahat Irregularitatem Bigamiae, debeat esse contractus cum Virgine casta, & desponsata in Virginitate. Nec pariter obstat textus in cap. Unico, de Clericis conjugatis in 6. ubi statuitur quod solummodo promovendi sint ad Sacros Ordines, qui cum unicis, & Virginibus contraxerint. Non obstat, inquam, citati textus, quia facillime solvuntur dicendo; Virginitatem in tantum requiri, in quantum uxor non potest esse divisit, unde sufficit, ut non sit ab alio corrupta. Glo. l. in cap. Debitum 5. de Bigamis, verb. divisit, in fine; Sanchez loc. cit. Pirrhing. loc. cit. n. 11. & alii passim.

Secundus modus Bigamiae interpretativae est, quando quis ducit Virginem, & postquam adulterata est, illam adhuc carnaliter cognoscit; cap. Si cujus 11. & cap. Si Laici 12. dist. 34. Et haec Bigamia interpretativa incurritur, etiam si vir adulterium uxoris ignoraverit, & ipsa uxor non volens, sed per vim cognita sit ab adultero; Barbosa loc. cit. n. 3 & 9. Sanchez loc. cit. dist. 84. n. 15. Pirrhing. loc. cit. n. 14. & alii communiter; Et ratio est, quia, ut diximus supra in primo modo, hic non agitur de Irregularitate proveniente ex delicto, seu propria culpa, sed de ea, quae provenit ex defectu Sacramenti adhuc adesse, licet vir ignoraverit adulterium uxoris, & uxor non volens, sed coacta fuerit ab adultero cognita, quia revera adhuc ipsa

ipsa esset corrupta, & divisit in plures carnes, & sic tale Matrimonium non esset aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia, una, eaque Virgine, & intacta. Immo hanc Bigamiae Irregularitatem incurrit vir, etiam si debitum reddiderit uxori adulterae a Superiore compulsus, ex eo quod adulterium non fuerit plene probatum. Quinimo eam incurrit etiam si compellatur ab Ecclesia denuo conjugii, & copulari uxori, quae ipso in longinquis agente, vel in exercitu bellante, aut in mare navigante, & pro mortuo habito praecedente Judicio Ecclesiae alteri nuplerat, & Matrimonium consummaverat. Sic cum multis Barbosa loc. cit. n. 10. & colligitur ex Div. Thoma in 4. dist. 27. q. 3. ar. 1. quaestiuic. 3. ad quartum, S. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 3. Abulenti. cap. 19. in Matth. p. 27. ad quartum, Rosella verb. Bigamia n. 6. Henric. cap. 1. n. 18. de Bigamis Soc. in 4. dist. 27. q. 3. ar. 1. & alii passim; Et ratio est, quia stante tali divisione carnis semper verificatur, quod non valeat significare illam unionem Christi cum unica Ecclesia Virgine, & intacta. Nec valet objicere contra ultima asserta, quod iis stantibus sequeretur manifesta contradictio, nempe quod idem vir ex eodem actu mereretur, & demereretur; mereretur, quia adimpleret praecipuum Ecclesiae; demereretur, quia incurreret hanc Irregularitatem. Non valet, inquam, quia iste nullum modo demereretur, & quod incurreret Irregularitatem, non esset ex delicto, & sua propria culpa, sed solum ex defectu Sacramenti, sicuti ex communi Doctorum contrahuntur absque propria culpa omnes aliae Irregularitates ex defectu.

Tertius modus Bigamiae interpretativae est, quando quis init duo Matrimonia, unum validum, & alterum invalidum, & utrumque consummat; colligitur ex cap. Nuper 4. de Bigamis non ordinandis, ubi statuitur, quod cum similibus, tamquam cum Bigamis non liceat dispensare. . . non propter Sacramenti defectum (cum enim nullum fuerit unum Matrimonium, adeoque nec fuerit Sacramentum) sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. Quia nimirum quantum in ipsis erat, voluntarie aliud Matrimonium cum alia contraxerunt, & consummarunt. Et quamvis in cit. cap. Nuper solum expresse sit sermo de Clericis in Sacris constitutis, communiter tamen hoc a Doctoribus extenditur etiam ad Clericos in Minoribus Ordinibus constitutos, & ad omnes Laicos, quia etiam in Clericis Minorum Ordinum, & in Laicis, qui contraxerunt duo Matrimonia, unum validum, & alterum invalidum propter dirimens impedimentum, adest affectum intentionis ad alterum Matrimonium cum opere subsecuto carnalis copulae, & sic in Clericis inferioribus, & Laicis habetur eadem ipsissima ratio, ob quam in dist. cap. Nuper statuitur Clericos in Sacris constitutos, etsi non sint vere Bigami, tamen poenam, seu impedimentum Bigamiae incurere: *Non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto*; Adeoque ex quocumque capite proveniat impedimentum dirimens, sive in Clerico, sive in Laico, procedit illa decisio secundum omnes. Fagnan. in cit. cap. Nuper num. 44. Layman. lib. 1. tr. 5. par. 5. cap. 6. num. 5. Sanchez loc. cit. disp. 84. num. 3. Pirrhing loc. cit. num. 16. alii passim. Hanc Bigamiae interpretativae Irregularitatem incurrit etiam, qui bona fide contraxit unum Matrimonium, illudque consummavit, & postea cognita nullitate ejusdem ad aliud transivit illudque consummavit. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 84. num. 5. & alii passim, quia non obstat bona fide, quantum est ex parte contrahentis per propriam voluntatem duplex Matrimonium contraxit, & in duobus per consummationem carnem divisit; quod officit significationi Sacramenti denotantis conjunctionem unius cum una, nempe Christi cum unica Ecclesia. Sic etiam hanc Bigamiae Irregularitatem incurrit, qui dissoluto priori Matrimonio legitimo, ignorans impedimentum, aliud contrahit, quia etiam in hac hypothesi non obstante ignorantia, interveniunt omnia, quae requiruntur ad inducendam hanc Irregularitatem, nempe divisio carnis in plures, & affectus talis divisionis in contrahente, & quamvis talis divisio non sit culpabilis, in hoc tamen non desideratur culpa, cum Jura non respiciant affectum delinquendi, sed duplicis Matrimonii contracti, & consummati, ut patet in cit. cap. Nuper, ibi: *Sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto*. Joann. Andreas in cap. Unico num. 1. super gloss. 3. de Bigamis num. 6. & ibi S. Antonius cap. Nuper num. 8. de Bigamis. Angelus verb. Bigamia n. 9. Sylvester eod. verb. Bigamia qu. 7. & alii passim.

Quartus modus Bigamiae interpretativae est, quando quis, etiam si sit Clericus in Minoribus, vel Laicus init duo Matrimonia, sed utraque invalida, & utraque consummat; colligitur

ex cit. cap. Nuper 4. de Bigamis non ordinandis per jam adducta verba: *Non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto*. Tunc enim incurrit Irregularitas Bigamiae non ob Sacramenti veri defectum, cum non detur aliquod Sacramentum Matrimonii veri, cui deficiat significatio Sacramenti, sed talis sit Irregularis, & quasi, sive interpretative Bigamus propter affectum intentionis ad duo Matrimonia ineunda cum subsecuto opere carnalis copulae; quantum enim est ex se, contraxit duo Matrimonia, & utraque consummando carnem suam divisit in eas, cum quibus consummavit, & sic quantum est ex parte ipsius contrahentis significatio Sacramenti deficit: Et sic tenent Gloss. in cap. 2. de Bigamis verb. in Bigamis, Speculator tit. de dispens. §. Juxta num. 5. vers. Et scias. Goffred. in Summa tit. de Bigamis num. 1. Archidiac. cap. Unico n. 1. de Bigamis num. 6. Navarr. in Manual. cap. 27. n. 295 S. Thomas in 4. dist. 27. qu. 3. ar. 1. quaestiuic. prima in corp. S. Antoninus 3. par. tit. 28. cap. 3. Barbosa de Offic. & Potest. Episc. allegat. 49. num. 11. Pirrhing lib. 1. tit. 21. num. 17. Reiffenst. ib. num. 12. Sanchez, Suarez, & alii. Nec valet dicere, quod matrimonia nulla perinde sint, ac si non essent Matrimonia, adeoque sicuti non contrahit Irregularitatem, qui plures fornicationes committit extra Matrimonium, ita nec eandem contrahit, qui in duobus Matrimoniis nullis cum duabus carnaliter consummatur. Non valet, inquam, quia in pluribus illis fornicationibus extra Matrimonium non est aliquid, quod vel ex natura sua, vel ex voluntate fornicationis ordinetur ad representandam illam Conjunctionem Christi cum Ecclesia; In duobus illis autem Matrimoniis contractis, & consummatis, quantumvis nullis, adest, quod ad illam representationem ordinetur, non ex natura sua, sed ex affectu ipsa contrahentis; arg. cit. cap. Nuper 4. & cap. A nobis 7. de Bigamis, ibi: *Non propter Sacramenti defectum* (cum supponatur utrumque Matrimonium invalidum) *sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto*.

Hanc Bigamiae interpretativae Irregularitatem incurrit omnis, qui unum Matrimonium invalidum propter aliquid impedimentum dirimens contraxit, & consummavit cum Vidua, vel corrupta arg. c. A nobis 7. de Bigamis; Et ratio est, quia contrahens cum duabus successive, & semel contrahens cum corrupta, in omnibus aequiparantur, ubi Matrimonium est validum; cap. de Bigamis 3. de Bigamis non ordinandis, ibi: „ De Bigamis Presbyteris, & Viduarum maritis idem faciendum omnino, ergo eodem modo aequiparantur, cum Matrimonium est nullum; ut idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in propositis, ut l. Si ex toto, ff. de Legat. 1. leg. 3. §. fin. l. 4. & l. Legata in fin. ff. de adimen. legat. & contrariorum eadem sit disciplina, ut leg. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur. cum similibus; sed contrahens nulliter, & de facto cum duabus, incurrit poenam Bigamiae, etiam si sit Clericus Ordinum Minorum, aut Laicus, ut supra dictum est, ergo eandem poenam incurrit omnis, etiam si sit Clericus in Minoribus, vel Laicus contrahens nulliter cum Vidua, vel corrupta. Et ad hoc optime facit regula generalis Joan. And. in cit. cap. Nuper n. 5. his verbis: „ Quomodocumque non tenet Matrimonium consanguinitate, affinitate, voto, vel alia quacumque de causa, si de Jure contractum induceret Bigamiam, contractum de facto copula subsecuta inducit poenam Bigamiae; & infra, satis est enim, quod habuerit affectum conjugii, & iste affectus hic attenditur, ut dixit supra post Innocent. Sicuti ergo publica honestas inducitur ex Matrimonio, quod non tenet, dummodo teneat ex consensu, de Sponsal. cap. unic. lib. 6. sic ex tali Matrimonio inducitur Bigamia. „ Et eandem regulam ante ipsum posuit ibidem Hostiensis n. 4. verb. Clericis, & eam sequuntur Collector n. 3. Butt. num. 3. Cardinal. in 6. notab. Ancharan. in 3. notab. & Joan. de Anan. num. 2. Sed Matrimonium de Jure contractum cum Vidua, vel corrupta inducit Bigamiam etiam in Clericis Minorum Ordinum, & in Laicis, ut in cap. Maritum 2. dist. 33. cap. Curandum 9. cap. Praecipimus 10. cap. Si quis Viduam 13. & cap. Si quis Viduam 15. distinct. 34. capitul. Si quis Viduam 8. distinct. 50. cap. Qui 5. dist. 51. cap. Quisquis 5. dist. 34. cap. De Bigami 1. c. de Bigamis 3. & c. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis, ergo etiam Matrimonium contractum de facto, seu nullum in talibus inducit poenam Bigamiae. Et hanc sententiam tenent Auditores Rotae dec. 1. de Bigamis in novis; ubi articulo de mandato Papae mature discussio unanimiter resolvunt, Clericum Minorum Ordinum, qui de facto contraxit cum Vidua, esse Bigamum interpretative, & egere dispensatione Apostolica; subesse tamen justam causam dispensationem pen-

Bigamia quoad ejus effectus , & poenas .

penlandi , quia ille Clericus ignoravit impedimentum , & po- itea matrimonio divortiato , bona fide intravit Religionem , & promotus fuit ad omnes Sacros Ordines , & ita Urbanus VIII. dispensavit propter talem decisionem , ut ibi inferitur . teste Fagnano in cap. Nuper 5. de Bigamis n. 5. Et hanc sententiam tenet Goffred. Hostiens. in summa hujus tit. n. 3. §. quor sunt species , vers. quarto . Alber. in dictionar. litt. B. in verb. Bigamia in fin. Altenf. in Summa part. lib. 6. tit. 7. art. unic. q. 2. Montaign. de Bigamis q. 6. n. 2. vers. 4. , Suarez dif. 49. de Censuris sect. 3. n. 3. & seq. & alii plurimi cum Covarruv. qui in Clementin. Si quis in p. 1. §. 2. n. 2. vers. secundo , & tertio , de homicid. testatur esse communem sententiam .

Bigamia similitudinaria incurritur , quando quis in Sacris constitutus , vel in aliqua Religione Professus Matrimonium , contrahit cum aliqua , eamque carnaliter cognoscit . De Clerico Sacris constituto desumitur ex cap. de Diacono 1. & c. Ex litterarum tuarum tenore 2. Qui Clerici , vel vocentes , & ex c. Sane 4. de Cleric. conjug. De professo in aliqua Religione desumitur ex c. Quotquot 24. caus. 27. q. 1. ibi : , Quotquot Virginitatem pollicitam praevaricatae sunt Professione contempta , inter Bigamos , idest , qui ad secundas nuptias transierunt , haberi debent . Et quamvis hic textus loqui videatur de solis Virginitate Deo consecratis , tamen idem procedit etiam in Viris ; cum communis Doctorum sententia , & praxis , ac traditio Ecclesiae testetur . Religiosos propter Matrimonium illegitime contractum , & consummatum , Irregularitatem incurere ; Et sic aperte colligitur ex Summario ipsiusmet citati textus , ubi indiscriminatim de omnibus sic praecise dicitur : Inter Bigamos reputantur , qui virginitatem pollicitam praevaricantur . Et ratio est , quia ratione voti castitatis annexi tam Sacris Ordinibus , quam Professioni Regulari , uterque , scilicet tam Clericus in Sacris , quam Professus Regularis censetur spirituali quodam Matrimonio conjunctus cum Christo , & Ecclesia , & deinde volens carnaliter cum alia conjungi per Matrimonium , censetur celebrare duo Matrimonia ; Et quamvis secundum scilicet carnale invalidum sit per impedimentum procedens a voto solemnii , vel Sacro Ordine ; quia tamen adest affectus intentionis cum opere subséquuto , judicatur Bigamus similitudinaria propter similitudinem ad vere Bigamum . Speculator tit. de dispensat. §. juxta n. 6. vers. Et scias Navarr. in Manual. c. 17. n. 195. vers. Similitudinaria ; & consil. 1. n. 3. vers. Ex quibus de Bigamis , Covarruv. in Clement. Si quis in p. 1. §. 2. n. 2. vers. 3. Suarez de Censuris tom. 5. disp. 46. sect. 6. Sanchez libr. 3. de Matrimon. disp. 85. n. 11. Garcias de Benefic. p. 7. c. 6. n. 15. cum pluribus aliis ; Barbosa de Offic. & Potest. Episcop. p. 2. alleg. 49. n. 15. & alii .

Novae additiones ex aliena manu .

1 Antiquitus cognitae dumtaxat erant Bigamia vera , & Bigamia interpretativa : Prorsus vero incognita erat Bigamia similitudinaria Vanespen Jur. Eccles. univers. p. 2. tit. 10. cap. 2. n. 31. Rousseaud de La Combe in sua jurisprudent. Canon. verb. Irregularitas sect. 3. art. 2. n. 3. ubi quod etiam nonnulli Canonistae hanc Bigamiae speciem non agnoscunt .
2 Monetque Rousseaud de La Combe loc. cit. n. 2. deductam fuisse speciem hanc Bigamiae similitudinariae ex Canon. 24. caus. 27. q. 1. , qui est Canon. 18. Synod. Ancyran. juxta pravam versionem Isidorii . Ceterum si stetur versioni Herveti , id unum , ait laudatior Auctor , Patres dicti Concilii statuerunt , quod qui ita violant solemnia vota , eandem subire debeant poenitentiam ac Bigami .
3 Fundamentum irregularitatis orientis ex Bigamia vera & Patribus Graecis repositum est in suspitione incontinentiae . Contra vero Patres Latini illud reposerunt in defectu Sacramenti . Utraque opinio suas habet difficultates ; Vide Vanespen Jur. Eccles. univers. p. 2. tit. 10. c. 2. num. 31. qui tamen Patribus Graecis adlipulatur . Mirum vero , quod Auctor hic cum Patribus Graecis rationem irregularitatis descendens ex irregularitate interpretativa desumendam quoque teneat ex suspitione incontinentiae , nimirum ipsius Mulieris nuptias iterantis , quam per Mulierem in Maritum aliquo modo redundare supponit .

Bigamiae effectus in primis est Irregularitas inducens , ac proinde Bigami prohibentur Ordines suscipere , & in susce- ptis ministrare ; cap. Acutius 2. & cap. Denique 3. dist. 26. c. Si quis 1. & c. Maritum 2. dist. 33. c. Curandum 9. cap. Praecipimus 10. cap. Si quis Viduam 13. c. Cognoscamus 14. & cap. Si quis Viduam 15. dist. 34. c. De Bigami 1. c. Super eo 2. cap. De Bigamis non ordinandis . Et cap. unic. de Bigamis in 6. Imo Bigami prohibentur suscipere Tonfuram ; cap. Si quis Viduam 8. dist. 50. Et hujusmodi Irregularitas ex Bigamia proveniens , descendit ex antiquissima traditione Apostolica , juxta illud Apostoli 1. ad Timoth. cap. 3. numer. 2. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse , unius uxoris virum . Et infra num. 12. Diaconi sunt unius uxoris viri . Et haec Irregularitas Bigamiae non oritur ex delicto , sed ex defectu Sacramenti , ut notatur in c. Acutius 2. dist. 26. & cap. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis . Matrimonium enim consummatum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem , juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est , ego autem dico , in Christo , & Ecclesia ; Haec autem significatio deficit in Matrimonio cum secunda Uxore , vel cum Vidua , aut corrupta , contracto , & consummato , quia non est conjunctio unius cum una , eaque Virgine , sicut Dei Filius per carnis assumptionem copulavit sibi Ecclesiam unam , Virginem , & ab alio non assumptam ; Unde S. Thomas in 4. dist. 27. q. 3. , art. 1. qu. 1. sic praecise dicit : , Bigamia Irregularitatem inducit , quia habens alios ministrare Sacramenta , ut habens Sacramentum Ordinis , nullum debet in Sacramentis defectum pati ; Defectus autem in Sacramento est , quando Sacramenti significatio integra non invenitur ; Sacramentum autem Matrimonii significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam , quae est unius ad unum , unde ad perfectam significationem Sacramenti pertinet , ut vir , & uxor tantum unius uxor , & consequenter Bigamia , quae hoc tollit , Irregularitatem inducit .

Insuper Bigamiae effectus est privare Bigamos omni privilegio Clericali , ac eos subicere jurisdictioni Fori saecularis : cap. Quisquis 5. dist. 84. cap. unic. de Bigamis in 6. ubi ex verbis de sumptis a Concilio Generali Lugdunensi sic praecise dicitur : Bigamos omni privilegio Clericali declaramus esse nudatos , coercionem Fori saecularis addictos consuetudine contraria non obstante . Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre Tonfuram , vel habitum Clericalem ; Et sic Rota par. 1. dec. 352. n. 4. par. 5. tom. 1. dec. 50. n. 4. par. 5. tom. 2. dec. 450. n. 9. & 27. Unde Bigamus remanet merus Laicus ; Rota p. 5. tom. 1. dec. 7. n. 2. par. 5. tom. 2. dec. 450. n. 31. p. 19. tom. 1. dec. 253. n. 2. Et sic non potest deferre habitum Clericalem , nec Tonfuram ; Rota p. 5. dec. 450. num. 15. & dist. cap. unico De Bigamis n. 6. Nec est capax alicujus Ecclesiastici Beneficii , utpote Irregularis ; cap. Si celebrat 10. De Clerico Excommunicato ministrante , cap. Ex litteris 2. de Clerico non ordinato ministrant. c. Praecipimus 10. dist. 34. c. Non confidat 59. dist. 50. Imo Bigamus nec est capax Pensionum Ecclesiasticarum ; Rota par. 5. tom. 2. dec. 450. num. 30. par. 19. t. 1. dec. 253. num. 1. Potest tamen harum Pensionum fieri capax per Apostolicam dispensationem ; Rota par. 5. tom. 1. dec. 12. n. 28. & 29. p. 13. dec. 247. n. 24. Et dispensatus ad obtinendas , & retinendas Pensiones non obstante Bigamia , censetur etiam dispensatus ad retinendum privilegium , seu exercitium Characteris Clericatus ad dictum effectum Rota p. 5. tom. 2. dec. 450. n. 19. & 21.

Hic tamen est advertendum primo , quod licet ex dictis Bigamus ratione Bigamiae ordinari non debeat , tamen si secus fieret , Characterem reciperet , ut clare conitit ex cap. Super eo 2. de Bigamis non ordinandis , ibi : Super eo , quod tua Fratemitas de Bigamis requisivit ; Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere ; ubi ponderanda sunt illa verba , sunt privandi , & remanere ; nam quando privari , & remanere possent , si Ordines non recepissent ? Id ipsum patet in cap. Quicumque poenitens , quicumque Bigamus 56. dist. 50. ibi : In hoc , quo invenitur Ordine perpetua stabilitate permaneat ; Et tenet Gloss. magna in fin. super cit. cap. Super eo , & ibi Innocent. num. 1. in verb. dif-

dispensare ; Butr. num. 3. , & 7. Ancharan. num. 2. Fagnan. num. 1. & ceteri Canonistae . S. Thomas in 4. dist. 26. q. 3. ar. 3. Rota decif. 1. de Bigamis in novis , & dec. 7. num. 3. & plenius decif. 50. num. 6. part. 5. recentior . Et quamvis Bigamus ratione Bigamiae amittat exercitium , & privilegium Clericale , tamen ratione Characteris non destituitur Clericatu , tamquam signo indelebili . Rota par. 1. dec. 352. n. 4. in fine p. 4. tom. 3. dec. 648. n. 5. & p. 5. t. 1. dec. 50. num. 6. , & seq. & saepe alias in pluribus decisionibus .

Advertendum secundo , quod poena privationis omnis privilegii Clericalis una cum prohibitione deferendi Tonfuram , & habitum Clericalem imposita Bigamis in cit. cap. unico de Bigamis in 6. habet locum solummodo in Clericis Minoristis , seu constitutis in solis Ordinibus Minoribus , qui privantur omnino privilegio Clericali , etiam quoad immunitatem Personae ; ni privilegio Clericali , etiam quoad immunitatem Personae ; itaut qui illos percusserit , non incidat in Canonem Si quis suadente Diabolo ; Glossa in cit. cap. unic. de Bigamis in 6. verb. Omni privilegio , Suarez dif. 49. de Censuris sect. 5. num. 7. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 24. Secus autem est dicendum de Clericis , qui jam constituti sunt in Sacris Ordinibus . Sic Gloss. communiter recepta in cit. c. unico de Bigamis in 6. verb. Bigamos ; Clerici enim in Sacris Ordinibus constituti non nisi per degradationem privantur habitu , & Tonfura , omnique privationem degradatio privatur habitu , & Tonfura , omnique privilegio Clericali , ut cap. Degradatio 2. de poenis in 6. adeoque licet similitudinariam Bigamiam incurant contrahendo de facto solum , seu invalide Matrimonium , illudque consummantes , adhuc ob reverentiam Sacrorum Ordinum retinent privilegium Fori , & Canonis , arg. c. Nuper 4. & c. A nobis 7. de Bigamis non ordinandis . Ratio autem diversitatis inter Clericos in Minoribus , & Clericos in Sacris , est , quia Clericus existens in Minoribus factus Bigamus , quia duas uxores duxit , vel unam Viduam , vel corruptam ab alio , fit Laicus , & non remanet Persona Ecclesiastica . Rota par. 5. tom. 1. decif. 7. num. 2. part. 5. tom. 2. decif. 450. num. 31. & part. 19. tom. 1. decif. 253. num. 2. Clericus vero in Sacris non potest redire ad saeculum propter Ordinem Sacrum , nec desinit esse Persona Ecclesiastica , ideoque etsi privatus sit usu , & executione Ordinis , non tamen privilegio Clericali Fori , & Canonis . Gloss. in cit. cap. unico de Bigamis in 6. verb. Bigamos , & alia Gloss. in c. Tua 3. de Apostatis verb. Tolerandi , Geminian. in dist. c. unico , Suarez disp. 46. de Censuris , sect. 5. num. 7. Sylvester verb. Bigamia num. 8. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 24. Reiffenstuel ibid. num. 27. & alii passim cum Fagnano in c. Nuper 4. de Bigamis num. 28. & 39. ubi dicit , sic etiam relictum fuisse a sac. Congreg. Concil. Similiter non privantur privilegio Clericali Bigami Professus in aliqua Religione approbata , quia per Bigamiam similitudinariam non amittuntur privilegia Clericalia , sed solum per veram , & interpretativam . Gloss. cit. in dist. c. unico verb. Bigamus , Suarez , & Pirhing. loc. cit. & textus in cit. c. unico . Restringitur ad solos Clericos saeculares , qui sunt in Minoribus , & non comprehendit Clericos saeculares in Sacris , nec quoscumque in aliqua Religione Professos . Unde Professus in Religione approbata , licet Bigamiam contraxerint , adhuc gaudent privilegiis Clericorum , & qui tales percuterent , esset excommunicatus . Sylvester verb. Bigamia , Suarez dist. disp. 49. sect. 5. num. 7. Pirhing. loc. cit. & Gloss. in cit. cap. Tua 3. de Apostatis verb. Tolerandi , ibi : Intellige quod hic dicitur de eo qui . . . est in Ordine Sacro , vel in aliqua Professione , cui non licet ultra ad saeculum redire ; unde tolerandi non sunt in habitu saeculari .

Advertendum tertio , quod non solum in Sacris Canonibus incurrunt suam poenam Bigami ordinati , ut videlicet nequeant in susceptis Ordinibus ministrare , & ad altiores ascendere , & sic evadant Irregulares ; cap. Nuper 4. & cap. Debitum 5. de Bigamis ; Sed etiam suam specialem poenam incurrunt Episcopi tales Bigamos ordinantes , & promoventes ; Textu expresso in cit. c. Super eo 2. de Bigamis , ibi : Super eo quod Fratemitas tua de Bigamis requisivit , Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere . In Ordinate autem potest dispensari adhiberi , ut ordinandi potestate , & officio non privetur . Unde Episcopus , qui scienter Bigamum ordinat , incurrit suspensionem annualem ipso Jure a collatione ejusdem Ordinis , quem contulit Bigamo , nec non a celebratione Missae , ut docet Navarr. Consil. 3. num. 2. sub titulo de Bigamis , quia deponi insuper potest a Potestate , & Officio ordinandi , juxta cit. cap. Super eo 2. de Bigamis , & Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Advertendum quarto , quod poena privationis omnis privilegii Clericalis una cum prohibitione deferendi Tonfuram , & habitum Clericalem imposita Bigamis in cit. cap. unico de Bigamis in 6. habet locum solummodo in Clericis Minoristis , seu constitutis in solis Ordinibus Minoribus , qui privantur omnino privilegio Clericali , etiam quoad immunitatem Personae ; ni privilegio Clericali , etiam quoad immunitatem Personae ; itaut qui illos percusserit , non incidat in Canonem Si quis suadente Diabolo ; Glossa in cit. cap. unic. de Bigamis in 6. verb. Omni privilegio , Suarez dif. 49. de Censuris sect. 5. num. 7. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 24. Secus autem est dicendum de Clericis , qui jam constituti sunt in Sacris Ordinibus . Sic Gloss. communiter recepta in cit. c. unico de Bigamis in 6. verb. Bigamos ; Clerici enim in Sacris Ordinibus constituti non nisi per degradationem privantur habitu , & Tonfura , omnique privilegio Clericali , ut cap. Degradatio 2. de poenis in 6. adeoque licet similitudinariam Bigamiam incurant contrahendo de facto solum , seu invalide Matrimonium , illudque consummantes , adhuc ob reverentiam Sacrorum Ordinum retinent privilegium Fori , & Canonis , arg. c. Nuper 4. & c. A nobis 7. de Bigamis non ordinandis . Ratio autem diversitatis inter Clericos in Minoribus , & Clericos in Sacris , est , quia Clericus existens in Minoribus factus Bigamus , quia duas uxores duxit , vel unam Viduam , vel corruptam ab alio , fit Laicus , & non remanet Persona Ecclesiastica . Rota par. 5. tom. 1. decif. 7. num. 2. part. 5. tom. 2. decif. 450. num. 31. & part. 19. tom. 1. decif. 253. num. 2. Clericus vero in Sacris non potest redire ad saeculum propter Ordinem Sacrum , nec desinit esse Persona Ecclesiastica , ideoque etsi privatus sit usu , & executione Ordinis , non tamen privilegio Clericali Fori , & Canonis . Gloss. in cit. cap. unico de Bigamis in 6. verb. Bigamos , & alia Gloss. in c. Tua 3. de Apostatis verb. Tolerandi , Geminian. in dist. c. unico , Suarez disp. 46. de Censuris , sect. 5. num. 7. Sylvester verb. Bigamia num. 8. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 24. Reiffenstuel ibid. num. 27. & alii passim cum Fagnano in c. Nuper 4. de Bigamis num. 28. & 39. ubi dicit , sic etiam relictum fuisse a sac. Congreg. Concil. Similiter non privantur privilegio Clericali Bigami Professus in aliqua Religione approbata , quia per Bigamiam similitudinariam non amittuntur privilegia Clericalia , sed solum per veram , & interpretativam . Gloss. cit. in dist. c. unico verb. Bigamus , Suarez , & Pirhing. loc. cit. & textus in cit. c. unico . Restringitur ad solos Clericos saeculares , qui sunt in Minoribus , & non comprehendit Clericos saeculares in Sacris , nec quoscumque in aliqua Religione Professos . Unde Professus in Religione approbata , licet Bigamiam contraxerint , adhuc gaudent privilegiis Clericorum , & qui tales percuterent , esset excommunicatus . Sylvester verb. Bigamia , Suarez dist. disp. 49. sect. 5. num. 7. Pirhing. loc. cit. & Gloss. in cit. cap. Tua 3. de Apostatis verb. Tolerandi , ibi : Intellige quod hic dicitur de eo qui . . . est in Ordine Sacro , vel in aliqua Professione , cui non licet ultra ad saeculum redire ; unde tolerandi non sunt in habitu saeculari .

Advertendum tertio , quod non solum in Sacris Canonibus incurrunt suam poenam Bigami ordinati , ut videlicet nequeant in susceptis Ordinibus ministrare , & ad altiores ascendere , & sic evadant Irregulares ; cap. Nuper 4. & cap. Debitum 5. de Bigamis ; Sed etiam suam specialem poenam incurrunt Episcopi tales Bigamos ordinantes , & promoventes ; Textu expresso in cit. c. Super eo 2. de Bigamis , ibi : Super eo quod Fratemitas tua de Bigamis requisivit , Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere . In Ordinate autem potest dispensari adhiberi , ut ordinandi potestate , & officio non privetur . Unde Episcopus , qui scienter Bigamum ordinat , incurrit suspensionem annualem ipso Jure a collatione ejusdem Ordinis , quem contulit Bigamo , nec non a celebratione Missae , ut docet Navarr. Consil. 3. num. 2. sub titulo de Bigamis , quia deponi insuper potest a Potestate , & Officio ordinandi , juxta cit. cap. Super eo 2. de Bigamis , & Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Advertendum tertio , quod non solum in Sacris Canonibus incurrunt suam poenam Bigami ordinati , ut videlicet nequeant in susceptis Ordinibus ministrare , & ad altiores ascendere , & sic evadant Irregulares ; cap. Nuper 4. & cap. Debitum 5. de Bigamis ; Sed etiam suam specialem poenam incurrunt Episcopi tales Bigamos ordinantes , & promoventes ; Textu expresso in cit. c. Super eo 2. de Bigamis , ibi : Super eo quod Fratemitas tua de Bigamis requisivit , Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere . In Ordinate autem potest dispensari adhiberi , ut ordinandi potestate , & officio non privetur . Unde Episcopus , qui scienter Bigamum ordinat , incurrit suspensionem annualem ipso Jure a collatione ejusdem Ordinis , quem contulit Bigamo , nec non a celebratione Missae , ut docet Navarr. Consil. 3. num. 2. sub titulo de Bigamis , quia deponi insuper potest a Potestate , & Officio ordinandi , juxta cit. cap. Super eo 2. de Bigamis , & Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Advertendum tertio , quod non solum in Sacris Canonibus incurrunt suam poenam Bigami ordinati , ut videlicet nequeant in susceptis Ordinibus ministrare , & ad altiores ascendere , & sic evadant Irregulares ; cap. Nuper 4. & cap. Debitum 5. de Bigamis ; Sed etiam suam specialem poenam incurrunt Episcopi tales Bigamos ordinantes , & promoventes ; Textu expresso in cit. c. Super eo 2. de Bigamis , ibi : Super eo quod Fratemitas tua de Bigamis requisivit , Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere . In Ordinate autem potest dispensari adhiberi , ut ordinandi potestate , & officio non privetur . Unde Episcopus , qui scienter Bigamum ordinat , incurrit suspensionem annualem ipso Jure a collatione ejusdem Ordinis , quem contulit Bigamo , nec non a celebratione Missae , ut docet Navarr. Consil. 3. num. 2. sub titulo de Bigamis , quia deponi insuper potest a Potestate , & Officio ordinandi , juxta cit. cap. Super eo 2. de Bigamis , & Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Advertendum tertio , quod non solum in Sacris Canonibus incurrunt suam poenam Bigami ordinati , ut videlicet nequeant in susceptis Ordinibus ministrare , & ad altiores ascendere , & sic evadant Irregulares ; cap. Nuper 4. & cap. Debitum 5. de Bigamis ; Sed etiam suam specialem poenam incurrunt Episcopi tales Bigamos ordinantes , & promoventes ; Textu expresso in cit. c. Super eo 2. de Bigamis , ibi : Super eo quod Fratemitas tua de Bigamis requisivit , Respondemus , quod Ordinatio eorum potestate , & Officio ordinandi , & Ordinandi , si ad Sacros Ordines fuerint promoti , eis ideo sunt privandi ; quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet , ut debeant ad Sacros Ordines promoveri , vel in eis , si promoti fuerint remanere . In Ordinate autem potest dispensari adhiberi , ut ordinandi potestate , & officio non privetur . Unde Episcopus , qui scienter Bigamum ordinat , incurrit suspensionem annualem ipso Jure a collatione ejusdem Ordinis , quem contulit Bigamo , nec non a celebratione Missae , ut docet Navarr. Consil. 3. num. 2. sub titulo de Bigamis , quia deponi insuper potest a Potestate , & Officio ordinandi , juxta cit. cap. Super eo 2. de Bigamis , & Gloss. in Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Nullus poenitentem , Nullus Bigamum 2. dist. 55. verb. Severiorem . Nec oblat littera textus mox adducti c. Super eo , ibi : sunt privandi , quia exponitur , idest deponendi , secundum Hostiens. in princ. in verb. Officio , Joann. And. num. 2. Bellam. & Card. in princ. in eodem verb. & notat Archidiacon. in d. c. Nullus num. 2. in prima Gloss. qui ad hoc allegat , c. Aliquanto 1. dist. 51. & cap. Nullus in Episcopum 3. dist. 62. Et hoc sentit. Anton. de Butrio in dist. c. Super eo num. 2. & Fagnan. ibidem num. 2. 44. & 46. Et quamvis Sac. Congreg. Concil. videatur sensisse , Episcopum sic ordinantem in nullam poenam incidere ipso Jure , tamen contrarium probavit Sixtus V. in casu contingenti de Episcopo , qui primam Tonfuram , & Beneficium simplex suo subdito vero Bigamo ordinaria auctoritate contulerat , quem licet dicta Sac. Cong. Concil. censeret esse excusandum , nihilominus dictus Pontifex in Consistorio respondit significandum Episcopo ipsum esse suspensum a collatione Ordinum , & promotum incidisse in poenas superius propositas ; subjunxit tamen se benigne acturum cum utroque , ubi abolutionem , & dispensationem peterent . Haec fideliter ex Fagnano loc. cit. n. 45. in fine .

Fateor tamen esse suffultam solidis fundamentis , & gravissimis Doctoribus contrariam sententiam tenentem Episcopis ordinantibus Bigamos nullam poenam impositam esse ipso Jure , seu latae sententiae , sed solum poenam sententiae ferendae . Et quidem de dicta poena suspensionis a collatione Ordinis , quem Episcopus contulit Bigamo , videtur dicendum esse solum sententiae ferendae , ex ipso met textu c. Super eo 2. de Bigamis ibi : sunt privandi . Nec ullus est Canon in contrarium asserens , nam c. Eo 2. & c. Nullus Episcopos 4. de Temporum ordinationum , ubi Episcopis ratione indebitae , & illegitimae factae Ordinationis imponitur suspensio per annum a collatione Ordinum , non loquuntur de Ordinatione Bigami , ut ibi clare patet , & poenae non sunt extendendae in alium casum , juxta vulgaria juris . Et quamvis in cit. c. Nullus poenitentem . Nullus Bigamum 2. dist. 55. videatur imponi poena suspensionis a celebratione Missae per Annum , tamen ex quo delictum , seu transgressio probetur , ut patet ex illis verbis ipsiusmet textus : Ab ea die , qua potuerit ei hoc approbari ; forte illa poena non est dicenda Canonis latae sententiae , sed ferendae secundum Abbat. in c. Si diligenti 12. de Foro competent. num. 19. qui post Hugon. & Archidac. notat esse poenam sententiae ferendae . Ultraquam quod Sac. Cong. Concil. ut cavetur in addit. ad consil. Navarr. sub titulo de Bigamis , censuit Episcopum Ordinantem Bigamos non incurere aliquam certam poenam ipso Jure , seu latae sententiae . Ita Garcias p. 7. de Benefic. c. 6. num. 8. & seq. ubi n. 11. admonet , quod , quamvis ex Constitutione 91. Sixti V. incip. Sanctum , Episcopi male promoventes a collatione Ordinum eo ipso suspensi existerent , illa est jam redacta ad terminos Juris communis , & Tridentini per aliam Clementis VIII. incip. Romanum Pontificem , & quadragesimam in ordine , prout observat ipse Garcias part. 2. c. 5. num. 70. Barbosa de offic. & Potest. Episcop. p. 2. alleg. 49. num. 19. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 26.

Novae additiones ex aliena manu .

Principio Bigami etiam veri non nisi a sacris Ordinibus exclusi erant ; idque quia Apostolus verbis illis : unius uxoris vir , loquebatur de Episcopis , sub quibus & Presbyteri comprehendebantur , & Diaconi . Accedit quod in Canone 3. Concilii Toletani 1. relato apud Gratian. distinct. 34. Can. 18. habetur : Beator si viduam alterius uxorem acceperit , in Lectoratu permaneat , aut si forte necessitas fuerit , Subdiaconus fiat ; nihil autem supra . Similiter & si Bigamus fuerit : Tunc autem Subdiaconatus nondum erat ordo Sacer .

Concilium vero Lugdunense sub Gregorio X. edidit Decretum relatum in cap. unic. de Bigamis in 6. quod declaravit : Bigamos omni privilegio Clericali esse nudatos , & coercionem fori saecularis addictos , consuetudine contraria non obstante ; Addiditque : Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonfuram , vel habitum Clericalem ; Vide Vanespen. Jur. Eccles. univers. p. 2. tit. 10. cap. 2. num. 22. & sequent. Rousseaud. de la Comb. in sua Jurisprudent. Canonica. verb. Irregularitas sect. 3. art. 1. n. 5.

Bigamia quoad ejus Dispensationem.

Papa dispensare potest in omni Bigamia, & quoad omnes Ordines, & Dignitates; sic communis Doctorum sententia cum Glossa in c. Lector 18. dist. 34. verb. Fiat, ubi refert Lucium Papam cum Archidiacono Panormitano Bigamo dispensasse; Et ratio est, quia Irregularitas Bigamiae non est introducta Jure naturali, aut Divino, sed solum Jure humano, & positivo Ecclesiastico; imo ut dicit Innocentius in c. Cum pridem 10. de renuntiis. num. 9. & Abbas in c. Super eo 2. de Bigamis in 6. omnis Irregularitas est a Jure positivo Ecclesiastico; Atqui Papa potest dispensare in omni Jure positivo Ecclesiastico; c. Proposuit 4. de Concession. Præbend. ibi: Secundum plenitudinem potestatis de Jure possumus supra Jus dispensare, ergo &c. Major, in qua stat difficultas, ostenditur, quia, licet Apostolus 1. ad Timoth. 3. num. 2. dicat, oportet Episcopum esse unius uxoris virum; & infra num. 12. Diaconi sint unius uxoris viri; & Lucius Papa III. in c. Super eo 2. de Bigamis asserat: Quia in Bigamis contra Apostolum dispensare non licet, ut debeant ad Sacros Ordines promoveri; Tamen Divus Paulus id statuit non auctoritate Divina tanquam Apostolus promulgans Jus Divinum, sed tanquam Episcopus, & Pastor Ecclesiae condendo Leges Ecclesiasticas. adeoque quod dicitur de Bigamo non promovendo, non est Juris naturalis, & Divini, sed institutio auctoritatis humane divinitus homini concessa. Sic S. Thomas quodlib. 4. art. 13. ad 1. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 86. num. 9. Fagn. in cit. c. Super eo num. 15. & alii communiter. Tum quia in eadem Epistola dicit Apostolus Episcopum oportere esse etiam non percussorem; & tamen Papa nedom cum Percussore, sed & cum homicida dispensat, ut patet in c. Sicut dignum 6. §. Clericos 6. de Homic. c. Henricus 2. de Clericis pugnans in Duell. c. Praesentium lator 3. & c. Continentia Litterarum 4. de Clerico percussor. adeoque potest Papa eodem modo dispensare cum Bigamo, licet Paulus prohibeat ipsum ordinari; Et per hoc patet responsio ad textum adductum ex c. Super eo, quia ly contra Apostolum dispensare non licet, non importat impossibilitatem dispensandi, sed solum difficultatem, id est non nisi ex justa, & gravi causa, ut desumitur ex c. Presbyter 5. dist. 82. ubi in simili casu Papam ex rationabili causa contra Canones Apostolorum dispensare posse perhibetur; & hoc ipsum factum fuisse cum Bigamis habetur ex c. Si Subdiaconus 17. & c. Lector 18. dist. 34. & c. Quicumque penitens; Quicumque Bigamus 16. dist. 50.

Episcopus dispensare nequit in Bigamia vera, & interpretativa notoria, non solum quoad Ordines Sacros, seu Majores. ut ex c. Super eo 2. de Bigamis, & Glossa ibi Verb. dispensare, cum communi; Sed nequidem quoad Ordines Minores, aut primam Tonsuram, vel Beneficium simplex; c. Si quis Viduam 8. dist. 50. ubi expressè statuitur; Si quis Viduam, aut ab alio dimissam duxerit non admittatur ad Clericatum; quod si irrepserit, deiciatur. Glossa fin. in c. Virginem 12. caus. 27. q. 1. Innoc. in c. Super eo 2. de Bigamis num. 1. & ibid. Joann. Andr. Ancharan. Cardin. & Abbas. Idem tenet Franciscus Glossator relatus a Joan. Andrea in c. 1. Gloss. 2. de Bigamis in 6. & ibid. Germanian. post num. 5. Ancharan. num. 6. & Franc. num. 4. expressè tenentes Episcopum non dispensare cum Bigamo, nec quoad minores Ordines; Et hanc sententiam esse communem testatur Praeposit. in c. Lector 18. dist. 34. Covarr. in Clement. 1. de Homicid. part. 1. §. 2. num. 4. Major. de Irregul. lib. 1. cap. 33. num. 4. Joann. Montag. de Bigamis q. ultim. post num. 13. vers. Secunda autem pars, & expressè tenent Navarr. cap. 27. num. 197. vers. sexto dico, Suarez cit. dis. 49. sect. 6. num. 4. Fagnan. in cap. Super eo 2. de Bigamis num. 29. & sequent. Garcias part. 7. de Benefic. cap. 6. num. 3. & sequent. ubi refert, sic declarasse Sac. Congr. Conc. die 30. Jan. 1589. Et talem declarationem fuisse approbatam a Sixto V. tenet Barbosa de Offic. & Potest. Episcop. part. 12. allegat. 49. ubi refert sic iterum declarasse eandem Sacram Conc. Congregationem in Feretrana 13. April. 1530. in qua fuit expressè resolutum quod Bigamus effectus Bigamia interpretativa, etiamsi ante constitutus esset in Ordine Ostiarius, non potest mortua uxore dispensari per Episcopum, ut in Ordine suscepto ministret; sic etiam refert in collectan. decis. Apostolicar. verb. Bigamus; Piassec. in praxi part. 1. cap. 1. artic. 10. n. 11. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 6. num. 7. Valens de Bigamis num. 5. Pirhing. lib. 1. tit. 21. de Bigamis num. 29. Reiffenituel. ibidem n. 32. & alii plurimi apud Barbof & Fagn. loc. cit.

Et veritas hujus nostrae sententiae ostenditur aliis solidissimis fundamentis; c. Cognoscamus 14. dist. 34. sic habetur expressè; Cognoscamus non solum hoc de Episcopo, & Presbytero Apostolum statuisse, sed etiam Patres in Concilio Nicani tractatu addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit; c. Non confidat 59. dist. 50. sic precise dicitur. Non confidat quisquam Pontificum fas esse Bigamos. . . Divinis servituros applicare ministeriis. Concordant c. Super eo 2. c. Nuper 4. & c. A nobis 7. de Bigamis non ordinandis, ubi simpliciter asseritur, quod cum Bigamis dispensare non licet. Et clarissime deducitur ex Concil. Generali Lugdunensi relato in c. Unico de Bigamis in 6. ibi; Bigamos omni privilegio Clericali declaramus esse nudatos, & coercitioni Fori secularis addictos, consuetudine contraria non obstantibus; ipsi quoque sub anathemate prohibemus deferre Tonsuram, vel habitum Clericalem. . . Cum igitur ex hac Decretali privilegio nudentur Bigami, & sub anathemate prohibeantur deferre Tonsuram, & habitum Clericalem, stat clarissime, quod cum eis nequeat dispensare Episcopus, neque quoad primam Tonsuram, aut Ordines Minores, vel ad Beneficium simplex, quia in hoc casu necesse esset, ut Tonsuram, habitumque Clericalem deferrent, non solum contra Summi Pontificis Gregorii X. prohibitionem in Concilio Generali Lugdunensi editam, supra quam Jus dispensandi Episcopo non competit, sed etiam contra Tridentinum sess. 23. cap. 17. ubi in casu, quo in Ministeriis quatuor Minorum Ordinum exercendis deficient Clerici cælibes, permittit quidem Clericis conjugatis, ut illorum Ordinum, quos receperunt, functiones exercent, & dummodo Tonsuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent, & non sint Bigami, ibi: Quod si in Ministeriis quatuor Minorum exercendis Clerici cælibes non erunt, iussici possunt etiam conjugati vita probate, dummodo non Bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonsuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent.

Contra hanc tamen nostram sententiam varia objiciunt Advertarii, inter quos est D. Thomas in 4. dist. 27. q. 3. Bonacina de Censuris disp. 7. q. 2. punct. 5. num. 15. Azorius, & alii relati a Barbofa de Offic. & potest. Episcop. allegat. 49. num. 24. & a Fagnan. in cap. Super eo 2. de Bigamis num. 21. & sequent. Primo adducunt Canonem in cap. Lector 18. dist. 34. ibi: Lector si Viduam alterius uxorem accepit in Lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, Subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter si Bigamus fuerit, ex quo, dicunt ipsi, colligitur, quod Episcopus possit dispensare cum Bigamo usque ad Subdiaconatum inclusive exigente necessitate, quia quando in Canone dicitur similiter posse dispensari, nec Papa sibi, aut alteri personae reservat dispensationem, tunc censetur Episcopo data facultas dispensandi, quamvis hoc ipsi expressè non fuerit concessum, ut rectè docet Glossa in cap. Quisquis verb. Fiat. de election. & Glossa final. in cap. in quibusdam, & ibi Abbas num. 5. de penis, & rursus Abbas in cap. Esti unanimiter n. 10. de Postulatione Praelator. dicens, quod Episcopi semper dispensant, ubicunque a Jure permittitur dispensatio in genere, licet specificè non permittatur Episcopis, & cum multis Barbofa de Offic. & Potest. Episcop. part. 2. allegat. 33. n. 2. ubi dicit, quod tunc, quia frustra dispensatio conceditur Summo Pontifici, qui de Jure potestatem dispensandi habet; cap. Proposuit 4. de Concession. Præbend. censetur illa facultas data, Praelatis Inferioribus, & Episcopis, prout in specie accidit, cap. Postulastis 7. de Clerico excomm. ministrant. ubi textus dicit, excommunicatos non posse retinere Beneficia, subdicens, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, ubi Glossa verb. Dispensatum sic precise ait: Non dicit a quo. ergo videtur relicta potestas dispensandi Episcopis. Respondetur autem citatum Canonem in cap. Lector 18. dist. 34. parum, aut nihil urgere, quia Suarez de Censuris disp. 49. sect. 6. num. 4. & Layman. cap. Super eo, de Bigamis num. 2. asserunt non esse Martini Papæ, ut a Gratiano inscribitur, sed Martini Bracharensis Archiepiscopi, qui diversos Canones collegit; Et dato quod ille Canon esset Martini Papæ, & tunc per ipsum facultas dispensandi fuisset concessa Episcopis, eadem tamen postmodum foret revocata per posteriores Canones, ut ex c. Super eo 2. c. Nuper 4. c. A nobis 7. de Bigamis non ordinandis; & clarius, & clarissime mox cit. c. Unico, de Bigamis in 6. delumpto ex Concilio Generali Lugdunensi, quo Bigamis sub excommunicationis pena prohibetur, ne Tonsuram, & habitum Clericalem deferant, spolianturque omni privilegio Clericali, & tanquam mere Laici decernuntur Judicibus secularibus subesse; & novissime ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 17. ubi in casu, quo non ad-

sint Clerici cælibes, permittit quidem Clericis conjugatis, ut illorum quatuor Minorum Ordinum, quos receperunt, functiones exercent, sed cum expressa reservatione quod non sint Bigami, ibi: Dummodo non Bigami. Unde cum contra Conciliorum Generalium praescriptum nequeat Episcopus dispensare, ut expressè cavetur in Extravag. Unica Joann. XXII. de Religiosis Domibus §. Quidam autem, stat clarum, quod neque virtute illius Canonis in cit. Lector possit Episcopus cum Bigamis veris, & interpretativis ullimode dispensare.

Secundo adducunt Canonem in c. Is qui defectum 1. de Filiis Presbyterorum in 6. ubi habetur quod Episcopus potest dispensare cum illegitimis, quoad Ordines Minores, & Beneficium sine Cura; ergo a pari poterit dispensare etiam cum Bigamis. Respondetur ad hunc Canonem negando paritatem; & disparitas est, quia illegitimi prohibentur inter Clericos assumi, quia timetur, ne sint imitatores paternae incontinentiae; quæ praesumptio cessat, si laudabiliter, & continenter vivant; Secus est in Bigamia, quæ est inducta ob defectum Sacramenti, quia propter carnis divisionem nunquam potest representare unitatem Christi cum Ecclesia sibi copulata; c. Debitum 5. de Bigamis non ordinandis. Tertio adducunt Canonem in c. Arsi Clerici 4. de iudiciis §. de Adulteriis, ubi habetur, quod Episcopus potest dispensare ab aliis Irregularitatibus cum criminosis, ut patet de Adulteriis, & aliis inferioribus delictis, ergo etiam ab Irregularitate Bigamiae, quæ est sine delicto. Respondetur ad hunc Canonem negando consequentiam, & paritatem; & disparitas est, quia delicta per Penitentiam delentur, ideoque facilius in iis dispensatur, quam in Bigamia, quæ oritur ex defectu Sacramenti, qui defectus non tollitur per Penitentiam, nec per Baptismum, sed postea etiam durat; c. Acutius 2. cap. Deinde 3. cap. Una dist. 26. c. Si quis Viduam 13. dist. 34. & expressè Glossa in c. Super eo 2. de Bigamis verb. Dispensare. Tum quia ideo in delictis Episcopus dispensat, quia in illis Jura concedunt ei facultatem dispensandi; Secus vero in Bigamia, pro cuius dispensatione nedom in Jure nulla reperitur Episcopo concessa facultas, sed immo reperitur expressè prohibita, ut patet in cit. cap. Cognoscamus 14. dist. 34. in cap. Si quis Viduam 8. dist. 50. c. Non confidat 59. ead. dist. 50. cap. Super eo 2. cap. Nuper 4. cap. A nobis 7. de Bigamis non ordinandis; cap. Unico de Bigamis in 6. Quarto adducunt Canonem in c. De Diacono 1. Qui Clerici vel voventes, ubi habetur, quod Episcopus dispensat cum Diacono, qui Matrimonium contraxit; Sed ad hunc Canonem itatim respondetur non loqui de Bigamia vera, aut interpretativa, sed solum de similitudinaria, a qua & nos fatemur posse Episcopum dispensare, ut infra patebit.

Licet autem Episcopus nequeat dispensare in Bigamia notoria, potest tamen dispensare in Bigamia interpretativa occulta, & contracta inde Irregularitate quoties ea provenit ex delicto, qualis est illa, quæ oritur ex duplici Matrimonio invalido, vel uno valido, & altero invalido, dummodo delictum sit occultum; Tunc enim nedom dispensare possit in Ordinibus susceptis, sed etiam in omnibus Ordinibus suscipiendis, etiam factis. Episcopus enim ex Tridentino habet potestatem dispensandi in omnibus Irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, excepta illa, quæ provenit ex Homicidio voluntario. Sic expressè cit. Concil. sess. 24. cap. 6. ibi: Liceat Episcopis in Irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus (excepta ea, quæ oritur ex Homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad Forum contentiosum) dispensare. Sic Fagnan. in cap. Nuper 4. de Bigamis non ordinandis n. 9. & 10. Barbofa de Offic. & Potest. Episcop. part. 2. allegat. 49. n. 25. Sanchez cit. disp. 86. num. 13. Reiffenituel lib. 1. tit. 21. de Bigamis n. 31. Pontas verb. Dispensatio Irregularitatis caus. 34. in fine, Henriquez & alii.

In Bigamia similitudinaria, quæ pure sit talis, nec Bigamiam interpretativam admixtam habeat, Episcopus dispensare potest etiam ad altiores Sacros Ordines suscipiendos, vel ministrandum in susceptis, dummodo Clericus in Sacris, vel Professus in Religione, qui de facto cum una virgine Matrimonium contrahere, & consummare praesumpsit, poenitentia correctus laudabilem vitam duxerit, c. Sanc 4. de Clericis conjugatis, & ibi Glossa verb. Ex indulgentia, cap. de Diacono 1. Qui Clerici vel voventes, ubi Alexander III. in sua Decretali ad Archiepiscopum Rhemensem scripta sic precise definit: De Diacono qui . . . uxorem accepit. hoc tuae prudentiae respondeamus, quod si contrito, & humiliato corde ad Ecclesiam redire voluerit, dimissa illa quam accepit in uxorem, & absolutione obtenta, injuncta sibi poenitentia . . . post eam

peractam, dispensative poteris ei Diaconatus Officium redere, & si perfecta vitæ, & conversationalis fuerit, eum in Presbyterum ordinare, & Glossa ibi: verb. Dispensative, sic expressè ait: Et ita Episcopi possunt etiam dispensare cum Clericis constitutis in Sacris Ordinibus, si contrahant de facto. . . Notanter autem additur ly quæ pure sit talis, nec Bigamiam interpretativam admixtam habeat; quia, cum Bigamia similitudinaria habet admixtam interpretativam, V. G. si Clericus in Sacris, vel Professus in Religione approbata praesumat de facto cum Vidua, vel corrupta ab alio Matrimonium contrahere, illudque consummare, nequit amplius Episcopus cum eo dispensare, cum talis propter admixtam Bigamiam interpretativam incurrat Irregularitatem indispensabilem: textu expressè in cap. A nobis 7. de Bigamis, ibi: Ille autem qui in Subdiaconatus Ordine constitutus de facto tantum (quia de Jure non potuit) duxit Viduam in uxorem, profecto Bigamus non exiit, sed nec Viduæ potest in veritate dici Maritus, cum inter ipsum, & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli itoli tamquam cum Marito Viduæ dispensare non licet, non propter Sacramenti defectum, sed affectum intentionis cum opere subsécuto. Et licet textus loquatur explicite tantum de Clerico in Sacris, intelligitur tamen implicite etiam de Professo in Religione approbata, quia Clericus in Sacris, & Professus in Religione, quantum ad hanc Irregularitatem, a Doctoribus æquiparantur. Suarez de Censuris disp. 49. sect. 6. num. 7. Sanchez cit. disp. 86. num. 22. Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 6. n. 6. Pirhing. lib. 1. tit. 21. de Bigamis n. 31. arg. cap. Quotquot 24. caus. 27. q. 1.

Praelati Regulares quicumque sint spectato Jure communi, & inclusis specialibus privilegiis, dispensare non possunt cum suis subditis Regularibus, nequidem quoad Ordines Minores; Nam sicut Episcopi non habent hanc facultatem, ut supra ostendimus, ita nec ea gaudent Praelati Regulares, nullibi enim in Jure Canonico reperitur talis facultas concessa Praelatis Regularibus.

Quantum autem ad specialia Regularium privilegia, Avila de Censuris part. 7. disp. 8. dub. 4. conclus. 7. Henriquez in Summa lib. 12. c. 6. §. 12. in commento litt. Z. Reiffenituel l. 5. decretal. tit. 37. de penis num. 97. dicunt, Religiosos dispensari posse in Bigamia praefata, nedom a Superioribus, sed etiam a quocumque Confessario Ordinis ex amplissima concessione Sixti IV. facta Minoribus de Obervantia, quæ habetur in compendio privilegiorum; verb. absolutio extraordinaria quoad Fratres n. 5. ubi sic habetur ad Litteram: Sixtus IV. concessit sit omnibus Fratribus Minoribus de Obervantia praesentibus, & futuris, tam Professis, quam Novitiis (qui tamen habent propositum profitendi) nec non sororibus S. Clarae, & Tertiariis utriusque sexus, & famulis, & servitoribus praedictorum omnium, ut quilibet eorum possit semel eligere Confessorem de hujusmodi Obervantia, qui audita ejus Confessione, poenitentiam salutarem injungendo, absolvat eos ab omnibus criminibus, excessibus, & Censuris Ecclesiasticis, & dispenset cum eis in omnibus Irregularitatibus, si quas forte contraxerint (homicidio voluntario, & mutatione membri semper exceptis) & ei remissionem generalem, & plenariam omnium peccatorum impartiri valeat; ergo infert idem Avila ubi supra, cum in hoc privilegio excipiatur solummodo homicidium voluntarium, quæ Irregularitas est omnium gravissima, & non excipiatur alia, quæ sit facillioris dispensationis, ut Bigamia, sequitur super illam vigorem memorati privilegii dispensari posse; Et ultra istud amplissimum privilegium concessum a Sixto IV. Minoribus de Obervantia, adest aliud amplissimum concessum a S. Pio V. Casinensibus, Idibus Julii 1571. Constit. 129. incip. Dum ad Congregationem Cassinensem, in qua concedit Abbatibus, & Praelatis ejusdem Congregationis (cum qua communicant alii Regulares) ut suos subditos etiam Novitios in Religione perseverantes ab omnibus casibus, & Censuris, etiam in Bulla Cænae contentis, absolvere possint, & cum eisdem dispensare, in omnibus Irregularitatibus quomodocumque contractis, & pro Foro conscientiae, etiam in Irregularitate contracta ex homicidio voluntario, dummodo non sit commissum post ingressum in Religionem, & eos habitare, ut possint ad quascumque Praelaturas suæ Congregationis eligi, & assumi, & eas libere, & licite retinere, & quocumque Ordinis Officia exercere, etiamsi Irregularitatem contraxerint ante eorum promotionem. Nec hoc privilegium videtur revocatum per Concilium Tridentinum, cum fuerit concessum post idem Concilium

lium cum clausula derogatoria quorumcumque Conciliorum.

27 His tamen non obstantibus contrarium sustinent Collector privilegior. Men licentiam in compendio loc. supra cit. Navarr. conf. 84. n. m. 1. de Regular. in novis, Frater Emanuel in Summ. tom. 1. cap. 158. concl. 7. Frater Barthol. de Vecchiis in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum Novit. disput. 9. dub. 15. num. 2 in fine. Hieron. Roderic. in compend. qq. Regular. resolut. 16. num. 14. Portel. in addit. ad dub. Reg. verb. dispensare num. 5. Laurentius de Peyrinis de Religioso Pralato tom. 2. q. 2. cap. 5. §. 8. num. 99. Afcan. Tamburin. in tract. de Jure Abbatum tom. 2. disp. 17. q. 3. num. 2. Sigismund. a Bono. na de elect. part. 2. cap. 4. dub. 71. num. 2. Diana par. 4. tract. 2. resolut. 63. Barbosa de Offic. & Potest. Episcop. allegat. 49. p. 2.

28 num. 29. & 30. & alii. Et ratio est, quia ex regula Juris 82. in 6. in generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset venisimiliter in specie concessurus; sed in specie facultas dispensandi generaliter super Irregularitatibus, non extenditur ad Bigamiam, & homicidium voluntarium, ut tradunt Navarr. sub tit. de homicid. conf. 38. in novis, Vivald. in Candelabro aureo tit. de Irregul. num. 312. Frater Emanuel qu. Regul. to. 1. q. 24. art. 15. & tom. 2. quest. 105. art. 1. in fine, Miranda in Manuali Pralator. tom. 2. quest. 8. art. 14. conclus. 5. Homobon. De casibus reservatis par. 1. t. 5. §. 4. quibus observandum fol. 100. Barbosa loc. cit. num. 30. Suarez 4. tom. 1. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 2. Lezana Summ. tom. 1. cap. 18. nu. 42. & alii: ergo non obstantibus privilegiis concessis Pralatis Regularibus, ut possint dispensare generaliter super omnibus Irregularitatibus, adhuc non censetur includi in ipsis facultas dispensandi ab Irregularitate Bigamiae verae, & interpretativae, Immo Reginaldus in praxi Fori Penit. lib. 39. tract. 2. cap. 28. numer. 89. dicit, quod id alienum est a communi Ecclesiae praxi, quia Summus Pontifex plerumque Generalibus Religionum concedens facultatem cum suis dispensandi in Irregularitate, solet excipere eam, quae est ex Bigamia.

29 Et de facto idem Sixtus IV. in alia concessione facta Minoribus in Bulla Maris Magni incipit. Regimini, expresse cepit Irregularitatem, quae est ex Bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione membrorum, ibi: „Nec non cum his, qui ex quavis causa, praeterquam homicidii voluntarii, Bigamiae, & mutilationis membrorum, Irregulares forent. Et ita sub eisdem fere terminis legitur respectu in Mari Magno aliorum Mendicantium. Unde de primo ad ultimum concludendum est, quod cum hoc pertineat ad questionem facti, ostendendum est, ut recte Suarez de Censuris disp. 45. sect. 6. num. 17. Pirhing. lib. 1. tit. 21. num. 32. & insipientia sunt caute indulgentia a Sancta Sede Religionibus concessa, & attente considerandum, an uni concessa, extendantur ad ceteras? an verba concessionis facultatem retrinquant? an sint certis conditionibus qualificata, ut eas obtinere pro valida dispensatione sit necessarium? & an per ipsomet Pontifices concedentes, aut per suos successores, concessiones ex integro, aut in parte revocentur per clausulam derogatoriam privilegiorum, Non obstantibus quibuscumque privilegiis; ut docte notat Lezana Summ. tom. 1. cap. 18. n. 41.

31 In Bigamia similitudinaria possunt Pralati Regulares cum Novitiis, ac Professis sibi subditis dispensare in illis casibus, quibus id Episcopis licitum esse supra conclusimus n. 7. Suarez cit. disp. 49. de Censuris sect. 6. num. 16. & 18. & tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 21. n. 11. Sigismund. a Bono. de elect. 71. num. 2. Pirhing. loc. cit. & cum aliis Barbosa loc. cit. n. 31. Et ratio est, quia Pralati Regulares, licet a Tridentino non habeant facultatem dispensandi concessam Episcopis, eandem tamen habent in suos subditos per concessionem variorum Pontificum, & praecipue S. Pii V. qui Constituit. incip. Romani Pontificis, indulget Pralatis Ordinis Praedicatorum, (cum quibus communicant alii Regulares, ut sequitur: „Et insuper, quia Oeconomicum Generale Trident. Concil. concessit Episcopis, ut absolvere possint in Foro animae, seu conscientiae ab omnibus peccatis, & dispensare in Irregularitatibus prout sess. 24. cap. 6. habetur: Ne Prior Conventualis, aut Superiores Pralati dicti totius Ordinis, tam in dicta Provincia, quam extra eam ubilibet, deterioris conditionis, quam Clerici, aut saeculares existant, eisdem Priori Conventuali, & superioribus Pralatis, ut ipsi per seipso idem omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis sibi subditos, quod possint Episcopis in Clericos, & Laicos sibi subditos, tam quoad absolvendi, & dispensandi, quam alias quascumque facultates eisdem auctoritate, & tenore perpetuo concedimus, & indulgemus.

Bigamia tam propria quam similitudinaria prohibetur Diac. 32 conis Ecclesiae Orientalis. Bened. XIV. tom. 1. Conlit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 31. & 32. Bigamus, ideoque irregularis recte cenietur is etiam, qui unam uxorem ante Baptismum, & aliam post Baptismum habuit; Idem tom. 2. Conlit. 54. incip. Postquam intelleximus §. 71. ubi ostendit id contra opinionem S. Hieronymi definitum fuisse, non quidem a S. Siricio, sed a S. Innocentio I. Vide supra art. 1. a num. 9. ad 12. Bigamus abstinere debet ab administrando Sacramento Baptismi, etiam in casu necessitatis, si alius adit ab hac nota immunis, & aliunde idoneus. Idem tom. 2. Conlit. 28. incip. Postremo mense §. 31.

Novae additiones ex aliena manu.

Facultas dispensandi super Irregularitate procedenti ex Bigamia inde dependet, utrum irregularitas haec sit Juris Divini, an Juris Ecclesiastici. Quidquid autem cum paucis quibusdam contradicant Franciscus Turrian. lib. 1. cap. 1. advers. Magdeburgen. constantissima sententia Theologorum & Canonistarum est, dictam irregularitatem juris esse Ecclesiastici: Vide Hericour. in Leg. Eccles. suo ordin. restit. part. 3. cap. 4. artic. 2. §. 16. & Gibalin. de Irregular. cap. 3. quest. 4. num. 6. Quocirca jure Summus Pontifex dispensat super dicta irregularitate.

BIRRETUM.

Birreti, seu Berretini, aut Pileoli usus in Missa, etiam extra Canonem concedi non potest ab Episcopo, sed solum a Papa. Sac. Congr. g. Episc. & Regular. 2. Januarii 1590. & die 17. Junii 1595. Idem censuit etiam, Sac. Congr. Conc. 16. Februarii 1619. Unde nullus etiam Episcopus eo uti potest sine Sedis Apostolicae licentia. Sacra Rituum Congregat. 31. Januarii & 24. Aprilis 1626. quia cap. Nullus 56. de consecrat. dist. 1. etiam Episcopo prohibet velato capite celebrare.

Birretum debet Episcopo cum Cappa sedens ad Sedem suam de per se sibi extrahere, & reponere. Sic pluries censuit Sac. Rit. Congr. ut patet in sequentibus decisionibus. Pro parte Capituli Cathedralis Laudensis petitum fuit a Sac. Rit. Cong. declarari: „An in Provincia Mediolanensi sit laudabilis ea consuetudo, ut Episcopo cum Cappa sedenti ad Sedem suam caput aperiat, & cooperiat ab altero ex Diaconis assistentibus, & in eo casu ad quem spectabit? Et Sac. Rituum Congregat. audita relatione Eminentiss. & Reverendiss. Cardinalis Bellarmini respondit; Birretum debere Episcopo sibi de per se extrahere; die 4. Aprilis 1620. „Capitulum, & Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Martini Terrae Cerreti Thelesinae Diocesis petierunt ab eadem Sacra Rituum Congregatione responderi: „An Episcopo assistenti Divinis Officiis cum Cappa, Canonici debeant deponere, & ponere Birretum in capite Episcopi? Et an isto casu debeatur assistentia Canonicorum? Et eadem Sacra Congreg. sub die 22. Decembris 1629. respondit: Nihil deberi de praedictis Episcopo. Et postea eadem Sacra Congreg. in Liernien. 31. Aug. 1632. censuit, neque Dignitates, neque Canonicos assistentes Episcopo teneri caput Episcopo tegere, & detegere, quando assistit divinis cum Cappa, & Birreto.

Non potest Episcopus Decretum facere, quod sui Clerici teneantur semper deferre Birretum. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 24. Maii 1616. Canonici in Processione intra Ecclesiam debent incidere capite detecto, & extra eam, cum Birreto in capite. Sacra Rit. Congreg. 30. Martii 1633. Clerici in Choro uti debent Birreto, & non Pileo. Concil. Mediol. p. 2. tit. Quomodo versandum in Choro, ibi: „In Choro etiam in Matutino Officio Clerici Birreto, non Pileo utantur, alioquin moneantur a Praesidente Chori, vel ab eo, qui proximo loco sedet, & nisi paruerint, pro absentibus habeantur.

Birretum rubeum omnibus Cardinalibus, exceptis Regularibus, concessit Paulus Secundus, ut refert Platina in ejus vita. Azorius Institut. Moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 18. Barbosa Juris Ecclesiast. univers. lib. 1. cap. 3. n. 9. Postea vero Birretum rubeum gestare etiam Cardinales ex Ordinibus Regularibus assumptos statuit Gregorius XIV. constituit. 9. incip. Sanctissimus. Cum enim Cardinales Regulares prius de antiquo more

more portassent Birretum ejusdem coloris, cujus erat habitus Religionis, in qua fuerant professi, dictus Summus Pontifex Gregorius XIV. de voto aliorum Cardinalium concessit Cardinalibus Regularibus utium Birreti rubei, habitu in ceteris nihil immutato, ut patet ex cit. Const. incip. Sanctissimus. Alia ad rem, vide in tomo 8. Decreta S. R. C. sub num. 38. 85. 175. 443.

Novae additiones ex aliena manu.

Birretum tegumentum est capitis, Clericis olim proprium. Ducang. in Gloss. ad Scriptor. med. & infim. Latinit. verb. Birretum. Pluribus enim in Conciliis imperatus est Clericis usus Birretorum tanquam conveniens Ordini ipsorum, quo a Laicis distinguerentur. In Salisburgeni Concilio anno 1386. cap. 6. interdicitur Clericis, ne sine caputio capitis, birreto, capello, vel pileo cooperto praesumant in Ecclesia seu in publico incidere, quum hoc honestatem non deceat Clericalem. In Concilio Turonensi anno 1583. c. 14. jubentur Clerici uti birretis, non vero galeris, praesertim in Ecclesia. In Concilio Bituricensi anno 1584. tit. 12. cap. 10. de Canonice edicunt Patres: Horas Canonicas disturi cum tunica talari, superpelliceis mundis, a mutiis, pileis quadratis... utantur. In Concilio Tolosano anno 1590. forma describitur birretorum, simulque edicunt, ut nusquam aut in Ecclesia, aut per urbem absque quadrato birreto Clerici conspiciantur. Est igitur birretum tegumentum speciale Clericorum, & ideo in investituris Canonicorum adhiberi solitum, quem morem adhuc hodie servant Ecclesiae Cathedralis.

1 Communicatum, & Birretum fuit Magistris artium, & Doctoribus utpote Canonicis non absimilibus, qui itidem in solemnibus promotionibus jam olim de dignitate hac scholastica per birreti impositionem investiti sunt; Leibnitius tom. 2. Scriptor. Brunsvic. ubi in introductione ex relatione Joannis Buscheii affert. Erfordiae Doctori juris canonici birretum brunum, Doctori juris civilis vero rubrum impositum fuisse: Confer etiam Bucange ubi supra.

BLASPHEMIA.

ARTICULUS I.

Quid sit, & quotplex sit, & quanam culpa sit Blasphemia?

1 Blasphemia est contumeliosa locutio in Deum: seu contumeliosa de Deo affirmatio, vel negatio. Est communis cum S. Thoma 2. 2. qu. 13. art. 1. in corpore, ubi sic ait: „Non men blasphemie importare videtur quandam derogationem alicujus excellentis bonitatis, & praecipue divinae... Quicumque ergo vel negat aliquid de Deo, quod ei convenit, vel asserit de Deo, quod ei non convenit, derogat divinae bonitati. „Et haec contumeliosa locutio potest esse, vel immediata, quae Deum in seipso attingit; vel mediata, quae profertur in Sanctos, & in Deum cadit; injuria enim, sicuti laus in Sanctos, redundat in Deum, ex illo Luc. 16. Qui vos spernit, me spernit. Et Psalm. 150. Laudate Dominum in Sanctis ejus. Unde Blasphemia quadrupliciter potissimum committitur potest; Primo, dum de Deo negatur, quod ei convenit, cum dicitur: Deus non est justus, non est Omnipotens, non est verax &c. vel aliquid de ipso affirmatur, quod ei non convenit, ut cum dicitur: Deus est peccator. est mendax, est ignorans, &c. Secundo, dum quis Deum detestatur, ut cum dicitur: maledictus Deus &c. aut aliquid malum ei imprecatur, ut cum dicitur: pereat Deus, contemnatur Deus &c. Tertio, dum quis hujusmodi contumeliosas locutiones profert etiam in B. M. V., vel Sanctos, aut Sacramenta, vel res Deo sacras, sicuti enim Deus laudatur in Sanctis suis, sicuti Blasphemia, quae fit contra Sanctos, in Deum redundat, & pro Blasphemia in Deum reputatur, ut recte docet S. Thomas 2. 2. qu. 13. art. 1. ad 2. Sicut Deus in Sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera quae Deus in Sanctis efficit, ita & Blasphemia quae fit in Sanctos ex consequente in Deum redundat. Quarto, dum quis absque affirmatione, vel negatione, aut detestatione, vel imprecatione per despectum, ac indignationem injuriose, ac probrose nominat Dei attributa, dicendo V. G. colerice: Dei potentia, Dei bonitas, seu vulgariter: Poter di Dio, Colper-

to di Dio, & hujusmodi, aut sic probrose per indignationem nominat Sacramenta, Sanguinem, Vulnera, Membra Christi, dicendo V. G. Sanguis di Cristo, Corpo di Cristo, & hujusmodi; Vel probrose, & colerice nominat horrendissime membra prudenda Christi, B. M. V. atque Sanctorum, immo etiam ipsius Dei; aut alia horrenda ipsis repugnantia, quae hic pro honestate non nominantur.

Blasphemia in duas species praecipuas dividitur; Una dicitur Hæreticalis, & altera simplex, seu non Hæreticalis. Blasphemia Hæreticalis est illa, quae cum Hæresi connexionem habet, ut cum affirmatur, vel negatur aliquid de Deo contrarium articulis Fidei, dicendo V. G. Deus est injustus, est mendax, Deus non est omnipotens, non est ubique, & hujusmodi. Blasphemia simplex, seu non Hæreticalis, est illa, quae cum Hæresi connexionem non habet, ut cum aliquid Fidei non oppositum contra Deum pronuntiat, dicendo V. G. despectively, seu contemptive, In contemptu Dei volo hoc facere, vel detestative, sit maledictus Deus, vel imprecative, Pereat Deus, vel irritorie, Vah qui destruit templum Dei, vel Juratorie, Pereat Deus si ita non sit. Ad hanc simplicem, seu non Hæreticalem Blasphemiam reducuntur; Primo, omnia verba injuriose usurpantia Christi membra, vulnera, Sacramenta, & hujusmodi, ut si dicatur, perdat te Christi caput, sanguis, passio, ejulque Sacramenta; vel si quis contra homines, animalia, vel quaecumque alia creata iritatus pronuntiet Sanguinem Christi, Sacramenta, aliaque Deo sacra, quia ipsa non ad perdendos nos, sed ad salvandos nobis data sunt, & communiter in his apprehendunt homines magnam Dei, Sacrorumque Sacramentorum, & rerum sibi sacrarum, vilipensionem contineri, & graviter honori Deo debito derogari, Secundo, ad simplicem Blasphemiam reducuntur omnia verba contumeliosa prolata in Sanctos formaliter quatenus Sancti sunt, sive cum habitudine saltem, virtualiter ad Deum, itaut moraliter etiam Dei honor censetur tangi, & vilipendi, ut communiter advertunt Doctores cum S. Thoma loc. cit. Vide praecisa ejus verba num. 5. Tertio, ad simplicem Blasphemiam reducuntur etiam signa, & facta contumeliosa contra Deum, contra Imagines Christi Crucifixi Virginis Mariae, aliorumque Sanctorum, licet verba non sint, ut ipuere in Caelum, in ipsas Imagines, seu statuas, frendere dentibus, & hujusmodi. Sic communiter Doctores.

Blasphemia qualibet deliberate commissa, est peccatum mortale. Ita omnes, & ratio est, quia Blasphemis est indicta poena mortis. Levitici 24. n. 16. ibi: Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur; sed ut cum communi recte docet S. Thomas 2. 2. q. 13. art. 2. in corpore, poena mortis non infertur, nisi pro peccato mortali, ergo Blasphemia est peccatum mortale; Et sane Legi Divinae, naturali, ipsique rationi nihil magis repugnat, & consequenter nihil gravius, quam quod Creator maledicatur a Creatura, & quod homo contra primum Decalogi praeceptum sibi stricte praecipiens debitum cultum Deo exhibendum, ei pro cultu contumeliosa convicia, & probrosa maledicta in Blasphemia rependat. Unde tam atrox, immane, & detestabile peccatum est Blasphemia, quod etiam si fit joco prolata, dummodo desibere, & advertenter ad inhonorationem Dei, est ordinarie peccatum mortale, quia etiam sic joco prolata vergit in diminutionem Divini honoris. Sic etiam Blasphemia est peccatum mortale, licet prolata ex habitu, aut ex indignatione, & ira, si Blasphemus ita loquens advertat ad vilipensionem Dei, vel rerum sacrarum, quam verba sua Blasphemiae praesferunt. Sic S. Thomas 2. 2. q. 3. art. 2. ad 3. & alii passim. Si vero loquens absque deliberatione, ex subreptione, non advertat ad vilipensionem Dei, aut rerum sacrarum, non peccat graviter. Sic S. Thomas loc. cit. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 6. n. 10. Burgh. centur. 1. cas. 44. & alii; tunc enim est defectus plenae cognitionis, & voluntarii; Immo si verba Blasphemiae, quae ex impetu, vel subito motu irae profertur, omnem rationis advertentiam praevenerint, nullum erit peccatum, sed erunt actus primo primi, ubi enim malitia non est praecognita, non potest esse volita; Si autem adfit aliqua advertentia, sed non perfecte deliberata, erunt motus sequendo primi, & peccata venialia tantum, quia actus tales non sunt perfecte liberi, & malitia sicuti imperfecte est cognita, ita etiam imperfecte potest esse volita, ut docet Burgh. centur. 3. cas. 49. Qui tamen haberet talem habitum, seu consuetudinem blasphemandi, teneretur sub mortali serio conari eam tollere, quia talis consuetudo est intrinsece mala, & de se graviter inhonorativa Dei, aliter graviter peccaret, ex quo talis prava consuetudo esset voluntaria.

luntaria in causa. Sanct. Thomas 1. 2. q. 77. artic. 7. in corp. & alii passim (*).

ARTICULUS II.

Blasphemia quibusnam poenis plectatur? & quis sit ejus competens Judex.

TAm detestabilis est Blasphemiae culpa, ut in Lege veteri fuerit mortis poenae subiecta. Levitic. 24. n. 16. ibi: *Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo.* Et de facto ob Blasphemiam filius mulieris Israelitidis praeepto Domini lapidibus fuit obrutus; Levit. cap. 24. Ob Blasphemiam Antiochus inaniabilis & invisibili plaga percussus fuit; 2. Machab. cap. 9. Ob Blasphemiam Holofernes famina manu occisus fuit; Jud. 11. Goliath Itraelem blasphemans a Davide lapidis ictu e fune la emissa occiditur; 2. Reg. cap. 21. Et populus ob Blasphemiam gladio, & fame consumptus est; Hieremia cap. 14. Et sic varii alii ob Blasphemiam morte puniti fuerunt, ut patet legendi Scripturam, & Covarruviam in cap. *Quamvis pactum part. 1. §. 7. num. 10. in principio*, Salzed. in *pract. cap. 113. vers. Est quidem*, ubi varia alia exempla adducuntur.

8. Modo Blasphemiae poenae aliae sunt de Jure Canonico, & aliae de Jure Civili. De Jure Canonico poena Blasphemantis, si sit Clericus, est depositio ab Officio, & statu Clericali. Si sit Laicus, est Excommunicatio ferenda; cap. *Si quis 10. caus. 22. q. 1. ibi*: „ Si quis. . . Blasphemia contra „ Deum ulius fuerit, si in Ecclesiastico Ordine fuerit, deponatur; si Laicus anathematizetur. „ Deinde in cap. *Statuimus 2. de Maledicis*, statuuntur in Blasphemos poenae sequentes praecisus his verbis: „ Statuimus, ut si quis contra Deum, „ vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime B. Virginem, „ linguam in Blasphemiam publice relaxare praesumpserit, per „ Episcopum suum poenae subdatur inferius annotatae, videlicet, „ quod in septem diebus Dominicis praeforibus Ecclesiae „ in manifesto (dum aguntur Missarum solemnia) Blasphemus existens ultimo illorum die Dominico, pallium, & calceamentum non habeat, ligatus corrigia circa collum, fepremque praecedentibus ieiis feriis in pane, & aqua jejunet, Ecclesiam nullatenus ingrediatur. Quolibet quoque „ praedictorum dierum, tres si poterit, alioquin duos reficiat „ pauperes, sive unum. Et si nec ad hoc ejus facultates suppetant, id in poenam aliam commutetur, cui etiam, si renerit recipere, ac peragere poenitentiam praedictam, Ecclesiae interlicatur ingredi, & in obitu Ecclesiastica careat sepultura. Per temporalem propterea potestatem, coactione, ne (si necesse fuerit) Episcopi Dioecetani adhibita, contra eum, Blasphemus si Dives fuerit quadraginta solidorum, alioquin triginta, sive viginti, & si ad id non sufficiat, quinque solidorum usualis monetae poena mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus, quod etiam inter alia Communitatum statuta ponatur.

12. Ultra recensitas poenas a Jure communi Canonico statutas, variae aliae contra Blasphemos, sive Clericos, sive Laicos sunt a variis Summis Pontificibus ordinatae. Et signanter a Leone X. in Constitut. 7. incip. *Superna dispositionis*, ubi contra Clericos Blasphemos in Jesum Christum, & M. V. ejus Matrem statuitur, quod pro prima vice mulctentur fructibus unius anni Beneficiorum Ecclesiasticorum, quaecumque habuerint. Pro secunda vice si unicum habuerint Beneficium, eo priventur, si autem plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogantur; Pro tertia vice convicti, Dignitatibus, ac Beneficiis omnibus quaecumque habuerint eo ipso privati existant, & ad ea ulterius retinenda inhabiles reddantur: Contra Laicos vero similiter Blasphemos statuitur, quod si nobiles fuerint, pro prima vice poena vigintiquinque Ducatorum mulctentur, & pro secunda vice quinquaginta; & pro tertia nobilitatem amittant; Si vero ignobiles fuerint in carcerem detendantur; quod si ultra duas vices publice blasphemaverint, mitra infami per integrum diem ante fores Ecclesiae principalis coronati stare cogantur; quod si saepius in hoc peccato lapsi fuerint. ad perpetuos carceres, vel ad trirames dammentur. Et qui reliquos Sanctos blasphemaverint, arbitrio Judicis rationem personae

rum habituri aliquando mitius puniantur; Judices vero Saeculares negligentes eis infligere tales statutas poenas decernit Pontifex, quod quasi eodem scelere contumaciter eidem quoque poenis subiciantur; & qui in illis puniendis solliciti, & severi fuerint, qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem multae pecuniariae habeant.

Non dissimiles a Leonis X. poenae sunt pro Blasphemis statuta a Julio III. in Constitut. 23. incip. *in multis* ubi statuit, quod Blasphemans Deum, sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum Sanctum, vel Beatam V. M. convictus condemnatur ad solvendum quatuordecim scuta auri; Secunda vice duplicetur poena pecuniaria, & infamia incurrat, ac inhabilitatem ad Officia, Gradus, Dignitates, Beneficia, & Honores; Vilibus vero perfodiatur lingua; Tertia vice condemnatur, ut in secunda, & fiat interabilis active, ac passive, sit inhabilis ad terendum testimonium, sitque bannitus per tres annos ab Urbe; Viles vero fustigandi, aut per tres annos ad trirames damnandi, aut exilio perpetuo plectendi. Immo ob horrendam malitiam tanti criminis idem Julius statuit praedictas poenas, nedum contra Blasphemos, sed insuper eas extendit ad audientes, & non denuntiantes. *Insuper*, sunt sua praecisa verba; „ Insuper ne Sacrilega, & mortifera haec peccata, si „ lateat, minus vereri, vel praecidi possit, ex Omnipotentis „ Dei auctoritate mandamus omnibus, & singulis, cujuscumque „ que sint gradus, & conditionis, qui sciverint aliquos blasphemasse, ut supra, quod eos denuntient Reverendissimis „ Judicibus &c. sicque omnes, & singulos in districto Dei „ iudicio requirimus, & eorum conscientias aggravamus, monendo tamen eos, quod si conspicerit aliquem scientem non „ huic denuntiare, cujuscumque fuerit status, dignitatis, & „ conditionis praeter ultionem Iustitiae Divinae, quam ei annuntiamus, & praeter culpam mortalem, quam incurrent ob „ inobedientiam, & ob neglectum honorem Dei, punientur eisdem poenis, quibus Blasphemi, & sic eos mulctari praecipimus; non enim solum digni sunt poena, & supplicio, „ qui ea faciunt, sed & qui non corrigunt facientes. Tandem „ idem Pontifex statuit, quod pro condemnando hoc execrabili scelere sufficiant duo testes, fide digni, & loco testis haberi, & admitti testis unus denunciatus cum juramento.

Quia tamen haec Julii Constitutio edita fuit pro solis Romanis, ut indicat Rubrica Cherubini, & prooemium, & progressus ipsiusmet Constitutionis; Fuerunt innovatae poenae Leonis X. a S. Pio V. in Constitut. 5. incip. *Cum primum Apostolatus*, condita pro universo Orbe Christiano, ubi inter alia sic praecise disponit: „ Ad abolendum vere nefarium, & execrabile Blasphemiae scelus, quod in antiqua Lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque Legibus praecipuum est, nunc autem propter nimiam Judicium in puniendo sequegnitatem, vel potius desuetudinem supra modum invaluit, Leonis X. praedecessoris nostri in novissimo Lateranensi Concilio statuta innovantes, decernimus, ut quicumque Laicus Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam ejus Genitricem expresse blasphemaverit, pro prima vice poenam viginti Ducatorum incurrat, pro secunda poena duplicabitur, pro tertia autem certum Ducatos solvat, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeus fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante Fores Ecclesiae constitutatur per diem integrum, pro secunda rutilgabitur per Urbem; pro tertia ei lingua perforabitur, & mittetur ad trirames. Quicumque Clericus Blasphemiae crimen admiserit, pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumlibet Beneficiorum suorum, pro secunda Beneficiis ipsis privetur, pro tertia omnibus etiam Dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum obtinuerit Beneficium, poena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda vice Carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad trirames mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemaverit pro qualitate Blasphemiae, atque Personarum, arbitrio Judicis puniatur.

Est tamen advertendum, quod verba illa *pro prima vice* interpretanda sunt pro prima vice punitionis, & non Blasphemiae; etiam si Clericus fuerit pro illa prima vice inquisitus, quod pluries blasphemasset, ad quod facit textus in cap. *Grave nimis 29. de Praebendis*, ibi: *post primam, & secundam correctionem.* Ita

Ita profer de August. in addit. ad Quarantam in *Summ. Bullarii verb. Blasphemia*, Marc. Anton. Genuen. in *praxi Archiep. Neapol. cap. 63. in noviss. edit.* Barbosa de *Offic. & Potest. Episcop. part. 3. allegat. 51. num. 100.*

23. Blasphemiae poena de Jure Civili est ultimum supplicium, seu poena mortis. *Authent. Ut non luxurientur homines §. Et quoniam, collat. 6. novell. 77.* quam poenam ultimi supplicii pro gravi Blasphemiam praeterit in ipsum Deum etiam statuit Carolus V. *Constitut. crim. art. 106.* pro leviori autem, praefertim si non in Deum, sed B. V. Mariam, vel Sanctos fiat, praecisionem, vel mutilationem linguae, fustigationem, carcerationem, mulctam pecuniariam, vel aliam arbitrariam pro diversitate circumstantiarum delinquentis, & delicti; quae tamen poena tunc potissimum locum habet, si quis ex consuetudine blasphemet, & in hoc vitio sit incorrigibilis. Et licet iustissimus rigor poenarum contra Blasphemos pluribus in locis ob invalescentem abulum blasphemandi exacte non observetur, ut observat Covarruv. in cap. *Quamvis, de pact. part. 1. relect. §. 7. num. 10.* Tamen recte monet Clarus §. *Blasphemia num. 3.* cum aliis ibi allegatis, has poenas non servari ob defectum Religionis, & Iustitiae, & Principes Christianos graviter peccare, qui hoc execrabile crimen sevrissime non puniunt; Impraesentiarum tamen ulius invaluit, ut poena Blasphemiae impoerantur pro arbitrio Judicis spectata qualitate Personae, & facti, itaut si Blasphemiam sit excessive execrabilis, & enormis, etiam poena ultimi supplicii, seu mortis infligi possit, ac debeat a Judice; Clarus §. *Blasphemia num. 3.* Menoch. de *Arbitr. Judic. cas. 375. num. 20.* Farinac. in *praxi crim. lib. 1. tit. 4. q. 20. n. 66. & 67.* & alii.

26. Ad hoc autem, ut Blasphemi ordinariis poenis a Jure statutis subiaceant, debent deliberare, & plena advertentia Blasphemias proferre. Si enim aliquis in ebrietate, vel iracundia ex gravi, & iusta causa ortum habente blasphemaret, non rigore poenae a Jure statuta, sed mitius arbitrio Judicis puniri deberet; Farinac. *prax. Criminal. lib. 1. tit. 3. q. 24. num. 47.* Clarus §. *Blasphemia n. 6. & 55. fin. q. 6. n. 9.* Menoch. de *Arbitr. Jud. cas. 375. n. 33.* cum communi aliorum; arg. cap. *Statuimus 2. de Maledicis*, ibi: *Linguam in Blasphemiam publice relaxare praesumpserit*, quod importat deliberationem, & plenam advertentiam, quam Ebrii, & Iracundi non habent, cum nesciant quomodo, & quid agant. Fuit autem dictum „ notanter; *Vel iracundia ex gravi, & iusta causa ortum habente*, ut si quis V. G. ab hoste injuste invasus, vel uxorem in adulterio deprehendens accensus blasphemet; Nam iracundia exlevi, seu injusta causa orta non excusat Blasphemantem a poena ordinaria. Si quis enim V. G. iuste privatus aliquo Officio, vel ob perditam in ludo pecuniam, iracundia accensus blasphemet, debet subiacere poenae ordinariae a Jure statuta. Abbas in cap. *Statuimus 2. de Maledicis n. 6.* Clarus *cit. q. 60. n. 9.* Farinac. *loc. cit. n. 43. & 49.* Pirhing. *lib. 5. tit. 26. n. 11.* Reiffenstuel *ibid. num. 25.* & alii passim.

31. Judex competens Blasphemiae Haereticalis, seu habentis conjunctam Haeresim, est solus Ecclesiasticus; cap. *Ut inquisitionis 18. §. prohibemus, de Haereticis in 6.* ibi: „ Prohibemus quoque districtis Potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus, eorumdemque Officialibus praedictis, ne „ ipsi de hoc crimine (cum sit mere Ecclesiasticum) quoquo „ modo cognoscant, vel judicent. „ Et ratio assignatur in „ adducto textu, videlicet, quia hoc crimen est mere Ecclesiasticum; De Ecclesiasticis autem sola judicat Potestas Ecclesiastica; cap. *Decernimus 2. de iudiciis*, ibi: „ Decernimus ut „ Laici Ecclesiastica tractare negotia non praesumant, sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum Praelati de negotiis Ecclesiasticis (maxime de illis, quae spiritualia esse noscuntur) Laicorum Judicio non disponant; Nec propter eorum prohibitionem Ecclesiasticam dimittant Iustitiam exercere; „ concordat cap. *Quanto 3. de iudiciis, & cap. Si iudex 12. de sententia Excommunicat. in 6.* Judex vero competens Blasphemiae non Haereticalis, seu simplicis potest esse Ecclesiasticus, vel Saecularis; Cum enim talis Blasphemiam sit mixti Fori, ut probat textus in cap. *Statuimus 2. de Maledicis, §. Per temporalem praeterea Potestatem*, & cum pluribus aliis a se citatis Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 51. n. 94.* Datur locus preventioni ita tamen, ut si unus V. G. Judex Ecclesiasticus illam puniat, per hoc non impediatur Judex Saecularis, quin Blasphemum etiam in suo Foro punire valeat; & e contra. Farinac. *loc. cit. q. 20. n. 39.* Pirhing. *loc. cit. n. 14.* Reiffenst. *loc. cit. n. 28.* Quod si Judex Saecularis sit negligens in puniendis Blasphemis, potest ad id compelli a Judice Eccle-

siastico *cit. cap. Statuimus 2. de Maledicis §. Per temporalem praeterea Potestatem*, ibi: *Coactione (si necesse fuerit) Episcopi Dioecetani adhibita contra eum*, & Gloss. ibi: *verb. Contra eum praecisus his verbis: Contra eum, idest Potestatem, & ita habes hic, quod si Judex Saecularis negligit facere Iustitiam, potest compelli per Ecclesiam, & colligitur ex cap. Administratores 26. caus. 23. q. 5. Abbas in *cit. cap. Statuimus num. 9.* & alii passim.*

B O N A .

ARTICULUS I.

Bona Ecclesiastica quoad alienationem, locationem, occupationem, seu usurpationem.

Bona Ecclesiastica sine iusta causa, & debita solemnitate alienari non possunt, cap. *Apostolicos 13. cap. Sine exceptione 52. caus. 12. q. 2. & cap. Cum Laicis 12. de rebus Ecclesiasticis non alienand. Clement. 1. eod. tit. Extravag. Ambitiosa eod. tit. inter Communes, Trid. sess. 25. cap. 11. de reform.* Quae autem veniant nomine Bonorum Ecclesiasticorum, quae sunt iustae causae alienandi, & quae requirantur solemnitates; Vide *verb. Alienare*, ubi late per tot.

Bona Ecclesiastica jam incorporata alienari non possunt sine requisitis solemnitatibus, quamvis sint Ecclesiae ita relicta, & donata, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari, quia cum res legata Ecclesiae, statim Testatore defuncto, efficiatur Ecclesiastica ministerio Legis, dispositio hominis non potest Constitutionem Canonum immutare. Gloss. in cap. *Tua nobis verb. Interdici, de Testament.* Corrad. *prax. Dispens. lib. 9. cap. 7. num. 15.* ubi sic praecise habet: „ Advertendum est tamen, quod sub Pontificatu Urbani VIII. magna desuper orta fuit controversia, nam ita terente casu post multa hinc inde deducta coram bonae memoriae Aegidio Ursino Datario, a pluribus Advocatis informantibus, re etiam ad ipsum Urbanum delata, fuit resolutum negative, nempe prohibitio, nem alienationis rerum Ecclesiae locum sibi vindicare etiam in casu, quo res ita donatur, vel legatur Ecclesiae, ut possit sit alienari sine solemnitatibus, quia nihilominus illae requiruntur, non obstante dicta voluntate, quae tamquam illicita, servanda non est. „ Et sic tenent Quaranta, Barbosa, Donat. Pallerin. Diana, Monacell. & alii jam citati sub *verb. Alienare art. 4. per tot. Vid. ibi, & Cardin. Petram tom. 1. Comment. ad Const. 1. Divi Leonis Magni sect. 4. a num. 25. & tom. 5. comment. ad Const. 5. Pauli II. sect. 2. per tot.* ubi suo more egregie multa habet ad rem.

Bona tamen nondum incorporata relicta Ecclesiae sub expressa conditione, ut vendantur ad aliquem determinatum effectum, V. G. ut ex illorum pretio emantur Calices, Candelabra Argentea, vel Lampades, aut alia ad Dei cultum, vel ut dotentur Virgines, & similia, tunc ante incorporationem possunt alienari sine solemnitatibus, ut sic adimpleatur mens Testatoris. Et a fortiori existente praeepto Testatoris, ut Bona certa, & determinata vendantur, & solvantur debita, non requiritur beneplacitum Apostolicum, quia non sunt Ecclesiastica, nisi deducto aere alieno, & fuerint acquisita dicta Lege. Est communis, & sic declaravit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Imolens. 5. Februarii 1602.* Bona Ecclesiae non incorporata, possunt alienari sine solemnitate ad solvendum es alienum Testatoris. Post incorporationem autem, & non existente dicto praeepto Testatoris, seu etiam existente, sed solum generaliter, ut Bona vendantur, & non specialiter, ut certa, & determinata Bona vendantur, requiritur beneplacitum Apostolicum pro alienatione certorum, & determinatorum bonorum; Et ratio est, quia Ecclesia potest laedi in venditione horum potius, quam aliorum Bonorum, propter quam rationem non potest a pari Tutor alienare Bona Pupilli Haeredis pro solvendis debitis Testatoris sine solemnitatibus, licet ipse Testator mandaverit debita solvi, ut bene Surd. *decis. 77. num. 2.* Gratian. *decis. Marchiae 131. num. 4.* quia intelligi debet, ut fiat servandis, ut ex verbis textus in *l. 1. ff. de rebus eorum*, Gratian. *loc. cit. num. 5.* & ut non requirantur solemnitates, necesse est, ut Testator mandaverit alienari certam, & determinatam rem pro debitis solvendis, nam si facultas fuerit generalis, & indeterminata, requiruntur solemnitates, quia potius in una, quam altera re vendenda, potest dari laesio, ut bene Gratian. *loc. cit. num. 7. & 8.* Surd. *conf. 151. num. 18. vers. Ex his*

(*) Consule Epistolam 11. P. Danielis Concina ad Ill. D. Reverend. Episcopum N.N. adversus librum inscriptum: *Dissertatio in Casus reservatos Venetae Dioeceseos.* Ad Calcem Compendii Theologiae Christianae.

his, & decis. num. 2. & seq. Petra loc. cit. num. 58. & Rota par. 12. recent. decis. 355. & part. 19. tom. 2. decis. 579. numer. 27. & 28. Hinc Ecclesia haeres debitoris in scutis tot, nequit assignare pro credito certum, & determinatum fundum sine Beneplacito Apostolico, non existente praeccepto Testatoris de tali certo, & determinato fundo assignando, quia potest Ecclesia ladi, vel in assignatione, vel circa pretium, unde in simili casu Sac. Congreg. Concil. in un. Policastro. 5. Julii 1681. ad dubium: An Ecclesia, seu Capella possit sine Beneplacito Apostolico ad hujusmodi assignationem devenire? respondit negative, sed Episcopos absolvat, & convalescat contra-ctum, quia aderat utilitas.

3 Sine Beneplacito Apostolico alienari possunt Bona immobilia relicta Monasterio, seu Ecclesiae incapax ea retinenda, ut sunt Monasteria Ordinis Minorum de Observantia S. P. Francisci, Reformatorium, Capucinorum, Clericorum Regularium, seu Theatinorum; & Domus Professae Societatis Jesu, Et ratio est, quia talia Bona immobilia non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem ejusdem. Ex Clementin. Exvi. de verb. Significat. & ex cap. Exit qui seminat. §. Ad haec quia, de verb. significat. pro Minoribus; & ex speciali etiam Decreto Sacrae Congregationis, quae 12. April. 1725. censuit Fratres Minores de Observantia non comprehendendi sub prohibitione alienandi Immobilia, Census, & Annuus redditus, & ex Decreto Sacrae Congreg. Concil. pro Theatinis, ut refert Donatus tom. 1. part. 2. tract. 4. q. 67. his verbis: Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Trident. interpretum censuit, Religionem Clericorum Regularium Theatinorum quandiu Institutum superius propositum retineat, quoad Bona immobilia non comprehendendi in prohibitione nuper edita de rebus Ecclesiae non alienandis. Ipsi enim omnes, cum neque in communi Bona immobilia, ut agris, vineas, & similia possunt possidere, si quae talia eis legentur, possunt ea vendere sine Juris solemnitate, & pretium expendere in necessitatem, ac utilitatem Ecclesiae, vel Monasterii, ut concessit nostro Ordini de Observantia Clemens VII. 23. Novembris 1526. in Comit. incip. Nuper. Vide tamen verb. Syndicus num. 19. & tene, ut ibi. Bona Ecclesiastica sine Beneplacito Apostolico possunt locari solummodo ad triennium cit. Extravag. Ambitiosa, de rebus Ecclesiasticis non alienandis inter communes.

10 Hoc triennium debet intelligi de tribus annis fructiferis; ita ut si alicubi praedia locata fructificent solum singulo biennio, possunt locari ad sex annos; & si fructificent solum singulo triennio, possunt locari ad novem annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus, cum Constitutio Ambitiosa respiciat fructus triennales, non autem temporis spatium sine fructu; tunc enim unum biennium, seu triennium semel tantum fructiferum unico aequivalet anno, ut decidit Rota Romana 19. Junii 1684. in una Tiburtina assistus, part. 20. decis. 219. num. 7. Glo. fin. in leg. Item quaeritur §. Qui impleto, prope finem vers. Item quod si in rusticis, & sic Bartol. Bald.

11 Donatus, & alii passim. Locatio autem rei fructificantis singulis annis facta ad sexennium v. g. aut ad novennium simpliciter, & indivisibiliter, est nulla, & invalida etiam pro primo triennio; sic decidit Rota Romana 1. Junii 1612. in Aretina Bonorum part. 3. decis. 435. num. 3. plures allegans Doctores; Nec refert, dicit Rota, quod quamplures teneant contrarium sententiam, quia non videtur recedendum a praedicta opinione, quam Rota uti veriore pluribus approbavit, ut in causa Romana de revolutionis Domus 4. Februarii 1583. coram D. de Rubels, & in alia Placentina decimarum 2. Junii 1586.

12 & in alia Brixien. Locationis 5. Decemb. 1586. Si vero locatio fiat ad sexennium, aut novennium divisibiliter ad primum, & secundum, aut tertium triennium, & uno triennio elapso semper liberi remaneant contractantes, tunc valet, & tenet locatio pro primo triennio, quia talis locatio non censetur facta in fraudem legis, sed solummodo ad evitanda incommoda, & expensas in retracts contractibus, & scripturis; & sic tenet Barbosa de Offic. & Potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. numer. 10. & sequent. Gutierrez, Engel, & alii passim, & sic decidit Rota 27. Februarii 1640. decis. 826. coram Merlino.

13 Bona Ecclesiastica occupantes, seu usurpantes quicumque sint, incurrunt Excommunicationem ipso facto Papae reservatam cap. Conquestus 16. de Foro Competenti. ibi: Cum autem valde sit iniquum, ut ea, quae collata sunt pro remedio peccatorum Venerabilibus Ecclesiis vel relicta, aut eis iustis merito alias acquisita, aliis usibus applicari, propter quod merito invidiosum ipsarum rerum, tamquam sacrilegi, sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi.

Et licet ex hoc canone Excommunicatio sit tantum ferenda sententiae, ut clare conlat ex textu ibi: Mandamus quatenus si tibi constiterit de praemissis, monitione praemissa per censuras Ecclesiasticas cessare ipsos ab hujusmodi, & satisfactione de praeteritis damnis, & injuriis, appellatione remota, compellas, & tenent communiter Doctores cum Gonzalez ad cit. c. p. Conquestus numer. 2. Pirring. lib. 5. decretal. tit. 39. de sententia Excommunicat. sect. 3. §. 6. num. 99. & Suarez de Censur. disp. 22. num. 4. Tamen Excommunicationem latae sententiae, & Papae reservatam incurrunt ex Trid. sess. 22. cap. 11. de reformat. ibi: Si quem Clericorum, vel Laicorum, quicumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali prefulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiae, seu cujusvis saecularis, vel Regularis Beneficii, Montium pietatis, aliorumque piorum locorum Jurisdictiones, Bona, Census, ac Jura etiam Feudalia, & Emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quaecumque obventiones, quae in Ministrorum, & Pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios vi, vel timore inculso, seu etiam per suppositas Personas Clericorum, aut Laicorum, seu quacumque arte, quocumque quaesito colore in proprios usus convertere, illoque usurpare, praesumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos Jure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu subiaceat, quandiu Jurisdictiones, Bona, Res, & Jura, Fructus, & Redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositae Personae pervenerint, Ecclesiae, ejusque Administratori, sive Beneficiario integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtulerit. Et similiter eam incurrunt ex Bulla Coenae §. 17. ibi: Quive Jurisdictiones, seu Fructus, Redditus, & Proventus ad Nos, Sedem Apostolicam, & quacumque Ecclesiasticas Personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expressa licentia sequestrant.

Excommunicationem latam contra usurpantes Bona Ecclesiastica incurrunt; Primo omnes Jurisdictionem Ecclesiasticam sibi tamquam propriam usurpantes. Suarez tom. 5. de Censuris disputat. 21. sect. 2. n. 95. Duard. lib. 2. in Canon. 17. q. 3. n. 13. Filiuc. tract. 16. cap. 8. q. 10. n. 219. Barbosa in Trident. sess. 22. cap. 11. n. 3. & alii communiter. Secundo, omnes sequestrantes, vel surripientes inique fructus alicujus Beneficii. Suarez loc. cit. n. 98. Duard. loc. cit. q. 2. nu. 5. vers. 1. & 6. Bonacina de Censuris qu. 18. punct. 4. n. 9. Barbosa loc. cit. nu. 4. & alii passim. Tertio, omnes sequestrantes, vel usurpantes quotidianas distributiones. Duard. cit. Canon. 17. qu. 4. n. 12. & seq. Bonac. loc. cit. qu. 18. punct. 4. n. 8. & de Horis Canonis disp. 2. qu. 2. punct. 1. n. 2. Barbosa loc. cit. n. 5. & alii. Quarto, omnes usurpantes Fructus, Redditus, vel Proventus Ecclesiae, seu Beneficii vacantis, & Papatus Sede vacante. Petra tom. 1. Comment. ad Constituta Leonis IX. sect. 1. n. 9. Suarez loc. cit. sect. 2. n. 97. Valer. Reginald. in praxi for. Penitent. lib. 9. cap. 25. n. 352. Duard. loc. cit. qu. 12. Barbosa loc. cit. n. 8. & alii passim. Quinto, omnes usurpantes glandes, Oleas, Silvas, Faenum, Triticum, Uvas, Pensiones Domorum, vel Praediorum, Census, Decimas, & alia ad Ecclesiasticas Personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, vel Beneficiorum pertinentia. Bonacina loc. cit. qu. 18. punct. 2. n. 8. Duard. Uolin. & Barbosa loc. cit. n. 6. & alii. Sexto, omnes vi, aut clam arbores alieni Beneficii cadentes, & usurpantes; Bonacina loc. cit. qu. 18. punct. 4. nu. 4. Barbosa loc. cit. nu. 10. & alii cum Pignatell. tom. 7. consult. 11. n. 5. ubi dicit sic declarasse Sac. Congr. Conc. in Ferebrana his verbis: Hoc decretum non habet locum, quando Dominus Beneficii cedit arbores fructiferas, & illas ad commodum proprium convertit, sed procedit in cadentes arbores animo ferandi. Septimo, omnes impediens quominus recipiantur ab iis, ad quos pertinent, proventus Ecclesiarum vel piorum locorum. Del bene tom. 1. cap. 3. dub. 4. sect. 2. Petra loc. cit. n. 39. ubi refert sic declarasse Sacram Congreg. his verbis: Usurpantes Bona, vel proventus Ecclesiarum, vel piorum locorum, vel occupantes, vel impediens, quo minus recipiantur ab iis ad quos pertinent. Et Ecclesiastici consentientes incidunt in Canonem Bullae Coenae, & penas Conc. Trident. sess. 22. cap. 11. Octavo, Excommunicationem incurrunt omnes sive publica sive privata auctoritate bona, seu Jura Ecclesiastica usurpantes; Duard. lib. 2. cit.

24 Nono, omnes etiam Ecclesiastica Bona, seu Jura Ecclesiastica usurpantes. Pignatell. loc. cit. Petra loc. cit. num. 19. Uolin. loc. cit. Duard. loc. cit. & alii, & colligitur in cit. §. 7. Bullae Coenae ubi dicitur: Quive, id est quicumque & habetur expresse ex Tridentino loc. cit. ibi: Si quem Clericorum. Immo ex Tridentino Clerici ultra Excommunicationem privantur Beneficiis obtentis, siunt inhabiles ad alia consequenda, & sunt suspendendi a suorum Ordinum executione, ibi in fine: Clericus vero, qui nefandae fraudis, & usurpationis hujusmodi Fabricator, seu consentiens fuerit, eidem poenis subiaceat, nec non quibuscumque Beneficiis privatus sit, & ad quaecumque alia Beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum Ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarii arbitrio suspendatur. Petra loc. citat. numer. 17. Barbosa loc. citat. numer. 15. cum multis ab ipsis citatis. Decimo, omnes Ecclesiastici consentientes occupationi, vel usurpationi bonorum Ecclesiasticorum, incidunt in Excommunicationem Concilii, & Bullae Coenae. Del bene tom. 1. cap. 3. dub. 4. sect. 2. Petra loc. cit. num. 39. Barbosa loc. cit. numer. 15. & Sac. Congreg. supra adducta num. 22. ibi: Et Ecclesiastici consentientes, incidunt in Canonem Bullae Coenae, & penas Concil. Trident. sess. 12. cap. 11. Undecimo, omnes supradicti incurrunt Excommunicationem latam in Concilio Tridentino, & in Bulla Coenae contra usurpantes Bona, seu Jura Ecclesiastica, solummodo quando sciunt praedicta Bona usurpata, seu occupata esse Ecclesiastica. Alter. tom. 1. disp. 18. de Excom. Bullae Coenae cap. 1. Barbosa loc. cit. n. 12. Navar. in Manual. c. 27. n. 9. & 76. Sperell. decis. 105. n. 19. & seq. & decis. 129. n. 8. & sequent. & late Pignatell. tom. 7. consult. 11. per totam, & tom. 9. consult. 11. num. 1. & plurimi alii penes ipsos, & Colligitur ex Concil. Trident. loc. cit. verb. usurpare praesumpserit, ex quo probatur non intrare ejus dispositionem sine dolo. Dec. cons. 37. num. 8. Menoch. cons. 767. num. 10. Alter. de Censuris lib. 5. disp. 22. quest. 2. vers. quantum spectat; ideoque quilibet ignorans excusatur, cum praesumptio dolum importet. Idem Alter. tom. 2. de suspens. disp. 11. cap. 5. col. 6. & usurpatio aliud non significat, nisi scienter rem alienam sibi adscribere; Alter. tom. 1. disp. 18. de Excommunic. Bullae Coenae cap. 1. col. 4. Pignatell. cit. tom. 7. consult. 11. num. 2.

28 Excommunicationem latam contra usurpantes Bona, & Jura Ecclesiastica non incurrunt: Primo, usurpantes fructus, quos Sacerdos percipere solet ex bonis patrimonialibus, ad quorum Titulum promotus est ad Sacros Ordines, quia illi fructus non competunt illi ratione Ecclesiarum, vel Beneficiorum Ecclesiasticorum. Navar. in Manual. cap. 27. n. 71. Savr. de Censuris lib. 3. cap. 21. n. 4. Anton. de Soula in relect. Bullae Coenae cap. 18. disput. 86. n. 3. Filiuc. tract. 16. cap. 8. n. 218. q. 9. Bonacina de Censur. q. 18. punct. 2. n. 23. Barbosa loc. cit. n. 7. & alii. Secundo hanc Excommunicationem non incurrunt ii, qui Clerico tantum ex fructibus Beneficii subtrahit, quantum respondet suo credito, modo summam sui crediti non excedat. Navar. conf. 31. de sentent. Excommunicat. Alter. lib. 5. disput. 18. capit. 1. col. 4. Filiuc. tractat. 16. cap. 8. quest. 11. num. 227. Bonacina loc. cit. quest. 18. punct. 3. n. 6. Barbosa loc. cit. num. 9. & alii. Tertio, probabiliter credentes Bona Ecclesiae ad se pertinere, si illa occupent, non incidunt in Excommunicationem Bullae Coenae, & Concil. Trident. quia ad hanc incurrendam requiritur certa scientia, quod res occupata sit Ecclesiae, unde eam non incurrunt occupantes, qui Bona Ecclesiae praetendunt esse sua aliquo Jure, quia tunc nec direptio, nec usurpatio cadit in rem, ut Ecclesiasticam, & sic cessat Censura, tam Concilii, quam Bullarum, ad quam incurrendam requiritur dolo ex proposito. Alter. tom. 1. disput. 18. de Excommunic. Bullae Coenae cap. 1. col. 4. Sperell. decis. 105. num. 19. & seq. & decis. 129. num. 8. & seq. Navar. in Manual. c. 27. n. 9. & 76. & late Pignatell. tom. 7. consult. 11. per totam, & tom. 9. consult. 11. num. 1. cum multis ibi a se citatis. Ex e ratione praesertim, quia Concilium loc. cit. loquitur cum verbo praesumere ibi, praesumpserit, quod importat ingentem temeritatem, quae non reperitur in eo, qui non est in dolo, & nescit Bona esse Ecclesiae, vel habet titulum ea occupandi. Raynald. observat. crimin. in supplet. ad cap. 7. supplet. 9. n. 5. & usurpatio nihil aliud significat, nisi scienter rem alienam sibi adscribere. Alter. tom. 1. disp. 18. de Excommunic. Bullae Coenae cap. 1. col. 4. Pignatell. tom. 7. consult. 11. num. 2. Quarto, Fures, Milites, & hujusmodi surripientes Bona Ecclesiae Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

non incurrunt Excommunicationem Bullae Coenae, & Concilii; Ipsi enim non advertunt, an Bona sint Ecclesiae principaliter, sed tantum agunt, ut sibi contulant, nec cum armis, aut vi agunt. Ita Petra loc. cit. num. 14. & Pignatell. tom. 7. consult. 11. num. 9. ubi ait esse communem Doctorem sententiam, & dicit sic censuisse Sacram Congregationem Concilii in Sorana 27. Februarii 1595. his verbis: Fures surripientes res Ecclesiae, vel locorum piorum non incurrere Excommunicationem Bullae Coenae, neque Concilii, neque qui debita non solvunt, licet possint, ut in Cajetana 15. Novembris 1659. Factum autem committentes intra Ecclesiam sunt ipso Jure Excommunicati Excommunicatione lata in cap. Conquestus 22. de Sententia Excommunicat. dummodo tamen simul concurrat janua, aut muro effractio, itaut unum sine altero non sufficiat, sed debet intervenire & furtum, & fractura, ut recte observant Gonzalez in ipso cap. Conquestus n. 2. & in cap. Ex litteris, de Furtis, Azorius institut. moral. part. 1. lib. 9. cap. 27. quest. 10. Farinac. quest. 72. Navar. in Bullar. comment. 115. num. 16. Petra loc. cit. num. 5. & alii. Quinto, Excommunicationem latam contra usurpantes Bona Ecclesiastica non incurrunt ipsa alienantes sine solemnitate, quia isti non dicuntur fures, & latrones, nec usurpatores, sed potius mali administratores, contra quos adiunt specialia Jura eos multantis; cap. Cum Laicis 12. de rebus Ecclesiasticis non alienandis, Clementin. 1. eod. Titul. Extravagant. Ambitiose eod. Titul. inter communes. Petra loc. cit. Pignatell. & alii. Reliqua de Bonis Ecclesiasticis vid. verb. Alienare.

Supplementa auctoris e II. Editione.

Leges observandae in concedendis locationibus bonorum Camerae Apostolicae fuisse traduntur a Benedicto XIV. tom. 1. Constitut. 65. incip. Essendo. Vide ibi per tot. ubi multa ad rem. Bona de directo Dominio Ecclesiae cadentia sub concursu pendente in Curia Laicali contra Laicum debitorem, quomodo executari, subhastari, & deliberari debeant, assignatur ab eodem Summo Pontifice Constit. 115. incip. Romanae Curiae §. 26. Vide ibi, ubi multa scitu digna.

Bona Camerae Apostolicae devoluta, in emphiteusim, aut Feudum iterum concedi nequeunt ab ullo, praeterquam a solo Romano Pontifice. Idem tom. 2. Constit. 50. incip. Concreditum. Neque restitutiones in integrum adversus caducitates incurias, nec purgatio morae, nec condonationes, aut compositiones super repositionibus non solutis, ab aliis concedi possunt, & signanter a Cardinalibus Provinciarum Legatis. Idem ibid.

Si tamen investitura ea lege concessa sint, ut renoventur post certum tempus, Legati, & Provinciarum Praefides adveniente termino, valent renovationes concedere. Idem ibid. Item si possessoribus indultum reperitur, ut ea bona alienare possint de consensu Camerae, iidem conceditur, ut consentium, nomine Camerae praestare possint. Idem ibid. In casibus autem dubiis, decisio Romani Pontificis expectanda est. Idem ibid.

Bona reorum, statim ab initio inquisitionis, si indicia graviora suppetant, describi debent, eaque descriptio in processu inferi debet, & Commissario Camerae intimari, ut Camera Apostolica, post eorum condemnationem, viatica, aliaque expensas repetere possit. Idem Constitut. 44. incip. Rerum humanarum. Et si id in Commissionibus Tribunalis Cardinalis Vicarii, & A. C. neglectum fuerit, Judices, & Notarii nihil pro viaticis, & cibariis a Camera Apostolica repetere poterunt. Idem ibid.

Novae additiones ex aliena manu.

Referri ad bona Ecclesiastica debet omne illud, quod est in Ecclesiae patrimonio jure quocumque, & ex quo redditus Ecclesiae augentur; Bohemer. in jure Paroch. sect. 5. §. 7. Sunt autem bona Ecclesiae in duplici differentia, vel communia, vel mensalia, ut explicui in additione ad verbo. Alienatio art. 1. Usus autem hujus divisionis, obtinet tum in materia alienationis, ut inibi monui, tum in materia praescriptionis, ut in loco dicitur; Vide interim Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 26. §. 25. & sequent. Initio tertii saeculi sub Urbano I. Ecclesiam bona stabilia possidere coepisse autumat Petrus Muller. disput. de bon. Parochial. cap. 2. thes. 1. innixus epistola ejusdem Pontificis relat. a Gratiano in cap. Attendendum cap. 16. qu. 4. At epistola haec tantum

quam apocrypha rejicitur a Zieglero de dote Eccles. cap. 3. §. 7. tum a Schookio de bon. Eccles. sect. 1. cap. 2. Rectius meo iudicio Lincii. de orig. Templor. cap. 11. num. 113. Hisce tribus seculis (inquit) potissimum ex bonis mobilibus Ecclesia sustentata est. Nequaquam enim durante persecutione estu temporum illorum conditio Ecclesie, ut pradia, & fundos possideret, permisit. Ideoque ante tempora Constantini Magni bona Ecclesiastica in mobilibus ferme consistebant, ut de possessione rerum immobilium vix certi aliquid esse possit.

6 Modi, quibus Ecclesia bona acquirit, varii sunt. Aliquos hic tangemus. Inter vivos acquirit bona Ecclesia donatione; & duplici quidem modo, vel quatenus Ecclesia adhuc est extruenda, vel quatenus jam extructa est. Prior modus in specie dicitur *dotatio*, posterior vero *donatio*, quatenus sit ab alio, quam ab ipso Patrono, ex libera voluntate nullo jure cogente.

7 Circa donationem olim hoc singulare obtinebat, quod quum alia donationes sine insinuatione usque ad ducentos solidos tantummodo valerent, L. 34. cod. de donat. hæc cum aliis in pias causas factis etiam non munita insinuatione ad quingentos usque solidos valerent *cit. L. §. 1. L. Illud quoque C. de SS. Eccles.* Sed postea in L. 36. cod. de donat. hoc omnibus donationibus in genere tributum est, ut possint absque insinuatione fieri usque ad quingentos solidos. Hinc non immerito quaesitum est, an donatio facta Ecclesie post hanc legem privilegium suum amiserit, nihilque amplius singulare retineat. Vide contrarias inter se opiniones apud Harprecht. in addit. ad Clar. §. donatio quest. 17. verb. *Hodie tenendum est*, tum apud Bohemer. injure Parochial. sect. 5. cap. 1. §. 12.

8 Plura alia singularia locum habent in donatione facta Ecclesie. I. Quod acceptationem non desideret a parte Ecclesie. II. Quod dominium rerum donatarum sola donatione absque traditione in Ecclesiam transeat. III. Quod fieri Ecclesie possit donatio bonorum omnium presentium, & futurorum; Bohemer. d. loco §. 13.

14 Quod vero concernit dotationem, ad eam tenetur, qui Ecclesiam extruit, itaut Episcopus consentire nequeat in extruentionem Ecclesie; nisi prius constet de dote, & ea que ad conservationem ipsius sufficiente, Gonzal. in cap. 8. num. 1. de consecr.

15 Eccles. Ziegler. de dot. Eccles. cap. 6. §. 3. Quod si Episcopus extruentionem Ecclesie permiserit sine congrua dote, nec extruens eam præstare possit, ad ipsam tenetur ipse Episcopus; Stryk. ad Jus Eccles. Brunemann. lib. 2. cap. 8. §. 7. Bohemer. d. loc. §. 15.

16 Dos vero Ecclesie quanta esse debeat, tum in quibus rebus consistere alibi tradetur; Confer Bohemer. d. loc. §. 15. Dos vero Ecclesie quanta esse debeat, tum in quibus rebus consistere alibi tradetur; Confer Bohemer. ubi supra §. 16. & sequent.

17 Per ultimam voluntatem etiam acquiruntur varie Ecclesiis bona, & potissimum per testamentum, quod vocatur ad *pias causas*, plura habens privilegia. De eo itidem alibi erit agendi locus; Consule, si lubet eundem Bohemer. pluribus citato loco a §. 18. ad plur. sequent.

18 Bona Ecclesie, nisi de alio titulo doceatur, titulo dotis acquisita censentur; Rota in Ferrarien. Decimarum 16. Aprilis 1728. cor. clar. mem. Millin. ubi & de usu hujus observationis.

19 Bona Ecclesie invasa ab hostibus, & a Catholico Rege iterum recuperata; an possint ab eodem donari alteri, quam antequo domino, maxime quando de tempore recuperationis & donationis, idem antiquus Dominus a Fide Orthodoxa discesserat? Itemque an possint applicari Regio Fisco, & quatenus negative, an sufficiat illa donare alicui Religioni? Vide Rot. in Polocen. bonorum 21. Januarii. 1726. & 4. Decembr. ejusd. anni cor. bon. mem. Cornelio.

ARTICULUS II.

Bona Ecclesiastica quoad eorum Immunitatem.

1 Bona Ecclesiastica quantum ad præsens spectant, in triplici genere possunt considerari; Bona Ecclesiastica primi generis sunt ipsamet Ecclesie materiales, seu templa ædificata, adjuncta cœmeteria, item vasa sacra, vestes, paramenta, & alia hujusmodi, sive consecrata, sive benedicta ad Divinum cultum tamquam ejus instrumenta legitime deputata. Et bona Ecclesiastica hujus primi generis ex communi omnium Doctorum sunt immunita, & exempta ab omni Jurisdictione Laicali, & ab omnibus oneribus, tributis, & exactionibus, quia hæc

bona nullam temporalem utilitatem habent, que in æstimationem venire possit; cum enim ad Divini cultus ministerium, tamquam consecrata, vel benedicta sint dedicata, nullis aliis, usibus humanis, ac profanis applicari possunt; arg. C. *Que semel 4. caus. 19. q. 3. cap. Ligna 38. de consecrat. dist. 1. & cap. semel 51. de R. J. in 6. ibi: Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.* Bona secundi generis sunt Ecclesiarum, & Beneficiorum bona temporalia a Fundatoribus, vel aliis Fidelibus ad Dei honorem oblata, seu donata, ut a Prelatis Ecclesiarum tamquam administratoribus, vel ab ipsis Beneficiatis in pios usus, puta Ecclesie ornatum, Ministrorum, & pauperum sustentationem convertantur. Et hæc bona hujusmodi generis non sunt immunita, & exempta ab oneribus, & tributis mere realibus, que sine habitudine ad Personarum qualitatem sunt perpetuo, certe, & invariabiliter ipsi bonis, propter bona, imposita, antequam ad Ecclesiam transirent, vel Bona Ecclesiastica essent effecta. Et ratio est, quia Bona, & res transeunt cum onere suo; cap. *Ex litteris 5. de pignoris, ibi: cum bona suo onere transferrantur a quemlibet possidentem; & cap. Cum non sit 23. de Decimis, ibi: Quoniam res transit cum suo onere, & manifestum est, eum, qui venditione, donatione, Legato &c. rem quampiam in Ecclesiam transfert, præjudicare non posse Juri alterius, quod in re illa habet, nam sua quisque rei moderator, atque arbiter est, & non alienus; l. in re mandata 21. Cod. Mandati.* Et sic tenent communiter Doctores, teste Fagnan. in cap. *Non minus 4. de Immunit. Ecclesiastica num. 9. & expresse Rotam Brundusina Gabellæ 13. Februarii 1604. coram Penia, & præsertim in Barchinonens. Exemptionis 20. Junii 1635. coram Coccino.* Et sic etiam expresse loquitur textus in cap. *Tributum 22. caus. 23. qu. 8. ibi: De exterioribus Ecclesie, quod constitutum antiquitus, est... persolvendum est, ubi Rota cit. dec. 339. num. 57. par. 6. recentior. explicat ly Antiquitus, nempe illud, quod constitutum est antequam ad Ecclesiam pervenerint prædia. Nec etiam Bona Ecclesiastica hujus secundi generis sunt immunita, & exempta a pensionibus, & prestationibus, quas Fundatores Ecclesiarum, & Beneficiorum cum consensu Episcopi in fundatione, sibi vel aliis moderata reservarunt; nam hujusmodi pacta, sive conditiones debent necessario observari, ut aperte colligitur ex cap. *Verum 4. de Conditionibus appositis, cap. Cum dilecti filii 6. de Donationibus, & cap. Præterea 23. de Jurpatronatus, & Gloss. ibi verb. Institutos, & ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. ubi sic expresse habet: „Ratio postulat, ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur; quando igitur ex beneficiorum, quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu certa illi onera sunt injuncta in Beneficiorum collatione, seu in quacumque, que alia dispositione, eis non derogetur; Vide verb. Beneficia quomodo erigenda art. 2. §. 3.**

Bona autem hujus secundi generis postquam sunt effecta Ecclesiastica sunt immunita a Tributis, & Oneribus Laicibus de novo imponendis; arg. cap. *Non minus 4. capit. Adversus 7. de Immunit. Ecclesiastica. cap. Quia nonnulli 1. de Immunit. Ecclesiastica. in 6. Clement. unic. cod. tit. cap. Quamquam 4. de Censibus in 6. cap. Nulli 3. caus. 12. quest. 2. cap. Secundum 24. causa 23. quest. 8. ibi, Secundum Canonicam auctoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de Ecclesiasticis agro Nullus quemquam Presbyterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cujuslibet Ordinis, vel Dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem; quod si fecerit, communicatione usque ad satisfactionem privetur, & Regia potestate dare cogatur. Et concordat expresse Jus Civile Authent. Item Nulla, Codic. de Episcop. & Clericis, ibi: „Item nulla communicationis, vel Persona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis Personis imponere, aut invadere Bona Ecclesiastica præsumat; quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel Imperio contempserint, triplum restituant, & nihilominus Bona Imperiali Banno subjaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur;” Et sic tenent Bald. in l. *Placet num. 10. vers. Postquam autem res facta est Ecclesie, Cod. de Sacrosanctis Eccles. Abbas in cap. Non minus 4. de Immunit. Ecclesiastica. num. 16. Fagnan. ibid. num. 10. & alii**

alii communiter cum Rota part. 16. dec. 339. num. 41. No. 1. sunt tamen hæc Bona Ecclesiastica immunita, & exempta ab oneribus, quæ ratione naturali ipsi rebus incumbunt, ut restituere iter ante domum, & pro rata parietem medium inter domum Ecclesie, seu Beneficii, & Laici, & etiam pro rata solum expensis pro purgatione putei Ecclesie, & toti Vicinitate necessarium. Bart. in l. *Administrationem num. 3. Cod. de Sacr. Eccles. Capol. in tractat. servit. rust. tit. de via, qu. 25. Abbas in cap. Non minus 4. de Immunit. Ecclesiastica. num. 16. vers. Idem dico; Speculat. in tit. de Censibus §. Nunc dicendum.* Non tenentur vero Ecclesie, & Personæ Ecclesiasticæ ad solda dida munera, ut ad terram, & arenam fodiendam, ad fossata contruenda, ad calces coquendas, ad balnearum custodias, & similia, de quibus habentur multa exempla in l. *Munerum 18. usque ad §. Patrimoniorum ff. de muner. & honor. & in l. Maximarum, Codic. de excusat. Munerum, ibi: Novarum etiam collationum, & sordidorum munus immunitatem acceperunt; ne, ut paulo infra ibidem dicitur ex l. Placet, Cod. de Sacrosanctis Eccles. ne prædia usibus Celestium secretorum, dedicata sordidorum munus fecerint; Et sic communiter Doctores cum Fagnan. loc. cit. num. 14. & 15.*

11 Bona Ecclesiastica tertii generis sunt Bona Ecclesiarum, & Clericorum propria titulo aliquo temporali V. G. emptione, inventione, hæreditate, donatione, arte, labore, aut alio similitudo acquisita. Et hæc pariter gaudent Immunitate ab omnibus oneribus, & exactionibus Laicibus modo supra dicto de bonis secundi generis; habetur aperte ex cap. *Adversus 7. de Immunit. Eccles. cap. Quamquam 4. de Censibus in 6. cap. Quia nonnulli 1. de Immunit. Eccles. in 6. Clement. unic. tit. eodem lib. 2. Authent. Item nulla Communis, Cod. de Episcop. & Cleric. Nam his Juribus universum prohibetur, ne Ecclesiasticis Personis tallie, collectæ, aut alie quæcumque exactiones imponantur, quia Ecclesiasticæ Personæ, & res earum a Secularium Potestatum exactione immunes esse oportet, ut habetur apertissime; in cit. cap. *Quamquam, ibi: Cum igitur Ecclesie, Ecclesiasticæque Personæ, ac res ipsarum, non solum Jure humano, quin & Divino a Secularium Personarum exactionibus sint immunes.* Et paulo infra asseritur in specie, res etiam proprias Personarum Ecclesiasticarum esse exemptas, ibi *Nec ad exhibendum, vel solvendum talia pro rebus suis propriis.* Et clarissime de omnibus Bonis legitime acquisitis, & acquirendis ab Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis loquitur textus in cap. *Quia nonnulli 1. de Immunit. Eccles. in 6. ubi postquam Pontifex contra quosdam Dominos temporales conquestus est, quod ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis Personis exigant collectas, tallias, & alia similia onera prætendunt, prætextu Bonorum, quæ ad Ecclesias, & Personas Ecclesiasticas pertinent, statuit præcite, ut sequitur: „Volentes itaque (prout expedit) sollicite providere, totque temerariis abusibus, congruis præsidii obviare, auctoritate Apostolica, præhabita cum Fratribus nostris diligenti deliberatione decernimus, non licere præfatis Communitis, Scabinis, & his, qui in eis Jurisdictionem temporalem obtinent, vel Justitiam temporalem exercent, tallias, & collectas, seu exactiones quæcumque Ecclesiis, vel Personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis, vel quibuscumque possessionibus ab eisdem Ecclesiis, vel Personis Ecclesiasticis legitime hæcenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam si ipsæ Ecclesie, vel Personæ, vel res hujusmodi sint intra illarum districtum, vel territorium constitutæ. Nec etiam licet illis ipsas Ecclesias, vel Personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum acquisita jam, vel que deinceps acquirunt, aliquatenus coarctare;” Et quoad**

12 Bona patrimonialia sic pluries declaravit Sacra Congregat. ut refert Pignatell. tom. 2. consult. 54. *Patrimonium Clerici exemptum instar bonorum Ecclesiasticorum, Sac. Congr. in Tricaricen. 14. Novembris 1603. Patrimonium Sacerdotum gaudet exemptione a gabellis Sac. Congregat. Immunitatis in Camerinen. 24. Martii 1627. Bona Patrimonii Clericorum sunt etiam exempta ab oneribus Cameralibus, Ead. Congreg. in dicta Camerinen. 7. Octobr. 1631.* Et ratio est clara, quia solum tributa &c. est proprium subditorum, cum id sit verum signum subjectionis, ut testatur Apostolus ad Roman. 13. num. 5. ibi: *Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, ideo enim & tributa præstatis.* Et clarissime habetur ex cap. *Omnis anima 2. de Censibus, ibi: Vos subditi esse debetis, ideo enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subjectionis; Sed Personæ Ecclesiasticæ sunt Immunes a Jurisdictione Laicali, ut fatentur omnes in titulo de Foro competenti, ergo etiam*

ab oneribus, & tributis; Tum quia ex quo Domini Saculares a Clericis, aliisque Ecclesiasticis Personis spiritualia commoda accipiant, æquum non est, ut etiam temporalia ab iis exigant, sed potius tribuant, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. cap. 9. num. 11. ibi; *Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?*

Omnia supradicta Bona Ecclesiastica, tum primi, quam secundi, & tertii generis sunt immunita, & exempta ab omnibus oneribus, & exactionibus Laicibus, nedum de Jure Civili, & Canonico ex citatis, sed etiam de Jure Divino; habetur aperte ex Genes. 47. num. 23. & seq.; *Dixit ergo Joseph ad populos; Enut ceruitis, & vos, & terram vestram Pharaon possidet: Accipite semina, & serite Agros, ut fruges habere possitis; quintam partem Regi dabitis. . . . Ex eo tempore usque in presentem diem in universa terra Ægypti Regibus quinta pars solvitur, & factum est, quasi in legem, absque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit, & refertur in cap. *Non minus 4. de Immunit. Eccles.* ubi idcirco graviter improperatur quibusdam Christianis potestatis secularibus, quod deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui Legis Divinæ notitiam non habeat. Habetur etiam ex primo Esdræ cap. 7. num. 24. ubi Artaxerxes Rex gentilis ad favorem Sacerdotum, & Ministrorum Templi Dei Israel, Decretum Immunitatis edidit ibi: *Vobis quoque (idest Custodibus, & Gubernatoribus) notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathineis, & Ministris Domus Dei, ut vestigal, & tributum, & annonæ non habeatis potestatem imponendi super eos.* Et clarissime habetur ex verbis Christi Matth. 17. num. 24. ibi; *Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis; Dixit illis Jesus: Ergo liberi sunt Filii. Ut autem non scandalizem eos, vade ad Mare, & mitte hamum, & cum piscem, qui prius ascenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies staterem; illum sumens da eis pro me, & te.* En verba Domini luculenter ostendentia exemptionem rerum, & Personarum Ecclesiasticarum. Qui enim nomine liberorum magis censendi sunt, quam Clerici, utpote specialiter in sortem Domini electi, præsertim, quia Petrus tunc totius Ecclesiasticæ status vicem gerebat, teste Divo Augustino *serm. 6. de verb. Apostol.* Neque enim verbum illa intelligi possunt de exemptione solius Christi, seu veri filii Dei, nam illico jussit Christus, ut ad vitandum scandalum Petrus inventum in ore piscis staterem daret pro utroque, sicque uterque de Jure exemptus dignoscatur; Christus quidem, utpote filius Regis Regum; Petrus autem veluti representans Ecclesiam sponfam Christi, Ecclesiasticæque Personas tamquam Domesticas ejus, ac proinde eadem prærogativa cum ipso gaudentes, prout inferunt S. Hieronymus ibi, & S. Augustinus lib. 1. *quest. Evangel. qu. 23.**

Colligitur etiam ex variis textibus Juris Canonici exemptionem Ecclesiarum, ac rerum Ecclesiasticarum, seu Immunitatem realem esse Juris Divini, adstruentibus; Et in primis ex canon. 39. (alias) *Apostolorum & cap. Quisquis Episcopus 19. caus. 12. quest. 2. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de reformat.* cum similibus, ubi res Ecclesiasticæ, utpote Deo dedicate dicuntur esse Dei; illis verbis: *Quæ Dei sunt*, adeoque hoc ipso sunt tempore a Jurisdictione mere Laicali, & quidem Jure divino tamquam res Dei. Accedit textus expressus in cap. *Quamquam 4. de Censibus in 6. ibi: „Cum igitur Ecclesie, Ecclesiasticæque Personæ, ac res ipsarum, non solum Jure humano, quin & Divino a secularium Personarum exactionibus sint immunes, Concordat, cap. Non minus 4. de immunit. Eccles. ibi: In diversis mundi partibus Coniules Civitatum, & Rectores, nec non & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesiis; ut deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui (nota) Legis divinæ notitiam non habebat, Unde, & novissime Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 20. de reformat. expresse contestatur: *Ecclesie, & Personarum Ecclesiasticarum Immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam.* Accedit etiam Jus Civile in l. *Sancimus 33. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* ubi Justinianus Imperator sic expresse ait; *Cur enim non faciamus discrimen inter res divinas, & humanas? & cur competens prærogativa Celesti favori non conservetur?* Et hanc Immunitatem Bonorum Ecclesiasticorum originem habere non solum a Jure positivo, Canonico scilicet, & Civili, sed immediate a Jure divino, decidit expresse Rota part. 6. recent. dec. 339. n. 7. & sequent. Et part. 19. tom. 2. *decis. 493. n. 1. & 2. Quod dicit procedentiam**

- tiam respectu bonorum patrimonialium Clericorum, dicta
 22 dec. 339. n. 23. 24. & 27. part. 6. Et cum ea passim transit Sa-
 cra Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ, ut refertur in ar-
 gumento hujus decisionis. Et expresse tenet cum plurimis a se
 citatis Barbosa *Juris Ecclesiastici Universi. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 3.*
 late Sperell. *decis. 37.* & Fagnan. *in cap. Non minus 4. de Immu-
 nit. Eccl. num. 4.* ubi dicit esse unanimes Canonitarum sen-
 tentiam.
- 23 Hic juvat adducere Sacræ Congregationis Immunitatis Epi-
 stolam omnibus Episcopis Provinciae Mediolanensis die vige-
 simatertia Julii 1652. scriptam tenoris sequentis: „Havendo rap-
 „ presentato a questa Sacra Congregazione il Clero secolare,
 „ e Regolare di cotesta, ed altre Città dello stato di Milano
 „ le novità promosse con Editti, e provisioni Laicali total-
 „ mente ripugnanti all' Immunità, e libertà concessa anche
 „ per ordinazioni Divine alle Persone, e beni Eccle-
 „ stici, perciò con partecipazione della Santità di N. Signore si or-
 „ dina a V. S. con la presente, che non lasci di rimuovere simi-
 „ li pregiudizii, usando dopo le monizioni Pastoralis, i rimedi
 „ in questa materia prescritti da' Sacri Canonis, Concilii, e
 „ Constitutioni Apostolicæ con notificare a tutti i Confesso-
 „ ri, Secolari, e Regolari, che dalle censure che incorrono
 „ per la suddetta causa, non può alcuno assolvere, se non il
 „ Sommo Pontefice, al quale detta assoluzione da' medesimi
 „ Canonis, Concilii, e Constitutioni Apostolicæ, è special-
 „ mente riservata. Così adunque eseguirà V. S. con la dovuta
 „ vigilanza, ed applicazione per compire all' obbligo Pasto-
 „ rale, ed eseguire la Santa mente di sua Beatitudine, e del
 „ seguito si attenderà distinto ragguaglio per riferirlo alla San-
 „ tità S., mentre la prego dal Signore Dio compiuta felicità. „
 „ Di Roma a 23. di Luglio del 1652. Sic ad Litteram reperitur
 „ apud Pignatell. tom. 2. consult. 54. num. 61. ubi varia Sacrarum
 „ Congregationum Decreta in summario relecta adducit, quæ
 „ utpote ad nostrum propositum facientia placet hic, ut jacent
 „ referre; Quamvis tamen aliqua ex ipsis sint jam supra adducta.
- 24 Clerus non potest solvere collectas absque incurfu Censura-
 rum. *Sacr. Cong. Immunit. in Volaterrana 18. Septemb. 1629.*
- 25 Ecclesiastici sunt exempti a solutione collectarum. *Ead. Sac. Congreg. in Firmana 16. Novembris 1630. & in Catha-
 nien. 11. Septembr. 1634.*
- 26 Moniales non tenentur ad collectas per æs, & libram impo-
 sitas pro bonis acquisitis. *Ead. Sac. Congreg. in Feretana 22. De-
 cemb. 1636.*
- 27 Clerici in Minoribus sunt exempti a collectis, etiam si non
 interviant Ecclesiæ. *Ead. Sac. Congregat. in Civitar. Pennen.
 21. Martii 1646.*
- 28 Ecclesiastici viventes simul cum conjunctis, sunt exempti
 a collectis pro portione bonorum ad eos spectante. *Ead. Sac. Congreg. in Aprutina 6. Martii 1635.*
- 29 Vendens Bona Ecclesiasticis, non debet gravari collecta.
Ead. Sac. Congreg. in Callien. 18. Octobris 1628.
- 30 Bona, quæ transeunt ad Ecclesiasticos sunt exempta a
 collectis Laicalibus. *Ead. Sac. Congreg. in Montis Regalis 14. Fe-
 bruarii 1645.*
- 31 Clerici non tenentur ad collectas pro bonis datis. *Ead. Sac. Congreg. in Hieracen. 4. Julii 1645.*
- 32 Pro bonis acquisitis Clerici tenentur solvere onera realia.
*Ead. Sac. Congreg. in Marsican. 26. Junii 1628. in Auximana
 22. Januarii 1629. in Ferentina, & Firmana 9. Novembris
 ejusdem anni, & in Taurinen. 25. Aprilis 1634.*
- 33 Pro bonis acquisitis Clerici non tenentur ad onera Personalia.
Ead. Sac. Congreg. in Albanen. 16. Augusti 1634.
- 34 Pro bonis acquisitis servanda est decisio Rotæ in Brundusina.
*Ead. Sac. Congreg. in Taurinen. 26. Martii 1629. in Faventina 2.
 Julii 1647. in Fanen. 20. Januarii 1637. in Montis Regalis 11.
 Augusti 1638. in Senogallien. 27. Januarii 1634. & in Firma-
 na 11. Augusti 1631.*
- 35 Bona Clericorum pro indiviso cum Fratribus sunt exempta
 pro virili. *Ead. Sac. Congreg. in Viterbien. 6. Dec. 1627.*
- 36 Bulla Pii IV. in statu Urbinatenfium non est in usu, & Clerici
 non tenentur, nisi ad onera Realia; *Ead. Sac. Congreg. in Pisau-
 rien. 29. Jan. 1636.*
- 37 In Nazarena 2. Aprilis 1669. ad tenorem Decretorum, sci-
 licet quod bona assignata pro suscipiendis Ordinibus non gau-
 dent Immunitate a gabellis, donec Clerici non fuerint in Sacris
 constituti. Idem Decretum in Tranc. 4. Maii ejusdem anni, ubi
 etiam quod Ordinarius cognoscere debeat super fraudibus, quæ
 in hujusmodi donationibus committuntur. *Ead. Sac. Congreg.*
- 38 Immunitas Bonorum Ecclesiasticorum non suffragatur bonis

ad Patrem, Matrem, Fratres, Sorores spectantibus. *Ead. Sac. Congreg. in Albanen. 13. Augusti 1634. in Auximana 25. Janu-
 arii 1650.*

Si conjuncti Ecclesiasticorum vivant cum ipsis, & impensis
 eorum, sunt etiam immunes a collectis pro portione bonorum;
*Ead. Sac. Congreg. in Aprutina 6. Martii 1635. & in Hydruntina
 14. Junii 1630. & in Capen. 27. Aprilis 1632.*

Bona data pro erectione Monasterii Monialium, sunt immu-
 nia; *Ead. Sac. Congreg. in Tropien. 15. Januarii 1641.*

Bona assignata Capellæ Jurispatronatus immunita sunt; *Ead. Sac. Congreg. in Asculana 11. Martii 1642.*

Bona assignata pro dote Beneficii erecti, sunt immunita;
Ead. Sac. Congregat. in Firmana 20. Januarii 1637.

Clericus gaudere debet exemptione a bonatenentia, quam-
 vis absens; *Ead. Sac. Congreg. in Fundana 23. Martii 1638.*

Clerici sunt immunes a bonatenentia; *Ead. Sac. Congreg. 44
 in Tricaricen. 28. Maii 1626.*

Clericus gaudet Immunitate a bonatenentia pro bonis em-
 ptis, & donatis; *Ead. Sac. Congreg. in Casertana 19. Augu-
 sti 1630.*

Clericus quamvis inhabilis ad suscipiendum Ordines Sacros,
 gaudet Immunitate a bonatenentia; *Ead. Sac. Congreg. in Sul-
 monen. 6. Maii 1631.*

Ecclesiastici non possunt gravari a pretensa gabella Commu-
 nitatis; *Ead. Sac. Congreg. in Urbinaten. 16. Junii 1627.*

Ecclesiastici non tenentur ad onera ad favorem Principis;
Ead. Sac. Congreg. in Casalen. 18. Augusti 1637.

Non tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il Tasso*; *Ead. Sac. Congreg. in Casalen. 9. Junii 1637.*

Clerus non potest sponte solvere gabellas a Laicis impositas;
*Ead. Sac. Congregat. in Vincentina 15. Junii 1628. & in An-
 drien. 27. Septembr. 1632.*

Non est permittendum, ut pro Universitatium oneribus quid-
 quam Ecclesiastici contribuant, neque sub eleemosynæ nomi-
 ne; *Sacr. Congreg. Episc. in Squillacen. 21. Maii 1598.*

Clerici de bonis patrimonialibus non tenentur ad ratam pro
 impositionibus Cameralibus; *Sacr. Congregat. de bono regimine
 4. Februarii 1609.*

Clerici non tenentur solvere onera imposita per Commu-
 nitatem super eorum bonis patrimonialibus, & domibus, ubi
 habitant, etiam quod antea solverint; *Sacr. Congreg. Immunit.
 7. Decembr. 1632.*

Bona Clericorum non tenentur solvere bonatenentiam;
*Sacr. Congreg. Episc. in Baren. 10. Junii 1616. in Ugentina 31
 Augusti 1618. & 26. Januarii 1619. & in Brundusina 15. De-
 cemb. 1623.*

Bonatenentia neque donatori, seu venditori, five cedent
 imponi potest, quia sic indirecte Ecclesiasticis imponeretur;
Ead. Sac. Congreg. Episc. 8. Dec. 1582. & 1583.

Bona Clericorum si pretenduntur Feudalia, & ab eis negen-
 tur essetalia, cognitio dictæ qualitatis spectat ad Judicem Ec-
 clesiasticum; *Sacr. Congreg. Immunit. in Cassanen. 4. Septembr.
 1631.*

Bona acquisita a Clericis, & a quibusvis Personis Ecclesia-
 sticis sunt immunita ab oneribus Laicis; *Sacr. Congreg. Immunit.
 saepe saepius.*

Bona Patrimonii Ordinati reputantur sicuti bona Ecclesiasti-
 ca, pro quo Clericus tenetur experiri coram Judice Ecclesiasti-
 co, sicut pro bonis Beneficialibus; *Sacr. Congreg. Concil. in
 Ferretana 6. Augusti 1616.*

Bona, ad quorum titulum ordinatus est Clericus, gaudet
 privilegio bonorum Ecclesiasticorum, & ideo sunt exempta
 ab omnibus collectis, gabellis, & oneribus Laicorum; *Sacr.
 Congreg. Episc. in Cathacen. 3. Augusti 1591. in Montispelusi
 24. Martii 1599. & in Vulturaric. 13. Decembris ejusdem
 anni, & in Aquilana 2. Maji 1601. & in Bisignana 9. Mar-
 tii 1604. ac alibi saepissime.*

Bona Hospitalium, & Confraternitatum potiuntur iisdem
 privilegiis, ac bona Ecclesiastica; *Sacr. Congreg. Episc. in Ba-
 ren. 30. Junii 1617.*

Patrimonium Clerici est exemptum ad instar bonorum Eccle-
 sticorum; *Sacr. Congreg. in Tricaricen. 14. Novemb. 1603.*

Patrimonium Clerici, ad cuius titulum fuit ad Sacros Ord-
 nes promotus, non potest capi in executionem ob illata vul-
 nera alicui ad reficiendas curationis expensas a Judice condem-
 natus, etiam si nihil aliud præterea possideat, quia ejus aliena-
 tio interdicta est Decreto Concilii cap. 2. sess. 21. de reformat.
Congreg. Concil. sub die 5. Febr. 1604.

Ordinati ad titulum Patrimonii gaudet Immunitate pro suscipiendis

- ficienti titulo; *Sacr. Cong. Immunit. in Potentina 19. Jul. 1624.*
- 64 Patrimonium Sacerdotum gaudet exemptione a gabellis;
Ead. Sac. Congreg. in Camerin. 24. Martii 1627.
- 65 Bona Patrimonii Clericorum sunt etiam exempta ab oneribus
 Cameralibus; *In dicta Camerinen. 7. Octob. 1631.*
- 66 Bona, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, gaudet
 exemptionibus etiam post adeptum Beneficium, nisi fuerit sub-
 rogatum in locum Patrimonii; *Ead. Sac. Congreg. in Firmana
 11. Januarii 1633.*
- 67 Bona Patrimonii Clericalis non possunt confiscari; *Eadem
 Sac. Congreg. in Mutinen. 13. Januarii 1640.*

Bona Ecclesiastica Emphyteutica.

1. Bona Emphyteutica Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum non possunt a Laicis collectari; *Sacr. Cong. Immunit. in Capacen. 27. Augusti. 1627. lib. 1. Decr. Paul. p. 62. Balneoregii. 15. Februarii 1633. lib. 2. decr. Paul. p. 149. Senogallien. 18. Decemb. 1668. lib. 1. decr. Alt. p. 303. & 3. Junii 1696. lib. 2. decr. Val. p. 34.*
 2. Prædium Emphyteuticum Ecclesiastici non tenetur ad collectas Laicales, & Ordinarius mandat restitui pignora; *In una Mallius Guastalla 28. Julii 1693. lib. 1. Decr. Vallem. p. 64.*
 3. Molendina, & alia ædificia sub directo Dominio Ecclesiastica sunt exempta, & Episcopus tunc datur exemptionem; *Montis Regalis 15. Januar. 1644. lib. 4. decr. Paul. p. 2.*
 4. Bona livellaria directi Domini Ecclesiastici non subiacent collectis communitativis; *Senogallien. 12. Januarii 1694. lib. 1. decr. Vallem. p. 98.*
 5. Bona Ecclesiarum, & locorum piorum in Emphyteusim Laicis concessa, five Canones, qui pro dictis solvuntur, sint tenentes, five correspondentes fructibus sunt exempta ab oneribus, & impositionibus Laicalibus; *Oppien. 23. Julii 1652. lib. 4. decr. Paul. pag. 191. Papien. 24. Augusti 1694. l. 1. decr. Vallem. p. 141.*
 6. Vineæ, & Verræ Emphyteuticæ Ecclesiæ non comprehenduntur sub edictis, & aliis similibus publicatis a Laicis, sed sunt prorsus exemptæ *Montis Falisci 23. Augusti 1632. lib. 2. decr. Paul. p. 136.*
- Ad hanc bonorum Ecclesiasticorum Immunitatem tuendam, celebrem Constitutionem edidit Urbanus VIII. die 23. Septembris 1641. quæ incipit *Romanus Pontifex*. Et cum sit ad hoc valde scitu necessaria, pro omnium commoditate hic per extensum adducitur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in Sacra Beati Petri Sede a Domino constitutus, non valens curam suæ Pastoralis sollicitudinis in gregem sibi commissam personaliter in qualibet mundi parte exercere, Legatos etiam de Latere, ac Nuncios, aliosque Ministros Apostolicos ad diversas Provincias, & Regna, prout cognoscit in Domino expedire, consuevit destinare, ut vices suas supplendo, facultateque sibi concessas non excedendo errata corrigant, & commissis sibi populis Justitiæ, & gratiæ incrementa ministrent, Juraque Sedis Apostolicæ, Jurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam tueantur, ac de gravioribus Summum Pontificem reddant certorem, remediaque, ac mandata opportuna Apostolica expectent, & exequantur.

§. 1. Cum autem, ut accepimus, a nonnullis pretendatur, quosdam ex Legatis five natis, five aliis etiam de Latere, etiam S.R.E. Card. Nunciisque, ac aliis Ministris Apostolicis, quovis nomine nuncupatis, ac etiam ex Rectoribus, seu Gubernatoribus Pronunciarum, Civitatum, & Locorum ditionis temporalis S.R.E. per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos missis, ceterisque Officialibus Camera Apostolicæ, ac Rom. Curiæ, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Vicecancellariis, & Camerariis, ac Feudatariis, quantumlibet qualificatis, & individua mentione dignis, ac etiam Baronibus, aliisque Jurisdictionem quomodolibet exercentibus aliqua eidem Sedi, aut Jurisdictioni, vel Immunitati, seu libertati Ecclesiasticæ, Ecclesiisque, & Personis Ecclesiasticis præjudicialia, præter, aut contra facultates sibi concessas, nedum fecisse, declarasse, concessisse, ac decrevisse, sed etiam prædicta, & quæcumque alia eis præjudicialia a

quibuscumque aliis, five Ecclesiasticis, five Laicis quomodolibet qualificatis sufficientem facultatem Apostolicam non habentibus commissa, & facta, onerataque super Ecclesiis, ac earum bonis, & Juribus, earumque fructibus absque sufficiente facultate Apostolica imposita; transgressionelque & excessus contra Sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum Universalium dispositionem, contra Sedem Apostolicam, Jurisdictionem, Immunitatem, aut libertatem Ecclesiasticam, seu Ecclesias, & Personas Ecclesiasticas, earumque bona, & Jura quæcumque quomodolibet commissos, & perpetratos tolerasse, & approbasse, vel quomodolibet permisisse, seu eisdem præjudicialibus consensisse, immo ipsorum Legatorum, Nunciorum, & Ministrorum Apostolicorum, ac etiam respective Gubernatorum Provinciarum, Civitatum, & Locorum editionis temporalis ejusdem Sedis Apostolicæ, & quorumcumque aliorum Officialium ipsius, seu cujuslibet eorum asserta scientia, taciturnitate, tolerantia, vel consensu, ipsorumque præjudicialium observantia inferri posse, tam in prædictis, quam in ceteris quibuscumque præjudicialibus nedum ad præsumptam scientiam, tolerantiam, consensum, seu approbationem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & cujuslibet eorum, ac nostram, sed etiam ad præsumendum super eis, & eorum quolibet fuisse concessum Beneficium Apostolicum, etiam si Prædecessores nostri prædicti multoties ea via, qua licebat se opposuerint, & Nos quoque contradixerimus; concessas quoque, & Gratias quasque, ac Investituras etiam Civitatum, Terrarum, Castro-
 rum, aliorumque Locorum, & bonorum etiam Jurisdictionalium ad eandem Apostolicam Sedem, seu ad Ecclesias inferiores respective spectantium ab aliquibus ex eisdem prædecessoribus nostris, vel a Prælatibus, seu Rectoribus Ecclesiarum interiorum prædictarum quomodocumque, vel quando-
 cumque ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam extinctas, vel ad certum tempus jam elapsum, illorumque, ac illarum pignorationes, seu pignus, dationes, ac alienationes cum pacto redimendi factas ex prædicta asserta scientia, & tolerantia Sedis Apostolicæ nedum in longius protrahi, sed etiam perpetuari, aliaque indebita, & injusta prætentantur in prædictæ Sedis Apostolicæ, Jurisdictionis, Immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ, aliarum Ecclesiarum, Personarumque Ecclesiasticarum maximum detrimentum, & populorum grave scandalum, animarumque ipsorum prætententium, transgredientium, vel occupantium, ac in Censuris eo ipso incurfis infordescendum perniciem.

§. 2. Propterea Nos, sicut ex onere Pastoralis tenemur indeminuti Sedis Apostolicæ, jurisdictionisque, ac libertatis Ecclesiasticæ, Ecclesiarumque, & Personarum Ecclesiasticarum, quantum Nobis ex alto conceditur, prout iidem Prædecessores nostri omnibus præjudiciis obviam ire exoptarunt, consulere volentes, attendentesque, quod prædicti Legati, Nuncii, & Cardinales etiam Vice-Cancellarii, & Camerarii, alique omnes, & singuli prædicti sine speciali Papæ mandato nulla eidem Sedi, & Ecclesiis, aliisque prædictis præjudicialia unquam tacite, vel expresse facere potuerunt, vel possunt, quodque ad locorum distantiam, ac negotiorum molem, quibus Sedes Apostolica præmitur, hujusmodi præjudicia non fuerunt Summo Pontifici pro tempore existenti minulque ejus successoribus nota, saltem cum suis circumstantiis præjudicium inferentibus, & aggravantibus, quodque confirmationes, approbationes, & Beneplacita Papæ præsertim ubi actum fuit, vel agitur de præjudicio perpetuo, semper consueverunt in scriptis expediti, præcipue per Litteras Apostolicas, five sub plumbo, five in forma Brevis sub annulo Piscatoris, prout etiam in Pontificatu nostro expediuntur, ideo si in Regestis Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, & aservantur, prædictorum quorumcumque præjudicialium approbationes, confirmationes, vel Beneplacita Apostolica non reperiuntur descripta, seu registrata, vel non exhibentur originalia Litterarum Apostolicarum, aut transumpta juxta formam Constitutionis nostræ desuper alias editæ sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub die 1. Junii 1635. Pontificatus nostri Anno duodecimo, inde deducitur, neque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, nec nos unquam præjudicialia approbasse, vel confirmasse, Beneplacitaque Apostolica super præjudicialibus nunquam concessisse: ac denique quod Romani Pontifices Prædecessores Nostri pro damnandis, impugnandis, & evitandis omnibus & singulis præjudicialibus, illisque, & prætentis tolerandis consensibus, possessionibus, intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, observantiis, & prescriptionibus quibuscumque impe-

impediendis, interrumpendis, penitusque avertendis, & excludendis hactenus consueverunt quolibet anno in die Cœnæ Domini facere processus generales, Bulla ejusdem Cœnæ nuncupatas, & publicare contra quoscumque, sicut etiam nos fecimus, & publicavimus prout in eis, idcirco etiam prædicta omnia, & singula eidem Sedi Apostolicæ, Jurisdictioni, vel Immunitati, aut Libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel Personis Ecclesiasticis, earumque bonis, Juribusque, ac fructibus quomodolibet præjudicialia, per prædictos, & alios quoscumque contra, aut præter facultates eis concessas, facta, eo ipso fuerint, & sint nulla, & invalida.

§. 3. Nihilominus abundantiori cautela uti volentes, omniumque, & singulorum quomodolibet præjudicialium quomodocumque, & a quibusvis, ac ex quacumque causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac inde secutorum quorumcumque, ceterorumque sui de necessitate forsan exprimendorum, ac inferendorum tenores etiam majores, & veriores, pro plene expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, motique ex causis prædictis, aut illarum altera, seu ex aliis iustis, & rationabilibus animum nostrum moventibus, ad quarum omnium & singularum verificationem Ecclesiam Romanam præfatam, Sedem Apostolicam, & quemcumque alium numquam teneri volumus, ultra quascumque revocationes, hactenus factas, quas innovamus, hac nostra perpetua Constitutione declaramus omnia & singula Acta, Decreta, Statuta, Indulta, Concessioniones, Ordinationes, Declarationes, Concordias & Pacta etiam nomine Sedis Apostolicæ inita, venditionesque, alienationes Officiorum, aliorumque ejusdem Sedis, Ecclesiarumve inferiorum Jurium, & quascumque alias dispositiones quocumque nomine nuncupatas eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, seu quibuscumque aliis Ecclesiis, seu Locis piis, ac Personis Ecclesiasticis quomodolibet præjudicialia a quibuscumque, Legatis etiam de Latere, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Nunciis, seu aliis Ministris Apostolicis, Cameræque Apostolicæ, & Romanæ Curie Officialibus, & Ministris etiam Cardinalibus, Vicecancellariis, & Camerariis, & respective Rectoribus, & Gubernatoribus, Feudatariis, Baronibus, & ceteris Jurisdictionem quomodolibet exercentibus, aliisque præfatis quantumlibet qualificatis, & individua expressione dignis, quancumque, qualitercumque, & quomodocumque præter, vel contra facultates eis concessas facta, & gesta, factaque, & gesta, aut alias quovis modo ab eis emanata, & emanatas hactenus, etiam per modum Edicti, Declarationis, Constitutionis, Pragmaticæ, Reformationis, ac alias quomodolibet, etiam cum Clausula, salvo, reservato Sedis Apostolicæ Beneplacito, vel fortasse etiam cum intentione data, vel promissione etiam facta illud ab hac Sancta Sede, seu a Romano Pontifice, aut etiam a Nobis impetrandi, etiam cum præsentia illarum executione, & observantia quantumlibet secutus quibuscumque etiam in favorem, seu intuitu, vel contemplatione Imperatoris, Regum, aliorumque Principum etiam Supremorum, etiam Laicorum, Nationum, Rerumpublicarum, Provinciarum, Regnorum, aliorumque Dominorum, & Officialium quorumcumque, vel Civitatum, Universitatum, etiam Studiorum Generalium, Collegiorum, Religionumve; seu Militarium, Ecclesiarum, & Monasteriorum quorumcumque Ordinum, vel aliorum quorumvis etiam speciali nota dignorum ex quacumque causa, occasione, vel ratione quantumlibet pia, publica, favorabili, seu privilegiata, etiam transactionis, vel concordia, sive Belli, Tregua, vel Pacis etiam universalis, & ad majus malum, vel scandalum, ut asseritur, evitandum, seu ex aliis rationibus, & causis etiam omnibus simul concurrentibus, ac alias individua expressionem requirentibus.

§. 4. Nec non quascumque tolerantias, taciturnitates, conniventias, permissiones, consensu, declarationes, executiones, approbationes, vel confirmationes expresse vel tacite dicto, vel facto, ac alias quomodolibet præter, aut contra suas facultates ab eisdem Legatis, Nunciis, ac Ministris Apostolicis, respective Rectoribus, Gubernatoribus, & Feudatariis, ut asseritur factas, seu habitas, vel respective præstitas in quibuscumque actibus eidem Sedi Apostolicæ, sive Jurisdictioni, Immunitati, seu Libertati Ecclesiis, vel Personis Ecclesiasticis quomodolibet præjudicialibus per quoscumque alios, etiam Laicos, quantumlibet, ut præmittitur, qualificados, quavis auctoritate, & potestate etiam Imperiali, Regali, aut quacumque alia individua expressionem requirente fungentes, etiam

sub prætextu, quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, aut contrario usu etiam decenniali, & quantumlibet longissimo, ut prætenditur, abrogatæ, vel sub prætextu Constitutionum, Litterarum, seu dispositionum Apostolicarum, de quarum existentia per canonica documenta Apostolica non constat, seu revocatæ, aut non sufficientes sunt, ac etiam in permittendo editionem, seu impressionem librorum eidem Sedi, aliisque præjudicialium, seu continentium opiniones damnatas, vel in admittendo, seu exequendo minus legitimam earundem Constitutionum, Litterarum, seu dispositionum Apostolicarum interpretationem, vel faciendam, aut approbandam, ex quibus disciplina Ecclesiastica quomodolibet enervatur, seu læditur, factis & gestis.

§. 5. Molestias quoque, vexationes, & impedimenta quacumque Legatis, Nunciis, vel aliis Ministris, & Officialibus Apostolicis per quoscumque etiam Laicos cujusvis status, gradus, conditionis, Qualitatis, Dignitatis Ecclesiasticæ, ut præmittitur, existente quomodolibet factas, & illatas, factaque, & illata tam eorum ingressum in Provincias sibi committas denegando, quam ne suas facultates libere in illis exerceant impediendo, ac eos ab illis expellendo.

§. 6. Nec non quascumque contributiones, collectas, gabellas, Militum Hospitationes, Decimas, vel alias fructuum partes aliaque onera, & gravamina quocumque super Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis præsertim vacantibus, Personis Ecclesiasticis, earumque vel eorum bonis, seu fructibus, etiam prætextu, vel causa facultatis bona stabilia acquirendi, seu retinendi; ac quomodolibet per Laicos præfatos, & quoscumque alios alias quomodolibet qualificados, abque iustificanti facultate Apostolica impositas, exactasque etiam a sponte dantibus, vel contribuentibus.

§. 7. Item molestationes, perturbationes, acta, carcerationes, & attentata quacumque a quibusvis Laicis etiam Officialibus quomodolibet qualificatis contra Personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias seu cujuslibet earum bona sive Jura, vel fructus, tam civiliter, quam criminaliter, & alias quomodolibet quantumcumque hactenus facta, gesta, & commissa etiam de facto executioni etiam pluribus vicibus, & quocumque temporis curia, etiam longævo, & longissimo, ac, ut prætenditur, immemorabili, etiam cum fama auctori privilegii quomodolibet demandata.

§. 8. Nec non quascumque transgressiones, & excessus contra dispositiones Sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum Universalium præsertim Lateranensium sub Alexandro III. Generalis nuncupati sub Innocentio III. Viennensis sub Clemente V. Lateranensium ultimi sub Leone X. fel. record. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, seu Tridentini a quibuscumque & a quibusvis causis quomodolibet, & quancumque factas in præjudicium Sedis Apostolicæ, sive Jurisdictionis, vel immunitatis, aut Libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel Personarum Ecclesiasticarum, earumque honorum, seu fructuum etiam effectum, ut præmittitur, de facto fortitas, & inde secuta quacumque.

§. 9. Item quascumque prorogationes, extensiones, protractiones, seu perpetuationes quarumcumque Gratiarum, Concessionum, & Investiturarum a Sede Apostolica, vel Prælati, seu Rectoribus Ecclesiarum inferiorum quancumque hactenus factarum ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam finitas, vel extinctas, sive ad certum jam elapsum tempus, pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac dispositionum quarumcumque de Civitatibus, Terris, Dominis, Castris, locis, & bonis etiam Feudalibus, vel Jurisdictionibus, ac Juribus ejusdem Sedis Apostolicæ, vel Ecclesiarum inferiorum a quibuscumque quantumlibet, ut præmittitur, qualificatis quancumque præsentatas, etiam executioni demandatas, & quocumque temporis cursu continuatas. Nec non reliqua omnia quacumque, & qualiacumque eidem Sedi Apostolicæ, vel Jurisdictioni, Immunitati, aut Libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel Personis Ecclesiasticis, earumve Juribus, bonis, & fructibus quomodolibet præjudicialia per quoscumque iustificanti, & legitima facultate Apostolica non munitos, facta, gesta, & respective perpetrata cum omnibus, & singulis quancumque, & quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore longissimo executioni demandatis, ac observatis, fuisse, & esse ipso Jure nullas, & invalidas; ac nulla & invalida, nulliusque roboris, vel momenti, indebitaque, & illicita, ac de facto præsumptas, & præsumpta, nullumque præjudicium eidem intulisse, nec inferre unquam posse, illaque, & illa

illa ex quocumque temporis cursu, nec etiam ex quacumque præsentia observantia quantumlibet diuturna, longæva, longissima, seu immemorabili, etiam cum fama præsentis privilegii Apostolici, ac etiam junctis quavis scientia, conniventia, tolerantia, taciturnitate, facultate, & permissione, etiam ex actibus positis non legitimis resultante, Prælatorum, Ecclesiarum inferiorum, Legatorum, Nunciorum, & aliorum quorumcumque Ministrorum Apostolicorum, ac etiam respective quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque prædictorum, etiam Feudatariorum, etiam Sedis Apostolicæ, ac Baronum, ceterorumque Jurisdictionem quomodolibet exercentium, ac forsan Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & nostra, nequaquam hactenus fuisse, nec in posterum fore approbata, convalidata, neque respective prorogata, extensa, protracta, vel perpetuata, minulque inde aliquam approbationem, vel præsumptionem alicujus Beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut præscriptionem, in aliquo etiam impediendo, imponente, exigente, attentante, vel respective occupante, usurpante, vel transgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quocumque alio potuisse, nec unquam posse resultare, vel induci respective Sedis Apostolicæ, Jurisdictionis, Immunitatis, aut Libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel Personarum Ecclesiasticarum, earumve Jurium, ac honorum, & fructuum præjudicium, talemque præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum prædictorum, ac respective nostram fuisse, & esse quovis modo prædicta, & quacumque alia præjudicialia nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi de præsentia approbatione, vel confirmatione Apostolicis constiterit ex prædictis Regestis Apostolicis, vel alias juxta formam prædictæ alterius Constitutionis nostre: quinimmo omnia, & singula præjudicialia fuisse a Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Conciliis etiam universalibus, præsertimque a prædicta Bulla in Cœna Domini legi solita respective reprobata, ac damnata, prout etiam ad abundantiorum cautelam tenore præsentium reprobamus, & damnamus, Beneplacitaque Apostolica per Prædecessores nostros, & Nos hactenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam harum vigore denegamus, & quatenus foret opus, omnia, & singula præjudicialia prædicta, omniaque alia, si quæ sint, irritamus, & annullamus, ac respective revocamus, cum inde secutis quibuscumque præsertim intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, & observantiis, ab usibus, & consuetudinibus, quantumvis longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserita fama privilegii Apostolici, quas, & quæ illicita, irrationabilia declaramus, & pro reprobatis, illicitis, irrationabilibus, irritis, & annullatis perpetuo haberi volumus, decernimusque, & damnamus, ita quod in posterum illa, & illæ non possint unquam in Judicio, nec extra Judicium a quoquam quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quemcumque effectum, & quatenus opus foret adversus illos, illa, ac aliaque quacumque quomodolibet præjudicialia harum serie eandem Sedem Apostolicam, Romanamque Ecclesiam, & Ecclesias inferiores, ac Personas Ecclesiasticas quascumque plenarie, & plenissime ex iustis causis Nobis benevisis, ac si talia nunquam extitissent, in integrum, & pristinum, in quo antea erant, statum restituimus, reponimusque, ac reintegramus, præjudiciaque hujusmodi, ne in posterum perpetuis futuris temporibus fiant, etiam interdiciamus, & prohibemus.

§. 10. Insuperque cum etiam Nobis innotuerit, quod aliquando in provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primatialium, Patriarchalium, aliisque Gratiis, & dispositionibus Apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis Apostolicæ, seu Romanæ Curie Officialium inadvertenter in præjudicium liberæ provisionis earum narrata, vel etiam forsan de facto admittæ, presentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, ut præmittitur, qualificati abique eo quod de ejus Jure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquando prædicta, seu alia eidem Sedi Apostolicæ narrativa præjudicialia fortasse in præsentio Ecclesiarum ultimo statu, aut alias de libera provisione etiam per Litteras erectionis, aut alio modo appareret, seu constare posset, aliquando etiam in provisionibus Ecclesiarum pro cultu Divino, & ipsarum Ecclesiarum felici gubernio apponuntur diversa Decreta, quæ per obitum provisionum, vel alias asseruntur expirasse, cum nihilominus perdurare debeant, donec fuerint adimpleta.

§. 11. Quancumque etiam in concedendis Facultatibus, In-

dultis, seu aliis Gratiis per Sedem Apostolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebus publicis, seu Dominis, ac Feudatariis quomodolibet qualificatis, & speciali expressione dignis concedi solitis, in quibus juxta antiquum stylium prius erant habenda Litteræ declarationis, & promissionis per privilegiatos scribende Papæ concedenti, quibus ipsi petentes facultates, & privilegia se e converterio obligare debent pro observatione, & conservatione quarumcumque Immunitatum, Libertatum, & Jurium Sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & Personarum Ecclesiasticarum, ac honorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & tamen illis Litteris non receptis fuerint concessæ Facultates, Indulta, & Gratiæ Apostolicæ præfatæ etiam absque aliquo onere illa intra aliquod tempus scribendi, & eidem Sedi præsentandi, immo etiam aliquando Officiales Camera Apostolicæ, sive notitiam Jurium, & scripturarum Camera non habentes, seu memoriam non retinentes, vel alias expediverunt, sive expediri a Romanis Pontificibus, seu etiam a Nobis fecerunt, vel permisissent vigore Conventionum, Concordatarum, Transactionum, & Compactorum cum Sede Apostolica in totum quoddam Gratiis, Facultates, seu Concessioniones, & Privilegia, uti debitas, ac debita, cum tamen Conventiones, Concordias, & Pacta, tunc per obitum Personarum, vel alias quomodolibet etiam ex lapsu temporum saltem in ea parte cessassent, seu expirassent, quæ omnia, eorumque singula, etiam prætentantur in magnum ipsius Sanctæ Sedis redundare detrimentum.

§. 12. Idcirco motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus præsentium Litterarum tenore præfatas narrativas, enunciativas, seu assertiones quomodolibet eidem Sedi præjudicialia factas, seu admittas, ac respective eisdem Facultatum, Indultorum, & Gratiarum Apostolicarum Concessioniones, ac Litterarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis Litteris ipsorum Privilegiatorum, seu Privilegiandorum, Concessioniones quoque in vim Conventionum, & Pactorum quomodolibet expiratorum fuisse, & esse erroneas, erroneeque respective expeditas, nullumque propterea cum non sit æquum, ut error veritati prævaleat, intulisse, nec inferre potuisse, neque in futurum posse præjudicium Sedi Apostolicæ ac statui Ecclesiarum, statumque ultimum ipsarum Ecclesiarum, & respective Civitatum, Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & Locorum Jurisdictionalium prædictorum, & quarumcumque Facultatum, Gratiarum, Concessionum, & aliorum Jurium Sedis Apostolicæ Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec unquam esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu, vel initio constat, modo, & forma præmissis pariter declaramus, & respective omnia præjudicialia tollimus, & irritamus, ac Decreta in provisionibus prædictarum Ecclesiarum apposita non expirasse, nec expirare, sed donec adimpleta fuerint vigere, & in sequentibus censeri repetita etiam declaramus, sicque in posterum perpetuo observari volumus, & quatenus unquam contingeret, tam super præsentium Litterarum, quam super quarumcumque Concessionum, Facultatum, Indultorum, Gratiarum, ac dispositionum Apostolicarum in favorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerumpublicarum, Dominiorum, Nationum, Provinciarum, seu Regnorum per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & per Nos concessarum, seu alias a Sede Apostolica emanatarum, interpretatione, vel declaratione hesitari, vel dubitari, tunc omnibus, & singulis cujuscumque Status, Gradus, Conditionis, Qualitatis, ac Dignitatis, etiam Ecclesiasticæ existentibus, etiam quomodolibet, ut præmittitur, qualificatis, etiam Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, Congregat. ac Societatis, de quibus individua expressio faciendæ foret, quantumlibet interpretationem, ac declarationem sub majoris Excommunicationis lata sententiæ, ac nullitatis omnium gerendorum penis, eo ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrendis prohibemus, & interdiciamus, & quancumque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desuper quancumque faciendam dumtaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris Canonice intransibitibus perpetuo referemus, & ante factas declarationes hujusmodi, volumus præfentes nostras Litteras, & quancumque Litteras, Concessioniones, ac Dispositiones Apostolicas prædictas intelligendas esse ad litteram prout jacent.

§. 13. Preteriam quoque Litteras, ac omnia, & singula in eis contenta etiam ex eo quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætentantes illis nullatenus consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi non fuerint, minusque causæ, propter quas eadem præ-

præsentes emanarunt, deductæ, verificatæ, seu alias sufficien- ter, aut etiam ullo modo justificatæ non fuerint, nullo un- quam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut in- validitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quantumlibet magno, inexcogitato, & substantiali defectu, aut ex quovis alio capite a Jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine re- sultante, sive præscriptionis etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, ac enormis, enormissimi & totalis læsionis, aut quoquo alio colore, vel pretextu etiam in corpore Juris clauso, seu quacumque causa, & occasione etiam quantum- vis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effe- ctum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius ex- pressis, seu relatis nihil ulibi appareret, seu aliter probari pos- set, notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus, vel Controversiam revocari, aut ad terminos Juris, aut aliud quod- cumque Juris, facti, gratiæ, vel Justitiæ remedium impetra- ri, seu etiam motu proprio, & alias quomodolibet concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in Judicio, vel extra illud minime posse, sed easdem præsen- tes semper validas, firmas, ac efficaces existere, & fore, suol- que plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, quomo- do libet in futurum inviolabiliter observari.

§. 14. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singu- lis per quicumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Pa- latii Apostolici Auditores, ceterosque Præsidentes, ac Cam- mere prædictorum Ministros, & Officiales, nec non S. R. E. Cardinales, etiam Vice-Cancellarios, ac etiam de Latere Legatos, ejusdemque Sedis Nuncios, ac quascumque Con- gregationes, etiam specialem expressionem requirentes, etiam quorumcumque S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, & quovis alios quacumque auctoritate fulgentes, nunc, & pro tempore existentis, subacta eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, interpretandi facultate, & auctori- tate semper, & ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus iuper his a quoquam quavis auctorita- te scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter de- cernimus.

§. 15. Non obstantibus præmissis, & quibusvis Constitutio- nibus, & Ordinationibus Apostolicis, tam generalibus, quam specialibus, etiam in Conciliis universalibus editis, & quate- nus opus sit Regula nostra de non tollendo Jure quæsito, & fel- record. Pii IV. etiam Prædecessoris nostri de gratiis quacum- que interesse Camere Apostolicæ concernentibus, infra cer- tum tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis, ac registrandis, ita ut præsentari, seu registrari necesse sit. Nec non quibusvis conniventis, tolerantis, consensibus, taciturnitatibus, permissionibus, usibus, consuetudinibus et- iam longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fa- ma privilegii Apostolici, ac statuti etiam juramento, confir- matione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Pri- vilegiis quoque, Indultis, Concessionibus, Licentiis, et Lite- teris Apostolicis quibuscumque Personis, etiam ut præmittit- tur, qualificatis, ac Provinciis, Regnis, Civitatibus, Uni- versitatibus, Ecclesiis, Ordinibus etiam S. Joannis Hierosoly- mitani, Congregationibus, Institutis, etiam Societatis Jesu, aliisque Locis, et Personis quibuslibet, etiam nostra scientia, deliberatione, ac Potestatis plenitudine similibus etiam consi- stentialiter sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis; aliisque efficacio- ribus, et insolitis clausulis, et decretis etiam irritantibus et aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries, et iteratis vicibus confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam pro suffi- cienti illorum derogatione de illis, eorumque totis ten. spe- cialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non au- tem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis. Formamque in illis traditam pro servata habentes ad præmissorum effectum specialiter, et expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Non intendimus autem per præsentees tollere declarationes, et causarum terminations, ac alia, quæ etiam respectu Juris- dictionalium tum Allodialium, quam Feudalium præsertim in ditione temporali Sedis Apostolicæ consultantium factæ, seu factæ fuerunt hucusque, vel in futurum fient judicialiter, vel et-

iam extrajudicialiter, causa tamen cognita in Romana Curia per Rotam, vel Cameram, aut etiam per specialiter deputa- tam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, vel a No- bis, seu a Successoribus nostris Congreg. aut Judicem, nec etiam tollere centenariam præscriptionem concurrentibus de- jure requisitis, nec immemorabilem, nisi in Casibus, in- quibus per Sacros Canones, seu Concilia Universalia, vel Constitutiones, Ordines, aut Dispositiones Apostolicas illa reprobatur, seu illi derogatur, aut alias de Jure illa non suffra- gatur, firma tamen, et illibata remanente Bulla Cæne Domi- ni, tam per Nos, et Romanos Pontifices Prædecessores nos- tros publicata, quam in posterum a Nobis, et Successoribus nostris publicanda, quoad omnia, et singula, quæ in ea continentur.

§. 16. Volumus autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Junii 1641. Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo.

In qua Constitutione, ut vides decernit, & declarat Pon- tificæ: Primo, quod impositiones, et exactiones quarumcum- que contributionum, et collectarum, ac gabellarum super Ec- clesiarum, vel Monasteriorum, et locorum piorum bonis, vel fructibus, sint prorsus invalidæ, & illicitæ, ac indebitæ, etsi a sponte contententibus sint datæ, ac solutæ, sine speci- ali facultate Sedis Apostolicæ. Secundo, esse nullas, & il- licitas, etiam non obstante, quod per tempus quantumvis longissimum, & immemorabile sint exactæ, aut solutæ. Ter- tio etiam si sint solutæ, vel exactæ sub pretextu Apostolici pri- vilegii accepti. Quarto, etiam si sint exactæ, vel solutæ cum tolerantia, facultate, ac permissione Prælatorum Ecclesiasti- corum inferiorum Episcoporum, Abbatum, ac Preposito- rum, Generalium, Provincialium, Priorum, Rectorum &c. immo, & Legatorum, ac Nunciorum Sedis Apostolicæ. Quinto, restituantur in integrum omnia præjudicialia in contra- rium facta, & præcipitur, ut numquam deinceps talia atten- tentur. Sexto, etiam si ea sint attentata per Imperatores, & Reges, & quoscumque alios sufficientes, ac legitima facultate Apostolica non munitos. Septimo, etiam si hujusmodi præju- dicialia Immunitati Ecclesiasticæ sint attentata sub pretextu, quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ non fuerint publi- catæ, vel usu receptæ, prout habetur in d. Bulla §. 4. Deni- que in §. 13., & 14. adduntur clausulæ derogatoriæ, & admi- nitur Judicibus, omnibus Ordinariis, & Delegatis quacum- que auctoritate prædictis aliter judicandi, declarandi, & inter- pretandi facultas.

Quamvis autem Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac bo- na, & res ipsarum quælibet immunes, & exemptæ sint ab om- nibus Exactionibus, Collectis, Tributis, & Oneribus novis, & extraordinariis etiam illis, quæ ob bonum commune Reipub- licæ in casu necessitatis communis, tam Clericos, quam Laicos tangentis imponuntur, ita ut quacumque necessitate, etiam belli, famis, & pestis emergente, ab eis, vel ab earum bonis nihil exigi possit, ut expressè defendit Abbas in cap. Ex litteris 16. de vita & honestate Clericorum num. 12. & in cap. Non minus 4. de Immunit. Eccles. num. 3. Pignat. ill. tom. 3. cons. ult. 15. per totum. Fagnan. in cap. Non minus 4. de Immunit. Eccles. a. n. 45. Barbosa in cit. cap. Non minus, cum commu- nissima Canonistarum; Tamen lex copulative concurrentibus conditionibus tempore necessitatis, Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ Personæ ratione suorum bonorum tenentur ad Collectas, Exa- ctiones, & Contributiones extraordinarias, Est omnium com- munitas cum Rota, quæ has lex necessarias condiciones adducit præcisè verbis: In Brundusina Gabella 13. Februarii 1604. cor- ram Penia. Primo, Ut ad sit magna necessitas, cui alias fa- cile subveniri non possit. nisi Clerici cum Laicis contribuant, ut probatur in d. cap. Non minus, ubi expressè notat Abb. n. 5. vers. Secundo sequitur, & d. cap. Adversus, de Immunit. Eccles. ubi Abb. n. 4. Et clarius apparet per extravag. Be- nedicti XI. sub t. de Immunit. Eccles. Secundo, debet con- currere communis utilitas, vel saltem pietas, ut in dict. C. Non minus &c. Adversus, &c. Pervenit, de Immunit. Ec- cles. & de pietate consideravit textus in l. Ad instructiones, C. de Sacros. Eccles. Tertio, oportet quod onus illud sit ta- le, ut ad illud sustinendum Laici non sufficiant, quia Clerici, & Ecclesiæ solum tenentur cum Laicis contribuere in substi- dium, & ubi Laicorum non suppetunt facultates, ut in dict. C. Non minus, C. Adversus; quas condiciones considerat vit. Benedictus in dict. Extravag. de Immunit. Eccles. ibi: Ceterum solite attendant Ecclesiarum Prælati, & alii Cle-

rici Lateranense Concilium, quod in hujusmodi subventioni- bus solum casum necessitatis, aut communis utilitatis, ubi Laicorum ad id non suppetunt facultates, deliberatione pro- videri nescitur exceptis. Quarto, requiritur, ut ad onus hu- jusmodi imponendum vocetur, & consentiat totus Clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter debet approbari; cap. Cum om- nes, de Regul. Juris in 6. Et probatur in d. cap. non minus, n. 4. 5. notab. Quinto, in istis oneribus imponendis ad effectum, ut Clerus teneatur, potissimum requiritur, ut Papa consula- tur, & ipso consulto, & non alias Clerici contribuunt, d. cap. Adversus; ubi notat Abb. n. 4. vers. quarto requiritur, & sic fuit expressè cautum per Benedictum XI. in d. Extravag. De Immunit. Eccles. & merito, quia si arbitrio Episcoporum, & Cleri hac relinqueretur, facile contingeret hujus- modi impositiones, & onera per ambitum, & preces Prin- cipum, & Ministrorum Laicorum, quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui non aliter, quam causa cognita, illas facultates, ut Clerici contribuunt, concedere solent. Postremo requiritur, quod ad hæc onera & impositiones sol- vendas postquam prædictis requisitis concurrentibus imposi- ta fuerint, Clerici, & Personæ Ecclesiasticæ, non a Mini- stris Laicis, sed a suo Episcopo, & Superiore Ecclesiasti- co compellantur, Principes enim, & seculares Potestates non possunt in his se intromittere. Ita Innocent. in dict. cap. Non minus n. 6. vers. quomvis ad ea, & Bald. in dict. C. ad Instructiones, n. 5. vers. Adhuc tamen, & n. 6. vers. Quod verum creto, C. de Sacros. Eccles. & Innocentium, & Baldum communiter sequuntur Doctores, & signanter Abb. in dict. C. Non minus n. 18. vers. dicit tamen de Immunit. Eccles. & Guid. Papa decil. 18. in fin. vers. si tamen dicti viri &c. Hæc tamen decisio Rota, quam sequuta est Sac. Congr. ut in sequenti Decreto: Sac. Congreg. Eminentissimorum, Cardinalium controversiis Jurisdictionalibus præpositorum, alias censuit, bona per Ecclesiasticos possessa gaudere exem- ptionibus a quibuscumque impositionibus, & oneribus, quæ non sunt copulative certa, realia, & invariabilia, juxta de- cisionem in Brundusina gabellæ coram bona mem. Penia; & Concordantes, nec non ab impositionibus Cameralibus, etiam comprehensivis Ecclesiasticorum, quando Ecclesiastici li- bertatem ea non solvendi præscripserint juxta decretum anni 1600. tempore Sanctæ mem. Clementis VIII. Dat. hac die 28. Apr. 1640. refert Barbosa Juris Ecclesiast. univers. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 8.

Novæ additiones ex aliena manu.

- 1 Immunitas bonorum Ecclesiasticorum a contributionibus, & collectis, legibus etiam civilibus fundatur; Videbis Legem 5. C. de SS. Eccles. quæ in Codice Theodosiano est Lex 40. de Episcop. & Cleric. Quintimo hac lege ipectata, adeo ampla erat immunitas bonorum Ecclesiasticorum, ut ea ne contribuere, quidem tenerentur in itinere, & pontium instructiones. Un- decim vero post annis bona Ecclesiastica a collectione hac non fuerunt amplius immunita; L. 5. C. de SS. Eccles. At immu- nia adhuc manserunt a fordibus muneribus, & extraordinariis collectionibus. Sordida munera recensent Lex 12. C. de Ex- cus. muner. Lex 15. & Lex 15. Cod. Theod. de extraor. sord. muner. Tum sigillatim perlustrat Muller. disput. de immunit. pr. d. Eccles. a mun. §. 18. & sequent. Extraordinarias itidem colle- ctiones declarat idem Muller. ubi supra §. 32. & sequent.
- 5 Constat etiam ex d. L. 5. C. de SS. Eccles. bona Ecclesiastica gavisa olim fuisse immunitate illa, non adhibito discrimine, utrum Ecclesiæ essent in dotem datæ, an vero alio quocumque titulo in Ecclesiam translata ad ejus patrimonium augmen- tum; Ziegler. de Dot. Eccles. cap. 12. §. 59. In Concilio vero Worma- tiensi cap. 50. relato in cap. 22. q. 1. est. 8. & cap. 1. de Consib. vi- detur inter bona quædam distinctio nata. Statutum namque fuit ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer abique ullo servitio attribueretur, atque Presbyteri, neque de domibus, neque de arvis, vel de hortis juxta Ecclesiam positos, neque de præ- scripto manio aliquid servitium facerent præter Ecclesiasticum. Si quid vero amplius habuerint, inde majoribus, (vel, ut alii legunt, Senioribus) suum debitum impenderent servitium.
- 7 Hinc autem facilis evadit resolutio ejus quæstionis, de qua agit Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. nu. 35. an bona, quæ priusquam Ecclesiæ obvenirent, obnoxia erant tri- butis & oneribus, eo ipso quod Ecclesiastica fiant. immunita evadant a tributis & gabellis. Licetque nonnulli id simpliciter Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

asseruerint, rectius tamen Barbof. explosis horum sententiis illa bona propterea immunita fieri negat, quod tributa, & exactiones sint onera ipsi rei inhærentia, adeoque ad Ecclesiam quoque transeant tanquam eorum possessorem. Intellige vero cum eo- dem Barbof. num. 57. de onere reali ipsi fundo inhærenti, non autem Personis propter bona imposita. Probeque laudatus Au- thor advertit, quod bona nullo onere antea affecta, libera quo- que in Ecclesiam transeant, & mutata pristina qualitate, ab extraordinariis, quæ noviter imponuntur, immunita sint.

De Conductoribus Bonorum Ecclesiasticorum quæri solet, an gaudeant eodem Immunitatis privilegio? Affirmant commu- niter Doctores; Vide Carpozov. lib. 2. Jurispr. Consistor. defn. 300. Bohemer. in Jur. Paroch. sect. 5. cap. 3. §. 14.: Quamvis enim (inquit Bohemer. loc. cit.) intuitu Ecclesiæ hoc privilegium concessum sit, quia tamen adhuc Ecclesiæ illa mediate possi- det, licet ea locando in alium transferat, in ejus damnum & præjudicium vergeret, si Conductor ad solvenda tributa, obstringeretur, quia regulariter Conductor non obstringitur ad tributa; & quamvis Fiscus possessionem sequatur &c. tamen nisi aliud actum a Locatore Conductor repetere potest, quæ tributorum nomine solvit &c. adeoque in effectu gravaretur Ecclesiæ, & sic contra Immunitatem suam teneretur ad col- lectas; Conter etiam Rot. in Cervien. Dazii vim 13. Junii 1746. §. 17. cor. clar. mem. Millin.

An autem, & quatenus Emphyteutæ & coloni partiarii, qui bona Ecclesiastica possident, tali Immunitate fruuntur, tradunt Menoch. de Arbitr. cap. 562. per tot. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 21. pariter per tot. Tum an hoc privilegio gaudeant possessores bonorum Ecclesiasticorum, non simplices uti Conductores, sed jure hereditario, vel Coloni perpetui talia possidentes, excutiunt Carpozov. Jurispr. d. Consist. lib. 2. defn. 307. Bohemer. in Jur. Paroch. sect. 5. cap. 3. §. 15.

Gravior est quæstio, an emtores fructuum bonorum Eccle- siæ gaudeant immunitate illa, qua gaudet ipsa Ecclesiæ? Inva- luit autem hæc distinctio, quod aut in pactum deducta ab Ec- clesiæ fuit immunitas, & gaudere illa ipsa immunitate debent emtores; aut immunitas minime conventa fuit, & non est cur ea gaudere debeant Emtores; Ita post alios distinguit Pitom. di- scep. Eccles. 158. fer. per tot. quem sequuta est Sac. Congreg. Immunitatis in Fanen. 13. Februarii 1753.

Alterum privilegium bonis Ecclesiasticis competens consi- stit in eo, quod sunt exempta a seculari jurisdictione, & sub- jecta tantummodo jurisdictioni Ecclesiasticæ. Sed de eo alibi fusè disseremus.

ARTICULUS III.

De pœnis violentiam Immunitatem bonorum Eccle- siasticorum, & de absolutione ab eisdem.

Vltra gravissimam Sacrilegii culpam, triplex potissimum pœna incurritur a violentibus Immunitatem bonorum Ecclesiasticorum. Prima pœna est, quod omnia eorum acta contra talem Immunitatem, omnesque Constitutiones, & sen- tentiæ, quæ a collectantibus Ecclesiis, vel Ecclesiasticis, ac compellentibus ad contribuendum etiam pro necessitatibus communibus sunt editæ, vel de ipsorum mandato promulga- tæ, ipso Jure sunt irritæ, nec ullo unquam tempore valituri, textu expresso in cap. Adversus 7. de Immunit. Eccles. ibi: Quia vero nec sic quorumdam malitia contra Dei Ec- clesiam conquievit, adjicimus, ut Constitutiones, & sen- tentiæ, quæ a talibus, vel de ipsorum mandato, fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ: Et ratio est, quia ex Regul. Juris 26. in 6. Ea quæ sunt a judice, si ad ejus non spectant Officium, viribus non subsistunt. Secunda pœna est, quod teneantur restituere ea omnia, quæ ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis Personis, aut bonis earum exegerunt; citat. cap. Non minus, ibi: Donec satisfactionem impenderit competentem; Et est communis. Quid- quid enim injuste acquiritur, aut usurpatur, restitui debet, & a fortiori si vi, vel minis fuerit extortum; habetur expressè Levit. 6. ibi: Qui vi aliquid extorsit... omnia integra pri- mum restituat. Tertia pœna est, quod incurrat ipso Jure, & facto Excommunicationem majorem; cap. Non minus 4. de Immunit. Eccles. ibi: Sub anathematis districtione talia probi- bemus. cap. Adversus 7. Tit. eod. ibi: Provide præsumptionem hujusmodi sub anathematis districtione prohibuit; cap. Quam- quam 4. de Censibus in 6. ibi: Excommunicationis sententiam ipso

ipso facto incurrat: concordat Clement. Quoniam cap. unic. de imminut. Eccles. & Extravag. int. Quod olim cap. 1. Tit. eod. Et expresse Bulla Cœne §. 18. & constitutio Urban. VIII. incipiens Roman. Pont., supra art. 2. sub n. 63. relata.

Huius Excommunicationis pœnam incurrunnt omnes, & singuli sine expressa speciali licentia Romani Pontificis exigentes ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque Personis, aut earum bonis Collectas, Decimas, Taleas, Præstantias, & quæcumque alia huiusmodi; cap. Non minus 4. & cap. Adversus 7. de Immunit. Eccles. cap. Qui nonnulli 1. eod. tit. in 6. Constitut. cit. Urban. VIII. incipient. Romanus Pontifex, & expresse Bulla Cœne §. 18. ibi: „ Quive Collectas, Decimas, Taleas, Præstantias, & alia onera Clericis, Prælati, & aliis Personis Ecclesiasticis, ac earum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, proventibus huiusmodi abque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt. „ Item qui Pedagogia, Quidagia, Taleas, vel Vestigalia eidem imponunt, vel ab eis exigunt, etiam pro rebus propriis ipsorum Ecclesiasticorum; cap. Quamquam 4. de Censibus in 6. ubi expresse itatur Ecclesias, & Ecclesiasticas Personas ad Pedagogia, & Quidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, vel solvendum talia pro rebus suis propriis, quas non causa negotiandi deserunt, vel deserri faciunt, aut transmittunt, etiam contraria consuetudine quacumque (quæ dicenda est corruptela verius) non obstante. Imo hanc Excommunicationem incurrunnt, qui sic imposta etiam a sponte dantibus, & concedentibus (hoc est sine alia vi, aut coactione præter exigentiam, seu impositionem) recipiunt; Bulla Cœne in cit. §. 18. ibi: „ Aut sic imposta etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, & cit. Const. Urbani VIII. incip. Roman. Pont. §. 6. ibi: „ Etiam a sponte dantibus, & contribuentibus, & Congreg. in Adriem. 27. Septembris 1622. & in Vincentina 15. Julii 1638.

Vide in decretis supra relatis. Item eam incurrunnt omnes, qui per se, vel per alios, directe, vel indirecte prædicta faciunt, procurant, vel exequentur, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstant, sive sint supremi Principes cuiuscumque præminentie, seu Dignitatis, etiam Imperialis, Regalis, Ducalis &c. sive sint subordinati Senatus, Magistratus, aut alii huiusmodi Præsidentes, & Judices, sive sint infimi servi, vel Famuli, aut Lictores, vel Satellites, aut Milites directe, vel indirecte exequentes vel ad executionem juvantes, textu expresse in cit. Bulla Cœne §. 18. „ Necnon qui per se, vel alios directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut ad eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cuiuscumque sint Præminentie, Dignitatis, Ordinis, Conditionis, aut Status, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant Dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Tertis quoquomodo Præsidentes, Consiliiarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali Dignitate insigniti. Innovantes Decreta super his per Sacros Canones tam in Lateranensi novissimæ celebrato, quam aliis Conciliis Generalibus edita cum Censuris, & pœnis in eis contentis.

Quinimmo etiam successores in officio imponentium collectas, vel onera Ecclesiasticis Excommunicationem incurrunnt, nisi intra mensem satisfecerint, textu expresse in cit. cap. Adversus 7. de Immunitat. Eccles. ibi: „ Successorem ipsius, nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter; cum succedat in onere, qui in honore substituitur; Huiusmodi autem successores, ne Excommunicatione obstringantur, tenentur ad satisfactionem, curando satisfactionem præstari a Communitate, in cuius utilitatem concessum est tributum, seu collecta; vel contrahendo satisfactionem præstari ab iis, quibus collectæ applicatæ sunt; nam quantum ad hoc merito succedunt in onere, qui succedunt in honore, sive Officio, & Magistratu, ut dicitur in citat. cap. Adversus. In defectu vero Communitatis, vel illorum, quibus collectæ applicatæ sunt, si successores in Officio sint Hæredes prædecessorum, qui Collectam imposuerunt, tenentur ipsi ad restitutionem damni, quod Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ Personæ ex impositione illius collectæ passæ sunt; nam cum in tali casu, & defectu tenerentur ad restitutionem ipsi prædecessores, qui Collectam imposuerunt, ut colligitur ex cit. cap. Adversus 7. de Immunit. Eccles. & tenet Abbas ibi num. 9. Pirhing. lib. decretal. tit. 49. sect. 3. §. 7. num. 91. & alii, & hæreditas transeat cum suo

onere per vulgaria, arg. cap. Ex litteris 5. de Pignoriis, ibi: „ Cum bona cum suo onere transferuntur ad quemlibet possidentem, & cap. Cum non sit 33. de Decimis, ibi: „ Quoniam res transit cum suo onere, ideo evidenter sequitur ad eandem restitutionem teneri in tali defectu etiam successores, si sint Hæredes; Sic Suarez disp. 21. de Censuris sect. 2. num. 101. & cum aliis Barbosa in cit. cap. Adversus num. 4. & 5. Si vero successores in Officio non sint Hæredes, non tenentur ex propriis bonis satisfacere, seu restituere, cum ipsi non deliquerint, nec aliquid ex Collectis ab Ecclesiâ datis viuperaverint, adeoque si intra mensem non possint satisfactionem præstare, non incurrunnt Excommunicationem, quia revera non deliquerunt. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 49. sect. 3. §. 7. num. 91. & alii.

Præfata Excommunicatione incurrenda, nulla consuetudo etiam immemorabilis, nulla præscriptio, nullum privilegium, nullasque alius titulus excusat; cap. Quamquam 4. de Censibus in 6. ibi: „ Contraria consuetudine quacumque (quæ dicenda est corruptela verius) non obstante. Et expresse Bulla Cœne §. 24. ibi: „ Non obstantibus Privilegiis, Indulgentiis, Indultis, & Litteris Apostolicis, generalibus, & specialibus, prædictis, & etiam alicui, seu aliquibus aliis cuiuscumque Ordinis, Status, vel Conditionis, Dignitatis, & Præminentie fuerint, etiam si, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgent Dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu Locis a prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint, per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de Privilegiis, Indulgentiis, Indultis huiusmodi, ac de Ordinibus, Locis, Nominibus, Præiis, Cognominibus, & Dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptiõibus quantumcumque longissimis, & aliis quibusvis, ac sententiis, quo minus includantur, in eis se juvare valeant, vel tueri; quæ omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cateraque contraria quacumque. „ Nec valet objicere quod Bulla Cœne Domini non sit ubique recepta, & consequenter non ubique obliget, cum Lex non recepta, vel non promulgata, non obliget secundum plures Doctores. Non valet, inquam, quia Alexander VII. anno 1665. die 24. Septembris inter alias propositiones etiam sequentem ordine 28. damnavit. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat Legem a Principe promulgatam. Immo dato, & non concessio, quod Leges alie non obligent in locis, in quibus non sunt receptæ, & promulgatæ, obligant tamen Leges, & Constitutiones Pontificiæ pro Immunitate Ecclesiastica editæ (inter quas præcipua est Bulla Cœne) non obstante prætextu Legis non receptæ, aut non promulgatæ, prout expresse sancivit Urbanus VIII. in allata Constit. incip. Romanus Pontifex §. 4. ibi: „ Etiam sub prætextu, quod Bulla seu Constitutio Apostolica non fuerint publicatæ, vel usi receptæ, aut contrario usi decernali, & quantumlibet longissimo, ut prætextitur, abrogatæ. Unde Bulla Cœne etiam in locis, ubi non est promulgata, quoad ea, quæ pro Immunitate Ecclesiastica Reali, & Personali disponit, certissime obligat, & vim suam habet, ut clarissime patet ex citatis verbis Urbani VIII.

Præfata Excommunicatione, aliisque pœnis extra articulum mortis nullas præter Romanum Pontificem abolvere potest; Et in articulo mortis nullus abolvere potest; nisi Violatores prius cautionem præstent de satisfaciendo, seu restitutionem faciendo, & mandatis Ecclesiæ integre parendo, & similia non ulterius faciendo, ut habetur expresse in cit. Bulla Cœne §. 21. ibi: „ Caterum a prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in articulo mortis constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & Indultorum quibuscumque Personis Ecclesiasticis, Secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori Dignitate præditis, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & Locis piis; nec non

„ Laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiusvis Concilii Decreta, verbo, Litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, vel specie, concessorum innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum. „ Advertendum tamen hic, quod dato casu, quo aliquis similis Violator cautionem præstare, vere non possit, adhuc in simili casu possit absolvi, dummodo firmiter proponeret, & promitteret de satisfaciendo, seu restitutionem fideliter faciendo, & de stando totaliter Ecclesiæ mandatis, & similia non amplius faciendo. Communis.

Si aliquis alius, quam Romanus Pontifex, extra mortis articulum, vel in articulo mortis non servatis præfatis conditionibus similem Violatorem abolveret, gravissime peccaret, Excommunicationem incurreret, & gravius spiritualiter, & temporaliter adhuc contra eum possit procedi. Sic expresse cit. Bulla Cœne §. 22. ibi: „ Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus Excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutiois Beneficium impendere de facto præsumpserint, eos Excommunicationis sententia inodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter prout expedire noverimus, processuri.

Immo nulla absolutio etiam per Romanum Pontificem facta Violatoribus Immunitatis suffragatur, nisi prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi, destiterint, seu facta decreta contra Ecclesiasticam libertatem publice revocaverint, & ex Archivis, Librisque, in quibus fuerant annotata, expunxerint, & de his Pontificem certiores fecerint; Sic expresse cit. Bulla Cœne §. 23. ibi: „ Declarantes, ac protestantes quacumque abolutionem etiam solemniter per Nos faciendam prædictos Excommunicatos, sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi, destiterint; ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam Libertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, & Decreta huiusmodi de publice revocaverint, & ex Archivis, seu Capitularibus Locis, aut Libris, in quibus annotata, reperiuntur, deleri, & cassari, ac Nos de revocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi abolutionem, aut quocumque alios actus contrarios, tacitos vel expressos, ac etiam per patientiam, tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum, quantumcumque tempore continuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque Juribus Sedi Apostolicæ, ac S. R. E. Undecumque & quodcumque quæsitis, vel quærendis nullatenus præjudicari posse, aut debere.

ARTICULUS IV.

De bonis Laicalibus; & præcipue de bonis Conjugum, & Filiorum Familias, quoad suum esse, proprietatem, & usumfructum.

Bona Conjugum, alia sunt Dotalia, alia Paraphernalia, alia Antipernalia, alia Propria, alia Communia. Bona Dotalia sunt ea, quæ ab Uxore, vel ab alio nomine ipsius dantur Marito ad onera Matrimonii sustinenda, puta ad alendam Uxorem, Liberos, & Familiam. Hæc enim cura Marito incumbit; adeoque horum bonorum dotalium ususfructus pertinet totaliter ad Maritum, quamvis Matrimonium constitit. Textu expresse in l. 7. ff. de Jure Dotium, ibi: „ Dotis fructum ad Maritum pertinere debere, æquitas suggerit; cum enim ipse onera Matrimonii subeat, æquum est etiam fructus percipere. Proprietas autem horum bonorum pertinet ad Uxorem; l. In rebus 30. Cod. de Jure dotium; l. Quamvis 75. ff. eodem. Immo bonorum dotalium proprietas ita spectat ad Uxorem, ut pro eis sint ipsi tacite hypothecata omnia bona Mariti, donec sibi talia bona Dotalia restituantur; Text. clar. l. In rebus 50. Cod. de Jure Dotium. Quare soluto Matrimonio per mortem Viri, præfertur Uxor in repetenda Dote omnibus aliis creditoribus, etiam tempore prioribus, & hypothecam habentibus; l. Assiduis 12. Cod. qui pot. in pign. hab. ubi sic expresse habetur: „ Sancimus ex stipulatu actionem, quam Mulieribus jam pro Dote restituenda dedimus, cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere Mariti creditoribus, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. Quin etiam durante Matrimonio, si Maritus ad inopiam

vergat, ita ut periculum sit, ne dotem aggrediat, & absumat, fas est Uxori eam repetere; l. Si constante, in princip. 24. ff. solut. Matrim. l. ubi adhuc 29. Cod. de Jure Dot. Authent. Quod locum, C. de Collat. Dantur tamen duo præcipui casus, in quibus proprietas, seu dominium dotis plene transit ad Maritum; sed cum obligatione tantumdem soluto Matrimonio restituendi. Primus casus est, si Dos consistat in numerata pecunia, vel aliis rebus usu consumptibilibus; Tunc enim quasi Mutui contractus intervenit, adeoque Maritus plenum dominium recipit ipsius pecuniæ cum sola obligatione restituendi tantumdem ejusdem generis, & qualitatis soluto Matrimonio; arg. l. Res in Dote 42. ff. de Jure Dotium; Secundus casus est, si Res Dotalis usu non consumptibilis, ut puta domus, prædium &c. Marito æstimata tradantur, non quidem eo solo animo, ut sciatur earum valor, si forte deperditæ, vel diminutæ fuerint culpa Mariti, sed ita æstimatæ, ut æstimatio faciat venditionem, & emptionem; nam tunc Maritus acquirit dominium ipsarum, & summæ pecuniæ taxatæ veluti pretii debitor efficitur, ac soluto Matrimonio potest retinere rem, & offerre, seu restituere pecuniam taxatam, textu claro l. Quoties 5. Cod. de Jure Dotium. Et in his duobus casibus bonorum dotalium periculum spectat ad Maritum, arg. l. Res in dote 42. ff. de Jure dot. quod alioquin ad Uxorem tanquam dominam bonorum dotalium pertineret, si sine dolo, aut culpa Mariti deteriorarent, vel omnino perirent, ut colligitur ex l. Plerumque 10. ff. de Jure Dot. juncta l. pen. & ultim. ff. soluto Matrimonio, quemadmodum dos petatur, & l. ultim. Cod. de pactis conventis; Gloss. verb. Dolum.

Bona Paraphernalia, seu extradotalia sunt omnia alia bona Uxoris extra dotem, sic dicta a vocabulo Græco Para, idest extra, & pherna, idest Dorem; text. & DD. in l. Hac lege 8. Cod. de pactis conventis. Horum bonorum Paraphernalium, seu extradotalium habet Uxor plenam proprietatem, administrationem, & usumfructum, itaut Maritus sine ejus consensu nequaquam huiusmodi bonis se immiscere possit; l. Hac lege 8. Cod. de pactis conventis, quamvis bonum, atque consultum sit Mulieri, quæ seipsam Marito committit, res etiam ejusdem pari arbitrio gubernari, ut expresse habetur in cit. l. Hac lege 8. Cod. de pactis conventis. Et in casu, quo administratio bonorum Paraphernalium sit commissa Marito, tunc Uxor pro his quoque bonis habet tacitam hypothecam in bonis Mariti, ut expresse colligitur ex l. fin. C. de pactis conventis, ubi sic legitur: „ Sim autem hoc scriptum, minime invenitur, ex præfata nostra Lege habeat hypothecam contra res Mariti. Hæc tamen hypotheca pro bonis Paraphernalibus non est ita privilegiata, sicuti hypotheca Legalis pro dote, cum ipsi non competat privilegium prælationis concessum pro dote; in l. Assiduis 12. Cod. qui pot. in pign. hab. adducta supra num. 4. Ita Gloss. in l. Si ego §. Dotis, ff. de Jure Dot. Salicet in l. Assiduis, num. 13. C. qui pot. in pign. hab. Merlinus de pignori part. 3. quest. 54. num. ult. Cardin. de Luca de Dot. discurs. 120. num. 2. & disc. 168. num. 20. & alii passim. Et ratio est, quia de hoc privilegio non est cautum in Jure, & sic subingreditur regula, quod non sint extendenda privilegia ultra expressa. Bona Antipernalia, seu contradotalia sunt ea, quæ Maritus assignat Uxori in compensationem reciprocam dotis; Et horum dominium, etiam quoad usumfructum, est penes Maritum. Claudius la Croix lib. 3. part. 1. dub. 4. de Furto num. 1019. Bona Propria Mariti sunt omnia, quæ ipse possidet, excepta dote. Bona Propria Uxoris quoad Jus sunt bona Dotalia: quoad Jus, & usum sunt bona Paraphernalia. Bona Communia sunt illa, quæ durante Matrimonio accedunt ex communibus bonis, dicunturque superlucrata, quorum mediætas, quoad Jus ad Maritum, & mediætas ad Uxorem spectat; quo ad usum autem, & administrationem omnia spectant ad Maritum tantum. Et hoc intellige pro illis Provinciis, & Regnis, ubi Legibus, & Institutis receptum est, ut bona Mariti sint Communia, item 8. Uxoris; uti Jure Hispanico Communia sunt tum ea, quæ communi industria, tum ea quæ proprio singuli Conjuges labore, emptione, venditione &c. lucrantur; tum fructus Patrimonii bonorum Castrensium, & quarumcumque donationum, quæ quidem ita sunt communia, ut dimidium illorum sit Mariti, & dimidium Uxoris, ut testatur Petrus Navarra de restitu. lib. 3. cap. 1. n. 93. 97. 100. 122. consentiente Molina tract. 2. disp. 272. Id ipsum in tota fere Gallia præctici docet Cassan. in consuetudine Burgundie rib. 4. §. 2. Unde circa hæc attendendæ sunt speciales, cuiusque Provinciæ Leges, & legitimæ consuetudines.

Ex dictis inferitur primo, Maritum graviter peccare consumendo,

mendo, ac dilapidando bona Paraphernalia Uxor sine eius licentia, adeoque teneri ad restitutionem; Et ratio est, quia revera usurpat rem alienam, scilicet ad Uxorem Jure domini, & administrationis spectantem jure invito domino, & expresse contra Leg. Hac Lege, Cod. de pactis conventis, ubi sic statuitur: *Hac Lege decernimus, ut Vir in his rebus, quas extra dotem Mulier habet, nullam Uxore prohibente habeat communionem, nec aliquam rei necessitate imponat.* Quinimmo etiam si sit ab Uxore commissa Marito administratio bonorum Paraphernalium, adhuc tamen is gravem committit injuriam, si predicta bona in Bacchum, Venerem, aliaque prodigiosa, aut turpes alienationes expendat, juxta Legem *Quid Tutoris, Cod. arbit. tutelae.* Insuper in locis, ubi bona Mariti, & Uxor sine Communia, & consequenter medietas ipsorum spectat ad Uxorem, peccat mortaliter contra Justitiam Maritus, teneturque ad restitutionem, si invita uxore, quid notabile dissipet in excessivis comestationibus; & potationibus, in largis donationibus, & hujusmodi. Layman lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 12. num. 6. Petr. Navarr. lib. 3. cap. 1. num. 114. Lessius l. 2. cap. 12. dub. 14. num. 87. Molina disp. 274. §. Media tamen. Et ratio est, quia vera injuria, injustoque damno afficit tunc Uxorem, utpote quae in predictis locis habet cum Marito contractum societatis, ut refert communis opinio Jurisconsultorum apud Navarram loc. cit. num. 108.

19 Infertur secundo, Etiam Uxorem graviter peccare consumendo, ac dilapidando, seu surripiendo summam notabilem ex bonis Mariti, eo rationabiliter invito, adeoque, ad restitutionem teneri; Et ratio eadem est, quia ipsa revera usurpat rem alienam, scilicet ad Maritum Jure domini & administrationis spectantem, jure, & rationabiliter invito domino. Est Communis. Insuper in Provinciis, & Locis, ubi lucra tam Uxor sine, quam Mariti sunt communia, Uxor peccat graviter contra Justitiam, & tenetur ad restitutionem, si invito rationabiliter Marito ipsa bona Communia alienet, dissipando, vel surripiendo: arg. Regul. 19. juris in 6. ibi: *Non est sine culpa, qui rei, quae ad ipsum non pertinet, se immiscet;* Et ratio eadem est, quia vera injuria, injustoque damno afficit tunc Maritum, utpote qui in predictis locis habet cum Uxore contractum societatis, & quo ad omnia plenam administrationem, & usum. Immo in ipsis locis graviter peccat, & tenetur ad restitutionem, etiam si alienet dissipando ea bona, quae ipsa sua industria acquisivit; Et ratio est, quia in ejusmodi locis tum administratio, tum etiam saltem media ex parte usufructus ipsi Marito competit. Petrus Navarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 90. post Cordubam, Gobat tract. 5. Quinarii cap. 14. sect. 2. n. 28. & alii. Si vero Uxor absumat ea in bonum Familiae; in quod Maritus ipse erat absumpturus; non obligatur ad quidquam restituendum, quia nullo damno reali afficit hoc modo Maritum, esto afficiat injuria usurpando sibi ipsius officium, atque administrationem bonorum Communium; Restitutio enim proprie non debetur. Molina tom. 3. disp. 715. Card. de Lugo t. 1. de Justitia disp. 6. n. 56. Gobat loc. cit.

23 Infertur tertio, Uxorem obligatam in supradictis casibus ad restitutionem teneri saltem restituere de bonis propriis Paraphernalibus, si habeat, seu ex ipsis suis bonis omnino propriis tantum insumere in suam, aut Familiae necessariam sustentationem, quantum est id, in quo laesit injure Maritum. Si vero Uxor bona Paraphernalia, & omnino propria non habeat, tenetur abstinere usu quorundam, quae a Marito exigendi Jus habet. Si autem haec non sufficiant pro integra, & debita restitutione, tenebitur post mortem Mariti restituere Haeredibus ex Dote, vel aliunde acquisitis. Intelligence tamen haec de Uxore, quae non habuerit Maritum similiter prodigum, vel dilapidatorem, quia si Maritus prodigat, vel dilapidat bona Communia, vel Paraphernalia, tunc erit locus compensationi. Dato autem quod Mulier prodiga, vel dilapidatrix non habuerit Maritum similiter prodigum vel dilapidatorem, & nullum habeat ex supradictis modis restituendi, & compensandi, tunc excusabit omnimoda impotentia, juxta communem Doctrinam in materia de restitutione.

28 Infertur quarto, posse Uxorem sine peccato, & onere restitutionis de bonis Communibus, seu propriis Mariti disponere in variis casibus. Primo cum ipsa Uxor bona administrat, & Familiam gubernat, vel consentiente Viro, ut saepe fit, vel Viro absente, agrote, aliave causa impedito, tunc potest facere honestas donationes, elemosinas, & similes rationabiles expensas, quas ipse Maritus gubernans faceret, vel secundum regulas prudentis administrationis facere deberet: non autem excessivas, & notabiliter majores, ut notat Navarr. cap. 173. n. 3. Sporer. t. 2. tract. 5. sect. 2. n. 53. & alii.

Secundo; Potest Uxor, etiam, cum Familiam gubernat Maritus, sine peccato, & onere restitutionis, ex bonis Communibus, & Mariti facere elemosinas, & donationes secundum consuetudinem aliarum Mulierum suae conditionis. Nec obstat Canon cap. Quod Deo 2. caus. 33. q. 5. ubi ex verbis S. Augustini sic dicitur: *Nihil de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacumque pecunia, vel de rebus terrenis tuis sine eius (ideest Mariti) arbitrio facere debuisti.* Non obstat, inquam, quia, ut constat ex contextu, S. Augustinus loquitur de nimis profusa elemosyna cujusdam nobilis Matronae nomine Ecclesiae, quae omnia fere bona, quae domi habebat, duobus Monachis, uti pauperibus, incio Marito, erogaverat, ibi: *Omnia, vel pene omnia, quae habebas, nescio quibus duobus transmissis Monachis tamquam pauperibus eroganda donaveris;* Maritus enim quando elemosynas, & donationes vetat, videtur vetare solum excessivas, alioquin foret irrationabiliter contrarius, seu invitus; siquidem Uxor non est mancipium Viri, sed loca habens etiam quandam auctoritatem administrationis, etsi vero subiectam, ne quid inordinate fiat; Unde nequit Maritus omnes elemosynas, & donationes etiam moderatas, & rationabiles secundum consuetudinem aliarum Mulierum suae conditionis Uxori prohibere.

Tertio; Potest Uxor sine peccato, & onere restitutionis in suas, Filiorum, totiusque Familiae necessitates, atque adeo in victum, vestitum, medicinas, & hujusmodi accipere, & convertere tantum, quantum teneretur Maritus,posito, quod hic pra avaritia, vel ignorantia non subministrat talia necessaria; Maritus enim tenetur prestare Uxori tamquam Matrifamilias victum, & sustentationem competentem, ut per text. in l. Et caetera 44. ff. de Verbor. signif. ibi: *Victus appellatione ea significantur, quibus curam tuam digne corporis nostri gratiam sumitur.*

Quarto; Potest Uxor sine peccato, & onere restitutionis eas expensas, donationes, & elemosynas facere, quas necessarias rationabiliter judicat ad averendum a Marito grave damnum, sive spirituale, largiendo V. G. elemosynas, ne Deus ipsam ob flagitia puniat; sive temporales V. G. morbum, mortem, carcerem, si pra avaritia, vel ignorantia id negligat Maritus; sicut fecit Abigail ad perpetuam ejus laudem legitur 1. Reg. cap. 25. num. 18. & 19. Quae cum Nabali viro suo iratum Davidem novisset, eo quod cibaria recusasset, Regem hunc donis maximis, quae non indicavit Marito suo, placavit, ibi: *Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque arctos coctos, & quinque fasa potentia, & centum ligaturas novae passae, & ducentas massas caricarum.* Viro autem suo Nabali non indicavit. Sic enim Uxor gerit utilissime negotium Mariti, cujus damnam etiam redundaret in ipsam, et Uxorem, ac proinde nequit rationabiliter esse invitus.

Quinto; Potest Uxor sine peccato, & onere restitutionis de bonis Communibus, aut Mariti, accipere ea, quae Maritus certe, & facile concederet, si rogaretur; Communiter enim est justa causa non petendi, ne se velut ancillam ostendat. Lessius, Lugo, Dicastillo, Bonacina, & alii cum Gobat, loc. cit. num. 46. & hoc confirmari potest per Doctrinam Suarez tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 11. num. 10. & cap. 15. numer. 2. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 16. Lugonis de penit. disp. 19. sect. 2. num. 22. Raymund. in morali disciplina dist. 24. num. 50. generatim negantium a Petro V. G. committi furtum, si Paulo incio rem ipsius surripiat, prudenter credens Paulum, si eam peteret, donaturum esse. Quod quidem licet videatur aperte decidi l. Inter omnes ff. de furt. nunquam erit in praxi sequendum.

Sexto; Quando Maritus ita dilapidat bona Communia, ut periculum sit, ne Familia egeat, tunc potest Uxor licite surripere clam ea, quae judicat fore in posterum necessaria sibi, & Familiae. Immo in tali casu, eo quod Maritus dilapidando bona Communia faciat injuriam Uxori, poterit Uxor uti occultata compensatione, aliquid de bonis propriis ipsius Mariti subtrahendo; Dummodo caveat, ne soluto Matrimonio propter ignorantiam factae occultae compensationis, restitutio Dotis ipsi denuo fiat. Communis.

Septimo; Quando Pater, vel Mater Uxor sine, vel ejus ex prioris Matrimonio Filii sunt ita pauperes, ut juxta suum statum valde misere vivant, tunc potest Uxor, si non habeat bona propria, eis succurrere ex bonis Mariti; Ratio est, quia Jure naturae tenetur illis succurrere si potest, & isti Jus habent alimenta ab ea petendi, unde Maritus non potest Jure id inique prohibere, cum Jus, quod habet Uxor ad honestam sustentationem extendat se ad illas largitiones, ad quas natura Lex obli-

obligat; Hoc tamen casu ex Jure communi soluto Matrimonio debet ipsa, quae dedit, restituere ex sua Dote haeredibus Mariti, ut docet communis. nisi ab ipso Marito vivente, vel ab ejus Haeredibus fuerint condonata. Immo potest Uxor ex bonis Communibus, vel Mariti, si non habet propria, succurrere etiam suis Fratribus, & Sororibus simili miseria, & paupertate afflictis; Et ratio est, quia cum Maritus Jure communi teneatur Fratribus, & Sororibus suis gravinecessitate pressis subvenire, ut tradunt communiter Doctores; cum Gloss. in leg. Qui Filium + ff. ubi pupillus educari debeat; sic pari ratione, tenebitur Uxor respectu suorum, ut etiam innuitur l. Mutus 73. §. 1. ff. de Jure Dotium, ibi: *Manente Matrimonio, non perditur Uxori, ob has causas dos reddi potest, ut se, suosque alar, ut fundum idoneum emat, ut in exilium, vel insulam relegato Parenti praestet alimenta, ut egentem Virum, fratrem, sororemve sustineat.*

Bona Filiorumfamilias alia sunt Castrensia, alia quasi Castrensia, alia Adventitia, & alia Profectitia. Bona Castrensia sunt ea, quae Filiusfamilias acquirit ratione Militiae, sive mobilia sint, sive immobilia, ut stipendia Militum, praedae ex hostibus, donationes Ducum, data a Parentibus Filio eunti ad bellum; & omnia lucra, quae ex talibus bonis mediante fructu, vel contractu proveniunt; Et horum bonorum proprietates, dominium, & usufructus, seu administratio spectat pleno Jure ad ipsum Filium independentem a Parente, adeoque potest de ipsis suo arbitrio disponere, donando, contrahendo &c. l. Castrense 11. ff. de Castrensi peculio. Bona quasi Castrensia sunt ea, quae licet ratione Militiae acquisita non sint, gaudent tamen privilegio Castrensi, eo quod acquiruntur medio etiam ordinato ad bonum commune Reipublicae, ut sunt ea, quae Filius acquirit ex Artium Liberalium professione, ex publico Officio Ministri, Advocati, Medici, Judicis, Consiliiarii, Praetoris, & hujusmodi, & ea quae Filius Clericus ex Beneficio, vel Officio Ecclesiastico. Est Communis; & colligitur ex l. 2. Cum multa 7. Cod. de bonis, quae liberis. Et horum bonorum proprietates, dominium, & usufructus, seu administratio spectat etiam pleno Jure ad ipsum Filium independentem a Parente cum sua omnimoda libertate disponendi de ipsis, ut sibi placuerit, cit. l. Castrense 11. ff. de Castrensi peculio; Et ratio est, quia ita expedit bono communi Reipublicae, ut Filiusfamilias in bonis acquisitis ex Officio aliquo publico, sicuti in bonis acquisitis ex bello sit sui Juris, & independentem a Parentibus, ne alias ab obsequio boni communis retrahatur. Bona Adventitia sunt ea, quae nec sunt Castrensia, nec quasi Castrensia, ita tamen acquisita a Filio adhuc sub patria potestate constituta, ut nec a Patre proveniant, nec Patris intuitu, aut causa, principaliter sint data, sed omnino aliunde, uti sunt bona, quae Filius acquirit arte mechanica, industria, casu, fortuna, inventionem, Legato, donatione aliorum, & ea quae Jure hereditario a Matre, a Vis matris, aliique propinquis in linea materna acquirit. Et horum bonorum Adventitiorum dominium directum, seu proprietatem habet Filius, adeoque mortuo Patre illi soli competunt; Dominium vero utile, usufructum, & administrationem habet Pater, dum vivit, l. Cum oportet 6. Cod. de bonis, quae liberis.

Quandoque tamen etiam usufructum, & administrationem habet Filius, ut si Pater ipsi concedat, vel saltem tacite consentiat; Item si ab aliis ipse usufructus sit expresse relictus, vel concessus Filio, tunc enim Pater nihil potest habere, cum super usufructum non possit statui alius usufructus; Item si Filius accipiat Dotem. Patre non consentiente, nec se obligante. Item quando Pater noluit consentire Filio ad eunti aliquam hereditatem; tunc enim non habebit ejus usufructum: In his, & similibus casibus ex communi Doctorum pro certo est, teste Lugone tom. 1. disp. 5. sect. 2. nom. 23. etiam usufructum, & administrationem bonorum Adventitiorum spectare ad Filium. Quod si bona Adventitia Filii sint usu consumptibilia, ut pecunia, vinum, frumentum, & similia, cum super his non possit dari usufructus proprie dictus, tunc conceditur Patri usufructus minus proprius, cum obligatione restituendi Filio tamquam proprietario, in aequivalenti, idest, bona Adventitia usu consumptibilia debent pro usufructu consignari Patri aestimata cum obligatione reddendi aestimationem transacto tempore usufructus; l. 1. ff. de usufructu earum rerum, quae usu consumuntur. Bona Profectitia sunt ea, quae proficiuntur, & proveniunt ex rebus Patris, & Filius in ipsis negotiando lucratur, vel intuitu Patris donantur Filio adhuc sub patria potestate constituto; l. 6. Cod. de bonis, quae liberis. Et horum bonorum Profectitorum dominium totale, & usufructus spectat

ad solum Patrem; §. Sancitum, instit. Per quas Personas cuique acquir. Unde de hujusmodi Bonis Profectitis (immo nec de Adventitiis, cum eorum fructus ad Patrem spectet) nihil potest Filius alienare sine consensu Patris; leg. fin. §. Filiis Cod. de bonis, quae liberis. Quod si donentur, vel relinquuntur talia bona occasione quidem aliqua Patris, attamen principaliter ex affectu, & amicitia erga Filium ipsum, sunt Adventitia, l. 6. Cod. de bonis, quae liberis. Quae autem ab ipsis Parentibus dantur Filio in Patrimonium, ut suscipiat Sacros Ordines, vel Filiae in Dotem, aut Filio ad nuptias, ad studia &c. non sunt Profectitia, nisi quoad hunc effectum, quod debeant postea in partitionem hereditatis cum aliis Fratribus afferri; Dominium tamen eorum, & fructus percipiendi ad Filium, vel Filiam pertinet; neque si fructus afferri debent in partitionem. Molina disp. 223. §. Hujusmodi autem. Lugo loc. cit. num. 37. in fine. Sporer t. 2. tr. 6. in complem. septim. Praecep. cap. 1. sect. 2. num. 51. & alii passim.

Ex dictis infertur primo, posse Filium de bonis Castrensiibus, ac quasi Castrensiibus libere ad suum arbitrium independentem a Patre disponere, non secus, ac si esset Paterfamilias, per donationes, ac contractus: l. Castrense 11. ff. de Castrensi peculio. Immo potest de ipsis libere disponere etiam per Testamentum, & ultimam voluntatem, si tamen sit pubes, idest si expleverit annum 14. ante enim hoc tempus testari nequit; l. A qua aetate 5. ff. qui Test. fac. poss. Et est Communis.

Infertur secundo, Filium peccare graviter, & teneri ad restitutionem, si rationabiliter invito Patre, notabilem quantitatem surripiat de bonis paternis, quorum scilicet dominium, vel saltem administratio, & usufructus ad Patrem spectat, ut sunt ipsa etiam bona Filii Adventitia, & Profectitia. Est Communis DD. ex illo Proverb. 28. num. 25. *Qui subtrahit aliquid a Patre suo, & a Matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidae est.*

Infertur tertio, Patrem graviter peccare peccato injustitiae, si Filio rationabiliter invito auferat bona Castrensia, vel quasi Castrensia in notabili quantitate, arg. *Qui abstulerit 6. caus. 12. quest. 2. & l. fin. Cod. de inoff. Testam. l. 1. §. fin. Cod. ad Macedon. l. Castrense 11. ff. de Peculio Castrensi,* ubi expresse statuitur, hujusmodi bona pleno Jure, tam quoad dominium, quam quoad usufructum pertinere ad Filium, & in eis Patrem nihil habere.

Infertur quarto, Patrem graviter peccare, si Bona Adventitia Filii quoad proprietatem auferat, vel enormiter per malam administrationem, aut alio modo, laedat; colligitur ex l. Non solum, & l. Cum oportet, Cod. de bonis, quae liberis, ubi dicitur quod proprietates hujusmodi bonorum nullo Jure pertinent ad Patrem, adeoque Pater proprietatem hujusmodi bonorum, vel eripiendo, vel enormiter per malam administrationem, aut alio modo laedendo mortifere peccat; cum de facto aliena sibi usurpet, aut laedat invito rationabiliter Domino.

Infertur quinto, Patrem non graviter peccare libere disponendo, auferendo, enormiter laedendo Bona Profectitia Filiorum, sicuti non peccat disponendo de bonis propriis; colligitur ex cit. §. Sancitum, instit. Per quas Personas nobis acquir. Ubi dicitur, quod in hujusmodi bonis tam proprietates, quam usufructus pertinent ad ipsum Patrem, & nullo modo ad Filios, adeoque Pater de illis ad suum libitum disponendo, non peccat, cum utatur re sua, cujus pleno gaudet Jure. Neque ex his potest inferri; ergo bona Profectitia Filiorum nil amplius habent, ac si essent bona Patrimonialia, & propria Patris. Non inquam, hoc potest inferri, quia Bona Profectitia hoc amplius habent supra bona Patrimonialia Patris, ut si bona Patris publicentur ex aliquo delicto, sub illa publicatione non veniant bona illa Profectitia Filii, prout probat Sylvester verb. Peculium quest. 3. per textum in l. Si finita, §. Si de vectigalibus, ff. de damno infecto.

Nova additiones ex aliena manu.

DE bonis Coniugum, tum Filiorumfamilias hic Auctor differit, at parce pra vastitate materiae; Latus igitur differendum.

De jure communi nullam inter Coniuges esse communio nem, vel societatem propriam, receptissima D.D. opinio est; Bugnyon. de Leg. abrog. lib. 6. cent. 16. Schilter. Prax. For. Roman. exercit. 36. §. 97. Kobl. de Pact. dotal. ad Const. March. quest. 2. At statutis plurium gentium haec communio inducta est; Imo laudant haec statuta Crispius ad Jus statut. Mindens. lib. 1. tit. 13.

13. *decif. 3. Mev. ad Jus Labec. lib. 1. artic. 5. tit. 5. num. 9. & sequent.*
 3 Spectat itaque iure communi, bona uxoris vel sunt dota-
 4 lia, vel paraphernalia, vel receptitia. Bona dotalia sunt res
 5 quævis datæ marito propter nuptias ad ferenda onera Matrimo-
 6 nii. Bona paraphernalia strictè dicta sunt, quæ uxor marito
 7 præter dotem tradit. Bona receptitia sunt, quæ uxor marito
 8 non tradidit; *Strykius juridic. dissert. tom. 5. disp. 17. cap. 3. num. 17. & plur. sequent.* ubi & illud an data bona dotalia po-
 9 tius, quam paraphernalia præsumenda sint.
 10 De bonis dotalibus agemus in *verbo Dos*. Ad bona parapher-
 11 nalia quod attinet, ea constitui possunt voluntate uxoris, vel
 12 expressa, vel tacita; *D. D. in l. 9. §. 3. ff. de Jur. Dot.*
 13 Nomine autem paraphernorum tradi possunt bona omnia,
 14 quæ sunt in uxoris dominio. Et quidem dari possunt multo fa-
 15 cilius nomine paraphernorum, quam dotis, idque quia dotis
 16 constitutio transfert jus in re, non idem vero in constitutione
 17 paraphernorum. Quo fit, ut feuda nomine paraphernorum
 18 transferri queant; *Rosenthal. de Feud. cap. 9. conclus. 9. num. 12.*
 19 Jus autem mariti in paraphernis competens, potissimum est
 20 administratio. Et in dubio, si administratio ab uxore simpliciter
 21 credita, maritus est generalis, seu universalis adminis-
 22 trator paraphernorum; *Strykius juridic. dissert. tom. 5. disp. 17. cap. 3. num. 8.*
 23 Maritus nomine uxoris agens an mandato opus habeat in
 24 paraphernis? Affirmat post alios *Giphan. ad l. 21. Cod. de Procurat. & Hilliger in suo Donello enucleato lib. 18. cap. 12. lit. L.* Negat verò, & quidem nominatim reutatis mox lau-
 25 datis Auctoribus, aliique, *Strykius juridic. dissert. tom. 5. disp. 17. cap. 3. num. 9. & sequent.*
 26 Extra iudicium fas haud est merito iuramentum deferre in
 27 paraphernis. In iudicio vero licere marito in paraphernis de-
 28 ferre iuramentum, modo causa sit dubia, tenet idem *Strykius loco citato num. 12.*
 29 Restitutionem in integrum nomine uxoris petere in para-
 30 phernis prohibetur, *l. 21. §. 1. ff. de Minor.*
 31 Alienatio in paraphernis est interdicta marito, si excipies fru-
 32 ctus, & res, quæ servando servari nequeunt, & alia id ge-
 33 nus, de quibus *Strykius allegat. disp. num. 17. & plur. sequent.*
 34 ubi quod nec consentiente uxore possit maritus alienare bona
 35 paraphernalia, quod tamen difficultate non caret.
 36 Solvere etiam potest maritus ex paraphernis Creditoribus
 37 uxoris. Quinimo cogi ab illis potest ad solvendum; *Strykius ibidem num. 15. & sequent.*
 38 Tenetur maritus circa parapherna præstare tantummodo do-
 39 lum & diligentiam illam, quam circa suas res habere invenit,
 40 *l. fin. Cod. de Pact. convent.* Majorem vero exigit diligen-
 41 tiam *laudatus Auctor dicto loco num. 19.* si maritus fructus lu-
 42 cretur.
 43 Ad quos fructus restituendos teneatur maritus? An fructus
 44 consumptos uxor repetere queat a marito? Quid si maritus il-
 45 los in communem utilitatem, sed invita uxore, consumpsit?
 46 Hæc & alia de fructibus excutit *Strykius d. loco a num. 20. ad plur. sequent.* Confer etiam *Rot. in Pisaurien. Pecuniaria super fructibus bonorum extradotalium 13. Junii 1742. coram R. P. D. Canilliac.*
 47 Tacita hypotheca, quæ ut ait Auctor *num. 10.* sine prela-
 48 tione competit uxori contra maritum pro paraphernis, non a
 49 die nuptiarum, sed a tempore commissionis, & illationis com-
 50 putanda; *Carpzov. part. 1. constit. 28. defn. 87. & sequent.*
 51 De bonis receptitiis ut differamus, quod marito in ea com-
 52 petit jus, in hoc consistit, quod cautione rati præstita, admit-
 53 tatur ad agendum; *Strykius cit. disp. cap. 4. num. 2.*
 54 Hactenus de bonis uxoris iure communi attento; At spectata
 55 consuetudine generali tribuente marito administrationem bono-
 56 rum omnium uxoris, dubitari potest, an amplius dentur bona
 57 hæc receptitia uxoris; Vide *Rot. in d. Pisaurien. Pecuniaria super fructibus bonorum extradotalium 15. Junii 1742. coram R. P. D. Canilliac.*
 58 Bona Filiorum familias vocabulo Peculii designari solent.
 59 Dividitur autem peculium in militare, & paganum. Militare
 60 vel est Castrense, vel quasi Castrense; Paganum vel adven-
 61 titium, vel profectitium. Castrense peculium est, quod Filio fa-
 62 milias, vel in ipsa militia, vel occasione illius, & ut instru-
 63 etior ad illam redderetur, obvenit, *l. 11. ff. de Cast. pecul.* Ut
 64 igitur peculium dici queat Castrense, non sufficit a milite illud
 65 esse acquisitum, sed ut in militia vel occasione illius quod illud
 66 acquisiverit, præcise requiritur. Hinc facile est dignoscere,
 67 ad peculium Castrense referenda esse, I., quæ in militiam

eunti donata etiam ab amicis fuit, modo bona sint mobilia. II., Res, quas Filius secum tulit. III., In Militia acquisita. Hæreditates Commilitonis extranei etiam agnati, item fratris, non etiam matris. IV., Quæ ex peculio Castrensi empta sunt. Consule, ubi res postulat, *Strykius juridic. dissert. tom. 8. disp. 26. cap. 2. a §. 5. ad 8.*
 Est autem hoc peculium Castrense in totum a bonis paternis separatum, nam & proprietas, & ususfructus, & libera ejus administratio filio competit, *princ. Instit. Quibus non est permiss. facer. testam. l. 16. §. final. Cod. de usuf. & habit.* Quo-
 circa intuitu ejus omnes contractus filius celebrat; Libere de illo disponit, ut paterfamilias: Mutuum etiam accipit, & ces-
 sat exceptio Senatusconsulti Macedoniani. Conventus tamen vel ex mutuo, vel ex alio contractu, gaudet beneficio, quod dicitur *competentie*; *Strykius dict. disp. 26. dict. cap. 2. a §. 9. ad 11.*
 Erratque *Michalor. de Fratrib. part. 1. cap. 2. num. 18.* ajen-
 do, non omnes fructus ex peculio Castrensi provenientes Cas-
 trensi iure censeri, sed illos tantum, qui immediate ex eo
 proveniunt, quos vero opera & industria humana producit,
 eos pro dimidia parte peculio adventitio cedere; Vide eum re-
 futantem *Strykius d. disp. 26. d. cap. 2. §. 12.*
 Cedit vero peculium Castrense patri, si ob delictum filii bo-
 na ipsius committitur; *L. 3. Cod. de Bon. proscript. Farinacc. quest. 24. num. 13. in fine*, licet alii dissentiant, quos citat *nu-
 mer. 12.* Confer *Brunem. in comment. ad l. 1. §. 3. utrobique per tot. d. titul.* Quod si ob crimen læsæ majestatis bona filii occupet Filius, pater hoc peculium præcipuum non habebit,
 ut præter allegatos firmat *Michalor. de Fratrib. part. 1. cap. 1. nu-
 mer. 9. & cap. 3. num. 16. in fin.* Mortuo vero filio, quid ob-
 neat quoad successionem in peculium Castrense, expendit *Stry-
 kius d. dissert. 26. cap. 2. §. 13.*
 Peculium quasi Castrense describitur: *Substantiarum af-
 lio familiaris occasione muneris alicujus publici, & ex litterarum studiis honeste acquisitarum.* Pertinent I. ad peculium quasi Cas-
 trense, quæ filius occasione alicujus muneris publici honeste
 acquisit, *L. 4. Cod. de Advoc. div. Jud.* Sunt tamen, qui te-
 nent, ad peculium quasi Castrense referenda dumtaxat esse,
 quæ Ministris aliisque personis in publico officio constitutis ex
 publico solvuntur, non item quæ hiis personis a privatis in-
 titu officii, quod gerunt, afferuntur. Qua ratione Advocati
 hodie peculium Castrense haud haberent, ob defectum publi-
 ci salarii. Sed pro Advocatis, tum etiam pro Procuratoribus
 causam dicit *Strykius d. dissert. 26. cap. 2. §. 15. & 16.* Pertin-
 ent II. donata a patre, vel alio intuitu dignitatis, etiam libri
 licet studiose donati. III. Artibus liberalibus quæ sita. IV. Do-
 nata a Principe, vel Augusto. V. Hæreditates, quæ filio occa-
 sione militiæ rogata obvenierunt, item ea, quæ ex quasi Cas-
 trensi peculio emta sunt; Confer *Strykius cit. disp. 26. a §. 16. & sequent.*
 De quasi Castrensi peculio, non secus ac de Castrensi, li-
 bere disponit filius familias, & valide se obligat; agere & con-
 venire potest; *Idem Auctor loco mox citato*, ubi an filius de
 libris disponere queat, tum an intuitu hujus peculii quasi Cas-
 trensis gaudeat filius beneficio competentie?
 Peculium adventitium vel est regulare, vel irregulare. Re-
 gulare dicitur: *substantiarum, quæ filio familiaris non ex re patris vel ejus intuitu, sed aliunde, extra militia tamen casum, obvenierunt*: Ad regulare hoc peculium adventitium referuntur,
 quæ prospera fortuna, labor, industria, favor amico-
 rum &c. filiofamilias, citra tamen respectum patris, & extra
 militia causam adjecerunt; Vide exempla apud *Strykius d. dissert. 26. cap. 3. a §. 3. ad plur. sequent.* ubi quid obtineat de
 quæ sitis partim industria filii, partim ex re patris.
 Jure Justiniano peculii adventitii regularis proprietatem ha-
 bet filius, pater vero ususfructum, & administrationem, *L. 6. Cod. de Bon. quæ liber.* Ratione vero administrationis patri com-
 petentis, valde est restricta dispositio filii respectu etiam pro-
 prietatis. Ut itaque actus inter vivos celebrare possit filius,
 consensu patris opus habet; *L. final. §. 1. Cod. de Bon. quæ liber.* Ceterum si contraxerit sine consensu patris, valide obli-
 gatur, sed differenda est executio donec vel moriatur pater,
 vel ipse filius consequatur ususfructum cum administratione,
 v. gr. si patris bona ob delictum læsæ majestatis exceptæ, con-
 fiscantur; *Cavalcan. de usuf. mulier. relic. num. 235.*
 Agere quoque, & conveniri, non nisi consensu patris, filius
 de hoc peculio valet, *d. L. final. §. 1. l. d. e. Testamentum ve-
 ro de hoc peculio, ne consentiente quidem patre, condere
 valet, L. 3. Cod. Qui testam. facer. poss.* An vero de consensu

patris mortis causa donare possit? Affirmat *Strykius d. disp. 26. cap. 3. §. 11.*
 60 Pater non tenetur cavere de rato, *L. final. §. 4. Cod. de bon. quæ liber.* nec conficere inventarium, nec reddere rationem de administratione sua, licet ad secundas transeat nuptias, *L. 6. §. 2. L. final. §. 4. d. r.* Non tamen effrenata patri datur licentia
 61 liberis sine justa causa præjudicandi. Indistincte alienare hæc
 62 bona pater nequit; Vide tamen limitationes apud *Strykius d. disp. 26. cap. 3. §. 15.* ubi an & quando agere in iudicio va-
 63 leat, & transigere. Prospectum etiam est filio hypotheca ta-
 64 cita in omnibus bonis patris, *L. 8. §. fin. Cod. de secund. nuptiarum tantum, sed omnium bonorum adventitiorum, quorum pater habet ususfructum & administrationem; Strykius eodem loc. §. 12.*
 65 Irregulare peculium adventitium est, quod non quoad pro-
 prietatem tantum, sed etiam quoad ususfructum & adminis-
 66 trationem a bonis & rationibus paternis separatum est, itaut pater
 67 nil juris in illud prætereere queat. Ad irregulare hoc pecu-
 68 lium adventitium spectant. I. Quæ dissentiente patre acquisita.
 69 II. Quæ sub conditione relicta, ne patri ususfructus acquiratur.
 70 III. Portio hereditatis fraternæ. IV. Quod ob divortium pa-
 71 rentum acquisitum. V. Bona adventitia, quorum ususfructum
 72 pater remisit. VI. Quæ pater ex peculio adventitio alien-
 73 navit, & filius recuperavit. VII. Fructus doris. VIII. Quæ
 74 pater gravatus est restituere; Confer *Lauterboch. dissert. de Pecul. Advent. irregul. thes. 10. & sequent. & de usuf. pater. thes. 22. num. 5. & thes. sequent. & Stryk. dict. disp. 26. cap. 3. §. 18. & plur. sequent.*
 75 Filius in hoc peculio adventitio irregulari idem juris habet,
 76 quod in quasi Castrensi ipsi competit; excepta solummodo fa-
 77 ctione testamenti; *Strykius d. disp. 26. cap. 3. §. 30. & sequent.*
 78 ubi quod etiam mutuum contrahere potest.
 79 Peculium profectitium est *Substantiarum, quæ filius vel ex re patris, vel ejus occasione & intuitu, acquisit, citra tamen militiæ causam.* Referuntur ad peculium profectitium,
 80 I. Bona ex re patris profecta. II. Quæ intuitu patris filio sunt
 81 donata. In dubio vero præsumptio est, quod filio facta sit do-
 82 natio. III. Fructus ex rebus filio in peculio a patre concessis
 83 obvenientes, sive industriales, sive civiles; Modo illos sciente
 & patiente patre filius administrare incipiat; *Strykius dict. disp. 26. cap. 4. §. 2.*
 De pecunia ludrica quaritur quorsum sit referenda? Vide
*Strykius d. disp. 26. cap. 3. §. 21. & plur. sequent. tum Ro-
 tam in Ferrarven. localium 4. Februarii & 17. Junii 1746. cor-
 clar. mem. Millin.*
 Hujus peculii pater nedum proprietatem, sed & ususfructum
 habet. Quocirca nec directe, nec indirecte in hoc pecu-
 lio præjudicare filius patri potest. Quæ vero pater præsumpti-
 ve faceret, vel facere deberet, si bona administraret, facere
 filius potest. Hinc descendit, quod filius contrahere potest de
 hoc peculio, & quidem obligando ipsum patrem peculio ten-
 us; *Stryk. d. disp. 26. cap. 4. §. 4. & §. 5.* ubi quid patria po-
 testate sublata de hoc peculio obtineat.

BREVE, BULLA.

Quid sint? Unde dicantur? & in quibus differant, & convenient?

1 N Omine Brevis Apostolici veniunt ille Litteræ Pontificiæ, quæ in membranis subtilibus, & candidis caractere latino, nitido, eleganti, ac intelligibili sunt descriptæ, & non sigillo plumbeo, sed cera rubea chordulis lineis inclusa, annulo Piscatoris sunt signata, ac manu Secretarii subscriptæ. Rota de Exec. Litt. Apost. cap. 2. num. 30. Amayden. de stylo Datario cap. 28. num. 2. Reiffenst. lib. 1. decret. tit. 2. num. 16. Petra tom. 2. ad Constit. Apostol. §. 2. Proæmial. num. 1. Tales Litteræ Pontificiæ, seu Brevia Apostolica signantur annulo Piscatoris, sic dicto ab inculpa Imagine S. Petri eo modo, quo a navicula in mari piscabatur, quo annulo simpliciter utum fuisse Divum Petrum traditur; *Petra loc. cit. num. 2.* & caute servatur apud intimum Familiarem Papæ, post cujus mortem statim frangitur per Cardinalem Camerarium. Hæc Brevia, subscribuntur tantum a Secretario Brevium, qui solet esse aliquis magnus Prælatus, vel Cardinalis maximæ Doctrinæ, & apprimè versatus in Sacris Canonibus, & in variis styli Sedis Apostolicæ pro concedendis Gratiis, & expediendis Litteris Pontificiis. Dicuntur autem Brevia, quia res in ipsis conten-

tæ conscribuntur summam, & in brevioribus verbis, quam in Bullis, in quibus magis Pontificia dignitas longiori fermone explicatur. Rebuffus in *praxi Benefic. num. 6. & 7.* Cherubin. ad Bullarium lib. 2. fol. 86. ad Bullam 18. Gregorii XIII. Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. 60. num. 19. Petra loc. cit. num. 2. Vel cum interdum prolixitate sua non correspondeat hujus nominis etymologiæ, dicuntur Brevia ex eo quia in brevibus materiis, seu breve negotium concernentibus, concedi solent. nam in arduis negotiis communis Bullæ expediuntur. Rebuff. in *addit. ad Regul. Cancellar. 34. §. Breve.* Card. de Luca tom. 3. de *relatione Curia discurs. 7. num. 9.*
 Nomine Bullæ veniunt illæ Litteræ Pontificiæ, quæ expediuntur sub plumbo, sive sigillo plumbeo pendente ex chordulis, caractere in membrana magis nigra, & rudi, atque antiquo caractere Gothico. Card. de Luca tom. 3. de *relat. Curia discurs. 7. num. 9.* Reiffenst. loc. cit. Rebuff. ad *dict. Regul. Cancellar. circa finem*, ubi addit, sicuti praxis habet, quod si Bulla expediatur in materia Gratiæ, sigillum plumbeum pendeat ex chorda ferica: si vero fuerit Bulla Justitiæ, seu data in materia contentiosa, illud pendeat ex chorda de canaba, uti jam antea observavit Felinus in *cap. Postulasti num. 1. §. Dum declarat, de Rescriptis*, & hoc sigillum custoditur in Palatio Vaticano per Præsidentem Plumbi, & statim rumpitur post obitum Pontificis, sicut annulus Piscatoris. Bullæ scribuntur in membranibus rudibus cum caractere Gothico, licet latino, ducto tali usu ab eo tempore, quo Sedes Apostolica residebat in Civitate Avenionensi. Card. de Luca loc. cit. num. 12. Petra loc. cit. n. 18. Bulla vocatur *Boule*, quod nuncupabantur ornamenta quædam orbicularia. Carolus Dufreine in *Glossario, verb. Bulla*, Petra loc. cit. §. 1. *Proæmial. num. 2.* & ex hoc existimatur morem invaluisse, ut sigilla quoque propter formam orbicularem nuncuparentur Bullæ. Petra *ibidem*; Bulla enim proprie erat Imperatoris sigillum, quod apponi consueverat in Litteris ardua continentibus; *cap. Licet, de crimine falsi*, & quia sigillum erat aureum, dicebantur hujusmodi Imperiales Litteræ Bullæ aureæ, juxta Gloss. *verb. Aurea Bulla in Clement. 1. de Jurisjurando* Sicque bullare idem est, ac sigillare & Litteræ bullatæ, sigillatæ significantur. Arnoldus *Histor. Sclavor. lib. 7. cap. 14. ibi: Et Rex vade, ait, & post modicum revertere, & invenies Litteras bullatas.* Opingh. de *Jure sigilli cap. 7.* Petra loc. cit. num. 9.
 Brevia, & Bullæ inter se multipliciter differunt. Primo, quia Brevia a Curia Romana expediuntur per Secretarium, Apostolicam sub Annulo Piscatoris; Bullæ vero expediuntur per Cancellarium Apostolicam sub sigillo plumbeo habente, hiis temporibus ex una parte imaginem SS. Petri, & Pauli, & ex altera nomen Papæ Regnantis impressum, quod sigillum est suum ultimum complementum, adeout ipsæ Bullæ ante illius appositionem, nec dum expeditæ censentur; *cap. Licet 5. de crimine falsi. Rota part. 5. tom. 2. decif. 560. num. 4.* Secundo, quia Brevia scribuntur in membranibus subtilibus, & albis; Bullæ vero in membranibus magis nigris, & grossis, seu rudibus. Tertio, quia Brevia scribuntur caractere latino, juxta nostrum usum intelligibili, nitido, & eleganti; Bullæ vero scribuntur caractere antiquo Gothico, licet latino, nulla linea, nec puncto adhibito, nec servata orthographia, sicut in Brevibus observatur. Quarto, quia in Brevibus data fit incipiendi annum a die Nativitatis; In Bullis vero a die Incarnationis. Quinto, quia in Brevibus ponitur data temporis brevior; In Bullis vero data temporis longior. Sexto, quia Brevia incipiunt cum his verbis ad formam tituli: *Clemens Papa XII.* Bullæ vero incipiunt cum verbis: *Clemens Episcopus Servorum Dei*, non in medio, & forma tituli, sed a capite versiculi. Septimo, quia Brevia expediuntur etiam ante Papæ coronationem; Bullæ vero regulariter solum post Papæ coronationem; & dato quod ratione dilata coronationis expediat, aut ipsa aliqua Bulla, quæ etiam media seu dimidia Bulla ideo appellatur, quia Pontifices tunc temporis non bullant Bulla integra, sed mediam tantum Bullam ponunt, seu sigillum plumbeum, habens ex uno latere capita SS. Apostolorum Petri, & Pauli inculpa, & ex alio latere, quo ponitur nomen, Bulla est sine nomine. Vide Fagnan. in *c. Licet de electione num. 9.* tunc inscribitur Pontificatus, ut infra: *Datum suscepti a Nobis Apostolicus Officii anno &c.* ubi post coronationem inscribitur Pontificatus absolute, ut infra: *Datum Pontificatus nostri anno &c.* incipiendo tantum annos Pontificatus a die coronationis, ut observavit Fagnan. *lib. 1. decret. in c. Licet 6. de elect. num. 9. & 10.* Petra l. c. §. 6. *Textio 16. proæmial. num. 7.* Et quo ad supradictas, & alias differentias inter

inter Brevia, & Bullas, Vide Corrad. in praxi dispensat. lib. 2. c. 7. num. 29. Rolam de Execution. Litterar. Apostolicar. c. 2. num. 67. Petram l. c. num. 6. & 7. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellariae. Cardinal. de Luca in relation. Rom. in Curia discurs. 7. Amayden. De stylo Dataria, Reiffenstuel. lib. 1. decretal. tit. 2. §. 1. num. 19. & 20. & alios Canonistas passim.

- 17 Non obstantibus autem supradictis, & aliis differentis inter Brevia, & Bullas, & non obstante, quod major fides soleat adhiberi Bullis, quam Brevibus, ex quo Bullae sint solemniori ritu conscriptae omnibus patenti, ut observavit Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 59. num. 6. & Petra l. c. §. 2. proemi. n. 14.
18 Tamen in hoc conveniunt, quod Brevia Apostolica rite confecta, tantam vim habeant in illis materiis, in quibus conficiuntur, quantum habent Bullae in ceteris materiis; ac proinde Brevia rite confecta parificantur, & conveniunt in effectu cum Bullis; Sicque non solum ille incidit in crimen falsi, hujusque penis tenetur, qui corrumpit Bullas Romani Pontificis; sed etiam qui falsificat, & corrumpit Brevia Apostolica; argum. c. Ad falsariorum 7. de crimine falsi, & notat Rebuffus in addit. ad Regul. 34. Cancellaria §. Breve, Reiffenstuel. l. c. num. 18. Gonzal. l. c. num. 15. Petra l. c. num. 14.
19 Brevia Apostolica habent vim Legis; l. fin. C. de Legibus. Rota p. 10. recent. decis. 79. num. 9. * Non est tamen censendus ab Episcopo excommunicatus in Bulla Censurae, qui mutant verba in litteris Apostolicis rei veritatem non inficientia, solidis rationibus defendit Maraviglia in Lege Prudentiae Episcopalis contra nonnullos ibid. citatos. *

Supplementa Auctoris e II. Editione

- 21 Ratiarum genera per Secretariam Brevium secretorum, privative expedienda sub pena nullitatis, assignantur a Benedicto XIV. tom. 1. Constit. 145. incip. Gravissimum §. 5. nempe Altaria portatilia, Altaria privilegiata, concessionis habitus Militiae Domini nostri Jesu Christi, aut alterius Militiae similis, Advocationes causarum, & extinctiones litium, Abreviatoriae Nuntiaturarum, & plurima alia, quae ibi enumerantur, & brevitate gratia ibi videnda relinquuntur. Et quae promiscue per eandem, & Datariam Apostolicam expediri possunt, assignantur ibid. §. 6. nempe Confirmationes contractuum, statutorum, Privilegiorum, Ordinationum, Concordiarum, & Transactionum, tam in forma communi, quam in forma specifica: Ablolutiones cum dispensationibus ad Ordines super Irregularitate proveniente ex defectu corporis, vel ex delicto, non tamen homicidii in statu Ecclesiastico commissi; Confirmationes decreti Judicis, & alia multa ibi videnda, una cum illis, quae Datariae Apostolicae privative quoad Secretariam praedictam retervantur.

Novae additiones ex aliena manu.

1 Saepè in Foro de eo quaestio est, utrum Bullae verae sint, an falsae. Longum autem esset cunctas Regulas tradere, quibus verae a falsis Bullis sint discernendae; Consule pro re nata Rotam in Rationibus Vicariae 1. Aprilis 1743. coram bon. me. de Vais, & 4. Martii 1746. coram clar. mem. Millin. in Nullius seu Tarracoen. Praedictae 13. Maji 1746. cor. mox memorato clar. me. Millin. 20. Februarii, & 19. Junii 1747. cor. R. P. D. Elephantum.

BULLA CRUCIATAE.

- 3 Bulla Cruciatæ sic dicitur, quia olim hæc Bulla concedebatur militibus, qui rubeo signo Sanctæ Crucis insigniti ad bellum contra Turcas proficiebantur sub Urbano II., & in Concilio Lateranensi sub Julio II., & nunc concedi solet cunctis utriusque sexus Christianis fidelibus in Regnis, ac Provinciis omnibus Hispaniarum Regi subjectis certam opem, seu operam in subsidium belli contra infideles, & hereticos conferentibus.
2 Unde Bulla Cruciatæ recte describitur quod sit Diploma, seu Breve Pontificum continens gratias multas concessas Christianis fidelibus, sive per pugnam, sive per pia opera, sive per eleemosynam ad bellum contra infideles, & hereticos concurrentibus, Est in re communis.
3 Ad obtinendam valide hanc Bullam debet quis consilium in Regnis, vel provinciis, seu Territoriis Regi Hispaniarum subiectis, vel ad illa accedere, ut patet ex verbis Bullæ, ibi: Consistentibus, & ad illa declinantibus. Hinc non valet Bulla

in Regnis, Insulis, aut Locis, quæ ab obedientia, & Dominio Regis Hispaniarum receperunt, & obedientia, ac dominio alterius Principis se cum juramento submiserint. Nisi Summus Pontifex Bullam in favorem talis Regni, Insulae, aut Loci denuo concesserit. La Croix lib. 8. tract. de Sancta Cruciatæ Bulla dub. 2. vers. Inferitur secundo, & alii passim. Unde etiam si alicui existerent extra Regna, & Provincias Bullae, ab alio accipiatur, & remittatur Bulla, non poterit gaudere Bullæ privilegiis, quia Bulla requirit, ut qui ejus privilegiis, gaudere voluerit, eo tempore quo Bulla accipitur, sit in eo ipso Loco, cui Bulla conceditur. La Croix loc. cit. vers. Deducitur quinto. Felix Potest. tom. 1. part. 4. cap. 10. num. 341. & alii.

Possunt tamen extranei valide recipere Bullam, si personaliter ad locum Bullae accedant, etiam si solum transeunter per unum diem, immo per unam horam quacumque causa, etiam solo animo sumendi Bullam, & statim discedendi, quia Bulla conceditur non solum illis, qui in Regnis, & Insulis Regi Hispaniarum subiectis fixe commorantur, sed etiam iis, qui ad illam ditionem declinant, seu adveniunt, ut patet ex adductis Bullæ verbis: Consistentibus, & ad illa declinantibus; Et idem dicendum est etiam si solum ad illius Loci, seu Civitatis marimum portum perveniant, & inde mittant amicos, qui ipsis Bullam accipiant, ipsis in Civitatem, immo in littus non declinantibus, quia portus absolute, & simpliciter pars est Civitatis, seu Regni. Tamburin. tract. de Bulla Cruciatæ c. 3. n. 1. & 2. La Croix loc. cit. vers. habetur septimo, & alii. Ipsi autem extranei, si de loco acceptæ Bullae transeant ad locum, ubi Bulla non valet, possunt adhuc ibi gaudere privilegiis ejusdem Bullæ, exceptis privilegiis, quo ad lactacina, & carnes, quia ita sola privilegia extra Provincias Regi Hispaniarum subiectas expressè in Bulla excipiuntur, minime vero alia: Exceptio autem firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, l. Quæsitum 12. §. 43. ff. de instructo, & instrumento legato, c. Dominus 6. caus. 32. q. 7. c. Quoniam 2. de conjugio leprosorum cum similibus. Mendo disp. 3. num. 6. Suarez l. 8. de legibus c. 26. num. 4. Felix Potestas l. cit. num. 3840. La Croix loc. cit. vers. inferitur quarto, cum aliis ibi allegatis.

Pro Bulla Cruciatæ obtinenda, ejusque privilegiis fruendis debet quis, vel propriis expensis militare personaliter in exercitu ab Hispaniarum Rege contra Turcas, aut Infideles missis, aut aliam personalem operam per totum annum præstare. Vel si nequiverit, seu noluerit id personaliter præstare, debet alium ad talem exercitum mittere, ut supradicta suo nomine præstet. Vel tandem si nec per se, nec per alium id præstiterit, debet taxatam a Commissario Bullæ eleemosynam erogare, cum a Summo Pontifice non sit ipsa taxata, sed taxanda a Commissario Bullæ relicta, ut patet ex verbis Bullæ Gregorii XIII. subsequenter Pontificibus confirmata: Item conceditur facultas Commissario, ut dictam subventionis quantitatem a Fidelibus, ut prædicatur, pro vivis, & defunctis juxta personarum qualitatem, & bonorum quantitatem arbitrari possit.

Eleemosyna autem a Commissario Bullæ taxata est sequens, diversa pro diversitate personarum; Cardinales enim, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates habentes jurisdictionem Episcopalem, Inquirentes, & Dignitates Cathedralium, Duces, Marchiones, Comites, Commendatores, Majores, Proreges, Generales, & alii Officiales Curia suæ Majestatis, ac Domini Vassallorum, eorumque uxores suis viris viventibus debent pro communi Bulla vivorum præstare octo Reales, seu octo Argenteos Castellanos. Vidæ vero, si nullo proprio titulo ex dictis gaudeant duos solum Reales, aut Argenteos Castellanos erogare debent. Reliquæ perionæ cuiuscumque status, & conditionis existant, duos item solum Reales, aut Argenteos Castellanos erogare tenentur.

Pecunia eroganda pro Bulla debet esse propria illius, qui vult Bullam obtinere, cum Pontifex in Bulla expressè dicat: Ex bonis sibi a Deo collatis. Unde non potest obtineri Bulla cum pecunia in individuo furtiva, cum ipsa non sit propria, sed aliena. Potest tamen obtineri Bulla cum tali pecunia furtiva, si jam fuerit ita immixta cum alia propria furis, ut discerni non possit, quia in tali casu illa per dictam immixtionem jam transit in dominium furis, & potest illam utiliter in eleemosynam dare, licet ipsi furi remaneat onus restituendi tantundem, ut patet ex dictis sub verb. Dominium art. 3. num. 82. Unde si ex illa potest fieri facere valide eleemosynam, poterit etiam valide illam Bullam obtinere, & ejus privilegiis gaudere. Sic etiam Meretrix cum pecunia ex meretricio acquisita potest valide Bullam accipere, quia licet illa peccaverit, dum eam me-

dio peccato acquisivit, tamen pecunia est sub pleno ejus dominio, & omnino sua, ut patet ex dictis sub verbo Meretrix. Sic Doctores communiter.

- 8 Regulares quamvis nihil proprium habere possint, cum quidquid acquirunt Monachus acquirat Monasterio, cap. Statutum 1. caus. 18. qu. 1. cap. Abbates 16. caus. 18. qu. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 18. qu. 3. cap. In presentia 8. de probat. cum similibus, tamen ex pecuniis sibi ab amicis, seu parentibus donatis, aut suis licitis officiis acquisitis, præstando præsertim de licentia suorum Superiorum debitam eleemosynam valide Bullam possunt obtinere, & privilegiis sibi ex ipsa competentibus gaudere, quia cum Pontifex facultatem obtinendi Bullam concedat etiam Regularibus, censetur tali defectui satis superque supplere, ut recte docet Tamburin. loc. cit. cap. 3. §. 6. num. 3.

- 9 Pauperes etiam debent eleemosynam erogare pro obtinenda Bulla. Tambur. loc. cit. §. 1. num. 12. & alii contra Henricum lib. 7. c. 20. Et ratio est, quia Bulla tamquam opus accedendum requirit generaliter ab omnibus pro consecutione ejus privilegiorum eleemosynam; Verba autem generalia generaliter sunt intelligenda; cap. Quia circa 22. de privilegiis, & qui dicit omnes, neminem excipit; cap. Solita 6. §. Nobis, de majori. & obediens. cap. Si Romanorum 1. dist. 19. l. Praeses 3. ff. de Offic. Praesidis, l. A Procuratore 13. Cod. Mandati. Si enim voluisset Pontifex excipere pauperes ab hac obligatione præstandi eleemosynam, expressisset, cum quod voluit expresserit; arg. cap. Inter corporalia 2. §. Sed neque istud, de translata. Episcop. cap. Ad audientiam 12. de Decimis cum similibus.

- 10 Tales autem pauperes impotentes ad præstandam taxatam eleemosynam pro obtinenda Bulla, licet non possint acquirere Indulgentias a Bulla concessas, lucrari tamen possunt alias Indulgentias extra Bullam quamvis a Commissario suspensas durante anno promulgationis. Bardi p. 2. tr. 1. cap. 1. sect. 6. Quintanadvenas in appendic. ad singul. de Penit. tr. 3. dub. 12. n. 3. & 6 cum Ludovico a Cruce ibi citato contra Mendo, & Tambur. l. c. num. 13. Et ratio est, quia non potest præsumi ex pietate Pontificis, quod velit privare ordinariis Indulgentiis similes impotentes pauperes, qui sine culpa Bullam habere non possunt; Cum rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conveniat c. Cognoscentes 2. de Constit. l. Gracchus 4. Cod. Ad Leg. Jul. de adulteriis. Nec sit addenda afflictio afflictis; c. Ex part. 5. de Cleric. agrotante, c. cum percussio 7. q. 1.

- 11 Bulla durat per annum integrum, qui annus incipit a die promulgationis Bullæ in quovis respectivo loco. Habetur expressè in ipsa Bulla. An autem hic annus debeat numerari naturalis de die in diem, nempe a die promulgationis usque ad finem duodecim mensium; Vel Ecclesiasticus ab una promulgatione ad aliam, nempe a Dominica Septuagesimæ hujus anni ad Dominicam Septuagesimæ sequentis anni? Variant Doctores. Debere numerare annum naturalem tenent Rodriq. in Bulla §. 5. num. 2. Thomas Sanchez lib. 3. de Matrim. dist. 15. num. 17. in med. Mendo d. 2. l. & in Append. d. 1. c. 14. Et e contra debere numerari annum Ecclesiasticum docent Ludovic a Cruce d. 1. c. 10. dub. 2. Trullench. l. 1. §. 1. d. 1. n. 3. Joann. Sanch. d. 55. Gallegus in Bulla c. 4. dub. 14. Utraque opinio est probabilis, La Croix l. c. c. 1. dub. 3. vers. Hac tertia, Tambur. l. c. c. 4. §. 2. num. 3. Ad secunda videtur probabilior. Et ratio est, quia hæc est res Ecclesiastica; Ecclesia autem in praxi solet uti anno Ecclesiastico, ut patet de Communione pro obligatione, & satisfactione præcepti annui, de Interdictis pro Ordinibus suscipiendis, & hujusmodi, adeoque &c.

- 12 Bullæ valor durat per totum annum, etiam si intra dictum annum moriatur Pontifex, vel Commissarius Bullæ, quia grati a concessa non expirat morte Concedentis, textu expresso in c. Si super gratia 9. de Offic. Delegati in 6. c. Si cui 36. de præbend. in 6. sic DD. communiter.

- 13 Bulla communis ut proficit, debet necessario & recipi, & acceptari, & simul retineri impressa, aut scripta, ac sigillo, & nomine Commissarii Generalis, seu ejus Delegati firmata. Sicclare habetur ex Bulla; & ex ejus Summario, quod a Commissario Cruciatæ fidelibus solet distribui, & tradit Tambur. loc. cit. c. 15. §. 1. num. 1. qui ibid. §. 2. sub num. 3. subjungit cum Gallego caus. 14. d. 1. 19. esse etiam in dicta Bulla inscribendum nomen illam accipientis, ut securus in re tanti momenti præcedatur, quamvis Bulla id expressè non requirat, ut patet ex ejus verbis ab ipso relatis loc. cit. caus. 14. cap. 15. ibi: Item mandatur a Summo Pontifice, ut Summarium Bullæ (sane in vulgari sermone impressum, & sigillo Commissarii, vel ejus delegati munitum) per omnes Christianos ad prædictum bellum

contribuentes, qui hujusmodi gratiarum participes esse voluerint, recipiantur, & retineantur, & ex aliis verbis Summarii vulgaris soliti distribui, & ab ipso relatis ibid. c. 15. §. 1. num. 1. ibi: Dichiariamo, che quelli, che la piglieranno, abbiano da ricevere, e conservarsi questo Summario, e Bolla, che è stampata, sigillata, e firmata di nostro nome e sigillo, perchè d'altra maniera non guadagnano detta Bolla, nè le grazie di quella. Adducit autem ad id ibid. §. 2. num. 2. verba Summarii, quod in suo Regno Sicilia Fidelibus distribuitur, ibi: E perchè voi Titio de Amatis avete dati due Reali, & avete ricevuta questa Bolla essendosi in essa scritto il vostro nome, dichiariamo, che avete conseguito, e vi si concedono le dette Indulgenze, Grazie &c.

Utrum Bulla proficit, non est necesse, ut eam quis secum ferat, vel manu tangat, quando vult aliquo ejus privilegio uti, sed satis est eam domi suæ retinere, quamvis in alia Civitate, immo apud etiam abientem. Tamburin. loc. cit. c. 15. §. 4. n. 2. & alii. Non potest tamen relinqui apud Distributorem, seu Thesaurarium, quia, ne inde subreperit aliqua fraudes, id prohibetur a Commissario Generali sub pena Excommunicationis, ut patet §. ultimo suæ Instructionis editæ pro iis, qui de Bullæ privilegiis conciones ad populam habituri sunt. Tambur. loc. cit. c. 3. num. 4. Sebalt. Acolt. in explicat. Bullæ quest. 12. & alii.

Si Bulla amittatur inculpabiliter, potest adhuc qui amisit ejus privilegia uti, secus si consulto amittatur, projiciatur, vel laceretur. Sic enim colligitur ex verbis Summarii Bullæ traditi a Commissario, & tenent Gallegus caus. 14. dub. 18. Diana part. 10. tract. 2. resol. 4. Tamburin. loc. cit. §. 4. num. 3. & 4. & alii.

Potest Bulla sumi pro Petro a Paulo existente in eadem Civitate Regni, seu Provinciae Bullæ, si Paulus illam ferat ad Petrum, vel Petrum de acceptione moneat, & ipse Petrus acceptet. Communis. Id enim docet quotidianæ praxis, qua non pauci servis, amicisque utuntur ad recipiendam Bullam.

Immo valet dicta Bulla sumpta pro Petro a Paulo existente in diversa Civitate, seu Provincia, sed tamen ejusdem ditionis Regis Hispaniarum, ubi promulgatur Bulla, si Petrus admonitus de Bullæ receptione pro se facta eam acceptavit, & Paulus pro Petro eleemosynam dedit, & Petri nomen in illa inscripsit, & pro Petro servat; uterque enim est in loco apto ad assumptionem Bullæ, ut requirit Summus Pontifex, & ubi actio personalis non requiritur, qui per alium facit, est perinde ac si faciat per se ipsum, textu expresso in Reg. 72. Juris in 6. cui cononatur l. Quod jussu alterius 180. ff. eod. ex qua desumpta est talis Canonica Regula juxta Glo. ibid. vers. Qui facit. Tambur. loc. cit. §. 3. num. 8. & Gallegus loc. cit. caus. 1. dub. 170. cum Suarez, Henric. Villalobos, & Trullench. ibi allegatis.

Non potest autem valide recipi Bulla pro Petro existente in Regno, vel Provincia, ubi non promulgatur Bulla, a Paulo existente pariter extra Regnum, seu Provinciam promulgationis Bullæ, quamvis alteruter, vel uterque esset nativus illius Regni, vel Provinciae, ubi promulgatur Bulla. Communis per clarum textum Bullæ, in qua Pontifex statuit quod solum existentibus, vel declinantibus ad Regna, seu Provincias Regi Hispaniarum subiectas concedatur Bulla, ibi: Consistentibus, & ad illa declinantibus.

Bulla non prodest Petro, antequam sit admonitus de acceptione Bullæ pro se facta a Paulo, si vero in eadem, si ve in diversa Civitate ejusdem Regni, seu Provinciae Bullæ Petrus, & Paulus existant, etiam si Petrus acceptionem Bullæ Paulo commiserit, & ipse Petrus sciat Paulum esse diligentissimum in exequendis ejusdem negotiis, seu quolibet anno, solum esse eodem die pro se Bullam accipere; Gallegus loc. cit. caus. 14. dub. 180. citans Vegam, & Rodriq. Tambur. loc. cit. §. 3. n. 1. & alii. E ratio est, quia privilegium Bullæ, & absolutio reservatis, & similia, cum sint maximi momenti, requirunt certam potestatem, vel saltem vere probabilem, quæ verè probabilis non adest in nostro casu, sed res potius remanet valde dubia: Petrus enim non potest certo moraliter scire, fuisse tali die pro se acceptam Bullam a Paulo, qui a multis casibus, et periculis, potuit præpediri, ut a morte, infirmitate, oblivione, absentia a loco promulgationis, multitudinem negotiorum, et hujusmodi. Unde non adest hic certitudo moralis præsentia a Diana, Henriquez, & Villalobos apud Gallegum loc. cit. adeoque &c.

Bulla communis potest eodem anno bis sumi, data utraque vice eleemosyna taxata, et secunda Bulla inferretur, ut qui

eam accipit, possit iterum Indulgentiam plenariam in vita, & iterum in morte acquirere, licet per primam Bullam eam acquiserit. Item ut iterum absolvetur ab iis reservatis, a quibus semel forte absolutus fuit per primam Bullam. Et insuper poterit iterum, seu bis accipere eodem anno Bullam pro defunctis, atque adeo bis applicare pro ipsis plenariam Indulgentiam. Sic expresse Tamburin. loc. cit. cap. 16. §. unic. num. 2., et colligitur clare ex verbis Bullæ Cruciatæ Gregorii XIII. ubi sic expresse habetur: *Ac etiam ut omnes Christianifideles non tantum semel, sed bis singulo quoque anno servatis tenore, & forma prædictis, quibus eodem anno idem summarium suscipiant, tam pro se, quam per modum suffragii pro Animabus in Purgatorio detentis Indultis, concessionibus, & Gratiis, & Indulgentiis prædictis uti, & potiri, & gaudere, ac dictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant, in Domino misericorditer concedimus, & indulgemus.*

21 Per communem Cruciatæ Bullam varia conceduntur privilegia taxatam elemosinam ad ipsam obtinendam erogantibus, ut patet ex ipsius Bullæ summario relato a Ludovico a Cruce in expositione ipsius Bullæ in principio libri, & a Mendo in elucidatione ejusdem Bullæ Cruciatæ disp. 1. & ab aliis. Unde ommissis brevitate gratia, & ut minus ad nos hodie spectantibus Indulgentiis, & privilegiis concessis personaliter ad puniendum contra Infideles se conferentibus, seu ad tale bellum alios mittentibus; & Clericis, ac Regularibus exercitum comitantibus, ut milites in spiritualibus adjuvent, traduntur, & explanantur breviter privilegia concessa d. taxatam elemosinam pro ipsa Bulla habenda largientibus.

22 Primo igitur conceditur amplissimum privilegium varia complectens circa tempus Interdicti, ut patet a clausula quinta ad septimam dicti summarii, ibi: *Conceditur, ut possint in Ecclesiis, in quibus alia divina officia (Interdicto durante) quomodolibet celebrare permittuntur fuerit, vel in privato Oratorio ad Divinum cultum tantum deputato ab Ordinario visitando, & designando etiam tempore Interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoveatur, & qui facultatem ad id a Commissario Generali habuerint, etiam per horam, antequam elucescat dies, & per horam post meridiem in sua, ac familiarum, ac consanguineorum suorum presentia Missas, & alia Divina officia per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare facere, & tempore Interdicti Divinis interesse; eis tamen, qui privato Oratorio ad præmissa uti voluerint, ut quoties id fecerint, aliquas preces pro unione Principum Christianorum contra Infideles, eorumque contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur. Item conceditur tempore Interdicti, id est Interdicti Generalis, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis, posse recipere. Item conceditur mortuorum corpora (nisi forte vinculo Excommunicationis innotati decesserint) cum moderata funerali pompa sepeliri.*

23 Nomine Ecclesiarum. in quibus conceditur habenti Bullam Cruciatæ, ut tempore Interdicti possint coram eo, & suis familiaribus, ac consanguineis celebrari, & audiri Missæ, & Divina officia, intelliguntur quæcumque Ecclesiæ, & Oratoria, in quibus fuerint alias supradicta permittuntur. Et Oratoria privata supponuntur jam rite approbata ab Ordinario, cum Bulla non det facultatem ad ipsa erigenda, sed jam supponat erecta, sicuti cum concedit, ut tempore Interdicti possit audiri Missa in Ecclesia, supponit jam Ecclesiam erectam, non autem concedit, ut de novo erigantur; Diana part. 9. tract. 1. resolut. 23. Tambur. loc. cit. cap. 5. §. 4. num. 2. & 3. Mendo disp. 6. cap. 1. num. 6. Trullench. de Bulla lib. 1. §. 3. dub. 4. Gallegus loc. cit. cap. 4. dub. 31. Felix Potest. loc. cit. num. 3865. La Croix loc. cit. cap. 1. dub. 12. & alii plures contra paucos alios.

24 In Oratoriis privatis ratione Bullæ Cruciatæ majora permittuntur, quam ratione ordinarii Indulti Pontificis soliti concedi Nobilibus; Indultum enim ordinarium non concedit, nisi celebrationem unius Missæ; Item non concedit ipsam in solemnioribus Festivitatibus; Et non concedit ipsam nisi in presentia Domini, ejusque familiæ, ac hospitem Nobilium, exclusis familiaribus actu non necessariis. Privilegium vero Cruciatæ concedit, ut possint celebrari quot Missæ voluerit Dominus eodem die; Item concedit, ut possint ibi celebrari Missæ, & alia Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ recipi, etiam in solemnioribus Festivitatibus, præterquam in die Paschatis, de quo numero sequenti; Et insuper concedit, ut possint prædictis gratis gaudere etiam familiares non necessarii, & consanguinei non Commensales Domini habentis Bullam. Sic patet ex ipsa Bulla, & Indulto.

25 Num autem per illam particulam Præterquam in die Pascha-

tis prohibeatur solum receptio Eucharistiæ, quæ ad satisfaciendum præcepto Paschali præstari debet in propria Parochia, an etiam receptio Eucharistiæ ex devotione? La Croix loc. cit. cap. 1. dub. 12. §. Respondeo secundo, Felix Potest. loc. cit. num. 3866. Tambur. loc. cit. cap. 6. num. 3. & alii tenent, non prohiberi receptionem Eucharistiæ ex devotione, sed solum ad satisfaciendum præcepto, quia dicunt, quod Bulla per illam exceptionem nihil aliud intendit, nisi quod communio annua ex præcepto fiat in propria Parochia, ut Pastor ovium suarum faciem agnoscere possit, & receptionem Eucharistiæ ex devotione in die Paschatis licere ex consuetudine in Ecclesia qualibet; adeoque etiam in Oratorio privato. Quia tamen Sacra Cong. Concil. pluries decrevit, non posse Regulares in die Paschatis administrare secularibus Eucharistiam, etiam si tales persone agnoscere alia die satisfecerint præcepto, ut in Burdigalen. 9. Junii 1644. in Senonen. 11. Junii 1650. & in Mechlinen. 31. Januarii 1682. videtur id non licere, nisi vere ad sit tali consuetudo in locis, ubi promulgatur Bulla Cruciatæ, quia in tali casu cum consuetudo sit optima Legum interpretis, l. Si de interpretatione 37. ff. de Legibus, cap. Cum dilectus 8. de Consuetudine, ipsa consuetudo, nisi de mente Pontificis, seu Sacre Congr. aliud constet, possit observari; leg. De quibus 32. ff. de Legibus, cap. Cum tanto 11. de Consuetudine.

Habens Bullam an teneatur audire Missam diebus Feltis tempore Interdicti? Variant DD. Negativam sententiam tenent Coninch., alique apud Tambur. loc. cit. cap. 5. §. 2. num. 6. quia dicunt ipsi, nemo cogitur utilitudo privilegio, adeoque obtinens cum Bulla privilegium audiendi Missæ tempore Interdicti, potest hoc privilegio non uti, alias non esset privilegium, & honor, sed onus. Affirmativam autem defendunt Ludovicus a Cruce, Villalobos, Joann. Sanch. Trullench. loc. cit. num. 7. Felix Potest. loc. cit. num. 3881. Mendo disp. 25. num. 19. & alii. Et ratio est, quia quando inquit præceptum, & quis potest illud adimplere, tenetur ad impletionem. In diebus autem Feltis inquit præceptum audiendi Missam, & qui habet Bullam Cruciatæ, potest illud adimplere audiendo Missam, adeoque tenetur audire. Quæ opinio affirmativa est probabilior, & securior, ut tenet etiam La Croix loc. cit. dub. 11. art. 5. vers. Respondetur, quamvis negativa sit etiam probabilis, ut dicit ipse loc. cit. & Tambur. loc. cit. num. 7. & alii.

Qui Bullam recipiunt, nisi excommunicati decedant, possunt tempore Interdicti cum moderata pompa sepeliri, quæ moderata pompa ex Corduba apud Ludovicum a Cruce loc. cit. d. 7. num. 2. est, ut cum cantu, & tribus campanarum clamoribus cadaver deferatur, & sepeliatur apertis januis Ecclesiæ, sed sine Missa, seu est mediæ pompæ, & solemnitatis, quæ juxta qualitatem defuncti fieret extra tempus Interdicti. At vero Ludovicus a Cruce loc. cit. Rodriguez, Villalobos, & Trullench. citati a Mendo loc. cit. num. 47. dicunt, illam esse moderatam pompam, quæ juxta consuetudinem locorum fuerit ab Episcopo, aut ejus Vicario, vel a Parocho, in eorum absentia, prudenter determinata.

Qui privato Oratorio ad supradictos effectus uti voluerint, debent ad suum arbitrium orare mentaliter, seu vocaliter pro unione Principum Christianorum contra Infideles, eorumque contra dictos Infideles victoria. Et sufficit qualibet brevis devota oratio etiam unius Pater, & Ave, & ejus omisso non esset regulariter nisi venialis, cum præceptum Pontificis sit in materia levi; Tambur. loc. cit. cap. 7. numer. 4. Henriquez, Avila, Trullench., Diana, & alii citati, & secuti a La Croix loc. cit. dub. 11. art. 1. num. 9.

Secundo, conceditur privilegium vescendi ovis, lactiniis, & carnibus, diebus jejuniorum durante anno Bullæ: Item ut durante dicto anno intra ipsa Regis Hispaniæ Regna (intellige ubi promulgatur Bulla,) & non extra, carnibus de consilio utriusque Medici temporibus jejuniorum totius anni, etiam Quadragesimalium vesci, ac pro eorum libitu ovis, & lactiniis. Itaque qui carnes comederint, servata in cæteris jejunii Ecclesiastici forma, dicto jejunio satisfecisse censentur. Excipiuntur ab Indulto vescendi ovis, & lactiniis quoad Quadragesimalia jejunia tantum Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Superiores, vel inferiores Prælati, qualibet persona Regularis, & ex Secularibus illi, qui in Presbyteratus Ordine constituti sunt, nisi fuerint sexagenarii.

Nomine utriusque Medici, de cuius consilio potest habens Bullam carnibus vesci, intelligitur Medicus spiritualis, & Medicus corporalis. Pro Medico spirituali venit non solum Parochus, sed etiam Confessarius quilibet, etiam si non sit proprius, cum in foro conscientiæ omnes Confessarii reputentur, ut unum quid,

quid, nec requiratur, quod consilium detur in Confessione, seu sufficiat, quod detur extra Confessionem, ex quo Bulla Confessionem actualem non requirat. Tambur. loc. cit. cap. 8. §. 1. num. 3. Gallegus loc. cit. cap. 6. dub. 45. La Croix loc. cit. dub. 15. art. 1. vers. Quod ad minus. Pro Medico corporali venit non solum doctrinali laurea insignitus, sed etiam ubi non est talis Medicus, nec ad illum facilis est recursus, ut in parvis locis, qualibet persona perita, & experta aliquam in infirmitatibus, aut languoribus cognitionem habens; Tambur. loc. cit. num. 4. Henrici. l. 6. cap. 23. La Croix loc. cit. num. 4. ubi addit, quod qui pollet scientia, & conscientia ad noscendum dubium, potest carnibus vesci absque alicujus Medici declaratione, seu consilio, quia ideo consilium utriusque Medici requiritur; ex quo in propria causa non soleat quis esse ita integer Judex.

21 Pro usu carniū diebus jejuniorum requiritur causa, scilicet necessitas, & consilium utriusque Medici, si necessitas non sint patienti certa, & manifesta. Pro usu autem ovorum, & lactiniorum non requiritur causa, sed sufficit Bullæ privilegium. Nec potest dici, quod privilegium vescendi carnibus de consilio utriusque Medici sit superfluum, cum etiam sine Bulla, quando necessitas est patienti dubia, possit quis de consilio utriusque Medici carnibus vesci. Non potest, inquam, id dici, quia ratione privilegii Bullæ quamvis de consilio utriusque Medici vescatur carnibus, is satisfacit præcepto, & ex dispensatione Thelauri Ecclesiæ per Pontificiam Bullam ei facta habet meritum jejunii, ac si carnibus non vesceretur. Tambur. loc. cit. §. 1. n. 2. Felix Potest. loc. cit. n. 3876.

22 Ratione Bullæ Cruciatæ possunt omnes non excepti etiam sine consilio utriusque Medici vesci ovis, & lactiniis cunctis diebus jejuniorum etiam Quadragesimalium. Excepti autem quoad jejunia Quadragesimalia per Bullam communem sunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alii superiores, vel inferiores Prælati & qualibet persona Regularis, & ex secularibus illi, qui in Presbyteratus Ordine sunt constituti, qui tamen omnes possunt illis vesci, si fuerint sexagenarii, ut patet expresse ex verbis Bullæ adductis supra n. 29.

23 Notanter autem dicitur: *Excepti per Bullam communem*, quia ex prædictis exceptis per Bullam communem varii per aliam Bullam Urbani VIII. quæ vocari solet Bulla parva, seu Bulla lactiniorum, possunt vesci ovis, & lactiniis, etiam in Quadragesima, excepta hebdomada Sancta, quæ incipit a Dominica Palmarum inclusive, cum hebdomada consistit ex septem diebus, & tales privilegiati per dictam Urbani VIII. Bullam lactiniorum sunt expressi in sequentibus Bullæ verbis: *Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis inferioribus Prælati, nec non Presbyteris secularibus dumtaxat, ut Quadragesimali tempore (hebdomada tamen majori excepta) ovis similiter, ac lactiniis pro eorum libitu uti, & vesci indulgemus, data elemosyna per Commissarium Generalem taxanda.*

24 Taxa pro hac lactiniorum Bulla obtinenda est sequens: Pro Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis etiam Titularibus, & Abbatibus jurisdictione gaudentibus sunt viginti quatuor Reales, seu Argentei Castellani. Pro Dignitatibus Canonicibus Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiarum Reales, seu Argentei Castellani octo. Pro illis, qui gaudent portionibus, & pro Beneficiariis curam habentibus animarum, vel non habentibus, & quorum redditus annuus ascendant ad scuta trecenta, Reales, seu Argentei Castellani sex. Pro habentibus Beneficia, Capellanas, Portiones, & quovis redditus Ecclesiasticos ascendentes ad scuta ducenta, Reales, seu Argentei Castellani quatuor. Pro cæteris Clericis, & Presbyteris secularibus, Reales, seu Argentei Castellani duo.

25 Regulares utriusque sexus non possunt uti Bulla lactiniorum quoad jejunia Quadragesimalia, cum ipsi sint quoad talia jejunia expresse excepti in Bulla communi, ut patet ex verbis adductis supra num. 29. Nec est eis tale privilegium concessum in parva Bulla lactiniorum, ut constat ex verbis adductis supra sub num. 33. Nec possunt uti Episcopi ex Ordine Minorum, quia Episcopi assumpti ex hoc Ordine, nisi specialiter dispensentur, tenentur adhuc ad vitam Quadragesimalem. Peyrin. tom. 3. cap. 14. num. 3. referens tres Summos Pontifices, nempe Paulum V. Gregorium XV. & Urbano VIII. cum tribus Episcopis dicti Ordinis Minororum dispensasse, & ipsum Urbanum VIII. in examine Patris Francisci Castellani pro Episcopatu Capitulensi, qui ad interrogationem: An factus Episcopus teneretur ad votum vite Quadragesimalis, respondit, Ferrar. Biblioth. Tom. I.

non teneri, dixisse, *Errasti, teneris enim* & parum defuisse, ut excluderetur, nec voluisse cum ipso dispensare. Sic Felix Potest. tom. 2. part. 2. num. 1868. & sequenti. cum Mantoya, Ledef. & Vasquez, & tom. 1. part. 4. n. 3873. recte addens, quod tali Bulla de lactiniis, & ovis in Quadragesima uti possunt alii Episcopi Regulares, quia in ipsis prævalet qualitas Episcopatus, cum dignius debeat ad se trahere minus dignum. Sic etiam Tambur. loc. cit. cap. 8. §. 5. num. 10. Trullen. loc. cit. num. 9. & alii.

Cardinales Regulares nisi sint Episcopi, non possunt uti dicta Bulla parva lactiniorum, quia in dicta Bulla non fit talis concessio Regularibus, nec meræ Dignitati Cardinalatus, ut patet ex iisdem verbis adductis supra sub num. 33. Tambur. loc. cit. §. 5. num. 11. Felix Potest. loc. cit. num. 3873. Quamvis tamen non sit improbabilis contraria sententia, quod lactiniis, & ovis vesci possunt etiam Cardinales Regulares non Episcopi, quia in tantum non includuntur expresse exclusi a concessione Bullæ, in quantum non sunt expresse exclusi a concessione Bullæ communis, ut patet ex verbis utriusque Bullæ. Unde sicuti Regulares Episcopi possunt vesci ovis, & lactiniis in Quadragesima, quia in ipsis prævalet qualitas Episcopatus, ita etiam Regulares Cardinales, quia ipsis prævalet qualitas Cardinalatus per regulam: *Si id, de quo minus videtur inesse, inest; igitur, & de quo magis; Authent. Multo magis, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, & illa verba Bullæ communis, *Et qualibet persona Regularis*, possunt intelligi de quacumque persona Regulari adhuc in Religione existenti, & non de assumptis extra Religionem ad Cardinalatum & c. Hæc etiam sententia est valde carni indulgens.

Cardinales seculares non Presbyteri per solam Bullam communem Cruciatæ vesci possunt ovis, & lactiniis per totam Quadragesimam, etiam in majori hebdomada, sicuti cæteri seculares, ut colligitur ex verbis ipsius Bullæ, & tenent Gallegus claus. 7. d. 54. Tambur. loc. cit. §. 4. num. 7. Felix Potest. loc. cit. num. 3873. La Croix loc. cit. dub. 13. art. 2. num. 6. & alii.

Novitii, & Novitiæ cujuscumque Religionis uti possunt privilegio Bullæ quoad utum ovorum, & lactiniorum in tota Quadragesima, quia non comprehenduntur in odiosis nomine Regularium, cum nondum Professionem emisissent. Trullen. l. 1. §. 4. dub. 5. Tambur. loc. cit. num. 8. La Croix loc. cit. num. 7. & alii passim.

Religiosi Ordinum Militarium etiam S. Joannis Hierosolymitani, si Bullam legitime sumant, hoc privilegium vescendi ovis, & lactiniis participant, ut patet in Summario Bullæ vulgaris, quod fidelibus distribuitur. Tambur. loc. cit. num. 9. & 11. ubi subiungit, quod hoc privilegium concessum Religiosis Ordinum Militarium intelligitur concessum non solum equitibus, sed etiam Regularibus utriusque sexus earumdem Religionum, quia Pontifex inclu sit in hoc privilegio omnes, qui sunt Ordinis Militaris. Sic etiam Mendo d. 18. n. 16 & 17. assertens Basilium, & Alfonso teitante talem esse proximam. La Croix loc. cit. num. 14. Gallegus claus. 6. dub. 8. ubi dicit hanc doctrinam practicari in Conventu Sanctæ Mariæ de Monte Ordinis Militaris Sancti Joannis in Diocesi Toletana.

Omnes sexagenarii, sive Episcopi, sive Regulares, sive Presbyteri seculares, & quicumque alii habentes Bullam Cruciatæ possunt etiam in jejuniis Quadragesimalibus vesci ovis, & lactiniis; & annus sexagesimus sufficit, quod sit inceptus, quia in favorabilibus annis inceptus valet pro completo, cum favore sint ampliandi; cap. Odia 15. de Regul. jur. in 6. La Croix loc. cit. num. 10. Tambur. loc. cit. §. 4. n. 19. Uterque Sanchez, & multi alii apud Leandr. de præcept. Eccles. tract. 5. d. 8. quæst. 17.

Tertio, conceditur privilegium quoad varias Indulgentias, & participationem bonorum operum: *Item prædicti Bullam sumentes, qui diebus jejunio non suppositis ad implorandum Divinum auxilium pro unione, & victoria prædictis voluntarium jejuniū, vel si jejuniare impediti legitime fuerint, aliud opus primum arbitrio eorum Confessarii, vel Parochi assumpserint, & simul pro unione, & victoria prædictis preces fiderint, quoties id fecerint, dicto anno durante, quindecim anni, & totidem quadragesime de injunctis eis, quomodolibet debitis penitentibus misericorditer in Domino relaxentur, & insuper omnium precum, elemosynarum, peregrinationum, etiam Hierosolymæ, & aliorum bonorum, quæ in universali militante Ecclesia, & singulis ejus membris sunt, participes reddantur.*

Dictum privilegium clare patet ex ipsius verbis; si autem quæras, quid intelligatur per ipsos quindecim annos, & Quadra-

genas &c. Vide verb. Indulgentia art. 1. Et si insuper scire desideres, quid intelligatur per participationem bonorum operum. Vide verb. Suffragia.

43 Quarto, conceditur privilegium lucrandi indulgentias stationum Almæ Urbis: Item qui dicto anno durante in singulis diebus stationum Almæ Urbis quinquē Ecclesias, seu Altaria, seu in illorum defectu quinquē unam Altare devoto visitaverint, precesque ad Deum pro unione, & victoria prædictis fuderint, omnes, & singulas Indulgentias stationum intra, & extra muros prædictæ Urbis tam pro se, quam per modum suffragii pro defunctis, pro quibus visitaverint, consequentur.

44 Quamnam autem, & quot sint, & quomodo acquirantur Indulgentiæ stationum Urbis? Vide verb. Indulgentia art. 4. a n. 27. ad 19. & art. 6. sub n. 23.

45 Regulares utriusque sexus, licet sine Bulla nequeant lucrari Indulgentias speciales a Bulla Pontificia concessas, possunt tamen sine dicta Bulla lucrari alias omnes sibi aliunde concessas; Habetur ex ipsa Bulla: Exceptis tamen iis, quæ concessæ sunt Ordinum Mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres. Et ex declaratione Sacræ Congreg. Concil. quam refert Turanus pag. 215. num. 5. his verbis: Ad instantiam Fratrum Minorum in Regno Sicilia existentium Sacra Congr. Concil. die 24. Martii 1640. respondit, oratores gaudere Indulgentiis a Sede Apostolica concessis, etiamsi Cruciatam non acceperint. Habetur in Archivio Procurat. Reform. S. Francisci Translyberim fol. 78. & refert Felix Potest. loc. cit. n. 3883.

46 Cruciatæ hujus Bullam ante, vel post suscipere non est necessarium ad consequendas in Regnis Hispaniarum Indulgentias Jubilei, quæ a Summis Pontificibus concedi consueverunt. Sac. Congr. S. R. E. Cardinalium negotiis Indulgentiarum præfata, approbante Urbano VIII. sub die 8. Febr. 1631. apud Barbosam in Summ. Apostolicarum decision. verb. Cruciatæ sanctæ. num. 5.

47 Quinto, conceditur maximum privilegium circa absolutionem a reservatis, & acquisitionem indulgentiæ plenariæ semel in vita, & semel in articulo mortis: Item quo omnes, & singuli prædicti purius ad Deum preces effundere, & efficacius Divinum auxilium implorare possint, conceditur, ut possint eligere quemcumque Presbyterum, Sacerdotem, vel Regularem ex approbatis ab Ordinario. & ab eo quorumcumque peccatorum, etiam Confessarum, etiam Sedi Apostolicæ, & in Bulla Cænæ Domini reservatorum, & reservatarum plenariam Indulgentiam, & remissionem semel in vita, & semel in articulo mortis. Aliorum vero Sedi Apostolicæ non reservatorum, aut reservatarum toties quoties confitentur, absolutionem, & remissionem mediantem satisfactiarii penitentia secundum culpam indigentiam obtinere; Dummodo, ubi necessaria erit, per ipsos, vel dato impedimento per hæredes, aut alios satisfactio fiat.

48 Confessarius eligendus virtute Bullæ Cruciatæ debet esse approbatus ab Ordinario loci, ubi sit; & excipitur Confessio, nec sufficit, quod fuerit approbatus in aliis Diocesisibus. Sic pluries declaravit Sac. Congr. Concil. & signanter in Valentina rescripta a Rodriguez in Bulla Cruciatæ §. 9. num. 5. & in Hispaniensis confirmata a Paulo V. die 11. Octobris 1611. & in alia Hispaniensis 16. Febr. 1675. & expressè declaravit Innoc. XII. die 19. April. 1700. Contit. incip. Cum sicut, ibi: Adeo ut Confessarii, tam seculares, quam Regulares quicumque illi sint in vim dictæ Bullæ Cruciatæ a Penitentibus ad audiendas eorum sacramentalis Confessiones electi, nullatenus Confessiones huiusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diocessani loci, in quo ipsi Penitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas Confessiones requirunt. Nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diocesium obtentam, etiam Penitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent.

49 Confessarius electus ab habente Bullam Cruciatæ potest anno Bullæ durante ipsam absolvere pro Foro interno ad omnibus casibus, & Censuris reservatis, tam Episcopo, quam Summo Pontifici, etiam in Bulla Cænæ, excepta hæresi formali, & externa, etiam occulta. Cum hac tamen intelligentia, quod pars lætæ, si detur, sit satisfacta, vel per se ab ipso Penitente, vel dato impedimento per suos hæredes, aut alios, & quod ipse Penitens a casibus reservatis Episcopo absolvi possit toties quoties, sicuti etiam toties quoties a casibus reservatis Pontifici extra Bullam Cænæ Domini, si sint occulti, quia evadunt Episcopales, cum absolvi possint ab Episcopo; a casibus autem reservatis Pontifici extram Bullam Cænæ, si sint publici, & a casibus in Bulla Cænæ contentis sive sint publici, sive occulti, potest absolvi semel tantum in vita, & semel in

articulo mortis per primam Bullam, & iterum secundo, si secundam, seu aliam Bullam accipiat. Non vero tertio, si tertiam Bullam sumeret, cum pro se non possit Bulla Cruciatæ accipi, nisi bis singulo quoque anno, ut patet ex dictis supra num. 20.

Cruciatæ Sanctæ Laicis, & Clericis sæcularibus cujuscumque status, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam speciali nota digna, quoad casus reservatos etiam in Bulla Cænæ, hæresi excepta, contentos non nisi in Foro conscientiæ, non autem in Foro externo suffragatur. Urban. VIII. Contit. 105. incip. In specula, ut in num. seq. * Hinc etiam facultas concessa in eadem Bulla Cruciatæ de absolutione a censuris obtinenda, valet tantummodo pro foro interno, ut patet ex cit. Urbani VIII. Contit. mox afferenda; quare constitutiones Hispanicæ aliter statuentes rejiciendæ sunt; Bened. XIV. de Synod. Dioces. lib. 7. cap. 65. §. 7. *

Regulares, & Moniales non possunt vi Bullæ Cruciatæ eligere sibi Confessarium quoad casus reservatos. Sic expressè declararunt plures Summi Pontifices, & signanter S. Pius V. Contit. 132. incip. Exponi nobis, Clemens VIII. Contit. 60. incip. Romani Pontificis, & Urbanus VIII. Contit. 105. incip. In specula, ibi: In &c. Nos &c. Motu proprio &c. Concessionem S. Cruciatæ, quæ respectu facultatis huiusmodi etiam Laicis, & Clericis sæcularibus cujuscumque status, gradus, & conditionis, etiam speciali nota digna, quoad casus reservatos, etiam in Bulla Cænæ Domini (hæresi excepta) contentos non nisi in Foro conscientiæ, non autem in Foro externo suffragatur, aliorumque Indulgentiarum huiusmodi quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi prædictos a casibus reservatis, etiam in Bulla Cænæ Domini contentis, cum Fratrum, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, & aliorum quorumcumque Ordinum &c. locum minime habuisse, neque habere, neque illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse &c. sed nostræ intentionis fuisse, & esse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum Penitentia, &c. ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedis Apostolicæ quoad sibi reservata subiecti sint eorumdem tenore præsentium perpetuo declaramus &c. ac irritum, & inane si secus &c. Dat. Romæ &c. 16. Junii 1630.

Cruciatæ vigore, & facultatis in ea concessæ non possunt Moniales, alioque Confessarios præter eos, qui ad audiendas ipsarum Monialium Confessiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere. Sac. Congr. Concil. apud F. Eman. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 24. ubi ejus addit. sect. 2. num. 30. & Barbosa in Summ. Apost. decis. verb. Cruciatæ sanctæ. Vide verb. Approbatio art. 3. a num. 5. ad 12.

Sexto, conceditur privilegium quoad commutationem Votum. Item summentibus Bullam conceditur Vota omnia, ultramarino, Castitatis, & Religionis exceptis, in aliquod subsidium huius expeditionis per eundem Confessarium commutari.

Ex quibus verbis clare patet, quod Confessarius electus ab habente Bullam potest ei commutare (non autem dispensare) omnia vota etiam jurata, exceptis tribus, nempe Castitatis perpetuæ, ac perfectæ, voti simplicis Religionis, & peregrinationis Jerusalem devotionis causa.

Hinc talis potestas se extendit etiam ad vota jurata. Item ad vota in favorem tertii facta, & nondum acceptata; Secus si essent acceptata. Item ad promissiones factas Sanctis. Item ad votum de non petenda commutatione, & dispensatione votorum. Item ad vota Castitatis, & Religionis, quando sunt pœnalia, quando sunt conditionata, & quando emissa sunt ex metu, & alia huiusmodi. Vide verb. Jubileum art. 2. a n. 35. ad 49. & discurre ut ibi salva proportione.

Dicta Votorum commutatio potest fieri etiam extra Confessionem, nec ad eam requiritur alia causa præter aliquod subsidium præstandum pro belli expeditione contra infideles. La Croix loc. cit. dub. 16. art. 1. qu. 2. & 3. cum aliis ibi allegatis. Felix Potest. loc. cit. n. 3861. & alii. Vide verb. Subileum art. 2. a n. 64. ad 67. & verb. Votum art. 3. n. 128.

In commutatione votorum imponenda est a Confessario persona voventi aliqua elemosyna in subsidium Sanctæ Cruciatæ, quæ elemosyna, si votum non habeat annexam aliquam expensam in ipsius adimplerione faciendam, debet a Confessario taxari juxta qualitatem, & commoditatem voventis. Si autem habeat annexam expensam, elemosyna debet esse tanta, quanta esset expensæ faciendæ pro adimplerione voti, & regulanda est juxta dicta sub verb. Votum artic. 3. a num. 42. Vide ibi.

Septimo, conceditur Commissario Cruciatæ facultas suspen-

dendi Indulgentias: Item prædicto Commissario datur facultas, ut suspendere possit, dicto anno durante, omnes similes, aut dissimiles Indulgentias, & facultates ab eisdem, & a Sede Apostolica, vel ejus auctoritate concessas quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, Pisis locis, Universitatibus, & singularibus personis in Regnis, Insulis, Terris, Locis, & Dominis præfatis &c. Et paulo post: Ita ut interim neque publicari, neque prædicari possint, neque publicata cuivis hominum communitate, vel divisiim suffragentur. Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres. Item dicto Commissario conceditur etiam facultas, ut ipse per se, vel per alium, vel alios (quantum, & quoties sibi videbitur) Indulgentias, & alias Gratias per eum suspensas in favorem illorum, qui præsentium Gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum, participes effecti fuerint, revalidare absque alio præmio possit.

59 Virtute dictæ facultatis sibi a Papa concessæ Commissarius Generalis Sanctæ Cruciatæ suspendit pro toto anno publicatione Bullæ cunctas Indulgentias, & Gratias in locis omnibus, ubi sit Bullæ promulgatio, exceptis illis concessis Ordinum Mendicantium Superioribus quoad eorum Religiosos. Et potest ad animandos fileles ad erogandum elemosynam in Sanctæ Cruciatæ subsidium revalidat cunctas ante suspensionem Indulgentias, & gratias pro accipientibus Bullam, media erogatione taxatæ elemosynæ.

60 Non potest tamen dictus Commissarius suspendere Indulgentias, & Gratias concessas Regularibus utriusque sexus, ut constat ex allatis Bullæ verbis: Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres, ut patet ex dictis supra num. 45.

61 An autem per promulgationem Bullæ Cruciatæ suspendantur facultates aliquæ concessæ Regularibus, v. g. facultas, quam habent absolvendi a casibus reservatis, commutandi vota, dispensandi in quibusdam rebus, & aliæ similes facultates? Variant Doctores: Suspendi enim tenent Navarrus, Lopez, Acosta, & Trullench, apud La Croix loc. cit. d. b. 13. art. 3. n. 12. Non suspendi autem docent plures decem & octo Auctores, quos citat, & sequitur Mendo disp. 29. n. 63. & La Croix loc. cit. ubi ex ipso Mendo addit S. Pium V. consultum respondisse, mentem suam non esse revocare per Bullam hæc privilegia, & expressit anno 1571. in privilegii Ordinis Prædicatorum, & putandum est hunc fuisse, & esse animum reliquorum Pontificum. Et de facto teste Tamburino loc. citat. cap. 14. n. 7. talis est praxis timoratorum Religiosorum, qui suis prædictis privilegiis utuntur sine scrupulo, etiam in Ordine ad sæculares non habentes Bullam, quæ continuata praxis potuit certo legitimam introducere consuetudinem, quæ est optima Legum interpretis: l. Si de interpretatione 37. ff. de Legibus, cap. Cum dilectus 8. de consuetudine.

62 Indulgentiæ, & Gratia Jubilei possunt a quibuscumque consequi etiam sine Bulla non obitante suspensione Indulgentiarum &c. facta a Commissario Generali Cruciatæ. Vide supra num. 46. Decretum Sacræ Congreg. Indulgentiarum, & approbationem ad id factam ab Urbano VIII.

63 Ut solemniter fiat Bullæ Cruciatæ promulgatio, Commissarius Generalis ex facultate sibi a Papa concessa suspendit Interdictum locale a quocumque Judice positum per octo dies ante, & per octo post promulgationem; Unde probabile est, dictam Interdicti suspensionem extendi usque ad 17. dies, cum dies promulgationis, ex quo favorabilis non videatur includi in illis 16. sed excludi ab illis, & ampliari ad 17. arg. c. Odiā 15. de Regul. Juris in 6. ibi: Odiā restringi, & favores convenit ampliari, Mendo loc. cit. disp. 39. n. 2. La Croix loc. cit. dub. 17. art. 4. n. 1. & alii. Non suspenditur autem a d. Commissario Interdictum personale particulare, quia hoc Interdictum non ostat solemnitati promulgationis Bullæ, qui est finis intentus in suspensione Interdicti; Mendo loc. cit. n. 12. La Croix loc. cit. n. 5. & alii.

64 Octavo, conceditur Commissario Generali facultas faciendi compositionem super bonis male habitis, illicite retentis, aut usurpatis, quando eorum Dominus omnino ignoratur. Hac sunt verba Pontificis in Bulla compositionis: Ut possit Commissarius componere super illicite habitis, nec non super mediata Legatorum omnium, quæ propter male ablata facta sunt, si Legatarii per annum in exactione negligentis fuerint, ac super illis, quæ facta erunt (hoc est que invenientur jam esse facta,) & quo dicto anno durante fuerint, si Legatarii inveniri non poterunt, nec non super male ablatis, & per usurariam pravitatem, aut aliter male acquisitis, si in omnibus præmissis casibus (præ-

terquam dictæ annualis negligentia) persona, quibus restitutio, seu solutio faciendæ est (præstito pro restitutorem juramento de diligenter cum facta pro inveniendo Legatario, seu Creditore, & minime invento) non reperiantur, possit, inquam, Commissarius componere, & ita debitores liberari. Et paulo post: Ita etiam datur facultas eidem Commissario componendi cum eis, qui ad restitutionem fructuum ex omissione Horarum Canonicarum tenentur, ita ut quantitas compositionis pro medietate Ecclesiæ, vel aliis locis, quarum, vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate in subventionem hujus negotii detur.

Compositio igitur generaliter loquendo fieri potest in omnibus casibus, in quibus certum est faciendam esse restitutionem, sive ratione rei male acceptæ, sive ratione injustæ acceptionis, & retentionis, sive ratione damni illati, sive ratione contractus, concurrentibus tamen duabus conditionibus, nempe quod facta debita diligentia dominus certus, aut ejus hæres non invenitur, & quod bona restituenda, non fuerint ablata, & retenta ex confidentia hujus Bullæ Communis.

Si jam facta legitima compositione debitor in notitiam creditam veniat Creditoris, tenetur restituere totum id, in quo factus est ditior, quia Papa per Bullam compositionis non intendit juri alieno præjudicare; Unde illam dando concedit sub conditione, si, seu donec Dominus non invenitur. Sic Rodriguez, Villalobos, Ludovicus a Cruce apud Trullench. lib. 3. d. numer. 4. Felix Potest loc. citat. numer. 3898. & alii contra Henriq. Bannez, Trullen. La Croix, & alios volentes talem debitorem ad nihil amplius obligari in Foro conscientiæ. Si autem Debitor bona fide jam omnia talia bona contempserit, ad nihil tenetur in Foro interno conscientiæ, ut tenent Doctores utriusque sententiæ. At pro Foro externo (quamvis etiam in hoc Foro ad nihil amplius teneretur, cum compositio sit facta auctoritate Papæ potentis liberare, atque sine ulla conditione, & restrictione absolute liberantis debitorem) potest ipse debitor a Judice cogi ad restituenda talia bona Creditori comparanti, quia cum in Foro externo debeat constare eam compositionem fuisse legitime expeditam, & hoc sit valde difficile, ex quo possit Creditor dicere compositionem non fuisse factam super suo Credito, non fuisse præmissam debitam diligentiam, & huiusmodi: ideo possunt ad id a Judice cogi, & consequenter quamvis talis compositio possit proficere in utroque Foro propter adductam rationem, regulariter non prodest nisi in foro interno. Sic Tambur. loc. cit. n. 11. 12. & 13. cum Trullench. Bard. & aliis ibi allegatis. Felix Potest. loc. cit. vers. Hoc autem. La Croix loc. cit. cap. 2. art. 2. quæsit. 1. & alii.

Item compositio fieri potest super Legatis, cum hac tamen advertentia, quod si Legata fuerint facta pro exoneranda conscientia a bonis male habitis, seu ablatiis, & Legatarii conficii, seu moniti de talibus Legatis negligentis fuerint per annum integrum in exigendis ipsis Legatis, tunc hæredes possunt se componere super medietate totius summæ Legatæ. Si autem Legata facta fuerint non pro exoneranda conscientia, sed pro alia pia causa, tunc si hæredes Legantis facta debita diligentia invenire, seu scire non possunt Legatarios, possunt se componere quoad totam summam legatam accipiendo totas Bullas, quot requiruntur ad ratam quantitatis summæ legatæ Communis.

Item compositio fieri potest super fructibus Beneficiorum, & aliorum reddituum Ecclesiasticorum male perceptis, & restitutioni obnoxiiis ratione omissionis Horarum Canonicarum, seu ratione non recitati Officii Divini cum erogatione tamen elemosinæ taxatæ, ut infra dicitur sub n. 75. Vide ibi.

Non potest tamen fieri compositio super distributionibus injuste perceptis, quia istæ habent certos Dominos, quibus debeant restitui, nempe Choro intererentes, seu assistentes Communis.

Nec potest fieri compositio super Missis celebrandis pro elemosynis acceptis, quamvis debitor non recordetur, quibus accepit, & nec pro quibus debeat applicare, quia hic satisfaciet offerendo Sacrificia pro illis, qui elemosynas erogaverunt, seu pro quibus debet Communis.

Compositio fieri potest solum usque ad determinatam summam, nempe usque ad summam tercentorum scutorum Hispaniæ, seu tercentorum scutorum, & viginti unius cum tarenis octo, & granis novem monetæ siculæ, aut aliter juxta illius, quod vocat Cambio diversitatem, aut duorum millium nonagitorum quadraginta, & unius Argentorum, seu Realium, & sex Maravedisiorum, cum quinquaginta tamen Bullis compositis.

positionis acceptis, quia per unam Bullam non potest componi, nisi summa quinquaginta Realium, seu Argenteorum, & viginti, & octo Maravedisorum. Unde pro componenda tota summa dictorum duorum millium nongentorum quadraginta, & unius Argenteorum, seu Realium, & sex maravedisorum, quinquaginta debent sumi Bullae compositionis, quae singulis annis omnes accipi possunt, sive simul, sive seorsim; At in uno anno non possunt accipi plures quam quinquaginta; Communis.

73 Si debitum excedat dictam summam, quae cum quinquaginta Bullis componi potest, debet recurri ad Commissarium, qui per Compositionem particularem solet exigere decimam partem summam componendae, seu decem pro singulis centenariis in subsidium Cruciatæ; Communis.

74 Nec qui habet tale debitum excedens summam per quinquaginta Bullas componendam potest differre compositionem, aut restitutionem ad sequentem annum, ut componat excessum summam per novas Bullas, sed statim debet restituere, aut componere cum Commissario etiam illum excessum summam, alias graviter peccat; Communis.

75 Quot sunt debitores, tot debent accipi Bullae, nec sufficit una Bulla pro pluribus, quamvis totum eorum debitum simul non excedat summam componibilem per unam Bullam. Praxis enim est, quod unaquaeque Bulla uni soli concedatur, & quolibet pro sua Bulla taxatam eleemosynam solvat.

76 Taxata eleemosyna pro una Bulla est, quod erogatur duo Argentei Castellani, seu duo Reales a qualibet persona, tam privata, quam insigni, & illi multiplicentur ad multiplicationem Bullarum, quae accipiuntur usque ad quinquaginta, pro quibus quinquaginta Bullis debentur centum Argentei, seu Reales. Si autem compositio facta sit de bonis, seu fructibus Ecclesiasticis debitis, seu restituendis pro omissione Divini Officii, seu Horarum Canonicarum, debent erogari quatuor argentei Castellani, seu Reales, duo in subsidium Cruciatæ, & alii duo in subsidium illius Ecclesiæ, in qua habet Beneficium, seu redditus, qui Officium divinum omisit, & si summa a Beneficiario male percepta excedat summam componibilem per quinquaginta dictas Bullas, ut supra in num. 72. ita ut pro excessu dictae summam debeat fieri particularis compositio immediate cum Commissario, tunc summa hujus particularis compositionis pro medietate debetur in subsidium Cruciatæ, & pro altera medietate pari modo in subsidium Ecclesiæ, ubi habet Beneficium, seu redditus; Horas Canonicas culpabiliter omisit. Sic colligitur ex verbis summarum vulgaris, quod pro hac compositione solet distribui, teste Tamburino loc. cit. cap. 18. §. 4. n. 2. ibi, Che abbi da dare altri due Reali alla fabbrica della Chiesa del Beneficio &c. volendosi comporre di piu, si osservi l'ordine dichiarato di sopra.

77 Qui vult hanc Bullam compositionis obtinere, debet existere in Regno, ubi Bulla promulgatur, vel ad illud personaliter declinare, uti etiam dictum est de Bulla communi supra num. 3. Communis.

78 In Bulla compositionis debet inscribi nomen eam accipientis, & scribi, seu imprimi nomen Commissarii cum appositione sigilli ejusdem, ut patet ex verbis Summarii vulgaris; quod ut testatur Tamburinus loc. cit. num. 16. §. 5. solet distribui conceptum his verbis: Ed ordinamo precifavamente, che riceviate in Voi questa Santa Bolla estendovome in essa scritto il vostro nome, perchè così vuole, e comanda sua Santità, o che altrimenti non godiate della compositione, che per essa vi si concede. La quale Bolla ordinamo, che sia stampata col nostro nome, e sigillata col nostro sigillo. Non est tamen necesse; ut hæc Bulla compositionis conservetur, sicut Bulla communis, ut contra Mendo tradunt Tamburinus loc. cit. cap. 15. §. 5. per tot. & cap. 18. §. 7. n. 2. Bardi part. 3. tract. 5. cap. sect. 2. n. 20. Felix Potest. loc. cit. n. 3894. vers. In Bulla, & alii. Et ratio diversitatis est, quia Pontifex per suum Commissarium mandat conservationem Bullae communis, & non conservationem Bullae compositionis; nec sine ratione, ut observant Bardi, & Tamburinus locis citatis, quia in Bulla Communis multa adfunt privilegia, quae habent tractum successivum pro toto anno, unde congruum fuit mandare, ut ea conservaretur, ne scilicet erraret Privilegiatus, quando uti ejus privilegia voluerit; At in Bulla compositionis unica est Gratia: qua scilicet Bullam hanc recipiunt liberatur a restitutione incertorum, qua Gratia semel habita, nihil refert Bullam conservare. Haec tenet Tamburinus.

79 Bulla Compositionis prodeisse potest etiam defuncto, qui

pro exoneranda conscientia injunxit haeredi, aut alteri, ut necessarias ad id Bullas compositionis pro se acciperet. La Croix loc. cit. cap. 2. dub. 1. artic. 2. quest. 2. Felix Potest. loc. cit. num. 3894. vers. Hæc Bulla, & alii passim.

Nono, conceditur etiam Bulla pro defunctis; Item eadem Indulgentia (utique plenaria) suffragabitur per modum suffragii etiam Animabus defunctorum, pro quibus in hujusmodi subsidium (nempe belli contra infideles) proficisci, vel milites mittere, aut pro quibus non euntes, nec mittentes, tamen eleemosynam de bonis suis juxta taxam per Commissarium, personarum qualitate inspecta, faciendam, pro Religionis defensione contulerit.

Hac Bulla pro defunctis elargitur Pontifex liberationem, unius Animae a poenis Purgatorii, seu Indulgentiam plenariam per modum suffragii applicandam ab ipso sumente Bullam cuiusque Animae sibi beneficæ, & hæc Indulgentia est distincta ab Indulgentiis Bullae communis, quae etiam applicari possunt in suffragium, seu liberationem cuiuscumque Animae sibi beneficæ, ut patet ex dictis supra num. 20. 43, & 44.

Quamvis non sit necesse, ut in hac Bulla inscribatur nomen defuncti, & ipsam accipientis, tamen praxis invaluit, ut in ipsa inscribatur, & nomen defuncti pro cuius anima accipitur, & nomen ejus, qui illam accipit, ut testatur Tamburinus loc. cit. cap. 17. §. 2. num. 3. afferens verba ipsius Bullae solita distribui in suo Regno Siciliae, ibi: Per quanto voi Pietro Romano daffivo due Reali di Plata, cioè d' argento, che è quello, che sta tassato, e dichiarato per Noi il Dott. D. Pietro Paceco Commissario Generale della Santa Cruciatæ, beneficio dell' Anima di Bernardo Amodeo, e ricevestivo in voi questa Santa Bolla, gli è concessa l' Indulgenza sopra detta &c.

Ubi, ut vides, pro hac obtinenda Bulla erogantur duo Reales, seu duo Argentei Castellani ab omnibus personis, sive privatis, sive insignibus. Quamvis enim pro Bulla vivorum Commissarius distinctam taxam statuerit pro diversitate personarum, ut patet ex dictis supra num. 6. Non sicutamen pro defunctis: cum ex pietate voluerit illis sanctis Animabus favere liberalius, ut recte observat Tamburinus loc. cit. num. 8.

Una Bulla non potest applicari pro pluribus Animabus, sed solum pro una Anima, quia in Bulla, quae distribuitur, expresse ponitur pro Anima talis Personae, ut patet supra num. 82. Sic Tamburinus loc. cit. num. 6. Felix Potest. loc. cit. n. 3888. & alii contra Mendo disp. 36. num. 2. & la Croix loc. cit. cap. 3. dub. 1. qu. 5. volentes unam Bullam posse applicari pro pluribus, & tunc fructus Indulgentiae dividi inter illas plures Animas pro rata, quae opinio non caret sua probabilitate.

Possunt tamen pro eadem Anima sumi singulis annis duae Bullae, & valde utile est, ut aliae aliis annis sumantur, sicuti pro eadem Anima utiliter plures applicentur Indulgentiae, & Missae. Tamburinus loc. cit. num. 10. & 11. La Croix loc. cit. quest. 3. Felix Potestas loc. cit. n. 3887. & alii passim.

Et hoc non obstante quod teneatur Indulgentiam hujus Bullae, sicuti quamcumque aliam plenariam rite concessam, & acquisitam certo, & infallibiliter professæ Animae illi, cui applicatur. Vide verb. Indulgentia art. 3. an. 16. ad 20.

Qui Bullam pro defuncto accipit, & alii applicat, non est necesse, ut sit in gratia, asserunt minus probabiliter. La Croix loc. cit. cap. 3. dub. 2. quest. 1. n. 1. & 2. Tamburinus loc. cit. cap. 17. n. 5. & illi. Vide dict. verb. Indulgentia art. 3. n. 21.

Vivus existens in Regno, ubi promulgatur Bulla potest ipsam sumere, & applicare Animae defuncti, etiam extra dictum Regnum, aut locum Bullae. Tamburinus loc. cit. n. 9. allegans ad id Ludovicum a Cruce; Bulla enim pro defunctis non exprimit esse necessarium ad obtinendam hanc Indulgentiam, quod quis objerit in loco promulgationis Bullae, sicuti esse hoc necesse exprimit Bulla communis pro vivis; Unde sicuti hic quod voluit, expressit, ita illic si id voluisset, expressisset, arg. capit. Inter corporalia 2. de translation. Episcop. §. Sed neque istud, capit. Ad audientiam 12. de decimis, & capit. Quia circa 22. de privileg. Eo vel maxime quod in suffragium Animarum defunctorum privilegia ampliari debent, quantum possunt.

Anima per Indulgentiam hujus Bullae liberatur, quando accipit Bullam, & inde ad tempus applicat, liberatur quando applicat, quia ultimum requisitum est applicatio. Tamburinus loc. cit. n. 7. vers. At quandomam; La Croix loc. cit. quest. 2. & alii. Unde etiam si Bulla accipiatur credito, suum effectum habet statim facta applicatione, absque eo quod expectetur tem-

tempus solutionis. Felix Potest. loc. citat. numer. 3890. & alii.

90 Semel facta applicatione pro tali Anima non potest amplius variari, & fieri applicatio pro alia, quia Indulgentia Bullae per primam applicationem jam habuit totum suum adequatum effectum. Tamburinus loc. cit. num. 7. vers. Nota, Felix Potestas loc. cit. num. 3889. & alii.

1 Cruciatarum originem alii deducunt ab Urbano II. alii vero a Concilio Lateranensi sub Innocentio III. habito; Vide Mendo de Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 4. num. 18, qui contra Eimman. Rodriguez asserit, Urbanum II. primum earum Institutorem. Auctor noster tam Urbano II. quam Innocentio III. (quem laudat Julium III. num. 1. appellat) adjudicat hanc institutionem.

2 Dicitur autem hæc Bulla Cruciatæ, a Cruce, qua proficiscentes ad expeditiones Terræ Sanctæ, vel contra alios Infideles, aut Haereticos, donabantur cum multis indulgentiis, & privilegiis; Quae per hanc Bullam extenduntur etiam ad eos, qui eleemosynas ad earum expeditionum sumptus faciendos erogant. 3 Primus Terram Sanctam e manibus Infidelium eruere conatus est Urbanus II. in Concilio Claramontano anno 1095. habito, Episcopos & Praelatos ad eam expeditionem cohortatus, data pro militari telera ad hoc bellum Cruce super scapula dexteram ex purpureo panno gestanda; ac propterea is verus Cruciatarum Institutore est appellandus. Varii deinde Pontifices Cruciatam indixerunt aliquibus Principibus juxta temporum indigentiam; Vide Mendo disp. 1. capit. 4. per totum.

6 Quoad Hispanos vero, ut Gelasium II. praeferamus, de quo vide Baronium ad an. 1117. iis speciatim Cruciatam concessit Julius II. anno 1509. juxta Alph. Perez apud Mendo l. c. num. 21. Deinde Leo X. anno 1519. Clemens VII. anno 1529. Paulus III. annis 1535, & 1537. Julius III. anno 1555. Paulus IV. anno 1559. Pius IV. annis 1562, & 1563, & S. Pius V. anno 1572. Qui & concessionem ampliavit ad sexennium, itaut binis quoque annis publicaretur; quae ampliatio in ejus concessione hodie viget, quandomcumque scilicet Pontifices Maximi illam concedunt, sive renovant, eam ad sexennium valere indulgent. Postea concessit Gregorius XIII. annis 1573, & 1576. Xistus V. anno 1585. Gregorius XIV. anno 1591. Clemens VIII. annis 1592, 1600, & 1603. Paulus V. anno 1605, cum prorogatione pro Hispaniis usque ad annum 1625. & pro Indiis ad 1663. Ceteri Pontifices, excepto Gregorio XV. cujus tempore ampliatio Pauli IV. perdurabat, singulis sexenniis illam prorogarunt; nunquam enim in perpetuum illam concesserunt; Vide Mendo ubi supra num. 21. & 22.

10 Nota tamen, Gregorium XIII. in prima ejus concessione, anno 1563. decrevisse, ut Bulla Cruciatæ in Hispaniis singulis annis, in Indiis vero singulis bienniis publicaretur; Mendo ibid. num. 22. Et Bulla ab hoc Pontifice concessa omnium praecedentium est amplissima, & favorabilissima, tam quoad privilegia, quam quoad personas. Bullae vero a subsequenti Pontificibus usque in hodiernam diem ad ejus normam efformantur.

12 Ut autem, quae Auctor pro explanatione, & interpretatione hujus Bullae amplissime asserit, plenius intelligantur, placuit hic illius exemplar apponere, non quidem ad verbum, qualem Pontifex aliquis ex his, qui Cruciatam indixerunt, expedierit, sed ex omnibus, quas Pontifices indulserunt; & ampliarunt, compactam a Commissario Generali Cruciatæ, qui fideliter gratias, privilegia, & facultates extraxit. Is igitur, loquens de variis Pontificibus, sic ait post proemialia verba, apud sepe citatum Mendo in disp. 1. cap. 1. num. 1.

Primo concedunt praedicto Ferdinando Regi huic defensionem, & expeditionem contra Turcas, & Infideles assidua cura, & diligentia incumbenti; necnon omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus, in Hispaniarum Regno, & Insulis illis adjacentibus, ac etiam Sardiniae, necnon Siciliae ultra Phavum; similiter Regnis, locis, terris, oppidis, & dominiis Terræ firmæ, & Maris Oceani, seu alias nuncupatis, eidem Ferdinando Regi, tam mediate, quam immediate, & alias quomodocumque, & qualitercumque subiectis, consistentibus, & ad illa declinantibus, qui intra annum a die publicationis praesentium in singulis locis praedictis faciendæ inchoandum, fidei zelo moti, ad exercitum praedicti Serenissimi Regis Hispaniarum contra Turcas, & alios Infideles, in illos pugnaturi, aut aliud genus servitii gratis facturi accesserint, & ibidem usque in finem expeditionis ejusdem anni permanserint, plenam omnium suorum peccatorum

(si de illis corde contriti, & ore confessi fuerint; aut non valentes confiteri, id corde desideraverint) indulgentiam, & remissionem, quae proficiscentibus ad recuperationem Terræ Sanctæ, quaeque in anno jubilei concedi consuevit. Item declarant, quod eandem indulgentiam assequantur, qui ante finem expeditionis, aut in itinere ad exercitum, aut in eodem exercitu obierint; & illi, qui propter infirmitatem, seu aliam supervenientem necessitatem inde recesserint. Item, qui alios suis expensis miserint, dummodo si mittens fuerit Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalis, Primas, Patriarcha, aut Episcopus, Regis filius, Princeps, Dux, Marchio, aut Comes, mittat quot homines, usque ad decem inclusive, commode poterit, nec mittat pauciores quatuor, si plures non poterit. Alius vero, cujuscumque sit conditionis, sive Laicus, sive Clericus secularis, unum mittere teneatur, quod si tenuis adeo fuerint facultates, ut id praestare non possit, eo casu, duo, vel tres, aut quatuor stipendium uni persolvant, pro rata facultatum inter eos distribuendum. Item Capitula Ecclesiarum, Monasteria, & loca etiam Regularium, & Mendicantium, tam feminarum, quam masculorum, si pro decem personis eorumdem Capitulorum, & locorum, praecedente Capitulari, seu Conventuali deliberatione, unum miserint. Item eandem indulgentiam assequantur etiam omnes, qui mittentur, si pauperes fuerint. Item Clerici seculares, qui ab Ordinaris, & Regularibus a suis Superioribus habita licentia, Verbum Dei in eodem exercitu praedicaverint, Confessionis audierint, seu Missas celebraverint, vel alia Ecclesiastica, & pia ministeria exercuerint. Quibus etiam conceditur, ut beneficiis tam secularibus, quam Regularibus per idoneos Vicarios deservire possint, exceptis beneficiis curam animarum habentia obtinentibus. Item eandem indulgentiam suffragabitur per modum suffragii etiam animabus defunctorum, pro quibus in hujusmodi subsidium proficisci, vel milites mittere contigerit, aut pro quibus non euntes, nec mittentes, de bonis suis, juxta taxam per Commissarium, personarum qualitate inspecta, faciendam, pro religionis defensione contulerint. Item milites in bello occupati a jejuniis votivis, vel Ecclesiæ, excusantur; & quod in die festo belli negotiis vacare possint, declaratur. Item conceditur omnibus praedictis, necnon iis, qui nec ibunt, nec mittent, si tamen infra dictum annum ex bonis sibi a Deo collatis, in hanc expeditionem, pro religionis defensione liberaliter contulerint, ut dicto anno durante, possint in Ecclesiis, in quibus alias Divina Officia, interdicto durante, possint in Ecclesiis, in quibus alias Divina, interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in privato Oratorio ad divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quo minus amoveatur; & qui facultatem ad id a Commissario generali habuerint, etiam per horam, antequam illucescat dies, & per horam post meridiem, in sua, ac familiarum, & domesticorum, ac consanguineorum suorum praesentia, Missas, & alia Divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare facere, & tempore interdicti divinis interesse, eis tamen, qui privato Oratorio ad praemissa uti voluerint, ut quoties id fecerint aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra infideles, eorumque contra eosdem victoria, fundere teneantur, imponitur. Item Eucharistiam, & alia Sacramenta, praeterquam in die Paschaticae, recipere. Item mortuorum corpora (nisi forte vinculo excommunicationis inmodati decesserint) cum moderata funerali pompa sepeliri. Item, ut dicto anno durante, in omnibus, & singulis Regnis, Insulis, locis, terris, oppidis, & dominiis praedictis (& non extra illa) carnis, de consilio utriusque Medici, temporibus jejuniis totius anni, etiam Quadragesimalibus, vesci; ac pro eorum libitu ovis, & lacticiis; ita quod, qui carnes non comederint, servata in ceteris jejunii Ecclesiastici forma, dicto jejunio satisfecisse constent. Et sub hoc indulto vescendi carnis, ovis, & lacticiis, comprehenduntur omnes cujusvis militie Regulares. Patriarchis vero, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque inferioribus Praelatis, necnon aliis personis Regularibus, & qui in ordine Presbyteratus fuerint, secularesque, id minime conceditur, nisi sexagenarii fuerint: Item erogantes praedicti, qui, diebus jejunii non suppositis, ad implorandum divinum auxilium pro unione, & victoria praedictis, voluntarium jejunium, vel si jejunare legitime impediri fuerint, aliud opus pium, arbitrio eorum Confessoris, vel Parochi, assumpserint, & simul preces ad Deum pro unione, & victoria praedictis fuderint, toties quoties id fecerint, dicto anno durante, quindecim annos, & totidem quadragesimas, de injunctis eis, & quomodolibet debitis penitentis misericorditer in Domino relaxantur; & insuper omnem precum, eleemosynarum,

narum, peregrinationum, etiam Hierosolymitanæ, & aliorum bonorum operum, quæ in universali militanti Ecclesia, & singulis ejus membris sunt, participes reddantur. Item, qui dicti anno durante, in singulis diebus Stationum Almae Urbis, quinque Ecclesias, seu altaria, seu in illorum defectum, quinque unum altare devote visitaverint, precesque ad Deum pro unione, & victoria prædictæ fuerint, omnes, & singulas indulgentias Stationum intra, & extra muros prædictæ Urbis, tam per se, quam per modum suffragii, pro defunctis, pro quibus visitaverint, consequantur. Item mandatur, ut summarium hoc per omnes Christianos ad prædictum bellum contribuentes, qui hujusmodi gratiarum participes esse voluerint, recipiant, & retineant; ne circa sibi concessas gratias errare, neve alii illas sibi usurpare possint, & unusquisque, quæ facultate eisdem gratiis, & facultatibus utatur, docere valeat. Item quo omnes, & singuli prædicti purius ad Deum preces funderent, & efficacius divinum auxilium implorare possint, conceditur, ut possint eligere confessorem secularem, vel cujuscumque etiam Mendicantium Ordinum Regularem, ex his, qui ab Ordinario, & quoad Regulares, qui semel tantum approbati fuerint, & ab eo quorumcumque peccatorum, & censurarum (etiam Sedi Apostolicæ, & in Bulla Cæne Domini reservatorum, & reservatarum) plenariam indulgentiam, & remissionem semel in vita, & semel in mortis articulo; aliorum vero Sedi Apostolicæ non reservatorum, ac reservatorum toties, quoties confitebuntur, absolutio-nem, & remissionem mediante salutari penitentia, secundum culpæ indigentiam obtinere, modo in casibus, in quibus necessaria erit, per ipsos, vel dato impedimento, per hæredes, aut alios satisfactio fiat. Et illis vota omnia (Utramarino, Cisterciensis, & Religionis exceptis) in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem confessorem commutari. Item, si dicto anno durante, contingat vel ob repentinam mortem, vel Confessorum absentiam, sine confessione decedere, modo contriti decesserint, & prius statuto tempore confessi fuerint, & neque hujus concessionis fiducia negligentiores fuerint, plenariam, ut supra, remissionem consequantur, Ac uti item omnes Christi fideles non tantum semel, sed bis singulo quoque anno, quo idem summarium suscipiunt, tam per se quam per modum suffragii, pro animabus in Purgatorio detentis, indulgentias, concessionem, gratias, & indulgentias prædictas consequi, eisque infra eundem annum, bis, (ut præfertur) uti, & potiri, gaudere, ac dictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant, in Domino misericorditer concedimus, & largimur. Item prædicto Commissario, & Receptorum generali datur facultas, ut suspendere possit, dicto anno durante, omnes similes, vel dissimiles indulgentias, & facultates, ab eisdem, & Sede Apostolica, vel ejus auctoritate, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, Universitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis, in Regno, Insulis, terris, locis, & dominiis præfatis (etiam in favorem fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de orbe, vel alterius similis Cruciatæ, si quæ in Regnis, Insulis, terris, locis, & dominiis præfatis recepta adhuc durent) concessas hujusmodi, etiam si clausulas aliquas contra suspensionem facientes contineant; ita ut interim neque publicari possint; neque publicæ civis hominum communitate vel divitiis suffragentur; exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium superioribus, quoad eorum Fratres tantum. Item dicto Commissario etiam conceditur facultas, ut ipse per se, vel alium, seu alios, quando, & quoties sibi videbitur, indulgentias & alias gratias per eum suspensas in favorem illorum, qui præsentium gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum, participes effecti fuerint, revalidare absque premio possit. Item omnes Ordinarii, Episcopi, & Archiepiscopi dictorum Regnorum, Insularum, Terrarum, Oppidorum, & Dominiorum prædictorum enixe rogantur, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipitur, ut omnes penas pecuniarias, etiam loco corporalem, durante dicto anno, imponendas, seu exigendas, huic tam pio operi velint applicare; eaque pœnæ omnes, de quarum tamen quantitate, assertioni Ordinariorum, quorum conscientia onerantur, standum esse decernitur, thesauro ejusdem expeditionis contra Turcas, & alios Infideles, ex nunc, prout ex tunc, applicantur, & appropriantur, una cum penis eorum, qui aliquid in hujus expeditionis præjudicium vel ad eam evanescere patraverint. Item N. Commissario, & Receptorum generali hujus expeditionis deputato, & constituto, ut supra Ordinarios hujusmodi penis inquirere, & contra eos, qui in præjudicium hujus expeditionis, & ad eam evanescere patraverint, procedere. Item eidem Commissario datur etiam facultas ad singulas Provincias Commissarios deputandi, & eligendi, per

Ordinarios locorum, prævia matura deliberatione (onerando eorum conscientias (approbandos, cum simili, & limitata facultate, etiam pro collectione pecuniarum. Item eidem Commissario conceditur facultas deputandi notarios, quorum opera verendum erit, ab Ordinariis tamen locorum, in quibus illi deputandi sunt, similiter approbandos. Necnon cogendi tabelliones, & quemlibet alium ad exhibitionem quarumcumque scripturarum, vel instrumentorum huic negotio pertinentium, & deinde inhibendi, quibus inhibendum erit. Neque possit Commissarius generalis prædictus coram alio, quam nobis; neque ab eo deputandi possint coram alio, quam ipso Commissario pro re ad hoc minus pertinente, quandiu istis negotiis vacaverint, in iudicium trahi. Possint tamen a locorum Ordinariis, si ibi deliquerint, coerceri, & puniri. Item quod si in loco, ubi erit facienda publicatio, fuerit interdictum, possit hujusmodi interdictum pro octo diebus antea, & post suspendere. Item, quod monere possit habentes pecunias & bona in hoc opus destinata, seu instrumenta, aut scripturas hoc negotium principaliter, vel secundario concernentes, ut statim, cum copiam Commissarii, aut ab eo deputati habuerint, propalare teneantur sub penis pecuniariis in subsidium, quoad Episcopos, & alios majores Prælatos, suspensionis a divinis, & interdicti in Ecclesiam ingressus; quoad alios, excommunicationis late sententiæ, a qua, non nisi a Sede Apostolica absolvi possint; & qui scienter aliquod prædictorum retinuerint, nullo modo possit harum litterarum, & gratiarum in eis contentarum beneficio frui. Item declarant, quod expirante anno omnes prædictæ facultates, & gratiæ, & indulgentiæ, tantumque poterunt causæ pendentes ad finem perducere. Item similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibusvis Ecclesiasticis censuris ligati Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum clavium) celebraverint, seu alias se immiscuerint, & super alia illis qualibet irregularitate, præterquam homicidii voluntarii, aut simoniæ, vel apostasiæ a fide, aut hæresis, vel propter malam ordinum suspensionem, contracta, cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamiæ, ac inhabilitatis exinde provenientis, abolitione & executione ordinum non male susceptorum. Ac nullis datis litteris, seu per Confessores laceratis, cum his, qui primo, & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ, gradibus cuncti matrimonium contraxerint; dummodo, si post Concilium Tridentinum illius formam servaverint, ac impedimenta hujusmodi penitus occulta sint; & alter contrahentium tempore contracti matrimonii impedimenti ignarus extiterit, ut altero, ita ut prædicatur, impedimentum ignorante, de nullitate prioris consensus prius certificato, tæcitæque, si videbitur, causa nullitatis, matrimonium inter se etiam secrete de novo contrahere, in foro conscientie dumtaxat, si ad evitanda gravia scandala dispensandum judicaverit, dispensare, prolemque susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernere; necnon etiam in superveniente simili affinitatis impedimento, similiter dispensare, ut debitum petere possint. Item etiam conceditur facultas dicto Commissario, quod per sonas nobilibus, & quæ juxta ipsius Commissarii arbitrium qualificata fuerint, ut Missas per horam ante lucem, & post meridiem audire, & celebrare facere valeant, indulgere possit. Ac super illicite habitis, necnon super medietate legatorum omnium, quæ propter male ablata facta sunt, si legatarii per annum in exactione negligentes fuerint, ac super illis, quæ facta erunt, & quæ dicto anno durante, fuerint, si legatarii inveniri non potuerint: nec non super male ablatis, & per usurariam pravitatem, aut aliter male acquisitis, si in omnibus præmissis casibus (præterquam dictæ annualis negligentia (personæ, quibus restitutio, seu solutio faciendæ est, præstito per restitutorem juramento de diligentia per eum facta pro inveniendo legatario, seu creditore, & minime invento, non reperiantur, componere, & ita debitores liberari possint. Item etiam datur facultas eidem Commissario componendi cum eis, qui ad restitutionem fructuum ex omissione horarum Canonicarum teneantur, ita: quantitas compositionis, pro medietate Ecclesiis, vel aliis locis, quorum, vel quarum ratione horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate in subventionem hujus negotii detur. Ceterum, ut omnibus pateat hoc præsens Summarium, de latino idiomate in vulgari lingua juxta ritus Provinciarum, ubi publicatio faciendæ erit, non mutata illius substantia, ac præmissis aliquo convenienti, ac pro præsentium temporum conditione idoneo proemio, converti, illudque de eisdem Commissarii mandato simul, vel ad partem, additis, etiam nominatim pro singulorum notitia diebus stationum totius anni intra, & extra muros hujus Almae Urbis, ipsorum Commissarii, & deputandorum arbitrio imprimi.

Hæc additio altera ex aliena manu referenda est ad Verb.

A B B A S.

- 1 DE Abbatibus exemptis late differimus in nostra Additione ad hoc verbum. Hic vero quoad Abbates exemptos tertiæ speciei, non inutile est monere esse inter hosce aliquos, de quibus non est judicandum secundum Regulas communiter in subiecta materia receptas.
- 2 Utque res nota fiat, sciendum est, quod occurrunt in Ecclesia loca aliqua inhospita, & deserta, eaque dicta Nullius non in sensu illo sequioribus sæculis usurpato, quod scilicet separata essent a Diocesi sui Episcopi, Prælatuque in iis esset cum jurisdictione quasi episcopali, sed in sensu longe diverso, quod in ea utpote deserta & inhospita nullus finitimus Episcopus jus aliquod sibi asserbat.
- 3 Ex quo vero Loca hæc inhospita & deserta inhabitari incipiunt, secundum disciplinam eorum temporum immediate

S. Sedi subiciebantur, eratque in potestate novorum Incolarum pro iis, quæ sunt Ordinis quemlibet Episcopum arcessere; Fagna. in cap. 3. num. 16. de Paroch. Thomassin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. tom. 1. par. 1. lib. 3. cap. 27. num. 2.

Contrauctis subinde Ecclesiis, seu Monasteriis; Pontifices (ait Fagnanus ubi supra) Presbyteros, seu Abbates deputarunt, qui illis præessent, & jurisdictionem loco Episcoporum in Clerum & Populum exercerent: Quum igitur hi Abbates jurisdictionem, quæ episcopalem habeant in Locis, in quibus suam Episcopali jurisdictionem antea haud exercebant, nil mirum si distinguantur ab aliis Abbatibus, cessentque adversus eos Regula illæ, quibus in dubio pro Episcopis contra Abbates exemptos tertiæ speciei sit judicandum. Vide Blisson. de Jur. Episcoporum in Regular. exempt. cap. 3.

FINIS TOMI PRIMI.

